ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΒΙΩΝ, ΔΟΓΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ἀποφθεγμάτων τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, βιβλία ί.

DIOGENES LAERTIVS,

De Vitis, dogmat. & apopht. clarorum philosophorum, Libri X.

HESYCHII ILL. DE IISDEM *philos. & de aliis scriptoribus Liber.*

Pythagor. philosophorum fragmenta.

Omnia Græcè & Lat. ex editione postrema.

IS. CASAVBONI NOTÆ AD LIB. Diogenis, multo auctiores & emendatiores.



Coloniæ Allobrogum.

Apud Petrum & Iacobum Chouët.

Anno M. DC. XV.

PRAESTANTISSIMO

ATQVE ORNATISS. VIRO,

WOLFGANGO ZVNDELINO,

HENR. STESPH. S. D.

HANC librorum Diogenis posteriorem editionem meam ad te mitto, vir ornatissime, tibi, in amicitiæ nostræ testimonium, dicatam. Satis superq; nosti non loqui me de Diogene illo qui Cynicorum princeps (siquo & Cynismus principatu dignus fuit) exstitit, & cuius vitam inter alias aliorum philosophorum hoc in opere habemus. Illum certè principatum siquis ei denegasset, in has statim voces erupisset,

-- scilicet vt non
Alacriter elatrem primam sedémque fidémque.

Liceat enim mihi ex Horatio ita ludere per parodiam, qua & cum eius bona venia (vt opinor) vsus fuissem. Suum enim illud verbum elatrem tam aptum in cynico philosopho inuenire locum libenter vidisset. Verùm ad illum inter philosophos principatum vt redeam, ac de illo seriò loquar, non dubium tamen est quin potius Aristippo hic inter Cynicos principatus debeatur, si quidem & ille Cynicus censeri debeat: vt placuisse Diogeni videmus: quippe qui regium canem illum appellaret. Hoc enim eum inter canes titulo honorans, se illi inter cynicos primatum dare non animad-

uertebat. Verum absit vt tantum virum, id est tantis natura dotibus (etiamsi magis illi abuteretur quàm vteretur) præditum, & talem verè qualem Horatius descripsit his verbis, Omnis Aristippum decuit color, & status, & res, *(quibus respondentia verba apud hunc scriptorem, initio vitæ illius, leguntur.) tam sordidum in locum deijciamus.*

Verùm, dum tamdiu duobus illis philosophis immoror, alijs iniuriam facere videri poßim: quod mihi ad differendum de illis satis spatij non relinquam. Sed hunc ad delectum partiri nos operas oportet. Ipse igitur in hanc velut consultationem conferens quidquid pro mea parte virili (id est, pro iudicii mei modulo) poßum, dico, videri mihi eos præ cæteris futuros principum aulis accommodatos philosophos qui neque omnino sint aulici, (id est, aulico prorsus ingenio, qualis fuit Aristippus) neque nihil aulicum habeant. Ac tales fuisse illos existimo qui neque à negotiis politicis, neque à legationibus abhorruerunt. Verùm vltra non pergam: ne sus Mineruam. Quis enim aptum aulis principum virum melius deligere poßit eo qui multis & propter prudentiam & propter doctrinam ornamento fuit, & de omnibus bene instituendis tradere præcepta potest? Vale.

HENRI-

HENRICVS STEPHANVS LECTIONIS DIOGENIS LAERtij studiosis S. D.

QVVM cogito quàm sint multa de quibus mihi apud vos est agendum, simul etiam cogitem necesse est, minimè mihi esse in iis quæ alioqui de hoc opere déque illius scriptore libentissimè præfarer, tempus insumendum. Vicissim tamen apud me reputo, futurum, si nihil de illo præfatus, de cæteris verba faciam, vt ἀνίπτοις χερσὶν hæc mea prolegomena (si modò hoc possũt nomine appellari ea de quibus hîc tractabo) aggressus esse dicar. Quidni igitur priorem epistolæ ad Ioannem Cratonem scriptæ partem, in qua illud argumentum tractabo, vobis legẽdam proponam? ei verò qui eam iam legerit, reponam? id est, secundò apponam? Ad nonnullos quidem certè quod attinet, à quibus ea iam lecta fuit, illos dici potero imitari qui ea fercula quæ priores cõiuæ omnino intacta reliquerunt, posterioribus apponunt. Cæterûm commodè hoc cedit, quòd illi priori argumenti mei parti priorem illius epistolæ partem aptam fore videmus.

En igitur vobis illam. *Philosophicas vitas ad te mitto, vir præstantiss. vel potius philosophorum vitas. Pleraq; enim (si verum fateri volumus) nihil minus sunt quàm philosophicæ, id est philosophis dignæ. Nisi potius dignas quidem illis hasce vitas, sed illos philosophorum nomine indignos fuisse dicamus. Aulica quidem certè philosophia (libet enim cum aulico de rebus aulicis loqui) conuenien-*

tes quasdam philosophorum vitas hîc inueniemus. vtpote ex quibus discemus primùm quidem τὸ ἐρυθριᾶν ἀποξύσαι τοῦ προσώπου: (quid enim magis perniciosum aulicis quam verecundia?) deinde verò τὸ κολακευτικῶς ἔχειν, φιλοψευδῶς, φιλοχρημάτως, φιλογελοίως, φιλοσκωμμόνως, φιληδόνως. addo etiam (vt vestratibus aulicis gratificer) φιλοπότως. Scilicet οὗτός ἐστιν ὁ ἡδὺς βίος, ὁ περιπόθητος, ὁ τρισμακάριος. Sed quid? (dices mi Crato) me quoque in aulicorum numero ponis? Nequaquam certè. neque enim quicunque est aulicus, id est, in aula viuit, is etiam vita & moribus aulicus esse putãdus est. Quum igitur illis quos dixi, vitã aliquam conuenire existimem ex multorum philosophorum vitis conflatam, nimirum Aristippi, (qui certè verè aulicus philosophus fuit) Diogenis, Cratetis, Epicuri: tibi contra vitãq; similibus Socraticam quadrare censeo. Sed hactenus iocatus sim. norunt enim omnes, non quæ meliores, sed quæ doctiores nos reddant, ex hoc Diogenis opere petenda esse. Dixissem sapientiores: nisi sapientem cum bono copulari ab ipso quoque Horatio meminissem. veluti quum scribit Epist. lib. 1.

Néve putes alium sapiente bonoque beatum.

Item,

An tacitum syluas inter reptare salubres,
Curantem quicquid dignum sapiente bonoque
est?

Item,

Vir bonus & sapiens audebit dicere, Pentheu.

Item.

Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratum.

Et Cicero ipse sapientes à bonis separari queritur, idq; magnam perniciem afferre dicit. Hæc est igitur illa pernicies (inquit) quòd alios bonos, alios sapientes existimant. Neque tamen quum dico ex his Diog. libris petenda esse quæ nos doctiores non quæ meliores reddant, hæc velim ita accipi quasi nulla

nulla hîc legerentur quæ quod sit boni viri officium nos docerent (boni viri inquam, non ad Christianam, sed ad philosophicam exigendo normam) sed quoniam alij sunt aliorum libri è quibus ea melius à nobis disci queant, siquidem vel vnus Epicteti libellus (cuius vitam à Diogene nostro prætermissam esse miror) aptior nobis huius rei doctor fuerit. Verum vt [illegible] sunt aurei istius libelli lectores, sic certè rari sunt qui meliores se quàm doctiores esse malint.

Et ex ea quidem præfatione hactenus. Addo autem, tátum abesse vt fucum lectori faciat qui huic operi præfixus est titulus, vt contrà hi libri plus habere in recessu, quàm fronte promittant, dici possint, ad plerosque locos quod attinet. Multa enim obiter nobis commemorat, vltra ea de quibus ipsum verba facturum titulus pollicetur. Ac quamuis hoc tantùm in se recipiat locis aliquot, vt summa doctrinę vniuscuiusque philosophi capita proponat (quod vocat διαλέγεσθαι ἐν κεφαλαίοις, vel ἐπὶ κεφαλαίων: interdum addens καὶ στοιχειωδῶς) tamen nonnunquam aliquid etiam amplius pręstat. Audimus enim alicubi dicentem, κεφαλαιωδῶς μὲν ταῦτα· ἐπὶ μέρους δὲ ὧδε ἔχει.

Atque hæc quidem de opere ita dicta sint vt simul ad scriptorem eius pertineant: magis autem propriè ad scriptorem ipsum pertinere, ac de illo peculiariter dici videri poterunt quæ subiungentur. Primùm igitur animaduertendum hoc est, verisimile esse, eum fideliter philosophorum dogmata referre: & ad Epicuri quidem doctrinam quod attinet, vel ipsum Ciceronem testatum nobis hoc facere. Quum enim multos in eius libris doctrinæ Epicureæ locos legamus, videmus Ciceronia-

na ab iis quæ Diogenes ex Epicuro affert, vix vno verbo, quod quidem sensum immutet, aberrare. Quæ autem in causa esse possint cur ea quæ ab ipso Aristotele afferuntur, cum Aristotelicis quæ habemus conferentes, vbiq; non inueniamus quæ nobis satisfaciant, alius erit dicendi locus. Deinde considerandum nobis fuerit, apud eum sæpe illud occurrere quod est hominis qui bona fide agere instituit. Quidnam autem est? quòd, quum sæpe contingat vt facienda sit mẽtio rei alicuius de qua antè verba fecerit, videmus passim eum ostendere se minimè eorum de quibus antea scripserit, esse immemorem: quum de illis à se iam dictum esse admoneat. Quòd si fortè tamen alicubi hoc omittit, aut etiam de vna eadémque re non idem vtrobique scribit, hoc inde accidere potuit quòd eundem vtrobique autorem non sequatur. Sed esto, aliquod alicubi σφάλμα μνημονικὸν excidisse, quis id de quo venia in faciilioribus etiam operibus datur, in difficiliore non ignoscat?

SED (vt ab hoc scriptore ad me transeam) mirabimini, nec immeritò, quum videbitis Diogenem ex mea ipsius officina, & illis tamen meis annotationibus priuatum prodire quas in priore editione secum habuerat. Verùm magna me spes tenet, futurum vt quum me facti mei rationẽ reddentem audiueritis, consilium vobis meum probem. Attendite igitur. Quum annotationes illas, priori editioni adiunctas, ad finem vsque non perduxissem, & ad illas eò perducendas simúlque recognoscendas (vtrumque enim vna eadémque opera effectum dare statueram) non tantũ mihi esse otij viderem quanto esset opus: ambigere mens

mea

mea cœpit vtrum satius esset, eásne imperfectas iterum edere, an in id tempus quo perfectas paritérque recognitas ederē, reseruare. Ac vicit tādem hęc sententia, reseruandas in id tempus esse. Eo autem facilius impetraturū me veniam sperau, quòd sicut meas illa prior editio annotationes habuerat, nunc ista Isaaci Casauboni notas habitura esse: quæ omnibus gratæ antea fuissent, nunc multò gratiores, vtpote & mulcto auctiores & emendatiores, futuræ essent. Neque tamen satis confidebam fore vt multas multorum querimonias vitatem, nisi nouas aliquas & ipse symbolas hoc in opus contulissem, quæ illarum annotationum desiderium quibusdam minuerent (in illis enim cùm alia præstabam, tum verò hoc, quòd plurimorum locorum qui integritati suæ restituti essent, & non paucorum qui expleti fuissent, rationem reddebam) meámque mentem variis curis ab huiusmodi commentationibus auocari potius quàm alienari, planum omnibus fecissem. Commodùm autem dum multas chartas meas (cuiusmodi sunt quæ aduersaria vocantur) quæ miserè disiectæ dispersæque erant, euoluo, in quædam Schediasmata, ex eorum numero quæ nondum edita sunt, incido: & quidem, tanquā θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, in oculos incurrit pars illa quæ quosdam huius nostri scriptoris locos ex coniectura emendatos habebat.

Illas igitur quas inde habeo emendationes, primùm proponam, deinde & aliquas alias ipsis addam. Quum autem tres sint quas in meis in Illustrium annotationibus exhibiturum me hîc sumpollicitus, inde initium sumam. Et quidem pri-

mum ei locum dabo qui ibi secundus est: quòd ea coniectura quâ locum illum suæ integritati mihi restituisse videor, per somnium in mentem mihi venerit: vt exponam quum ipsum locum proposuero. Is est in principio vitæ Menedemi, pag. 172. οὔτε σκηνὴν οὔτε ψήφισμα προσήκει τοῦ σοφοῦ γράφειν. Quū absurdum & ineptum esse vidissem, dici γράφειν σκηνὴν, & tamen quomodo emendandus esset hic locus perspicere nequiuissem, aliquot post diebus somniaui, quendam, à quo pridie petieram aurum mólitum (vt vulgo vocamus) cuius est ad scribendum vsus, mihi id attulisse, & mensæ meæ chartam imposuisse, in qua literis aureis (ex illo nimirum auro) scripsisset ῥάψαι, tribus in locis. Ego experrectus non mólitum sed somniatum illud aurum esse cognoui. neque hoc miratus sum: sed vnde illud ῥάψαι mentem somniantem subisset, mirabundus cogitare cœpi. Sed quum post biduum in eundem Diogenis locum incidissem, & illius somniati ῥάψαι recordatus fuissem, εὕρηκα dixi: en veram loci illius scripturam, οὔτε σκηνὴν ῥάψαι οὔτε ψήφισμα προσήκει τοῦ σοφοῦ γράψαι. Esse enim elegantissimam paronomasiam in ῥάψαι & γράψαι (quum vix vlla dici posset esse in ῥάπτειν & γράφειν) omnes vident. Cæterùm illud ῥάψαι puto mei somnij velut appendicem fuisse, ex eo quod in aliqua præcedentium noctium coniectura illa mihi in mentem venisset, verùm postea excidisset.

Venio ad primam illam meam emendationem coniecturalem, siue coniecturam emendatricem, quam promisi itidem apud Illustrium, in Democrito, pag. 26. τόν τε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἐκ τοιούτων δινῶν καὶ περιφερῶν ὄγκων συγκεῖσθαι. Ibi annoto, Iunium leui brachio

brachio loci huius emendationem tentasse, quum pro δι ὧν ex Diogene reponens τινῶν, eum sibi visus sit restituisse: & tamen sub hoc lateat loco hulcus aliud, ex eorum genere quæ ὕπουλα vocantur. Nunc, quod ibi dixi, verè à me dictum esse, & illius periculosi hulceris chirurgiam me inuenisse, spero vt omnibus probem. Dico igitur illam lectionem δι ὧν, quæ nihil omnino significare hic potest, multò propius ad veram accedere quàm illam quę è Diogene sumitur, τινῶν. Contendo enim ex δι ὧν faciendum esse δινῶν. Quum autem magnam testium turbam me adducturum promiserim, quodam à loco initium sumam qui paruo interuallo eum quem emendaui sequitur, τῆς δίνης αἰτίας οὔσης τῆς γενέσεως πάντων. Item ex alio qui paruo eundem præcedit interuallo, vbi dicitur de atomis, φέρεσθαι δ' ἐν τῷ ὅλῳ δινουμένας. Habes & in Leucippi vita locos qui pro hac mea emendatione faciunt: quinetiam in vita Epicuri.

Ad tertium & vltimum locum transeo illorum de quibus me apud Laertium dicturum promisi. Is est apud Illustrium in Platone, pag. 55. in fine. nam ibi legitur. ὅς τις δίκα εἰδῆ μαθὼν τινῶ, vbi Iunius vertit, *qui dena carminum genera perdidicit.* quum tamen Epicharmus nihil minus hic quam de numero denario vel alio cogitauerit: ideoque nec illa *carminum genera*, quę cum illo *dena* coniungerentur, fingere oportuerit. Quid igitur voluit Epicharmus? nimirum particulæ δὴ addidit aliam particulam Doricam κα, ex earum genere quæ παραπληρωματικαὶ vocantur.

Sed antequam ab Illustrio discedam, id est, ab iis quæ Illustrio cum Diogene sunt communia,

vtpote ex hoc ſumpta, de illa emendatione mea dicam, qua ποτικὰ pro ἐπτικὰ repoſui. Locus eſt hic pag. 12. περὶ μὲν οὖν τῶν εὑρετῶν, τά τε ὀπτικὰ καὶ μεθοδικὰ, παρέδωκε πρότερον πλῆθος. At ποτικὰ contrà, non ὀπτικὰ, conuenire cum methodicis, alius locus oſtendit. Sed quum poſtridie locum illum in mea editione Diogenis, & quidem in priore etiam, legerem, inueni illam ipſam vocem ποτικοί. quam me ex aliquo veteri exempl. habuiſſe neceſſe eſt: quum alioqui eam minimè recepturus eſſem.

Nunc apud Diogenem Laertium quærendus mihi Diogenes Cynicus: & feſtiuum eius dictum, feſtiuius (ſi vera reperiatur coniectura mea) reddendum. Quærenda igitur pag. 405. vbi occurret hic verſus à Diogene τῷ ἐρανάρχῃ dictus,

Τοὺς ἄλλους ἐνάριζ', ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.

Ego enim perſuadere mihi non poſſum quin Diogenes non ἐνάριζε, ſed, permutata tantùm vnius literæ ſede, ἐράνιζε dixerit, alloquens τὸν ἐρανάρχην. Præſertim verò quum feſtiua & hoc modo futura ſit accommodatio illorum verborum quæ verſum claudunt, ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας. Nam ἐρανάρχῃ porrigenti manum vt τὸν ἔρανον accipiat, facetè dicitur ἀπ' ἐμοῦ ἴσχεο χεῖρας.

A Diogene Cynico ad Menedemum venio, cuius domus à pag. 172. vſque ad 184. extenditur. Ea autem domus pars in qua aliquid me quærere oportet, eſt pag. 176. τὸν δὲ μηδὲν ἧττον τηρεῖν παιδεύοντα καὶ ὑπερκύπτοντα, Ἀγαμεμνόνειόν τε καὶ Ἡγητορ. Hîc ego pro ὑπερκύπτοντα ſubſtituendum puto contrarium ὑποκύπτοντα: &, quum de Menedemo illud intelligeretur, hoc de Cratete dici. vt locus ita legatur & interpungatur, τὸν δὲ μηδὲν ἧττον τηρεῖν παιδεύοντα· καὶ ὑποκύπτοντα, Ἀγαμεμ-

μνό-

μηδ' ἐνταῦθα τὸ καὶ Ἡγησίπολιν ἀποκαλεῖν. id est, *Illum nihilominus obseruasse tempus quo præteribat: & tum caput submittentem, Agamemnoneium & Hegesepolin* (quasi vrbium administratorem, seu gubernatorem: id est, aptum ad gubernandas vrbes, vel dignum qui vrbium gubernaculis præesset) *appellasse*. Scimus autem illud ὑποκύπτειν esse reuerentiæ, qua aliquem prosequimur, signum. Cuius ὑποκύψεως exemplum in Turcis potissimum videmus.

Nec quoddam nouum vocabulum omittere nolo, quod ex quadam mea emendatione profectum est, nec rectè inuentum à me dici potest, nisi coniectura mea vera comperiatur. Id vocabulum est αἰδεικανία, quod ego apud Diogenem pro illo ἀνεξικακία, tam vsitato vt triuiale dici queat, repono: in Arcesilao, pag. 281. At Iunius contrà, apud Illustrium nouitate illa offensus, pro αἰδεικανία, vel potius pro genitiuo αἰδεικανίας, substituit ἀνεξικακίας, ex Diogene. Vide quæ apud illustrium annotaui.

Illud autem dictum Arcesilai in quo vocabulum esse deprauatum suspicor, vel potius persuasum habeo, facit vt recorder cuiusdam dicti philosophi alius, Theodori videlicet, in quo itidem peccatum esse existimo: & ita peccatum vt eodem modo ob deprauatam scripturam gratiam amittat, & frigidum sit: quamuis alioqui non idẽ sit deprauationis genus, sed longè diuersum. Neque enim de nouo agitur vocabulo, sed de voce κακῶς, quam in cõtrariam καλῶς mutandam arbitror. Locus est pag. 156. Κακῶς ποιεῖτε ἄνδρες Κυρηναῖοι, ὅτι με Λιβύης εἰς τὴν Ἑλλάδα με ἐξορίζοντες. Quam lectionem & interpres sequutus est: qui vertit *Malè facitis*, At ego substi-

tuens, καλῶς ποιεῖτε, substituo etiam, in eius interpretatione, *Rectè facitis*. Ostendat enim mihi quispiam quid χάριεν (vt vocat Diogenes) alioqui possit dici habere illius dictum. Apud Antisthenem verò, pa. 372. vbi legimus, τῷ γὰρ σοφῷ ξένον οὐδὲν, οὐδ' ἄπο, pro ἄπο scribendum suspicor ἄπορον.

Alias habeo, quas possim his addere, coniecturales emendationes, sed eas in eum reseruabo locum vbi ταῖς ἀντιγραφοπίστοις (nam coniecturalibus τὰς ἀντιγραφοπίστους libet opponere) coniungi poterunt: sicut iam in meis illis annotationibus priori editioni adnexis quædã etiã coniecturæ inueniuntur. Quoniam tamẽ Laertiũ videmus multa in suo sermone noua habere, & quidem talia fortasse nõnulla vt non solùm ξένα, sed ἀλλόκοτα etiam vocari possint, vos admonendos putaui, nonnulla etiam inueniri quę suspecta esse possint, & in quibus culpa in librarios reiicienda videatur. Exemplum afferam ex principio vitæ Thaletis, pag. 15. μετὰ δὲ τὰ πολιτικὰ τῆς φυσικῆς ἐγένετο θεωρίας. Neque enim dubito quin ille ἐγεύσατο, non ἐγένετο, scripserit: (sicut & ἀπογεύσασθαι & ab illo & ab aliis simili metaphora dicitur.) Mihi videor alioqui vsum quendam huius verbi γίνεσθαι, aut verbi τί, cum genitiuo itidem obseruasse apud Xenophontem, illi propemodum peculiarem: sed qui tamen talis esset vt ex eo (nisi me fallit memoria) defendi hic non posset.

Cæterùm & ex ipso interprete quædam emendari à vobis poterunt. De cuius interpretatione, simúlque de eius recognitore Brognolo (cuius quædam calci huius operis adiuncta sunt) in illis in ipsum Diogenem annotationibus dicam. Valete.

ΦΙΛΟ-

ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ ὧν τοὺς βίους γέγραφεν ὁ Διογένης.

Idest,

PHILOSOPHORVM CATALOgus, quorum vitas Diogenes scripsit.

Est alicubi & vnum idémque nomen plurale, sicut & pluribus simul dabatur. Tale est Κυρηναϊκοί. hi autem erant philosophi, Aristippi (qui Cyrenaicus philosophus vocabatur) sectam sequuti. Ex his verò Cyrenaicis alij Ἡγησιακούς, ab Hegesia, alij Ἀννικερείους, ab Anniceride, alij Θεοδωρείους à Theodoro seipsos appellarunt. Vide à p.144. vsque ad 155.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ ΠΕΡΙ βίων, δογμάτων καὶ ἀποφθεγμάτων, τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, Βιβλίον α' τῶν ι.

DIOGENIS LAERTII DE vita & sententiis eorum qui in philosophia claruerunt, Liber I.

Τὸ προοίμιον.

Τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοί φασιν ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι. γεγενῆσθαι γὰρ παρὰ μὲν Πέρσαις Μάγους, παρὰ δὲ Βαβυλωνίοις ἢ Ἀσσυρίοις Χαλδαίους καὶ Γυμνοσοφιστὰς παρὰ Ἰνδοῖς· παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις τοὺς καλουμένους Δρυΐδας καὶ Σεμνοθέους· καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μαγικῷ, καὶ Σωτίων ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ τῆς διαδοχῆς. Φοινικά τε γενέσθαι Ὦχον, καὶ Θρᾷκα Ζάμολξιν, καὶ Λίβυν Ἄτλαντα. Αἰγύπτιοι μὲν γὰρ

Proœmium.

Philosophiã à barbaris initia sumpsisse nonnulli autumant. Nam Persis Magos, Babyloniis & Assyriis Chaldæos, Indis Gymnosophistas, Celtis seu Gallis Druidas, & qui Semnothei appellabãtur, eius rei fuisse autores, ait Aristoteles in Magico, & Sotion in decimotertio Successionis libro. Phœnicẽ præterea fuisse Ochum: & Zamolxim, Thracem: & Atlãtem, Libycum. ad hæc Ægyptij,

Νείλου γενέσθαι παῖδα Ἥφαιστον, ὃν ἄρξαι φιλοσοφίας, ἧς τοὺς προεστῶτας, ἱερέας εἶναι καὶ προφήτας. ἀπὸ δὲ τούτου εἰς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἐτῶν εἶναι μυριάδας τέσσαρας καὶ ὀκτακισχίλια ὀκτακόσια ἑξηκοντατρία. ἐν οἷς ἡλίου μὲν ἐκλείψεις γενέσθαι τριακοσίας ἑβδομηκοντατρεῖς, σελήνης δὲ ὀκτακοσίας τριακονταδύο. ἀπὸ δὲ τῶν μάγων, ὧν ἄρξαι Ζωροάστρην τὸν Πέρσην, Ἑρμόδωρος μὲν ὁ Πλατωνικὸς ἐν τῷ περὶ μαθημάτων φησὶν εἰς τὴν Τροίας ἅλωσιν ἔτη γεγονέναι πεντακισχίλια· Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς εἰς τὴν Ξέρξου διάβασιν ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου ἑξακόσια φησί. καὶ μετ' αὐτὸν γεγονέναι πολλούς τινας μάγους κατὰ διαδοχὴν, Ὀστάνας καὶ Ἀστραψύχους καὶ Γωβρύας καὶ Παζάτας, μέχρι τῆς Περσῶν ὑπ' Ἀλεξάνδρου καταλύσεως. λανθάνουσι δ' αὑτοὺς τὰ τῶν Ἑλλήνων κατορθώματα, ἀφ' ὧν μὴ ὅτι γε φιλοσοφία, ἀλλὰ καὶ γένος ἀνθρώπων ἦρξε, βαρβάροις προσάπτοντες.

filium Nili fuisse Vulcanum, qui philosophiæ aperuit principia: porro ipsius rei antistites, sacerdotes ac prophetas appellari solitos. Ab hoc autem ad Alexandrum Macedonum regem fluxisse annos quadragesies octies mille octingentos sexagintatres. quo toto tempore solis defectus apparuisse trecentos septuagintatres, lunæ autem octingentos trigintaduos. Enimuero à magis, quorum principem fuisse Zoroastrem Persen memoriæ proditum est, Hermodorus Platonicus in libro De disciplinis, vsque ad excidium Troiæ, annos quinquies mille computat: Xanthus verò Lydus, à Zoroastre vsque ad Xerxis transitũ, sexcẽtos enumerat. Pòst autem, magos plurimos sibi inuicẽ successisse, Ostanas, Astrapsychos, Gobryas ac Pazatas: donec ab Alexãdro euersum est Persarum regnum. Sed hi profectò per imprudentiam, Græcorum rectè facta inuentáque barbaris applicant. Ab iis enim non solum philosophia, verùm ipsum quoque hominum genus initio manauit. Nam Musæo Athenæ, The-

ἰδοὺ γοῦν παρὰ μὲν Ἀθηναίοις γέγονε Μουσαῖος, παρὰ δὲ Θη-

βαῖος Λίνος. καὶ τὸν μὲν, Εὐμόλπου παῖδά φασι, ποιῆσαι δὲ θεογονίαν καὶ σφαῖραν πρῶτον· φάναι τε ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς ταὐτὸν ἀναλύεσθαι. τοῦτον τελευτῆσαι Φαληροῖ, καὶ αὐτῷ ἐπιγεγράφθαι τόδε τὸ ἐλεγεῖον,

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει τὸ φαληρικὸν οὖδας,
Μουσαῖον φθίμενον σῆμ' ὑπὸ τῷδε τάφῳ.

ἀπὸ δὲ τοῦ πατρὸς τοῦ Μουσαίου καὶ Εὐμολπίδαι καλοῦνται παρ' Ἀθηναίοις. τὸν δὲ Λίνον, παῖδα εἶναι Ἑρμοῦ καὶ Μούσης Οὐρανίας· ποιῆσαι δὲ κοσμογονίαν, ἡλίου καὶ σελήνης πορείαν, καὶ ζῴων καὶ καρπῶν γενέσεις. τούτῳ ἀρχὴ τῶν ποιημάτων ἥδε,

Ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει.

ὅθεν λαβὼν Ἀναξαγόρας, πάντα ἔφη χρήματα γεγονέναι ὁμοῦ, νοῦν δὲ ἐλθόντα, αὐτὰ διακοσμῆσαι. τὸν δὲ Λίνον τελευτῆσαι ἐν Εὐβοίᾳ, τοξευθέντα ὑπὸ Ἀπόλλωνος· καὶ αὐτῷ ἐπιγεγράφθαι,

Ὧδε Λίνον Θηβαῖον ἐδέξατο γαῖα θανόντα,
Μούσης Οὐρανίης υἱὸν ἐυστεφάνου.

bæ Lino inclytæ sunt. Horum alterum, EVmolpi filium, asserunt primum deorum generationẽ tradidisse, sphęramque inuenisse, & ex vno fieri atque in idem resolui omnia, dixisse, Hunc Phaleris obiisse diem, ibique sepultum esse, inscriptúmque ipsi, tumulo hoc epigramma,

EVmolpi exanimem Musæũ terra Phalera
Claudit in hoc tumulo, pignora chara patris.

Porro Musæi pater EVmolpidis apud Athenienses cognomen dedit. Linum verò Mercurio musaque Vrania genitum affirmant; scripsisse autem mũdo generationem, solis item & lunæ cursus, animalium & fructuum generationes. Hoc autem operi suo fecit initium,

Tempus erat quo cuncta simul sunt cõdita quondã.

Quẽ sequutus Anaxagoras, & ipse simul facta omnia asseruit, eáque mente accedẽte composita. Linum autem in EVbœa occubuisse, sagitta ab Apolline percussum, in quem hoc extat epitaphium,

Candida purpureis redimitum tempora sertis
Thebanum Vrania conti-[illegible] Linum.

καὶ ὧδε μὲν ἀφ' Ἑλλήνων ἦρξε φιλοσοφία· ἧς καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τὴν βάρβαρον ἀπέστραπται προσηγορίαν. οἱ δὲ τὴν εὕρεσιν διδόντες ἐκείνοις, παράγουσι καὶ Ὀρφέα τὸν Θρᾷκα, λέγοντες φιλόσοφον γεγονέναι, καὶ εἶναι ἀρχαιότατον. ἐγὼ δὲ, εἰ τὸν περὶ θεῶν καταγορεύσαντα τοιαῦτα, χρὴ φιλόσοφον καλεῖν, οὐκ οἶδα· τίνα δεῖ προσαγορεύειν τὸν πᾶν τὸ ἀνθρώπειον πάθος ἀφειδοῦντα τοῖς θεοῖς προστρῖψαι, καὶ τὰ σπανίως ὑπό τινων ἀνθρώπων αἰσχρουργούμενα καὶ τῷ τῆς φωνῆς ὀργάνῳ. τοῦτον δὲ ὁ μὲν μῦθος ὑπὸ γυναικῶν ἀπολέσθαι φησί· τὸ δ' ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας ἐπίγραμμα, κεραυνωθῆναι αὐτὸν, λέγον οὕτως·

Θρήϊκα χρυσολύρην τῇδ' Ὀρφέα Μοῦσαι ἔθαψαν,
Ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει.

οἱ δὲ φάσκοντες ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι φιλοσοφίαν, καὶ τὸν τρόπον παρ' ἑκάστοις αὐτῆς ἐκτίθενται· καί φασι τοὺς μὲν Γυμνοσοφιστὰς καὶ Δρυΐδας αἰνιγματωδῶς ἀποφθεγγομένους φιλοσοφῆσαι, σέβειν θεοὺς, καὶ μηδὲν κακὸν δρᾶν, καὶ

Itaque philosophia non à barbaris, sed à Græcis initium habuit cuius & ipsum nomen barbaram omnino abhorret appellationẽ. Qui autem illius inuentionem barbaris assignant, Orpheũ quoque Thracem in medium adducunt, philosophum fuisse, & quidem antiquissimum. Equidem is qui de diis talia commentus est, an philosophus appellandus sit, nescio. Videat certè, qui ita volunt, quo sit censendus nomine, qui diis vitia, quæ rarò à turpibus quibusque, & flagitiosis hominibus geruntur, adscribit. Hunc autem à mulieribus discerptum perisse fama est. Cæterũ ex eo epigrãmate quod in Dio Macedonię insculptum est, fulmine interiisse cognoscitur, vbi & sepultus à Musis asseritur:

Orphea candenti traiectum fulmine Thracem,
Cum aurata Aonides hîc posuere lyra.

Exponunt etiam mores & instituta singulorum, qui barbaros aiũt philosophiæ principes fuisse: Gimnosophistas ac Druidas obscure ac per sententias philosophari, colendos deos, nihil mali faciendum; &

ἀνδρείαν ἀσκεῖν. τοὺς γοῦν Γυμνοσοφιστὰς καὶ θανάτου καταφρονεῖν φησι Κλείταρχος ἐν τῇ δωδεκάτῃ· τοὺς δὲ Χαλδαίους περὶ ἀστρονομίαν καὶ πρόρρησιν ἀσχολεῖσθαι· τοὺς δὲ μάγους περί τε θεραπείας θεῶν διατρίβειν καὶ θυσίας καὶ εὐχὰς, ὡς αὐτοῖς μόνοις ἀκουομένους. ἀποφαίνεσθαί τε περί τε οὐσίας θεῶν καὶ γενέσεως, οὓς καὶ πῦρ εἶναι καὶ γῆν καὶ ὕδωρ· τῶν δὲ ξοάνων καταγινώσκειν, καὶ μάλιστα τῶν λεγόντων ἄρρενας εἶναι θεοὺς, καὶ θηλείας· περί τε δικαιοσύνης λόγους ποιεῖσθαι, καὶ ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν· καὶ ὅσιον νομίζειν μητρὶ ἢ θυγατρὶ μίγνυσθαι, ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ φησὶν ὁ Σωτίων. ἀσκεῖν τε καὶ μαντικὴν καὶ πρόρρησιν, καὶ αὐτοῖς θεοὺς ἐμφανίζεσθαι λέγοντας. ἀλλὰ καὶ εἰδώλων πλήρη εἶναι τὸν ἀέρα, κατ᾽ ἀπόρροιαν ὑπὸ ἀναθυμιάσεως εἰσκρινομένων ταῖς ὄψεσι τῶν ὀξυδερκῶν· προσώματα καὶ χρυσοφορίας ἀπαγορεύειν. τούτων δὲ ἐσθὴς μὲν, λευκή· στιβὰς δὲ, εὐνή· καὶ λάχανον, τροφὴ, τυρός τε, καὶ ἄρτος εὐτελὴς καὶ κάλαμος, ἡ βακτηρία, ᾧ κεντοῦντες (φασὶ) τὸ

exercendam fortitudinem. Priores illos mortis quoque esse contemptores Clitarchus asserit in duodecimo libro: Chaldæos circa astronomiæ rationes prædictionésque occupari: magos deorum vacare cultui, & preces illis ac vota & sacrificia, quasi soli ab iis exaudiantur, offerre: de deorũ substantia & generatione differere, quos item ignem, terram & aquam esse arbitrentur: signa statuásque reprehendere: & eorum in primis qui mares esse deos, ac fœminas, dicunt, errores improbare: de iustitia verba facere: iniquúmque arbitrari atque impium igni sepelire: iustum matri ac filiæ misceri, vt in vigesimo tertio libro ait Sotion. diuinationem præterea prædictionémque exercere, sibi deos apparere asserentes, plenum esse dæmonibus aera, qui tenuiter, ac veluti ex euaporatione cernentium oculis influant: exteriorem cultum & auri vsum interdicere. His autem vestis, candida: lectus, humus: esca, olus, caseus panísque cibarius est. Arundine pro baculo vtuntur, cuius in summi-

τυροῦ αἱρεσιῶτο καὶ ἀπήθιον· τὴν δὲ γοητικὴν μαντείαν οὐδ᾽ ἔγνωσαν, φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μαγικῷ, καὶ Δείνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν· ὃς καὶ μεθερμηνευόμενον φησὶ τὸν Ζωροάστρην ἀστροθύτην εἶναι. φησὶ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Ἑρμόδωρος. Ἀριστοτέλης δ᾽ ἐν πρώτῳ περὶ φιλοσοφίας, καὶ πρεσβυτέρους εἶναι τῶν Αἰγυπτίων, καὶ δύο κατ᾽ αὐτοὺς εἶναι ἀρχάς, ἀγαθὸν δαίμονα καὶ κακὸν δαίμονα· καὶ τῷ μὲν ὄνομα εἶναι Ζεὺς καὶ Ὡρομάσδης, τῷ δὲ Ἅδης καὶ Ἀρειμάνιος. φησὶ δὲ τοῦτο καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μάγων, καὶ Εὔδοξος ἐν τῇ Περιόδῳ, καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Φιλιππικῶν· ὃς καὶ ἀναβιώσεσθαι κατὰ τοὺς Μάγους φησὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους, καὶ τὰ ὄντα ταῖς αὐτῶν ἐπικλήσεσι διαμενεῖν. ταῦτα δὲ καὶ Εὔδημος ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ. Ἑκαταῖος δὲ καὶ γεννητοὺς τοὺς θεοὺς εἶναι κατ᾽ αὐτούς. Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς ἐν τῷ περὶ παιδείας, καὶ τοὺς γυμνοσοφιστὰς ἀπογόνους εἶναι τῶν Μάγων φησίν· ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τούτων εἶναι.

tate præfixum caſeum ori applicantes mandunt. Magicæ illos diuinationis ignaros Ariſtoteles ait in libro quem inſcripſit Magicum, & Dinon in quinto Hiſtoriarum libro: qui Zoroaſtrem quoque ex interpretatione nominis ſui, aſtrorum aſſerit fuiſſe cultorem. Hoc ipſum & Hermodorus tradit. Ægyptiis verò antiquiores eſſe magos Ariſtoteles autor eſt in primo De philoſophia libro, duóque iuxta illos eſſe principia, bonum dæmonem & malum: alterum ex his Iouem & Oromaſdem, alterum Plutonem & Arimanium dici, quod Hermippus quoque in primo de Magis ait, atque EVdoxus in Periodo, & Theopópus octauo Philippicorum libro. Qui & reuicturos homines, iuxta magorum ſententiam dicit, immortaléſque futuros, & vniuerſa illorum precationibus conſiſtere. Iſta EVdemus quoque Rhodius tradit. Porro Hecatæus, deos quoque ex eorum ſententia eſſe genitos ait: Clearchus verò Solenſis, in libro De diſciplina, Gymnoſophiſtas à Magis fluxiſſe aſſeuerat: plerique & Iudæos ab his duxiſſe originem tradunt.

τοὺς φύσεις καταγινώσκουσιν Ἡροδότου οἱ περὶ Μάγων γράψαντες. μὴ γὰρ ἂν εἰς τὸν ἥλιον βέλη Ξέρξην ἀκοντίσαι, μηδ' εἰς τὴν θάλασσαν πέδας καθεῖναι· θεοὺς ὑπὸ τῶν μάγων παραδεδομένους. τὰ μέντοι ἀγάλματα εἰκότως καθαιρεῖν. τὴν δὲ τῶν Αἰγυπτίων φιλοσοφίαν εἶναι τοιαύτην περί τε θεῶν καὶ ὑπὲρ δικαιοσύνης. φάσκειν τε ἀρχὴν μὲν εἶναι τὴν ὕλην, εἶτα τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐξ αὐτῆς διακριθῆναι, καὶ ζῷά τινα ἀποτελεσθῆναι. θεοὺς δ' εἶναι ἥλιον καὶ σελήνην· τὸν μὲν, Ὄσιριν, τὴν δ', Ἶσιν καλουμένην. αἰνίττεσθαί τε αὐτοὺς διά τε κανθάρου καὶ δράκοντος καὶ ἱέρακος καὶ ἄλλων, ὥς φησι Μανέθως ἐν τῇ τῶν φυσικῶν ἐπιτομῇ, καὶ Ἑκαταῖος ἐν τῇ πρώτῃ περὶ τῆς Αἰγυπτίων φιλοσοφίας. κατασκευάζειν δὲ ἀγάλματα καὶ τεμένη, τῷ μὴ εἰδέναι τὴν τοῦ θεοῦ μορφήν. τὸν κόσμον γενητὸν καὶ φθαρτὸν καὶ σφαιροειδῆ· τοὺς ἀστέρας πῦρ εἶναι, καὶ τῇ τούτων κράσει τὰ ἐπὶ γῆς γίνεσθαι· σελήνην ἐκλείπειν εἰς τὸ σκίασμα τῆς γῆς ἐμπίπτουσαν· τὴν ψυχὴν καὶ ἐπιδιαμένειν καὶ μεταβαίνειν·

Herodotum præterea in ius vocant, mendaciíq; argnũt, qui Magorum historiam scripsere. neque enim iacula in solem torsisse Xerxem, vt ille ait, nec compedes mari immisisse: quòd hi à magis dij sunt traditi: signa tamen & statuas ex disciplinæ instituto è medio sustulisse. Ægyptiorum autem huiusmodi philosophiam de diis ac iustitia dixere. Materiam principium fuisse rerum: ex ea deinceps quatuor elementa discreta, perfectásque complures animantes: solem ac lunam deos esse, alterũmque, Osirim, alteram, Isim, appellatos: exprimere illos per scarabeum & draconem, accipitrem, aliáque animalia, Manethus autor est in Naturalium epitome, & Hecatæus in primo De Ægyptiorum philosophia libro. Statuas præterea & fana à se fabricari, quòd ignorent effigiem dei: mundum genitum mortalémque, & ad sphæræ similitudinem rotundum: stellas ignem esse, quarum temperata commixtione cuncta super terram nascantur: lunam deficere quum in terræ incidit vmbrã: animã & perdurare & subinde migrare:

ὑετοὺς κατ' ἀέρος τροπὴν ἀποτελεῖσθαι· τά τε ἄλλα φυσιολογεῖν, ὡς Ἑκαταῖός τε καὶ Ἀρισταγόρας ἱστοροῦσιν. ἔθεντο δὲ καὶ νόμους περὶ δικαιοσύνης, οὓς εἰς Ἑρμῆν ἀνήνεγκαν· καὶ τὰ εὔχρηστα τῶν ζώων θεοὺς ἐδόξασαν. Λέγουσι δὲ καὶ ὡς αὐτοὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρολογίαν καὶ ἀριθμητικὴν εὑρεῖεν. καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς εὑρέσεως ὧδε ἔχει. φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον, ἐν Σικυῶνι διαλεγόμενος Λέοντι τῷ Σικυωνίων τυράννῳ, ἢ Φλιασίων, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῇ περὶ τῆς ἄπνου· μηδένα γὰρ εἶναι σοφὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἢ θεόν. θᾶττον δὲ ἐκαλεῖτο σοφία, καὶ σοφὸς ὁ ταύτην ἐπαγγελλόμενος. ὃς εἴη ἂν κατὰ τὰ ἀκρότατα ψυχῆς ἀπηκριβωμένος· φιλόσοφος δὲ ὁ σοφίαν ἀσπαζόμενος. οἱ δὲ σοφοὶ, καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο. καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ, σοφισταί· καθὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχῳ, τοὺς περὶ

pluuias ex aeris conuersionibus fieri. Ista & huiusmodi illos de rerum natura disserere Hecatæus & Aristagoras tradunt. De iustitia quoque leges constituerũt, quas ad Mercurium referunt. Vtiles quasque & vsui hominum accommodatas animantes diuino honore prosequuti sunt. Asserunt & ipsi, geometriam, astrologiam & arithmeticam, se primos inuenisse. De inuentione autem hactenus. Philosophiam verò Pythagoras primus appellauit, séque philosophum, quum Sicyone conueniret Leontem Sicyoniorum tyrannum, siue Phliasiorum, vt ait Heraclides Ponticus in libro quem inscripsit, περὶ τῆς ἄπνου: nullum enim hominum, sed solum Deum esse sapientẽ. Antea enim σοφία, hoc est sapientia, dicta, quæ nunc philosophia dicitur, & qui hanc profitebantur σοφοὶ hoc est sapientes, appellati. Quicunque ad summam animi virtutem exercuerunt, hos nunc honestiore vocabulo, autore Pythagora, philosophos, hoc est sapientiæ studiosos, appellamus. Ipsi tamen sapientes sophistæ etiam sunt dicti. Neque hi solum, verum poetæ quoque, sophistarum appellatione honorantur. Nam Cratinus in Archilocho, Ho-

Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν, οὕτως καλεῖ. σοφοὶ δὲ ἐνομίζοντο οἵδε, Θαλῆς, Σόλων, Περίανδρος, Κλεόβουλος, Χίλων, Βίας, Πιττακός. τούτοις προσαριθμοῦσιν Ἀνάχαρσιν τὸν Σκύθην, Μύσωνα τὸν Χηνέα, Φερεκύδην τὸν Σύριον, Ἐπιμενίδην τὸν Κρῆτα· ἔνιοι καὶ Πεισίστρατον τὸν τύραννον. καὶ οἱ μὲν, σοφοί. Φιλοσοφίας δὲ δύο γεγόνασιν ἀρχαί, ἥ τε ἀπὸ Ἀναξιμάνδρου, καὶ ἡ ἀπὸ Πυθαγόρου· τοῦ μὲν, Θαλοῦ διακηκοότος· Πυθαγόρου δὲ Φερεκύδης καθηγήσατο· καὶ ἐκαλεῖτο ἡ μὲν, Ἰωνική, ὅτι Θαλῆς Ἴων ὤν (Μιλήσιος γὰρ) καθηγήσατο Ἀναξιμάνδρου· ἡ δὲ Ἰταλική, ἀπὸ Πυθαγόρου, ὅτι τὰ πλεῖστα κατὰ τὴν Ἰταλίαν διέτριψε. καταλήγει δὲ ἡ μὲν εἰς Κλειτόμαχον καὶ Χρύσιππον καὶ Θεόφραστον, ἡ Ἰωνική· ἡ δὲ Ἰταλικὴ εἰς Ἐπίκουρον. Θαλοῦ μὲν γὰρ Ἀναξίμανδρος, οὗ Ἀναξιμένης, οὗ Ἀναξαγόρας, οὗ Ἀρχέλαος, οὗ Σωκράτης, ὁ τὴν ἠθικὴν εἰσαγαγών· οὗ οἵ τε ἄλλοι Σωκρατικοὶ καὶ Πλάτων, ὁ τὴν ἀρχαίαν Ἀκαδημίαν συστησάμενος· οὗ Σπεύ-

merum & Hesiodũ admiratus, ita illos vocat. Sapientes autem habiti sunt, Thales, Solon, Periander, Cleobulus, Chilō, Bias, Pittacus. His annumerant pleriqne Anacharsim Scytham, Misonem Cheneum, Pherecydem Syrum, Epimenidémque Cretensem. Addunt alii Pisistratum tyrannum. Et hi quidem sapientes dicti. Enimuero philosophiæ duo fuere principia, vnũ quod ab Anaximandro, alterum quod à Pythagora fluxit. Anaximandri Thales præceptor fuit, Pythagoræ verò Pherecydes: appellatúmque est id philosophiæ genus, Ionicum, quòd Thales ex Ionia fuerit (Milesius enim quum esset, Anaximādrum instituit) hoc autem Italicum, quòd illius autor Pythagoras, in Italia vt plurimum philosophatus sit. Desinit autē Ionica in Clitomachum, Chrysippum, & Theophrastum: Italica in Epicurum. quippe Thaleti successit Anaximander, Anaximandro Anaximenes, Anaximeni Anaxagoras, Anaxagoræ Archelaus, ei verò Socrates, qui primus ethicen inuenit. huic verò cũ Socratici reliqui, tũ in primis Plato, qui veterē Academiā instituit; Platoni Speu-

σιππος καὶ Ξενοκράτης, οὗ Πολέμων, οὗ Κράντωρ καὶ Κράτης, οὗ Ἀρκεσίλαος, ὁ τὴν μέσην Ἀκαδημίαν εἰσηγησάμενος· οὗ Λακύδης, ὁ τὴν νέαν Ἀκαδημίαν φιλοσοφήσας· οὗ Καρνεάδης, οὗ Κλειτόμαχος. καὶ ὧδε μὲν εἰς Κλειτόμαχον. εἰς δὲ Χρύσιππον οὕτω καταλήγει· Σωκράτους Ἀντισθένης, οὗ Διογένης ὁ Κύων, οὗ Κράτης ὁ Θηβαῖος, οὗ Ζήνων ὁ Κιτιεύς, οὗ Κλεάνθης, οὗ Χρύσιππος. εἰς δὲ Θεόφραστον οὕτως· Πλάτωνος Ἀριστοτέλης, οὗ Θεόφραστος. καὶ ἡ μὲν Ἰωνικὴ τοῦτον καταλήγει τὸν τρόπον· ἡ δὲ Ἰταλικὴ οὕτω. Φερεκύδους Πυθαγόρας, οὗ Τηλαύγης ὁ υἱός, οὗ Ξενοφάνης, οὗ Παρμενίδης, οὗ Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, οὗ Λεύκιππος, οὗ Δημόκριτος, οὗ πολλοὶ μέν, ἐπ' ὀνόματος δὲ, Ναυσιφάνης καὶ Ναυκύδης, ὧν Ἐπίκουρος. Τῶν δὲ φιλοσόφων, οἱ μὲν γεγόνασι δογματικοί, οἱ δὲ ἐφεκτικοί· δογματικοὶ μὲν, ὅσοι περὶ τῶν πραγμάτων ἀποφαίνονται, ὡς καταληπτῶν· ἐφεκτικοὶ δὲ, ὅσοι ἐπέχουσι περὶ

sippus & Xenocrates, ei Polemon, Polemoni Crātor & Crates: cui Arcesilaus, qui mediā inuexit Academiā: ei Lacydes, qui nouam Academiam inuenit: Lacydi Carneades, eique Clitomachus. atque in hunc modum in Clitomachum desiit. Sic autem in Chrysippum: Socrati successit Antisthenes, Antistheni Diogenes Cynicus, ei verò Crates Thebanus, Crati Zeno Cittieus, Zenoni Cleanthes, cui Chrysippus. In Theophrastum verò sic desiit: Platoni succedit Aristoteles, Aristoteli verò Theophrastus. & hunc quidem in modum Ionica philosophia desiit. Porro Italicæ hæc series fuit: Pherecydi Pythagoras, Pythagoræ Telauges filius successit, ei Xenophanes, cui Parmenides, huic Zeno Eleates, Leucippus Zenoni, Democritus Leucippo: Democrito cōplures, sed inter reliquos Nausiphanes Naucydésque celebrantur. Eis verò suo ordine successit Epicurus. Philosophi autem generaliter in duo genera distribuuntur. Quidam ex his dogmatici sunt dicti, qui de rebus, veluti comprehendi possint, disserunt: alii ἐφεκτικοί, qui nihil definiunt,

αὐτῶν, ὡς ἀκαταλήπτων. καὶ οἱ μὲν αὐτῶν κατέλιπον ὑπομνήματα, οἱ δ' ὅλως οὐ συνέγραψαν, ὥσπερ κατά τινας, Σωκράτης, Στίλπων, Φίλιππος, Μενέδημος, Πύρρων, Θεόδωρος, Καρνεάδης, Βρύσων· κατά τινας, Πυθαγόρας, Ἀρίστων ὁ Χῖος, πλὴν ἐπιστολῶν ὀλίγων. οἱ δὲ ἀνὰ ἓν συγγράψαντες, Μέλισσος, Παρμενίδης, Ἀναξαγόρας. πολλὰ δὲ Ζήνων, πλείω Ξενοφάνης, πλείω Δημόκριτος, πλείω Ἀριστοτέλης, πλείω Ἐπίκουρος, πλείω Χρύσιππος. τῶν δὲ φιλοσόφων, οἱ μὲν ἀπὸ πόλεων προσηγορεύθησαν, ὡς οἱ Ἠλιακοὶ, καὶ Μεγαρικοὶ, καὶ Ἐρετρικοὶ, καὶ Κυρηναϊκοί· οἱ δὲ ἀπὸ τόπων, ὡς οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ καὶ Στωϊκοί· ἀπὸ συμπτωμάτων δὲ, ὡς οἱ Περιπατητικοί· ἢ ἀπὸ σκωμμάτων, ὡς οἱ Κυνικοί. οἱ δὲ ἀπὸ διαθέσεων, ὡς οἱ Εὐδαιμονικοί. τινὲς ἀπὸ οἰήσεως, ὡς οἱ Φιλαλήθεις, καὶ ἐλεγκτικοὶ, καὶ ἀναλογητικοί. ἔνιοι δ' ἀπὸ τῶν διδασκάλων, ὡς οἱ Σωκρατικοὶ καὶ Ἐπικούρειοι, καὶ τὰ ὅμοια. καὶ οἱ μὲν, ἀπὸ τῆς περὶ φύσιν πραγματείας, φυσικοί· οἱ δὲ,

& de rebus ita disputant vt comprehendi non possint. Ex his plerique ingenij sui monumenta reliquerunt, alij nihil penitus scripsere. His, vt quidam volunt, Socrates annumeratur, Stilpon, item Philippus, Menedemus, Pyrrho, Theodorus, Carneades, Bryso: Pythagoras etiam secundum quosdã, Aristo Chius, praeter paucas epistolas. Alij sunt qui singula tantùm opuscula scripserunt, Melissus, Parmenides & Anaxagoras. Multa scripsit Zeno, plura Xenophanes, plura Democritus, plura Aristoteles, plura Epicurus, sed Chrysippus plurima. Philosophorum alij à ciuitatibus sunt appellati, vt Elienses, Megarenses, Eretrici, & Cyrenaici. Quidam à locis, vt Academici, Stoici. Ab euentu nonnulli, vt Peripatetici: nonnulli ab ignominia, vt Cynici: alij ab effectu, vt EVdaemonici: quidam à fastu, vt qui se φιλαλήθεις, hoc est veritatis studiosos, & ἐλεγκτικοὺς, & ἀναλογητικοὺς, vocant. Sunt item qui à praeceptoribus sunt dicti, vt Socratici & Epicurei: atque alij, quòd de natura rerum scripsere, Physicis alij, quia

ἀπὸ τῆς περὶ τὰ ἤθη σχολῆς, ἠθικοί· διαλεκτικοὶ δὲ, ὅσοι περὶ τὴν τῶν λόγων τερθρείαν καταγίνονται. Μέρη δὲ φιλοσοφίας τρία, φυσικὸν, ἠθικὸν, διαλεκτικόν. φυσικὸν μὲν, τὸ περὶ κόσμου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ· ἠθικὸν δὲ, τὸ περὶ βίου καὶ τῶν πρὸς ἡμᾶς· διαλεκτικὸν δὲ, τὸ ἀμφοτέρων τοὺς λόγους πρεσβεῦον. καὶ μέχρι μὲν Ἀρχελάου τὸ φυσικὸν εἶδος ἦν· ἀπὸ δὲ Σωκράτους, ὡς προείρηται, τὸ ἠθικόν· ἀπὸ δὲ Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου, τὸ διαλεκτικόν. τοῦ δὲ ἠθικοῦ γεγόνασιν αἱρέσεις δέκα, Ἀκαδημαϊκὴ, Κυρηναϊκὴ, Ἠλειακὴ, Μεγαρικὴ, Κυνικὴ, Ἐρετρικὴ, Διαλεκτικὴ, Περιπατητικὴ, Στωϊκὴ, Ἐπικούρειος. Ἀκαδημαϊκῆς μὲν οὖν τῆς ἀρχαίας προέστη Πλάτων, τῆς μέσης Ἀρκεσίλαος, τῆς νέας Λακύδης, Κυρηναϊκῆς Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος, Ἠλειακῆς Φαίδων ὁ Ἠλεῖος, Μεγαρικῆς Εὐκλείδης Μεγαρεὺς, Κυνικῆς Ἀντισθένης ὁ Ἀθηναῖος, Ἐρετρικῆς Μενέδημος Ἐρετριεὺς, Διαλεκτικῆς Κλειτόμαχος Καλχηδόνιος, Περιπατητικῆς Ἀριστοτέλης Σταγειρίτης, Στωϊκῆς

circa mores potius se occuparunt, Ethici: cæteri à disserendo διαλεκτικοὶ vocati sunt, hi nimirum qui verborum ac rationum acumine pugnant. Diuiditur autem philosophia in partes tres, Physicam, Ethicam, & Dialecticam. Physicæ proprium est de mundo, & de ijs quæ sunt in eo, disserere: Ethicæ verò, de vita moribúsque tractare: porro Dialecticæ, ambarum partium afferre rationes. Sola vsquè ad Archelaũ Physica viguit: à Socrate verò (vt prædictum est) Ethica initium sumpsit, & à Zenone Eleate Dialectica. Ethicæ verò pars in sectas decem scinditur, Academicam, Cyrenaicam, Eliacam, Megaricam, Cynicam, Eretricam, Dialecticam, Peripateticã, Stoicam, & Epicuream. Veteris Academiæ princeps fuit Plato, mediæ Arcesilaus, nouę Lacydes, Cyrenaicæ Aristippus Cyrenæus, Eliacæ Phædon Eliēsis, Megaricę Euclides Megarensis, Cynicæ Antisthenes Atheniensis, Eretricæ Menedemus Eretriēsis, Dialecticæ Clitomachus Chalcedonius, Peripateticæ Aristoteles Stagirites, Stoicę

Ζήνων Κιτιεύς. ἡ δὲ Ἐπικούρειος ἀπ' αὐτοῦ κέκληται Ἐπικούρου. Ἱππόβοτος δ' ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων, ἐννέα φησὶν αἱρέσεις καὶ ἀγωγὰς εἶναι· πρώτην Μεγαρικήν, δευτέραν Ἐρετρικήν, τρίτην Κυρηναϊκήν, τετάρτην Ἐπικούρειον, πέμπτην Ἀννικέρειον, ἕκτην Θεοδώρειον, ἑβδόμην Ζηνώνειον, τὴν καὶ Στωϊκήν, ὀγδόην Ἀκαδημαϊκὴν τὴν ἀρχαίαν, ἐνάτην Περιπατητικήν· οὔτε δὲ Κυνικήν, οὔτε Ἠλειακήν, οὔτε Διαλεκτικήν. τὴν μὲν γὰρ Πυρρώνειον οὐδ' οἱ πλείους προσποιοῦνται, διὰ τὴν ἀσάφειαν, ἔνιοι δὲ κατά τι μὲν αἵρεσιν εἶναί φασιν αὐτήν, κατά τι δὲ οὔ· δοκεῖ μὲν γὰρ αἵρεσις εἶναι. αἵρεσιν δὲ λέγομεν (φασὶ) τὴν λόγῳ τινὶ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀκολουθοῦσαν, ἢ δοκοῦσαν ἀκολουθεῖν· καθ' ὃ εὐλόγως ἂν αἵρεσιν τὴν σκεπτικὴν καλοῖμεν. εἰ δὲ αἵρεσιν νοοῖμεν πρόσκλισιν δόγμασιν ἀκολουθίαν ἔχουσιν, οὐκέτ' ἂν προσαγορεύοιτο αἵρεσις· οὐ γὰρ ἔχει δόγματα. αὗται μὲν ἀρχαὶ καὶ διαδοχαί, καὶ τοσαῦτα μέρη καὶ τόσαι φιλοσοφίας

Zeno Citieus. Porro Epicurea ab autore ipso appellata est. Cæterum Hippobotus in libro de sectis, nouem ait fuisse sectas atque instituta. Ex his Megaricam primo loco constituit, secundo Eretricam, tertio Cyrenaicam, quarto Epicuream, quinto Anniceriam, sexto Theodoriã, septimo Zenoniam, eandémque Stoicam, octauo Academicam veterem, nono Peripateticam: Cynicæ autẽ & Eliacæ atque Dialecticæ nullam mẽtionem facit. Ea verò quæ Pyrrhonia dicitur, propter obscuritatem à plurimis repudiatur. Hanc ipsam tamen plerique ex parte sectã esse dicũt, ex parte negant. Eam denique sectam dici aiunt, quæ rationem aliquã, iuxta id quod apparet & in promptu est, sequitur aut sequi videtur: iuxta quod & σκεπτικὴν non incongruè sectam appellabimus. Verùm si sectam intelligimus appellationem ex his dogmatibus constantem, quæ sibi ipsis consentiant, non iam appellabitur secta: neque enim dogmata siue decreta habet. Ista de philosophiæ initiis, auctibus, partibus ac sectis, paucis

αἱρέσεις. ἔτι δὲ πρὸ ὀλίγου καὶ ἐκλεκτική τις αἵρεσις εἰσήχθη ὑπὸ Ποτάμωνος τοῦ Ἀλεξανδρέως, ἐκλεξαμένου τὰ ἀρέσαντα ἐξ ἑκάστης τῶν αἱρέσεων. ἀρέσκει δ' αὐτῷ, (καθά φησιν ἐν τῇ στοιχειώσει) κριτήρια τῆς ἀληθείας εἶναι· τὸ μὲν, ὡς ὑφ' οὗ γίνεται ἡ κρίσις, τουτέστι τὸ ἡγεμονικόν· τὸ δὲ, ὡς δι' οὗ, οἷον τὴν ἀκριβεστάτην φαντασίαν. ἀρχάς τε τῶν ὅλων, τήν τε ὕλην καὶ τὸ ποιοῦν, ποιόν τε καὶ τόπον· ἐξ οὗ γὰρ καὶ ὑφ' οὗ καὶ πῶς καὶ ἐν ᾧ. τέλος δὲ εἶναι ἐφ' ὃ πάντα ἀναφέρεται, ζωὴν κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν τελείαν, οὐκ ἄνευ τῶν τοῦ σώματος κατὰ φύσιν καὶ τῶν ἐκτός. λεκτέον δὲ περὶ αὐτῶν τῶν ἀνδρῶν, καὶ πρῶτόν γε περὶ Θαλοῦ.

diximus. Quanquam haud ita pridem ἐκλεκτική quædam secta à Potamone Alexandrino inuenta est, qui de singulis sectis, quæ sibi placuere, selegit. Visum autem illi est (vt in Institutione sua fatetur) multiplex esse veritatis examen: vnũ, à quo iudicium fiat, hoc est principale: alterũ, per quod, id est solertissimam intimámque imaginem. Initiáque rerum omnium materiam & qualitatẽ, effectionem ac locum; ex quo, & à quo, & vbi, & in quo. Finem verò ad quem cuncta referantur, vitam ait esse omni virtute perfectam, non absque corporis naturalibus externísque bonis. Sed iam de viris ipsis, cuiusmodi fuerint, dicendum, ac primùm de Thalete.

ΘΑΛΗΣ.

Ἦν τοίνυν ὁ Θαλῆς, ὡς μὲν Ἡρόδοτος καὶ Δοῦρις καὶ Δημόκριτός φασιν, πατρὸς μὲν Ἐξαμίου, μητρὸς δὲ Κλεοβουλίνης, ἐκ τῶν Θηλιδῶν, οἵ εἰσι φοίνικες, εὐγενέστατοι τῶν ἀπὸ Κάδμου καὶ Ἀγήνορος, καθὰ καὶ Πλάτων φησί. καὶ πρῶτος σοφὸς ὠνομάσθη ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου, καθ' ὃν καὶ οἱ ἑπτὰ σοφοὶ ἐκλήθησαν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ. ἐπολιτογραφήθη δὲ ἐν Μιλήτῳ, ὅτε ἦλθε σὺν Νείλεῳ ἐκπεσόντι φοινίκης. ὡς δὲ οἱ πλείους φασὶν, ἰθαγενὴς Μιλήσιος ἦν, καὶ γένους λαμπροῦ. μετὰ δὲ τὰ πολιτικὰ τῆς φυσικῆς ἐγένετο θεωρίας, καὶ κατά τινας μὲν σύγγραμμα κατέλιπεν οὐδέν. ἡ γὰρ εἰς αὐτὸν ἀναφερομένη ναυτικὴ ἀστρολογία, φώκου λέγεται εἶναι τοῦ Σαμίου (Καλλίμαχος δὲ αὐτὸν οἶδεν εὑρετὴν τῆς ἄρκτου τῆς μικρᾶς, λέγων ἐν τοῖς ἰάμβοις οὕτω·

THALES.

Thales itaque (vt Herodotus, Duris ac Democritus aiunt) patre Examio, matre Cleobulina, ex Thelidarum familia, qui Phœnicum nobilissimi, à Cadmo & Agenore originem ducunt, Platone quoque teste, natus: primúsque sapiens vocatus est, quo tempore Damasius Athenis princeps erat: sub quo septem quoque sapiētes appellati sunt, vt scribit Demetrius Phalereus in Descriptione principū. Mileti autem ciuis adscriptus est, profectus cum Neleo ex Phœnice, quum patrio solo excidisset, seu (vt alijs visū est) indigena Milesius, & claro genere natus. Post reip. negotia sese ad cōtemplandam rerum naturā trāstulit. Sanè iuxta quosdam nullum ingenij sui monumētum reliquit. Nā quæ in eū refertur Nautica astrologia, Phoci Samij esse perhibetur. Callimachus inuētorē fuisse minoris vrsæ, ac notasse illius stellas, tradit, qua Phœnices nauigāt: cuius versus sunt hi.

Καὶ τῆς ἁμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι
Τοὺς ἀστερίσκους, ᾗ πλέουσι Φοίνικες)

κατὰ τινὰς δὲ δύο μόνα συνέγραψε, περὶ τροπῆς καὶ ἰσημερίας, τὰ ἄλλα καταληπτὰ εἶναι δοκιμάσας. δοκεῖ δὲ κατά τινας πρῶτος ἀστρολογῆσαι, καὶ ἡλιακὰς ἐκλείψεις καὶ τροπὰς προειπεῖν, ὥς φησιν Εὔδημος ἐν τῇ περὶ τῶν ἀστρολογουμένων ἱστορίᾳ· ὅθεν αὐτὸν καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἡρόδοτος θαυμάζει. μαρτυρεῖ δ' αὐτῷ καὶ Ἡράκλειτος καὶ Δημόκριτος. ἔνιοι δὲ καὶ αὐτὸν πρῶτον εἰπεῖν φασιν ἀθανάτους τὰς ψυχάς· ὧν ἐστι Χοίριλος ὁ ποιητής. πρῶτος δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τροπῆς ἐπὶ τροπὴν πάροδον εὗρε, καὶ πρῶτος τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος τοῦ σεληναίου ἑπτακοσιοστὸν καὶ εἰκοστὸν μέρος ἀπεφήνατο κατά τινας. πρῶτος δὲ καὶ τὴν ὑστέραν τοῦ μηνὸς τριακάδα εἶπε. πρῶτος δὲ καὶ περὶ φύσεως διελέχθη, ὥς τινες. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Ἱππίας φασὶν αὐτὸν καὶ τοῖς ἀψύχοις μεταδιδόναι ψυχάς, τεκμαιρόμενον ἐκ τῆς λίθου τῆς μα-

Plaustri notasse dictus est minusculas
Stellas, periti queis Phoenices nauigant.

Secundum quosdam duo sola conscripsit, de conuersione & æquinoctio, cætera facilia esse ad percipiendum arbitratus. Putāt plerique primum astrologiæ secreta rimatum, solis defectus cōuersionésque prędixisse, vtait EVdemus in ea quam de astrologia scripsit, historia: quocirca Xenophanēm & Herodotum illum maximè fuisse miratos, idipsum autem Heraclitus Democritúsque testantur. Sunt qui illum immortales animos primum dixisse asseuerent: ex quibus est Chœrilus poeta. Primus & solis cursum à conuersione in conuersionem reperit, solísque magnitudini lunarem orbem comparatum, septingentesimam & vicesimam illius partem esse, primus (vt quibusdam placet) dixit. Primus etiam mensis vltimam, τριακάδα, hoc est trigesimam, vocauit. De natura quoque primus ipse disseruit. Inanimatis etiā illum animas inesse putasse, Aristoteles & Hippias autores sunt, conijcientē id ex

magnete

μήτιδος καὶ τῆ ἠλέκτρου. παρά τε Αἰγυπτίων γεωμετρεῖν μαθόντα φησὶ Παμφίλη πρῶτον καταγράψαι κύκλου τὸ τρίγωνον ὀρθογώνιον, καὶ θῦσαι βοῦν. οἱ δὲ Πυθαγόραν φασίν, ὧν ἐστιν Ἀπολλόδωρος ὁ λογιστικός. οὗτος προήγαγεν ἐπὶ πλεῖστον ἅ φησι Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἰάμβοις Εὔφορβον εὑρεῖν τὸν Φρύγα· οἷον σκαληνὰ καὶ τρίγωνα, καὶ ὅσα γραμμικῆς ἔχεται θεωρίας. δοκεῖ δὲ καὶ ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἄριστα βεβουλεῦσθαι. Κροίσου γὰρ πέμψαντος πρὸς Μιλησίους ἐπὶ συμμαχίᾳ, ἐκώλυσε· ὅπερ, Κύρου κρατήσαντος, ἔσωσε τὴν πόλιν. καὶ αὐτὸς δέ φησιν ὡς Ἡρακλείδης ἱστορεῖ, μονήρη αὐτὸν γεγονέναι καὶ ἰδιαστήν. ἔνιοι δὲ καὶ γῆμαι αὐτόν, καὶ Κύβισθον υἱὸν σχεῖν· οἱ δέ, ἄγαμον μεῖναι, τῆς δ᾽ ἀδελφῆς τὸν υἱὸν θέσθαι. ὅτε καὶ ἐρωτηθέντα διὰ τί οὐ τεκνοποιεῖ, διὰ φιλοτεκνίαν, εἰπεῖν. καὶ λέγουσιν ὅτι τῆς μητρὸς ἀναγκαζούσης αὐτὸν γῆμαι, νὴ Δία, ἔλεγεν, οὐδέπω καιρός· εἶτα, ἐπειδὴ παρῆλθεν, ἐγκειμένης, εἰπεῖν, οὐκέτι καιρός. φησὶ καὶ ὁ Ῥόδιος Ἱε-

magnete lapide & succino. Ab Ægyptijs verò præcepta geometriæ eruditum, primũ descripsisse circuli triãgulum rectis lateribus, & immolasse bouem, refert Pamphila; alij Pythagoram dicunt, vt Apollodorus supputator. Porrò quæ Callimachus ait, Euphorbum Phrygem inuenisse σκαληνὰ & trigona, quæque ad lineę speculationem pertinent, ea iste auxit atque propagauit. Constat illum & reipubl. cõmodis optimè cõsuluisse. Nam quum socios Milesios Crœsus habere oraret, obstitit ille: eáque res postea, Cyro victoria potito, salus ciuitatis fuit. Solitariam eum ac priuatam vitam adamasse tradit Heraclides. Quidam vxorem duxisse, filiúmque Cibissum procreasse, alij cælibem perseuerasse, sororísque filium sibi adoptasse ferunt. Et quum rogaretur cur liberis non daret operam, Quòd filiorum amore non teneretur, respondisse. Vrgenti matri vt se matrimonij vinculis astringeret, Adhuc intempestiuum esse dixit, inde grauescente iam ætate quũ sibi acrius insisteret, Iam (inquit) intempestiuũ est. Scribit autem Hieronymus

ρώνυμος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σποράδην ὑπομνημάτων, ὅτι βουλόμενος δεῖξαι ῥᾷον εἶναι πλουτεῖν, φορᾶς μελλούσης ἐλαιῶν ἔσεσθαι, προνοήσας, ἐμισθώσατο τὰ ἐλαιουργεῖα, καὶ πάμπλειστα συνεῖλε χρήματα. ἀρχὴν δὲ τῶν πάντων ὕδωρ ὑπεστήσατο, καὶ τὸν κόσμον ἔμψυχον καὶ δαιμόνων πλήρη. τάς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ φασὶν αὐτὸν εὑρεῖν, καὶ εἰς τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε ἡμέρας διελεῖν. οὐδείς τε αὐτοῦ καθηγήσατο, πλὴν ὅτι εἰς Αἴγυπτον ἐλθὼν τοῖς ἱερεῦσι συνδιέτριψεν. ὁ δὲ Ἱερώνυμος καὶ ἐκμετρῆσαί φησιν αὐτὸν τὰς πυραμίδας, ἐκ τῆς σκιᾶς παρατηρήσαντα ὅτε ἡμῖν ἰσομεγέθεις εἰσί. συνεβίω δὲ καὶ Θρασυβούλῳ τῷ Μιλησίων τυράννῳ, καθά φησι Μινύης. τὰ δὲ περὶ τὸν τρίποδα, φανερὰ, τὸν εὑρεθέντα ὑπὸ τῶν ἁλιέων, καὶ διαπεμφθέντα τοῖς σοφοῖς ὑπὸ τοῦ δήμου τῶν Μιλησίων. φασὶ γὰρ Ἰωνικούς τινας νεανίσκους βόλον, ἀγοράσαι παρὰ Μιλησίων ἁλιέων· ἀνασπασθέντος δὲ τοῦ τρίποδος, ἀμφισβήτησις ἦν, ἕως οἱ Μιλήσιοι ἔπεμψαν εἰς Δελφούς, καὶ ὁ θεὸς ἔχρησεν οὕτως,

Solon Crœso.

Amplector mirificè tuam
in nos beneuolentiã: & per
deos immortales, nisi apud
me iãpridẽ statuissẽ ibi sedẽ
habere vbi respub. sit libera,
mallẽ apud te in tuo regno
vitã quàm Athenis agere,

τυραννοῦντος βιαίως Πεισιστράτου. ἀλλὰ καὶ ἥδιον ὑμῖν ἡ βιοτὴ ἔνθα πᾶσι τὰ δίκαια καὶ ἴσα· ἀφίξομαι δ' οὖν παρὰ σε, σπεύδων τοι ξένος γενέσθαι.

violenter tyrannidem exercente Pisistrato. Verùm ibi suauius ex instituto nostro viuimus, vbi sūt omnibus æqua & cōmunia iura. Veniā tamen ad te, vt tuo vel hospitio tantisper fruar.

ΧΕΙΛΩΝ.

Χείλων Δαμαγήτου Λακεδαιμόνιος. οὗτος ἐποίησεν ἐλεγεῖα εἰς ἔπη διακόσια, καὶ ἔφασκε πρόνοιαν περὶ τοῦ μέλλοντος λογισμῷ καταληπτὴν εἶναι ἀνδρὸς ἀρετήν. πρὸς τὸν ἀδελφὸν δυσφοροῦντα ὅτι μὴ ἔφορος ἐγένετο, αὐτοῦ ὄντος, Ἐγὼ μὲν γὰρ ἐπίσταμαι ἀδικεῖσθαι, σὺ δ' οὔ. γέγονε δὲ ἔφορος κατὰ τὴν πεντηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα. Παμφίλη δέ φησι κατὰ τὴν ἕκτην. καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι ἐπὶ Εὐθυδήμου, ὥς φησι Σωσικράτης. καὶ πρῶτος εἰσηγήσατο, ἐφόρους τοῖς βασιλεῦσι παραζευγνύναι· Σάτυρος δὲ Λυκοῦργον. οὗτος (ὥς φησιν Ἡρόδοτος) Ἱπποκράτει θυομένῳ ἐν Ὀλυμπίᾳ, τῶν λεβήτων αὐτομάτων ζεσάντων, συνεβούλευσεν ἢ μὴ γῆμαι, ἢ, εἰ ἔχοι γυναῖκα, ἐκπέμψαι, καὶ παῖδας ἀπείπασθαι.

CHILO.

Chilo Lacedæmonius patre Damageto fuit. Hic scripsit Elegiā ad versus ferè ducentos. Dicebat autem futurorū prouidentiam ratione comprehendi posse, pro virtute viri. Indignanti fratri quòd ephorus ipse non fieret, quum ille fuisset, Ego (inquit) pati iniurias scio, non tu. Fuit autem ephorus circa quinquagesimam & quintam Olympiadem. porrò Pamphila circa sextam ait: primúmque ephorū fuisse sub Euthydemo, autore Sosicrate: primúmq; instituisse vt ephori regibus adiungerentur: Satyrus Lycurgum dixit. Hic (vt Herodotus in *primo historiarum libro* refert) Hippocrati in Olympia sacrificanti quū feruere absque ignis adminiculo lebetes cœpissent, consuluit, aut persisteret cælebs, aut, si duxisset vxorem, dimitteret, filiósque necaret.

φασὶ δ' αὐτὸν καὶ Αἰσώπου πυθέσθαι, ὁ Ζεὺς τί εἴη ποιῶν· τὸν δὲ φάναι, Τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῦν, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῦν. ἐρωτηθεὶς τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ἔφη, Ἐλπίσιν ἀγαθαῖς. τί δύσκολον, Τὸ τὰ ἀπόρρητα σιωπῆσαι, καὶ σχολὴν εὖ διαθέσθαι, καὶ ἀδικούμενον δύνασθαι φέρειν. προσέταττε δὲ καὶ ταῦτα, Γλώττης κρατεῖν, καὶ μάλιστα ἐν συμποσίῳ. μὴ κακολογεῖν τοὺς πλησίον· εἰ δὲ μὴ, ἀκούσεσθαι ἐφ' οἷς λυπήσεσθαι. μὴ ἀπειλεῖν μηδενί. γυναικῶδες γάρ. ταχύτερον ἐπὶ τὰς ἀτυχίας τῶν φίλων ἢ ἐπὶ τὰς εὐτυχίας πορεύεσθαι. γάμον εὐτελῆ ποιεῖσθαι. τὸν τεθνηκότα μὴ κακολογεῖν. γῆρας τιμᾶν. φυλάττειν ἑαυτόν. ζημίαν αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν· ἡ μὲν γὰρ ἅπαξ λυπήσει, τὸ δὲ διὰ παντός. ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγελᾶν. ἰσχυρὸν ὄντα, πρᾶον εἶναι, ὅπως οἱ πλησίον αἰδῶνται μᾶλλον ἢ φοβῶνται. μανθάνειν τῆς αὑτοῦ οἰκίας καλῶς προστατεῖν. τὴν γλῶτταν μὴ προτρέχειν τοῦ νοῦ. θυμοῦ κρατεῖν.

Ferunt eum & Æsopum interrogasse quidnam faceret Iupiter, illúmque respondisse, Excelsa humiliat, & humilia extollit. Rogatus quo differunt periti ab imperitis, Bona (inquit) spe. Quid difficile, Arcana (inquit) reticere, & otium rectè dispensare, iniuriásque tolerare posse. Præcipiebat & hæc: Lingua semper quidem, sed in conuiuio præsertim continenda. Proximo non maledicendum, alioqui audituros quæ nobis dolebunt. Nemini intentandas minas: esse enim muliebre. Promptius ad amicorum aduersos casus, quàm ad secundos successus accurrendum. Vxorem humilem, apparatu modico ducendam. Mortuo non maledicendum. Honorandam senectutem. Cauendũ sibiipsi. Damnum potius quàm turpe lucrum eligendum: nam id semel tantùm dolori esse, hoc semper. Elato secundis rebus non arridendum. Fortem, mansuetum esse oportere, vt proximi non tam metuant quàm revereantur. Discendum domui suæ ritè præesse. Linguam præire animo non permittendum. Superandam iracundiam.

μαντικὴν μὴ ἐχθαίρειν. μὴ ἐπιθυμεῖν ἀδυνάτων. ἐν ὁδῷ μὴ σπεύδειν. λέγοντα μὴ κινεῖν τὴν χεῖρα· μανικὸν γάρ. νόμοις πείθεσθαι. ἠρεμίᾳ χρῆσθαι. τῶν δὲ ᾀδομένων αὐτοῦ, μάλιστα εὐδοκίμησεν ἐκεῖνο, Ἐν λιθίναις ἀκόναις ὁ χρυσὸς ἐξετάζεται, διδοὺς βάσανον φανεράν· ἐν δὲ χρυσῷ ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε κακῶν τε νοῦς ἔδωκ' ἔλεγχον. φασὶ δ' αὐτόν ποτε, γηραιὸν ἤδη ὄντα, εἰπεῖν ὡς οὐδὲν συνειδείη ἄνομον ἑαυτῷ ἐν τῷ βίῳ· διστάζειν δὲ περὶ ἑνός· κρίνων γάρ ποτε φίλῳ δίκην, αὐτὸς μὲν κατὰ τὸν νόμον, τὸν δὲ φίλον πεῖσαι ἀποδικάσαι αὐτοῦ, ἵνα ἀμφότερα καὶ τὸν νόμον καὶ τὸν φίλον τηρήσῃ. ἐνδοξότατος δὲ μάλιστα παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο, προειπὼν περὶ Κυθήρας τῆς νήσου τῆς Λακωνικῆς. καταμαθὼν γὰρ τὴν φύσιν αὐτῆς, Εἴθε (ἔφη) μὴ ἐγεγόνει, ἢ γενομένη καταβυθισθῆναι. καὶ εὖ προυνοήσατο. Δημάρατος μὲν γὰρ, φυγὰς ὢν Λακεδαιμονίων, Ξέρξῃ συνεβούλευσε τὰς ναῦς συνέχειν ἐν τῇ νήσῳ.

Diuinationem non execrandā. Impossibilia nō appetenda. In via non festinandum. Inter loquendum non agitādam manum: esse enim vecordiū. Obtemperandum legibus. Quietem adamandam. Inter cæteras eius sententias hæc maximè placuit, qua dixerat, lapideis cotibus aurum examinari, & dare apertum sui documentum: auro autem bonorum malorúmque hominum mentem cuiusmodi sit, comprobari. Aiunt, illum, quum iam esset vetulus, dixisse sibi non esse conscium in tota vita ingratitudinis: vna tamen re se modicè moueri, quòd quum semel inter amicos illi iudicādum esset, neque cōtra ius agere aliquid vellet, persuaserit amico iudicium à se prouocaret, vt sic nimirum vtrunque, legem & amicum, seruaret. In maxima gloria præcipuè apud Græcos fuit, quòd de Cythere insula Laconiæ prædixerit. Nam quum illius naturam sitúmque didicisset, Vtinam (inquit) hæc nunquam fuisset, aut certè simulac nata est, submersa esset. Præclarè siquidem ac perspicaciter præuiderat. Demaratus enim Lacedæmone fugiens, Xerxi consuluerat in ea insula naues contineret: & pro-

καὶ ἐδεδώκει ἡ Ἑλλάς, εἰ ἐπείσθη Ξέρξης. ὕστερόν τε Νικίας ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν καταστρεψάμενος τὴν νῆσον, φρουρὰν ἐγκατέστησεν Ἀθηναίων, καὶ παμπολλὰ τοὺς Λακεδαιμονίους κακὰ διέθηκε. βραχυλόγος τε ἦν· ὅθεν καὶ Ἀρισταγόρας ὁ Μιλήσιος τοῦτον τὸν τρόπον Χειλώνειον καλεῖ. Βράγχου δ' ἐστὶν ὃς τὸ ἱερὸν ἔκτισε τὸ ἐν Βραγχίδαις. ἦν δὲ γέρων περὶ τὴν πεντηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα, ὅτε Αἴσωπος ὁ λογοποιὸς ἤκμαζεν. ἐτελεύτησε δ', ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἐν Πίσῃ, τὸν υἱὸν Ὀλυμπιονίκην ἀσπασάμενος πυγμῆς. ἔπαθε δὲ τοῦτο ὑπερβολῇ τε χαρᾶς καὶ ἀσθενείᾳ πολυετίας. καὶ αὐτὸν πάντες οἱ κατὰ τὴν πανήγυριν ἐντιμότατα παρέπεμψαν. ἔστι δὲ καὶ εἰς τοῦτον ἐπίγραμμα ἡμῶν,

Φωσφόρε σοὶ Πολύδευκες ἔχω
χάριν οὕνεκεν υἱὸς
Χείλωνος πυγμῇ χλωρὸν ἕλεν κότινον.
Εἰ δ' ὁ πατὴρ στεφανοῦχον ἰδὼν τέκνον ἤμυσεν ἡσθείς,
Οὐ νεμεσητόν· ἐμοὶ τοῖος ἴτω θάνατος.

& profectò in ditionem hostium venisset Græcia, si id regi persuasisset. Postea verò Nicias bello Peloponnesiaco euersa insula, præsidium illic Atheniensiũ statuit, Lacedæmoniósq; multis cladibus afflixit. Erat in loquendo breuis: atque ob eam rem Aristagoras Milesius hunc loquendi morem Chilonium appellat. Senuerat iam circa quinquagesimam secundam Olympiadem, quo tempore florebat Æsopus orator. Obiit autem (vt Hermippus ait) Pisæ, amplexus atque osculatus filium, quòd in Olympia fuisset coronatus. Defunctum asserunt immodica lætitia & senij imbecillitate. Omnes autem qui ad celebritatem conuenerant, honorificentissimè iusta persoluerunt. Est & in hunc nostrum epigramma,

Phosphore reddatur Pollux
tibi gratia, quòd fert
Chilonis natus tempora cincta pugil.
Serta videns nati gentior, si letus obiuit
Mortem, non mirum: mors mihi talis eat.

ἐπὶ δ' τῆς εἰκόνος αὐτοῦ ἐπιγέγραπται τόδε,

Τόνδε δορυστέφανος Σπάρτα
Χείλων' ἐφύτευσεν,
Ὃς τῶν ἑπτὰ σοφῶν πρῶτος ἔφυ σοφίῃ.

ἀπεφθέγξατο, Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα. ἔστιν αὐτοῦ καὶ ἐπιστόλιον τόδε·

Χείλων Περιάνδρῳ.

Ἐπιστέλλεις ἐμὶν ἀστρατείαν ἐπὶ ἐκδάμως, ὡς αὐτὸς καὶ ἐξίστοις. ἐγὼν δὲ δοκέω καὶ τὰ οἰκῆα σφαλερὰ ἦμεν ἀνδρὶ μονάρχῳ, καὶ τῆνον τυράννων εὐδαιμονίζω ὅστις καὶ οἴκοι ἐξ αὑτῶ κατθάνῃ.

Ipsius item imagini inscriptum,

Hoc sapiens forti natus Lacedæmone Chilon,
Qui è numero septem maximus vnus erat.

Eius est ea sententiola, Sponsioni non deesse iacturam. Breuis quoque epistola ipsius fertur huiusmodi:

Chilo Periandro.

Iubes vti militia vacem, extorrisque agam, quasi tu in tuto futurus sis. Atqui ego monarchæ nec sua tuta esse puto, felicémque eum tyrannum censeo, cui in sua domo absque sanguine cõtigerit mori.

ΠΙΤΤΑΚΟΣ.

Πιττακὸς Ὑρράδιος, Μιτυληναῖος. φησὶ δὲ Δοῦρις τὸν πατέρα αὐτοῦ Θρᾷκα εἶναι. οὗτος μετὰ τῶν Ἀλκαίου γενόμενος ἀδελφῶν, Μέλαγχρον καθεῖλε τὸν τῆς Λέσβου τύραννον, καὶ περὶ τῆς Ἀχιλλείτιδος χώρας μαχομένων Ἀθηναίων καὶ Μιτυληναίων, ἐστρατήγει μὲν αὐτός, Ἀθηναίων δὲ Φρύνων παγκρατιαστὴς ὀλυμπιονίκης. συνέθετο δὴ

PITTACVS.

Pittacus Mitylenæus Hyrrhadio patre, quẽ Thraca fuisse Duris autor est. Hic vnà cum Alcæi fratribus Melanchrum Lesbi tyrannũ profligauit. Et quum de agri Achillitidis possessione inter Athenienses & Mitylenęos armis decerneretur, imperator ipse exercitus cũ Phrynone Atheniensium duce, qui & pãcratiastes & olympionices fuerat, singulari certamine pugnare instituit. Rete igitur

μονομαχῆσαι πρὸς αὐτόν· καὶ δίκτυον ἔχων ὑπὸ τὴν ἀσπίδα, λαθραίως περιέβαλε τὸν Φρύνωνα· καὶ κτείνας ἀνεσώσατο τὸ χωρίον. ὕστερον μέντοι φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς διαδικασθῆναι τοὺς Ἀθηναίους περὶ τοῦ χωρίου πρὸς τοὺς Μιτυληναίους, ἀκούοντος τῆς δίκης Περιάνδρου· ὃν καὶ τοῖς Ἀθηναίοις προσκρῖναι. τότε δ᾽ οὖν τὸν Πιττακὸν ἰσχυρῶς ἐτίμησαν οἱ Μιτυληναῖοι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐνεχείρισαν αὐτῷ. ὁ δὲ δέκα ἔτη κατασχὼν καὶ εἰς τάξιν ἀγαγὼν τὸ πολίτευμα, κατέθετο τὴν ἀρχήν, καὶ δέκα ἐπεβίω ἄλλα. καὶ χώραν αὐτῷ ἀπένειμαν οἱ Μιτυληναῖοι· ὁ δ᾽ ἱερὰν ἀνῆκεν, ἥτις νῦν Πιττάκειος καλεῖται. Σωσικράτης δέ φησιν ὅτι ὀλίγον ἀποτεμόμενος, ἔφη, Τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πλεῖον εἶναι. ἀλλὰ καὶ Κροίσου διδόντος χρήματα, οὐκ ἐδέξατο, εἰπὼν ἔχειν ὧν ἐβούλετο, διπλάσια· ἄπαιδος γὰρ τἀδελφοῦ τελευτήσαντος κεκληρονομηκέναι. Παμφίλη δέ φησιν ἐν δευτέρῳ τῶν ὑπομνημάτων, ὡς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πυρραῖον καθήμε-

clypeo tegens, Phrynonem eo, dum nõ cauet, inuoluit, ipsóque perempto agrum seruauit. Postea verò Atheniẽses disceptasse cum Mitylenæis de possessione agri, ipsúmque a Periandro controuersiæ iudice Atheniensibus adiudicatum, tradit Apollodorus in Chronicis. Hinc igitur Pittacum in summo honore Mitylenæi habuere, eíque principatum tradiderunt, quem ille quum decem annis tenuisset, ac rempubl. præclaris ordinibus constituisset, seipsum sponte magistratu abdicauit. Decẽ inde alios superuixit annos, agrúmque sibi à Mitylenæis traditum sacrauit, qui nunc Pittacius dicitur. Porrò Sosicrates partem ipsius abscidisse, dimidiúmque plus toto dixisse testatur. Sed & Crœso pecunias ad se mittenti suscipere noluit, duplo plura quam vellet se habere contestatus. Defuncto enim fratre sine liberis, hæreditatem ad se pertinere. Pamphila autem in secũdo Commentariorum, Thyrrhæum refert ipsius filium,

τον ἐπὶ κουρείῳ ἐν Κύμῃ χαλκεύς τις πέλεκυν ἐμβαλὼν ἀνεῖλε. τῶν δὲ Κυμαίων πεμψάντων τὸν φονέα τῷ Πιττακῷ, μαθόντα καὶ ἀπολύσαντα εἰπεῖν, Συγγνώμη μετανοίας κρείσσων. Ἡράκλειτος δέ φησιν Ἀλκαῖον ὑποχείριον λαβόντα καὶ ἀπολύσαντα φάναι, Συγγνώμη τιμωρίας κρείσσων. νόμους δὲ ἔθηκε τῷ μεθύοντι, ἐὰν ἁμάρτῃ, διπλῆν εἶναι τὴν ζημίαν. ἵνα μὴ μεθύωσι, πολλοῦ κατὰ τὴν νῆσον οἴνου γινομένου. εἶπέ τε χαλεπὸν, ἐσθλὸν ἔμμεναι. (οὗ καὶ Σιμωνίδης μέμνηται, λέγων, Ἄνδρα ἀγαθὸν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπὸν, τὸ Πιττάκειον. μέμνηται αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν Πρωταγόρᾳ.) Ἀνάγκα δ᾽ οὐ θεοὶ μάχονται. καὶ, Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. ἐρωτηθεὶς δέ ποτε τί ἄριστον, Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. καὶ ὑπὸ Κροίσου, τίς ἀρχὴ μεγίστη, Ἡ τοῦ ποικίλου (ἔφη) ξύλου, σημαίνων τὸν νόμον. ἔλεγε δὲ καὶ τὰς νίκας ἄνευ αἵματος ποιεῖσθαι. ἔφη δὲ καὶ πρὸς τὸν Φωκαϊκὸν φάσκοντα, Δεῖ ζητεῖν ἄνθρωπον σπουδαῖον, Ἂν λίαν (ἔφη) ζητῇς, οὐχ εὑρήσεις.

quum sederet in tonstrina Cumis, iniecta securi ab ærario fuisse necatum: à Cumanis verò vinctum homicidam ad Pittacũ missum, atque ab eo pœna fuisse absolutum, dicente, quũ rem cognouisset, Indulgentiam pœnitentię esse præferendã. Heraclitus autem Alcæum asserit habuisse captiuum, liberúmque dimisisse, veniámq; supplicio meliorem dixisse. Ebrios, quum peccarent, duplici incommodo afficiẽdos per leges statuit, vt cauerent temulentiam: abundat quippe vino insula. Ferũtur eius istæ sententię: Perdifficile est bonũ esse: (cuius & Simonides meminit, Plato item in Protagora.) Necessitati ne deos quidem reluctari. Principatum virum declarare. Interrogatus aliquando quid esset optimũ, Quod in præsentia (inquit) occurrit, bene agere. A Crœso item rogatus quodnam esset maximum imperium, Ligni, inquit, varij. legem nimirũ innuẽs. Dicebat autem victorias sine sanguine acquiri. Phocaico item dicenti, quærendũ esse studiosum ac frugi virum. Etiãsi valde, inquit, quæsieris, non inuenies.

καὶ πρὸς τοὺς πυνθανομένους τί ἄριστον, Χρόνος, ἔφη. ἀφανές, τὸ μέλλον. πιστόν, γῆ. ἄπιστον, θάλασσα. ἔλεγέ τε συνετῶν ἀνδρῶν, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι ὅπως μὴ γένηται· ἀνδρείων δὲ, γενόμενα εὖ θέσθαι. ὃ μέλλεις ποιεῖν, μὴ προλέγε· ἀποτυχὼν γὰρ, γελασθήσῃ, ἀτυχίαν μὴ ὀνειδίζειν, τὴν νέμεσιν αἰδούμενον. παραθήκην λαβόντα, ἀποδοῦναι. φίλον μὴ λέγειν κακῶς, ἀλλὰ μηδὲ ἐχθρόν. εὐσέβειαν ἀσκεῖν. σωφροσύνην φιλεῖν. ἀλήθειαν ἔχειν, πίστιν, ἐμπειρίαν, ἐπιδεξιότητα, ἑταιρίαν, ἐπιμέλειαν. τῶν δὲ ᾀδομένων αὐτοῦ μάλιστα εὐδοκίμησε τάδε, Ἔχοντα δεῖ τόξον καὶ ἰοδόκον φαρέτραν, στείχειν ἐπὶ φῶτα κακόν. πιστὸν γὰρ οὐδὲν γλῶσσα διὰ στόματος λαλεῖ, διχόμυθον ἔχουσα καρδίῃ νόημα. ἐποίησε δὲ καὶ ἐλεγεῖα ἔπη ἑξακόσια, καὶ ὑπὲρ νόμων καταλογάδην τοῖς πολίταις. ἤκμαζε μὲν οὖν περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα. ἐτελεύτησε δ' ἐπὶ Ἀριστομένους, τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς πεντηκοστῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος,

Percontantibus quidnam esset maximè gratum, Tempus, ait; Quid obscurum, Futurorum euentus, inquit: Quid fidele, Terra: Quid contrà infidum, Mare, inquit. Dicebat prudentium virorum esse prius quàm aduersa contingant, prouidere ne veniãt: fortium verò quum illa contigerint, æquo animo ferre. Quod, inquit, facere institueris, noli prædicare: nam si facere nequiueris, rideberis. Infelicitatem nemini improperaueris, ne iustæ querimoniæ pateas. Depositum quum acceperis, redde. Amico noli maledicere, ac ne inimico quidem. Pietatẽ colas: frugi esto: pudicitiam ama: veritati stude: fidem, peritiam, dexteritatem, amicitiam, diligẽtiamq; custodi. Quæ verò cecinit, ac maximè probantur, hæc sunt: Sume pro arcu & iaculis sagittiferáque pharetra, impetendum hominem improbum. nam fidũ nihil lingua loqui valet, dum cordi duplex altè insedit sensus. Fecit item ad sexcentos elegos versus; & carptim de legibus ad ciues. Floruit maximè circa XLII. Olympiadẽ. Mortuus est autẽ sub Aristomene, tertio anno LII. Olympiadis,

βιοὺς γὰρ ἔτη ἑβδομήκοντα, ἤδη γηραιός. καὶ αὐτῷ ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐπιγέγραπται τόδε,

Οἰκείοις δακρύοις ἀγκλαμένα κατέθαπτε
Ἐνθάδε Πιττακὸν ἡδ' ἱερὰ Λέσβος.

Ἀπόφθεγμα αὐτοῦ, Καιρὸν γνῶθι. Γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Πιττακὸς νομοθέτης, (ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ, καὶ Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις) ὃς καὶ μικρὸς προσηγορεύθη. τὸν δ' οὖν σοφὸν λέγεταί ποτε νεανίσκῳ συμβουλευομένῳ περὶ γάμου ταῦτα εἰπεῖν ἅ φησι Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι,

Ξεῖνος Ἀταρνείτης τις ἀνείρετο Πιττακὸν οὕτω
Τὸν Μιτυληναῖον, παῖδα τὸν Ὑρράδιου.
Ἄττα, γέρον, δοιός με καλεῖ γάμος· ἡ μία μὲν δὴ
Νύμφη καὶ πλούτῳ καὶ γενεῇ κατ' ἐμέ.

quum vixisset supra annos septuaginta, iã totus senio confectus, sepultúmque in Lesbo, monumento ipsius inscriptum epigramma testatur,

Condidit hoc tumulo lacrymis te Pittace Lesbos
Sacra suis, obitu languida facta tuo.

Est illa eius sẽtẽtia, Tempus nosce. Fuit & alter Pittacus legislator, cuius & Phauorinus in primo Cõmẽtariorum, & Demetrius in AEquiuocis meminit, qui & minor appellatus est. Fertur autem sapiens ille quum ab Atarnete adolescente compelleretur vt moneret vtra sibi ducenda esset vxor, (duas quippe se expetere, alteram quidem opibus sibi & genere parem, alteram vtraque in re excellentem) bacillo, senum adminiculo, sublato, admonuisse pergeret ad triuium ciuitatis, quò ludendi causa pueri conueniunt, eósque consuleret quid facto opus esset, sequeretúrque illorũ monita. Sicque factum esse, adolescentémque illum puerorum vocibus monitum, æqualem sibi duxisse. Id factum Callimachus in Epigrammatis venustissimè scribit,

Nuper Atarneus rogitabat Pittacon hospes,
Hyrrhadij natum, quem Mitylena tulit:
Chare senex, gemina inuitat me tæda, puella
Vna mihi par est gente simulque opibus:

Ἡ δ' ἑτέρη προβιβῶσα. τί λώϊον; εἰ δ' ἄγε σύν μοι
Βούλευσον πότερην εἰς ὑμέναιον ἄγω.
Εἶπεν, ὁ δὲ σκίπωνα γεροντικὸν ὅπλον ἀείρας,
Ἠνίδε κεῖνοί σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.
Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες
Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.
Κείνων ἔρχεο (φησὶ) μετ' ἴχνια. χὠ μὲν ἐπέστη
Πλησίον· οἱ δ' ἔλεγον, Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.
Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου
Δράξασθαι, παίδων κληδόνα συνθέμενος.
Τὴν δ' ὀλίγην, ὡς κεῖνος, ἐς οἰκίον ἤγετο νύμφην.
Οὕτω καὶ Δίων τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

Altera sed præstat. tu far quod expedit, oro,
Ducenda in thalamos vtra mihi vxor erit?
Dixerat: ille breui elato, senis arma, bacillo,
Ecce (ait) hi totam rem (mihi crede) docent.
Illi autem celeres scuticis leuioribus orbes
Gyrabant latis in triuijs pueri.
I, sequere illorum vestigia (dicit:) & ille
Accedit, recinunt, Tu tibi sume parem.
Hæc vbi deprendit, iuuenum æquis lusibus hospes
Commonitus, magnis ædibus abstinuit,
Ac tenuem modicas vxorem duxit in æde:
Ergo Dion posthac tu tibi sume parem.

Δοκεῖ δ' ἐκ διαθέσεως αὐτὰ εἰρηκέναι. εὐγενεστέρα γὰρ αὐτοῦ ἦν ἡ γυνή, ἐπειδήπερ ἦν Δράκοντος ἀδελφὴ τοῦ Πενθίλου, σφόδρα κατεσοβαρεύετο αὐτοῦ. τοῦτον Ἀλκαῖος σαράποδα μὲν καὶ σάραπον ἀποκαλεῖ, διὰ τὸ πλατύπουν εἶναι καὶ ἐπισύρειν τὼ πόδε· χειροπόδην δέ, διὰ τὰς ἐν τοῖς ποσὶ ῥαγάδας, ἃς χειράδας ἐκάλουν· γαύρηκα δέ, ὡς εἰκῆ

Videtur autem ex affectu ita dixisse. Nam nobiliorem ipse duxerat Draconis filij Penthili sororem, quæ illi immodicè superba erat. Hunc Alcæus Σαράποδα & Σάραπον vocat, quòd latos pedes traheret: Χειροπόδην autem, quòd vulnera in pedibus haberet, quæ χειράδες appellantur: Γαύρηκα, quòd frustra

χανείοντα· Φύσκωνα δὲ καὶ Γάστρωνα, ὅτι παχὺς ἦν· ἀλλὰ μὴν καὶ Ζοφοδορπίδαν, ὡς ἄλυχνον· Ἀγάσυρτον δὲ, ὡς ἐπισεσυρμένον καὶ ῥυπαρόν. τούτῳ γυμνάσιον, ἦν ἀλεῖν, ὥς φησι Κλέαρχος ὁ φιλόσοφος· καὶ αὐτοῦ ἐστὶν ἐπιστόλιον τοιόνδε·

Πιττακὸς Κροίσῳ.

Κέλεαί με ἱκνεῖσθαι ἐς Λυδίαν, ὅπως τοι τὸν ὄλβον ἴδοιμι· ἐγὼ δὲ καὶ μὴ ὁρεὶς πέπεισμαι τὸν Ἀλυάττεω παῖδα τῶν βασιλέων πολυχρυσότατον πέλειν. οὐδὲν τε πλέον ἄμμιν ἱκομένοις ἐς Σάρδις· χρυσῶ γὰρ οὐ δεόμεθα, ἀλλὰ πέπαμαι ἄρκια καὶ τοῖς ἐμοῖς ἑταίροις. ἔμπας δ᾽ ἵξομαι, ὡς ἀνδρὶ ξείνῳ γενοίμαν τοι συνόμιλος.

intumesceret: Physonem verò & Gastronem, quòd pingui esset aqualiculo: Ζοφοδορπίδαν quoque, quòd obtusam haberet oculorum aciem: Agasyrtum verò, quòd obtrectatoribus pateret, & sordidus esset. Huic exercitium fuit moliendi tritici, vt Clearchus philosophus testatur. Est autem eius breuis epistola huiusmodi:

Pittacus Crœso.

Iubes me in Lydiam venire spectatum opes tuas. Ego, etsi illas minimè aspexi, nihil ambigo, Alyattis filiũ regum omnium esse opulentissimum auróque refertissimum. Neque verò amplius quicquam habituri sumus, si Sardis ad te accesserimus. Auro enim ipsi non indigemus, contenti modico vitæ stipendio, quantum satis sit mihi & amicis. Veniã tamen, vt tibi perhumano & hospitali viro familiaris efficiar. Vale.

ΒΙΑΣ.

Βίας Τευτάμου, Πριηνεὺς, προκεκριμένος τῶν ἑπτὰ ὑπὸ Σατύρου. τοῦτον οἱ μὲν πλούσιον· Δοῦρις δὲ πάροικόν φησι γεγονέναι· Φανόδικος δὲ κόρας αἰχμαλώτους

BIAS.

Bianti Prienæo pater fuit Teutamus. Hunc Satyrus septem reliquis prætulit. Fuisse opulentum plerique autumãt: Duris aduenã fuisse testatur. Phanodicus verò, captiuas eum puellas,

λυτρωσάμενον Μεσσηνίας, θρέψαι τε ὡς θυγατέρας, καὶ προῖκας ἐπιδοῦναι, καὶ εἰς τὴν Μεσσήνην ἀποστεῖλαι τοῖς πατράσιν αὐτῶν. χρόνῳ δ' ἐν ταῖς Ἀθήναις (ὡς προείρηται) τοῦ τρίποδος εὑρεθέντος ὑπὸ τῶν ἁλιέων, τοῦ χαλκοῦ ἐπιγραφὴν ἔχοντος. Τῷ σοφῷ, Σάτυρος μέν φησι παρελθεῖν τὰς κόρας (οἱ δὲ, τὸν πατέρα αὐτῶν, ὡς καὶ Φανόδικος) εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰπεῖν τὸν Βίαντα σοφὸν, διηγησαμένας τὰ καθ' ἑαυτάς. καὶ ἀπεστάλη ὁ τρίπους· καὶ ὁ Βίας ἰδὼν, ἔφη τὸν Ἀπόλλω σοφὸν εἶναι, οὐδὲ προσήκατο. οἱ δὲ λέγουσιν ἐν Θήβαις τῷ Ἡρακλεῖ αὐτὸν ἀναθεῖναι, ἐπεὶ ἀπόγονος ἦν Θηβαίων ἀποικίας εἰς Πριήνην σταλείσης, ὅπερ καὶ Φανόδικος φησί. λέγεται δὲ καὶ Ἀλυάττου πολιορκοῦντος Πριήνην, τὸν Βίαντα, πιήναντα δύο ἡμιόνους, ἐξελάσαι εἰς τὸ στρατόπεδον. τὸν δὲ, συνιδόντα, καταπλαγῆναι μέχρι καὶ ἀλόγων διατείνειν αὐτῶν τὴν εὐθένειαν, καὶ ἐθελῆσαι σπείσασθαι, καὶ εἰσέπεμψεν ἄγγελον. Βίας δὲ σωροὺς ψάμμου χέας,

redemisse Messenias, sibique in filias nutrisse, ac postea adiectis dotibus, Messanam parentibus illis remisisse. Breui post inuento Athenis (vt diximus) à piscatoribus aureo tripode, cui erat inscriptum, Sapienti, Satyrus quidem puellas, alij verò (ex quibus Phanodicus est) illarum patrem in concionem venisse ait, Biantémque, expositis quæ in se egisset, appellasse sapientem, sicque tripoda ad eum missum: eo conspecto dixisse Biantem, Apollinem esse sapientem; neque illum admisisse. Alij Thebis Herculi sacrasse ferunt, quòd illinc esset oriundus: Prienéque Thebanorum colonia, Phanodico idipsum asserente. Fertur, quum ab Alyatte Priene, ipsius patria, obsideretur, Biantem ex industria duos saginasse mulos, eósque in castra impulisse: eis conspectis obstupuisse regem quòd bruta quoque animalia tam nitidè haberent: ac de soluenda obsidione cogitantem, explorandi gratia nuntium in vrbem misisse: Biantem consilio regis explorato,

καὶ ἄνωθεν σῖτον περιχέας, ἔδειξε τοῖς ἀνθρώποις· καὶ τέλος μαθὼν ὁ Ἀλυάττης, εἰρήνην ἐσπείσατο πρὸς τοὺς Πριηνέας. Ὕστερον δ' αὐτῷ πέμψαντι πρὸς τὸν Βίαντα ἵνα ἥκῃ παρ' αὐτὸν, Ἐγὼ δὲ, (φησὶν) Ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν, ἴσον τῷ κλαίειν. λέγεται δὲ καὶ δίκας δεινότατος γεγονέναι εἰπεῖν. ἐπ' ἀγαθῷ μέντοι τῇ τῶν λόγων ἰσχύϊ προσεχρῆτο. ὅθεν καὶ Δημόδικος ὁ Ἀλείριος τοῦτο αἰνίττεται, λέγων, Ἢν τύχῃς κρίνων, δίκαζε τὴν Πριηνίην δίκην. καὶ Ἱππώναξ, Καὶ δικάζεσθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρεῖσσον. τοῦτον οὖν καὶ ἐτελεύτα τὸν τρόπον. δίκην γὰρ ὑπέρ τινος λέξας ἤδη ὑπέργηρως ὑπάρχων, μετὰ τὸ καταπαῦσαι τὸν λόγον, ἀπέκλινε τὴν κεφαλὴν εἰς τοὺς τοῦ τῆς θυγατρὸς υἱοῦ κόλπους. εἰπόντος δὲ καὶ τοῦ ἐξ ἐναντίας, καὶ τῶν δικαστῶν τὴν ψῆφον ἐνεγκόντων τῷ ὑπὸ τοῦ Βίαντος βοηθουμένῳ, λυθέντος τοῦ δικαστηρίου, νεκρὸς ἐν τοῖς κόλποις εὑρέθη. καὶ αὐτὸν μεγαλοπρεπῶς ἔθαψεν ἡ πόλις, καὶ ἐπέγραψαν,

magnos arenæ aceruos tritico operuisse, hominíque ostendisse: eo agnito regem cum Prienensibus pacem percussisse, móxque regem Bianti, vt ad se veniret, mãdasse, illúmque dixisse, Equidem Alyatten cepas edere ac flere iubeo. Fertur & in causis orãdis summus atque vehementissimus fuisse, bonam tamen in partem dicendi vim exercere solitum: ídque Demodicum Alirium significasse, quum diceret, oratori Prienæam causam esse imitandam: Hipponactémque similiter, qui dum laudare quempiam summæ integritatis vellet, eum Biantẽ Prienensi ait causas egisse præstantius. Mortuus est & ipse in hunc modum: Caussam pro amico dixerat iam vetulus, & quũ à dicendi labore quieuisset, caput in sinu nepotis ex filia fessus reclinauit. Quũ verò aduersarius itidem perorasset, iudicésque sententiam pro eo tulissent qui causæ suæ Biãtem habuerat patronũ, soluto iudicio, nepotis in gremio efflauisse animam cõpertus est. Ipsúmque magnificè sepeliuit ciuitas, atque eius laudes tumulo inscripsit,

Κλεινῆς ἐν δαπέδοισι Πριήνης φύσε καλύπτει
Ἥδε Βίαντα πέτρα, κόσμον Ἴωσι μέγαν.

ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς,

Τῇδε Βίαντα κέκευθε, τὸν ἀτρέμας ἤγαγεν Ἑρμῆς
Εἰς ἀΐδην πολιῷ γήραϊ νιφόμενον.
Εἶπε γὰρ, εἶπε δίκην ἑτάρου τινὸς, εἶτ' ἀποκλινθεὶς
Παιδὸς ἐς ἀγκαλίδας, μακρὸν ἔτεινεν ὕπνον.

ἐποίησε δὲ περὶ Ἰωνίας, τίνα μάλιστα ἂν τρόπον εὐδαιμονοίη, εἰς ἔπη δισχίλια. τῶν δὲ ᾀδομένων αὐτοῦ εὐδοκίμησε τάδε, Ἀστοῖσιν ἄρεσκε πᾶσιν ἐν πόλει αἴκε μένῃς· πλείσταν γὰρ ἔχει χάριν. αὐθάδης δὲ τρόπος πολλάκι βλαβερὰν ἐξέλαμψεν ἄταν. καὶ τὸ μὲν ἰσχυρὸν γενέσθαι, τῆς φύσεως ἔργον· τὸ δὲ λέγειν δύνασθαι τὰ συμφέροντα τῇ πατρίδι, ψυχῆς ἴδιον καὶ φρονήσεως. εὐπορίαν δὲ χρημάτων πολλοῖς καὶ διὰ τύχην περιγίνεσθαι. ἔλεγε δὲ ἀτυχῆ εἶναι τὸν ἀτυχίαν μὴ φέροντα. καὶ νόσον ψυχῆς, τὸ τῶν ἀδυνάτων ἐρᾶν, ἀλλοτρίων δὲ κακῶν ἀμνημονεῖν. ἐρωτηθεὶς τί δυσχερὲς,

Petra Prieneum tegit hac bene culta Biantem,
Ornamentum ingens qui fuit Ioniis.

Est & nostrum in eũdem,

Hic situs est Bias, Hermes quem duxit ad orcum,
Albentem niueis tempora cana pilis.
Vt causam dixit socij, inclinatus in vlnas
Mox pueri, somnum soluitur in tenuem.

Scripsit autem de Ionia ad duo millia versuum, quãnam ratione quis felix esse posset. Placuerunt eius istæ in primis sententiæ: Ciuibus placere omnibus stude: habet enim id multum gratiæ. contrà verò fastus ac superbia semper nocuit. Et illud, Corpore quidem esse validum, naturæ munus est: porro quæ vtilia sint patriæ, dicere, animi & prudentiæ proprium. Pecuniarum autem copiã etiam plurimis fortè obuenisse. Infelicem dicebat, qui ferre nequiret infelicitatem: morbũmque animæ impossibilia amare & appetere, alieni verò incommodi non meminisse. Interrogatus quidnam esset difficile,

Τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἔφη μεταβολὴν ἀγεννῶς ἐνεγκεῖν. συμπλέων ποτὲ ἀσεβέσι, χειμαζομένης τῆς νεώς, κἀκείνων τοὺς θεοὺς ἐπικαλουμένων, Σιγᾶτε (ἔφη) μὴ αἴσθωνται ὑμᾶς ἐνθάδε πλέοντας. ἐρωτηθεὶς ὑπὸ ἀσεβοῦς ἀνθρώπου τί ποτέ ἐστιν εὐσέβεια, ἐσίγα. τοῦ δὲ τὴν αἰτίαν τῆς σιγῆς πυθομένου, Σιωπῶ (ἔφη) ὅτι περὶ τῶν οὐδέν σοι προσηκόντων πυνθάνῃ. ἐρωτηθεὶς τί γλυκὺ ἀνθρώποις, Ἐλπὶς, ἔφη. ἥδιον ἔλεγε δικάζειν μεταξὺ ἐχθρῶν ἢ φίλων. τῶν μὲν γὰρ φίλων πάντως ἐχθρὸν ἔσεσθαι τὸν ἕτερον, τῶν δὲ ἐχθρῶν τὸν ἕτερον φίλον. ἐρωτηθεὶς τί ποιῶν ἄνθρωπος τέρπεται, ἔφη, Κερδαίνων. ἔλεγέ τε τὸν βίον οὕτω μετρεῖν ὡς καὶ πολὺν καὶ ὀλίγον χρόνον βιωσομένους. καὶ φιλεῖν ὡς μισήσοντας. τοὺς γὰρ πλείστους εἶναι κακούς. συνεβούλευέ τε ὧδε, Βραδέως ἐγχείρει τοῖς πραττομένοις· ὃ δ' ἂν ἕλῃ, βεβαίως τηρῶν διάμενε. Μὴ ταχὺ λάλει· μανίαν γὰρ ἐμφαίνει. Φρόνησιν ἀγάπα. Περὶ θεῶν λέγε, ὡς εἰσίν. Ἀνάξιον ἄνδρα μὴ ἐπαίνει διὰ πλοῦτον.

Ferre, inquit, fortiter mutationem rerũ in deterius. Nauigabat cum impiis aliquando, & quum tota tempestate nauis quateretur fluctibus, illique deos inuocarent, Silete (inquit) ne vos hic illi nauigare sentiant. Percontāti impio homini quid esset pietas, nihil respondit: quúmque ille silentij causam sciscitaretur, Quia, inquit, de rebus nihil ad te pertinentibus quæris. Rogatus quid esset dulce hominibus, Spes, ait. Malle se inter inimicos quàm inter amicos iudicare dicebat: quippe ex amicis alterum prorsus futurum inimicum, ex inimicis autem alterum amicum. Fortè interrogatus quídnam faciens homo delectatur, Lucrans, inquit. Dicebat vitæ tempus ita metiendum, quasi & diu & parum victuri simus: ita amandum, quasi odio simus habituri. malos enim esse plurimos. Sic autẽ consulebat, Siquid agere instituis, lentè id aggredere: cæterùm in eo quod elegeris, firmiter persiste. Noli citò loqui: est enim insaniæ indicium. Prudentiam dilige. De diis ita vt sunt loquere. Indignum hominem diuitiarum gratia laudare noli.

Πείσας λάβε, μὴ βιασάμενος. Ὅ,τι ἂν ἀγαθὸν πράττῃς, εἰς θεοὺς ἀνάπεμπε. Ἐφόδιον ἀπὸ νεότητος εἰς γῆρας ἀναλάμβανε σοφίαν· βεβαιότερον γὰρ τοῦτο τῶν ἄλλων κτημάτων. μέμνηται δὲ τοῦ Βίαντος καὶ Ἱππῶναξ, ὡς προείρηται. καὶ ὁ δυσάρεστος Ἡράκλειτος μάλιστα αὐτὸν ἐπῄνεσε, γράψας, Ἐν Πριήνῃ Βίας ἐγένετο ὁ Τευτάμεω, οὗ πλείων λόγος ἢ τῶν ἄλλων. καὶ οἱ Πριηνεῖς δὲ αὐτῷ τέμενος καθιέρωσαν τὸ Τευτάμειον λεγόμενον. ἀπεφθέγξατο, Οἱ πλεῖστοι κακοί.

Persuadens accipe, non coges. Quicquid boni egeris, in deos refer. Viaticum tibi ab adolescentia ad senectutem sapientiam compara: ea quippe sola est certa veraque possessio. Meminit Biantis (vt diximus) etiam Hipponax, & insuauis Heraclitus ipsum precipuè cōmendat his verbis: Priene oppidū Biantem tulit, Teutami filium, cuius est opinio illustrior quàm cæterorum. Et Prienenses sacellum ipsi dedicarunt, quod Teutamium dicitur. Eius est sententia, Plures mali sunt. Huius etiam feruntur esse sententiæ: Quicquid proposueris, firmiter seruans perseuera. Duo maximè contraria sunt consilio, ira scilicet & festinatio. Diu deliberatos amicos elige, eósque vno affectu, nō vno habeas merito. Amicos sequere quos non pudeat elegisse. Amici vitam tuam puta gloriam.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΣ.

Κλεόβουλος, Εὐαγόρου, Λίνδιος· ὡς δὲ Δοῦρις, Κάρ. ἔνιοι δὲ εἰς Ἡρακλέα ἀναφέρουσι τὸ γένος αὐτόν· ῥώμῃ δὲ καὶ κάλλει διαφέρειν· μετασχεῖν τε τῆς ἐν Αἰγύπτῳ

CLEOBVLVS.

Cleobulus Euagoræ filius, ex Lindo, siue (vt Duris auctor est) ex Caria fuit. Eius genus plerique ad Herculē referunt. Corporis viribus ac forma fuisse insignē, Ægyptūmque percipiendæ philosophiæ gratia

φιλοσοφίας. γενέσθαι τε αὐτῷ θυγατέρα Κλεοβουλίνην, αἰνιγμάτων ἑξαμέτρων ποιήτριαν· ἧς μέμνηται καὶ Κρατῖνος ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, πληθυντικῶς ἐπιγράψας. ἀλλὰ καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἀνανεώσασθαι αὐτὸν ἀπὸ Δαναοῦ. οὗτος ἐποίησεν ᾄσματα καὶ γρίφους εἰς ἔπη τρισχίλια. καὶ τὸ ἐπίγραμμα τινὲς τὸ ἐπὶ Μίδᾳ τοῦτόν φασι ποιῆσαι,

periisse tradunt: natámque illi filiam Cleobulinam, hexametrorum ænigmatum vatem: cuius & Cratinus meminit in eiusdem nominis poemate, plurali inscribens numero. Sed & Mineruæ phanum à Danao constructum, illum instaurasse aiunt. Scripsit autem carmina, obscurásque sententias ad tria millia versuum. Midæ quoque Mausoleo inscriptum epigramma ab eo factum, non desunt qui sentiant,

Χαλκῆ παρθένος εἰμί, Μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι,
Ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
Ἥλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ, λαμπρά τε σελήνη,
Καὶ ποταμοὶ ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ δὲ θάλασσα,
Αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ,
Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

Ænea sum virgo, Midæ qua incumbo sepulcro,
Dum fluit unda leuis, sublimis nascitur arbor,
Dum sol exoriens & splendida luna relucet,
Dum fluuij labuntur, inundant littora fluctus,
Hic constanter ago, lacrymisque in marmore tincto
Fixa: Midam moneo hic tumulatum chare viator.

φέρουσι δὲ μαρτύριον, Σιμωνίδου ᾆσμα, ὅπου φησί, Τίς κεν αἰνήσειε νόῳ πίσυνος Λίνδου ναέταν Κλεόβουλον ἀενάοις ποταμοῖς, ἄνθεσί τ' εἰαρινοῖς, ἀελίου τε φλογὶ χρυσέας τε σελάνας,

Innituntur autem Simonidis testimonio, qui vituperare videtur, quòd tãtas laudes in eius statuam tanto verborum strepitu congesserit, vt eam indeficiẽtibus omnibus vernis floribus, solísque flãmis & aureæ lunæ,

καὶ θαλασσαίαισι δίναις ἀντι-
θέντα μένος στάλας; ἅπαντα
γάρ ἐστι θεῶν ἥσσω· λίθον δὲ καὶ
βρότεοι παλάμαι θραύοντι.
μωροῦ φωτὸς ἅδε βουλά. οὐ γὰρ
ἔστιν Ὁμήρου τὸ ἐπίγραμμα,
πολλοῖς ἔτεσι προέχοντος
(φασὶ) τοῦ Μίδου. φέρεται δ'
αὐτοῦ ἐν τοῖς Παμφίλης ὑπο-
μνήμασι καὶ αἴνιγμα τοιόν,

Εἷς ὁ πατήρ, παῖδες δὲ δυώ-
δεκα· τῶν δὲ ἑκάστῳ
Παῖδες τριήκοντα, διάνδιχα
εἶδος ἔχουσαι·
Αἱ μὲν, λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν·
αἱ δ' αὖτε, μέλαιναι·
Ἀθάνατοι δέ τ' ἐοῦσαι ἀποφθινύ-
θουσιν ἅπασαι.

ἔστι δὲ ὁ ἐνιαυτός. τῶν δὲ ἀποφθεγμά-
των εὐδοκίμησεν αὐτοῦ τάδε,
Ἀμουσία τὸ πλέον μέρος ἐν
βροτοῖσι, λόγων τε πλῆθος·
ἀλλ' ὁ καιρὸς ἀρκέσει. Φρόνει
τι κεδνόν. Μὴ μάταιος ἄχα-
ρις γενέσθω. Ἔφη δὲ δεῖν
συνοικίζειν τὰς θυγατέρας,
παρθένους μὲν τὴν ἡλικίαν, τῷ
φρονεῖν δὲ, γυναῖκας. ὑπο-
δεικνὺς ὅτι δεῖ παιδεύεσθαι καὶ
τὰς παρθένους. ἔλεγέ τε τὸν
φίλον δεῖν εὐεργετεῖν, ὅπως

& æquoreis vndis compa-
rauerit: ipsúmque Cleobu-
lum apertè fatuum appel-
lat. Vnde constat Homeri
illud nō esse, qui multis an-
nis Midā præcessit, vt aiunt.
Fertur in Cōmentariis Pā-
philæ ipsius huiusmodi æ-
nigma,

*Est genitor proles cui sit bisse-
na: sed horum*
*Cuius triginta natæ, sed dis-
pare forma:*
*Hæ niueis tota, fuscis sed vul-
tibus illa:*
*Atque immortales quū sint,
moriuntur ad vnam.*

Est autem annus. Sunt &
istæ ex sententiis illius ce-
lebres: Imperitia in omni-
bus maiori ex parte domi-
natur, & multido verbo-
rum: sed tempus sufficiet.
Sentire atque sapere illustre
aliquid & inclytum stude.
Inanis & ingratus ne sis. Fi-
lias nuptui locari oportere,
ætate virgines, sed pruden-
tia & sensu mulieres: do-
cēs per id virgines quoque
erudiendas esse. Dicebat a-
micos beneficiis fouendos
vt amiciores sint, inimi-
cos autem amicos facien-
dos. Cauendam enim ca-
lumniā amicorum, insidiás-
que inimicorum fugiēdas.

μᾶλλον φίλος· τὸν δ' ἐχθρὸν, φίλον ποιεῖν. φυλάσσεσθαι γὰρ
τῶν μὲν φίλων, τὸν ψόγον· τῶν δὲ ἐχθρῶν, τὴν ἐπιβουλήν.

Καὶ, ἐπειδὰν τις ἐξίῃ τῆς οἰκίας, ζητείτω πρότερον τί μέλλει πράσσειν· καὶ, ὅταν εἰσέλθῃ πάλιν, ζητείτω τί ἔπραξε. Συνεβούλευέ τε εὖ τὸ σῶμα ἀσκεῖν. φιλήκοον εἶναι μᾶλλον ἢ φιλόλαλον· φιλομαθῆ μᾶλλον ἢ ἀμαθῆ. Γλῶσσαν εὔφημον ἴσχειν. Ἀρετῆς οἰκεῖον εἶναι, κακίας ἀλλότριον. Ἀδικίαν φεύγειν. Πόλει τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν. Ἡδονῆς κρατεῖν. Βίᾳ μηδὲν πράττειν. Τέκνα παιδεύειν. Ἔχθραν διαλύειν. Γυναικὶ μὴ φιλοφρονεῖσθαι, μηδὲ μάχεσθαι, ἀλλοτρίων παρόντων. τὸ μὲν γὰρ, ἄνοιαν, τὸ δὲ, μανίαν σημαίνει. Οἰκέτην πάροινον μὴ κολάζειν· δοκεῖν γὰρ παροινεῖν. Γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων. Ἂν γὰρ ἐκ τῶν κρειττόνων λάβῃς (φησὶ) δεσπότας κτήσῃ τοὺς συγγενέας. Μὴ ἐπιγελᾶν τοῖς σκωπτομένοις· ἀπεχθήσεσθαι γὰρ τούτοις. Εὐτυχῶν μὴ ἴσθι ὑπερήφανος. Ἀπορήσας, μὴ ταπεινοῦ. Τὰς μεταβολὰς τῆς τύχης γενναίως ἐπίστασο φέρειν. Ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς, ἔτη βιοὺς ἑβδομήκοντα· καὶ αὐτῷ ἐπεγράφη,

Illud item ante quā domo quis exeat, quid acturus sit, apud se pertractet: rursus quum redierit, quid egerit recogitet. Consulebátque corpus ritè exercendum. Audiendi magis quam loquendi studiosum esse oportere: intentum studiis potius quàm indoctum. Linguam non maledicam esse debere. Proprium virtutis, esse alienū à vitio, iniustitiā fugere. Ciuitati ea cōsulenda quæ sunt optima. Voluptatem frænandā. Vi nihil agendū. Erudiendos liberos. Inimicitias soluendas. Cū muliere neque blāditiis agendum, neque præsentibus extraneis iurgandū: illud quippe vecordiā, istud vesaniam significare. Famulū vino hilarem non puniendum: videri enim id dementius esse. Vxorē sibi parem eligendam: Nam si clariorē te duxeris, (inquit) affines, dominos habebis. Iis qui conuitiis perstringuntur non insultandū: inimicos quippe ex ea irrisione fieri. Dum secūda fortuna arridet, superbire noli: aduersa perstrepente noli frāgi. Fortunæ mutationes fortiter perferre disce. Obiit senex annorum LXX, eiúsque laudes tumulo inscriptū epigrāma continet,

Extinctum

Ἄνδρα σοφὸν Κλεόβουλον ἀποφθίμενον καταπενθεῖ
Ἥδε πάτρα Λίνδος, πόντῳ ἀγαλλομένη.

Ἀπεφθέγξατο, Μέτρον ἄριστον. καὶ Σόλωνι ἐπέστειλεν οὕτω.

Κλεόβουλος Σόλωνι.

Πολλοί μέν ἐντι τυ εἰσὶν ἑταῖροι καὶ οἶκος παντί· φαμὶ δ᾽ ἐγὼν ποτὶ ἁμιωτάταν ἐσεῖσθαι Σόλωνι τὰν Λίνδον δαμοκρατευμέναν· καὶ ἁ νᾶσος πελαγία, ἔνθα οἰκέοντι οὐδὲν δεινὸν ἐκ Πεισιστράτου. καὶ τοὶ ἑταῖροι ἑκαστόθεν παρά τυ βασοῦνται.

Extinctum luget Cleobulum patria Lindus,
Patria quæ medio est vndique cincta mari.

Scripsit & ipse breuem epistolam Soloni, sic.

Cleobulus Soloni.

Amici quidem tibi sunt permulti, singulisque domus est. verum ego Soloni commodissimam fore ad inhabitandum, Lindũ censeo, ciuitatem liberam. Estque insula maritima: vbi si morari volueris, nihil à Pisistrato mali formidabis, atque ad te amici vndique confluent. Vale.

ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ.

Περίανδρος, Κυψέλου, Κορίνθιος, ἀπὸ τοῦ τῶν Ἡρακλειδῶν γένους. ἔγημε δὲ Λυσίδην, ἣν αὐτὸς Μέλισσαν ἐκάλει, τὴν Προκλέους τοῦ Ἐπιδαυρίων τυράννου, καὶ Ἐρισθενείας τῆς Ἀριστοκράτους παιδὸς, ἀδελφῆς δὲ τοῦ Ἀριστοδήμου, θυγατέρα, οἳ σχεδὸν πάσης Ἀρκαδίας ἦρξαν (ὥς φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ ἀρχῆς) παῖδας ἐξ αὐτῆς ἐποίησε δύο, Κύψελον καὶ Λυκόφρονα, τὸν μὲν νεώτερον, συνετὸν, τὸν δὲ πρεσβύτερον, ἄφρονα.

PERIANDER.

Periãdro Corinthio Cypselus pater fuit, ex Heraclidarum gente. Vxorem autem Lysiden duxit, quã ipse Melissam appellabat, Proclei Epidaurensium tyranni & Eristheneæ Aristocratis filię, sororisque Aristodemi, filiam, qui (vt ait Heraclides Ponticus in libro De principatu) totius fermè Arcadiæ dominabantur. Duos ex ea filios genuit, Cypselum & Lycophronem: alterum ex his iuniorem, prudentem; maiorem natu, stolidum.

χρόνῳ δὴ ὑπὸ ὀργῆς βαλὼν ὑποβάθρῳ ἢ λακτίσας τὴν γυναῖκα ἔγκυον οὖσαν, ἀπέκτεινε, πεισθεὶς διαβολαῖς παλλακίδων, ἃς ὕστερον ἔκαυσε. τόν τε παῖδα ἀπεκήρυξεν εἰς Κέρκυραν, λυπούμενον ἐπὶ τῇ μητρὶ, ᾧ ὄνομα Λυκόφρων. ἤδη δὲ ἐν γήρᾳ καθεστὼς μετεπέμπετο αὐτὸν ὅπως παραλάβῃ τὴν τυραννίδα· ὃν φθάσαντες οἱ Κερκυραῖοι διεχειρίσαντο. ὅθεν ὀργισθεὶς ἔπεμψε τοὺς παῖδας αὐτῶν πρὸς Ἀλυάττην ἐπ' ἐκτομῇ. προσσχούσης δὲ τῆς νεὼς Σάμῳ, ἱκετεύσαντες τὴν Ἥραν, ὑπὸ τῶν Σαμίων διεσώθησαν. καὶ ὃς ἀθυμήσας ἐτελεύτησεν, ἤδη γεγονὼς ἔτη ὀγδοήκοντα. Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐνάτης Ὀλυμπιάδος. τοῦτον Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ ξένον φησὶν εἶναι Θρασυβούλῳ τῷ Μιλησίων τυράννῳ. φησὶ δὲ Ἀρίστιππος ἐν πρώτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς, περὶ αὐτοῦ τάδε, ὡς ἄρα ἐρασθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ Κράτεια, συνείη αὐτῷ λάθρα.

Post aliquantum temporis, accensus ira, missam sub gradus prægnantem coniugem, calcibus percussit, ac necauit, pellicum persuasus calumniis: quas tamen postea igne cremauit: puerúmque Lycophrona matri fletu iusta soluentem abdicauit, atque in Corcyram agi præcepit. Iam verò vicinus senio, illum vt ei tyrannidẽ per manus daret, ad se accersiri iussit. Eius deprehẽso consilio, Corcyrenses illum præuenientes intereme̊runt. Hoc ille comperto, furiis succensus, eorum liberos ad Alyatten præsecandos misit. Quum autem nauis appropinquasset Samo, Iunoni vota facientes, à Samiis seruati sunt. Quod ille vbi didicit, mœrore cõfectus excessit è vita, annos natus fermè octoginta. Sosicrates eum ante Crœsum obiisse diem asserit, XL. & vno annis ante quadragesimam nonam Olympiadem. Hunc Herodotus in primo Histor. Thrasybuli Milesiorum tyranni hospitem fuisse ait. Aristippus autem in primo De Antiq. delic. libro, hæc de illo refert: Matrem eius Crateam illius amore feruentem, clàm congredi solitam,

καὶ ἐς τὸ δευτέρον φανεροῦ ὃ γενομένου βαρὺς πᾶσιν ἐγένετο, διὰ τὸ ἀλγεῖν ἐπὶ τῇ φορᾷ. ἀλλὰ καὶ Ἔφορος ἱστορεῖ ὡς εὔξαιτο, εἰ νικήσειεν Ὀλύμπια τεθρίππῳ, χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀναθεῖναι. νικήσας δὲ καὶ ἀπορῶν χρυσοῦ, κατά τινα ἑορτὴν ἐπιχώριον κεκοσμημένας ἰδὼν τὰς γυναῖκας, πάντα ἀφείλετο τὸν κόσμον, καὶ ἔπεμψε τὸ ἀνάθημα. λέγουσι δέ τινες ὡς θελήσας αὐτοῦ τὸν τάφον μὴ γνωσθῆναι, τοιοῦτόν τι ἐμηχανήσατο. δυοῖν ἐκέλευσε νεανίσκοις (δείξας τινὰ ὁδὸν) ἐξελθεῖν νύκτωρ, καὶ τὸν ἀπαντήσαντα ἀνελεῖν καὶ θάψαι. ἔπειτα βαδίζειν ἄλλους τε κατὰ τούτων τέτταρας, καὶ ἀνελόντας θάψαι· πάλιν τε κατὰ τούτων πλείονας. καὶ οὕτως αὐτὸς τοῖς πρώτοις ἐντυχὼν ἀνῄρηται. Κορίνθιοι δὲ ἐπί τι κενοτάφιον ἐπέγραψαν αὐτῷ, τόδε,

Πλούτου καὶ σοφίης πρύτανιν πατρὶς ἥδε Κόρινθος
Κόλποις ἀγχίαλοις γῆ Περίανδρον ἔχει.

Ἔστι καὶ ἡμῶν,

illo non inuito, tantóque flagitio acquiescēte. Quod vbi cognitum est, dolens se fuisse deprehēsum, grauius iam ciuibus instabat. Porro Ephorus in historia, vouisse illum tradit, si Olympia quadriga vicisset, auream statuam deo sacraturum, victoria verò potitum, & auro egentem, quadam celebritate populari, mulieribus procedentibus ornatis, mundum ademisse muliebrem, atque ita donarium misisse asserit. Illum, quum sepulcrum suum ignorari vellet, tale quippiam molitum. Duobus iuuenibus viam quandam ostendisse, ac iussisse noctu per illam incederet, eúmque qui primus occurrisset, interimerent ac sepelirent: póstque illos, quatuor alios misisse, qui eos necarent ac sepulturæ traderent: rursus cōtra eos misisse plures, itidémque vt facerent imperasse, atque ita ipsum primis obuium, occisum esse. Enimuero Corinthij cenotaphiū illius versibus illustrarunt,

Et sophia & nummis Periandrum terra Corinthus
Clarum, littoreo continet alma sinu.

Extat & nostrum in eundem.

Μή ποτε λυπήσῃ σε τὸ μὴ σε
 τυχεῖν τινος, ἀλλὰ
 Τέρπεο πᾶσιν ὁμῶς οἷσι δί-
 δωσι θεός.
Καὶ γὰρ ἀθυμήσας ὁ σοφὸς
 Περίανδρος ἀπέσβη,
 Οὕνεκεν οὐκ ἔτυχεν πρήξιος
 ἧς ἔθελεν.

Ne tibi iam doleat si non optata sequaris,
Sed iuuet id superi quod tribuere dei.
Nam sapiens Stygias Periander cessit ad umbras
Extinctus, quòd non quæ voluit valuit.

τούτου ἐστὶ καὶ τό, Μηδὲν χρημάτων ἕνεκα πράττειν· δεῖν γὰρ τὰ κερδαντὰ κερδαίνειν. ἐποίησε δὲ καὶ ὑποθήκας εἰς ἔπη δισχίλια. εἶπε τε τοὺς μέλλοντας ἀσφαλῶς τυραννήσειν, τῇ εὐνοίᾳ δορυφορεῖσθαι, καὶ μὴ τοῖς ὅπλοις. καί ποτε ἐρωτηθεὶς διὰ τί τυραννεῖ, ἔφη, Ὅτι καὶ τὸ ἑκουσίως ἀποστῆναι καὶ τὸ ἀφαιρεθῆναι κίνδυνον φέρει. ἔλεγε δὲ καὶ τάδε, Καλὸν ἡσυχία. Ἐπισφαλὲς, προπέτεια. Κέρδος, αἰσχρόν. Δημοκρατία, κρεῖττον τυραννίδος. Αἱ μὲν ἡδοναί, φθαρταί· αἱ δὲ τιμαί, ἀθάνατοι. Εὐτυχῶν μὲν, μέτριος ἴσθι· δυστυχῶν δὲ, φρόνιμος. Φίλοις εὐτυχοῦσι καὶ ἀτυχοῦσιν ὁ αὐτὸς ἴσθι. Ὅ ἂν ὁμολογήσῃς, διατήρει. Λόγων ἀπορρήτων ἐκφορὰν μὴ ποιοῦ. Μὴ μόνον τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς μέλλοντας, κόλαζε.

Huius illud est, Nihil pecuniarum gratia agendum. oportere enim alias modo qui inhonestus non sit, lucrari. Scripsit & ὑποθήκας ad duo millia versuum. Dicebat his qui tutò regnare vellent, summa ope nitendũ vt beneuolentia non armis stiparentur. Rogatus aliquando cur in tyrannide persisteret, Quia, inquit, & sponte & inuitum cedere æquè periculosum est. Dixit & hæc: Bona res est quies, ac periculosa temeritas. Turpe lucrum. Populi administratio tyrãnide præstatior est. Voluptates corruptibiles sunt, honores immortales. Inter secundas res esto moderatus, inter aduersas prudens. Amicis & felicibus & infelicibus eundem te præbe. Quodcũque pollicitus fueris, serua. Inter loquendum caue ne secreta pronunties. Non peccantes modò, verùm & peccare gestientes, punito.

οὗτος πρῶτος δορυφόρους ἔσχε, καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς τυραννίδα μετέστησε· καὶ οὐκ εἴα ἐν ἄστει ζῆν τοὺς βουλομένους, καθά φασιν Ἔφορος καὶ Ἀριστοτέλης. ἤκμαζε δὲ περὶ τὴν τετταρακοστὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα, καὶ ἐτυράννευσεν ἔτη τετταράκοντα. Σωτίων δὲ καὶ Ἡρακλείδης καὶ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ὑπομνημάτων δύο φασὶ Περιάνδρους γεγονέναι, τὸν μὲν, τύραννον· τὸν δὲ, σοφὸν καὶ Ἀμβρακιώτην. τοῦτο καὶ Νεάνθης φησὶν ὁ Κυζικηνὸς, ἀνεψιούς τε εἶναι ἀλλήλοις. καὶ Ἀριστοτέλης μὲν τὸν Κορίνθιόν φησιν εἶναι τὸν σοφόν· Πλάτων δὲ οὔ φησι. τοῦτ' ἐστί, Μελέτη τὸ πᾶν. ἤθελε δὲ καὶ τὸν Ἰσθμὸν διορύξαι. φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐπιστολή.

Primus hic armatis circumseptus incessit, magistratúmque ad tyrannidē transtulit, neque in vrbe viuere quosuis permittebat, vt Ephorus & Aristoteles tradunt. Claruit autem circa trigesimam octauā Olympiadem, exercuítque tyrannidem annos XL. Porrò Sotion atque Heraclides & Pamphila in v. Comment. duos aiūt fuisse Periandros, tyrannū alterum, alterum verò sapientem, eúmque Ambraciotem. Quin eos Neanthes quoque Cyzicenus ait patrueles sibi inuicem fuisse. Porro Aristoteles Corinthiū asserit fuisse sapientem, Plato negat. Ipsius & hoc est: Exercitatio potest omnia: nā & Isthmū quoque potuit perfodere. Ipsius aliquot feruntur epistolæ, cuiusmodi hæc est.

Περίανδρος τοῖς σοφοῖς.

Perian der Sapientibus.

Πολλὰ χάρις τῷ Πυθίῳ Ἀπόλλωνι, ὅτι εἰς ἓν ἐλθόντας αἰνεῖ· ἀξοῦντι καὶ ἐς Κόρινθον ταὶ ἐμαὶ ἐπιστολαί. ἐγὼν δ' ὑμὲ ἀποδέχομαι, ὡς ἴστε αὐτοὶ, ὅτι δαμοτικώτατα. πυνθάνομαι ὡς πέρυτι ἐγένετο ὑμέων ἁλία παρὰ τὸν Λυδὸν ἐς Σάρδεις.

Gratias immortales ago Pythio Apollini, quòd in vnum coactos epistolæ meæ repererunt, ipsǽque Corinthum (vt confido) perducetur. Expecto itaque vos. Certè ipsi videbitis quàm ciuiliter vos excipiam. Sicut igitur anno præterito Sardis in Lydiam venistis,

ὑμῶν μὴ ὀκνῆτε καὶ παρ' ἐμὲ φοιτῆν τ Κορίνθου τύραννον. ἡμᾶς γὰρ καὶ ἄσμενοι ὄψονται Κορίνθιοι φοιτῶντας εἰς οἶκον τ Περιάνδρου.

ita nunc oro ne pigeat ad me quoque proficisci, Corinthi tyrannum. Videbunt enim vos non sine gratulatione Corinthij, Periandri domum adeuntes.

Περίανδρος Προκλεῖ.

Periander Procleo.

Ἁμὶν μὲ ἀκούσιον τὸ τᾶς δάμαρτος τὸ ἄγος. τὺ δὲ ἑκὼν τῷ παιδί μου ἀποθυμοῦ ποιήσας ἀδικεῖς. ἢ ὦν παῦσον τὰν ἀπηνείαν τῷ παιδὸς, ἢ ἐγώ τοι ἀμυνοῦμαι. καὶ γὰρ δὴ καὶ αὐτὸς ποινὰς ἔτισα τὺν τε θυγατρὶ καθαρεύσας αὐτὰ καὶ πάσας Κορινθίας εἵματα. ἔχαψε δ' αὐτῷ καὶ Θρασύβουλος οὕτως.

Nobis quidem nō ex sententia fuit vxoris scelus. Tu autem sponte filio ingrato siquid egeris, peccas. Aut igitur immanitatem in filium compesce, aut ego illi opem feram. Nam & ipse satis diu pœnas dedit.

Θρασύβουλος Περιάνδρῳ.

Thrasybulus Periandro.

Τὰ μὲν κήρυκι σοῦ οὐδὲν ὑπεκρινάμην. ἀγαγὼν δ' αὐτὸν ἐς λήιον, καὶ τοὺς ὑπερφυέας τῶν ἀσταχύων ῥάβδῳ παίων ἀπέθριζον, ὁμαρτέοντος ἐκείνου. καί σοι ἀναγγελεῖ, εἰ ἐπείρεο, ὅ, τι μευ ἀκούσειεν ἢ ἴδοι. σὺ τὰ ποίει οὕτως, ἢν γ' ἐθέλης καρτύνασθαι τὴν αἰσυμνητείην. τοὺς ἐξόχους τῶν πολιτέων ἔξαιρεῖν, ἤν τέ τις ἐχθρὸς τοι φαίνηται, ἤν τε μή. ὕποπτος γὰρ ἀνδρὶ αἰσυμνήτῃ καὶ τῶν τις ἑταίρων.

Præconi quidē tuo nihil dissimulaui, sed ipsum in segetem inducens, eminentiores spicas bacillo feriens decutiebam, subsequente illo, tibique, si interrogares, referret quicquid vel viderit vel audierit à me. Tu ergo sic facito, si quidem tyrannidē tutò tenere cupis, atque in ea constabiliri, ciuitatis principes tolle, siue e illi amici, siue inimici videātur. Quippe tyranno amici quoque sæpe suspecti sunt.

ΑΝΑΧΑΡΣΙΣ Ο' Σκύθης.

Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης, Γνούρου μὲν ἦν υἱός, ἀδελφὸς δὲ Καδουίδου τοῦ Σκυθῶν βασιλέως, μητρὸς δὲ Ἑλληνίδος. διὸ καὶ δίγλωττος ἦν. οὗτος ἐποίησε τῶν τε παρὰ τοῖς Σκύθαις νομίμων, καὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, εἰς εὐτέλειαν βίου, καὶ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον, ἔπη ὀκτακόσια. παρέσχε δὲ καὶ ἀφορμὴν παροιμίας διὰ τὸ παρρησιαστὴς εἶναι, τὴν ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσιν. λέγει δὲ αὐτὸν Σωσικράτης ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκράτους. Ἕρμιππος δὲ πρὸς τὴν Σόλωνος οἰκίαν ἀφικόμενον, τῶν θεραπόντων τινὶ κελεῦσαι, μηνῦσαι ὅτι παρείη πρὸς αὐτὸν Ἀνάχαρσις, καὶ βούλοιτο αὐτὸν θεάσασθαι, ξένος τε, εἰ οἷόν τε, γενέσθαι. καὶ ὁ θεράπων εἰσαγγείλας ἐκελεύσθη ὑπὸ τοῦ Σόλωνος εἰπεῖν αὐτῷ, ὅτι περ ἐν ταῖς ἰδίαις πατρίσι ξένους ποιοῦνται. ἔνθεν ὁ Ἀνάχαρσις ἑλὼν ἔφη νῦν αὐτὸς ἐν τῇ πατρίδι εἶναι, καὶ προσήκειν αὐτῷ ξένους ποιεῖσθαι. ὁ δὲ καταπλαγεὶς τὴν ἑτοιμότητα, εἰσέφρησεν αὐτόν,

ANACHARSIS.

Anacharsis Scytha, Gnuri quidem filius, Caduidæ verò Scytharum regis frater, matre Græca fuit: quamobrem & vtriusque linguæ peritus erat. Scripsit autem & de Scytharum legibus, & de iis quæ apud Græcos legitima & solennia sunt, ad frugaliorem ac viliorem victum, itémque de re bellica ad non gẽtos versus. Præstitit prouerbij occasionem, eo quòd esset audax & constans in dicendo, vt qui eius constantiam imitaretur, Scythicum dicendi genus diceretur imitatus. Eum Sosicrates Athenas cõcessisse XL. & VII. Olympiade, sub Eucrate principe, tradit. Porro Hermippus Solonis iuisse domũ, & cuidam ex familia iussisse nũciaret ei Anacharsim adesse pro foribus, vt illius conspectu & hospitio, si fieri posset, frueretur: puerũ intus hæc nuntiasse Soloni, eiúsque iussu hæc illi renunciasse, In propriis regionibus hospites fieri. Ad hæc introgressum dixisse Anacharsim, Modò se esse in patria, atque ad se pertinere hospites facere. Eam viri dexteritatẽ admiratũ Solonẽ, cõtinuò illũ admisisse,

καὶ μέγιστον φίλον ἐποιήσατο. μετὰ χρόνον δ' ἐπανερχόμενος εἰς τὴν Σκυθίαν, καὶ νομίζων τὰ νόμιμα παραλύειν τῆς πατρίδος, πολὺς ὢν ἐν τῷ ἑλληνίζειν, τοξευθεὶς ἐν κυνηγεσίῳ πρὸς τἀδελφοῦ, τελευτᾷ, εἰπών, Διὰ μὲν τὸν λόγον ἐκ τῆς Ἑλλάδος σωθῆναι, διὰ δὲ τὸν φθόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ ἀπολέσθαι. ἔνιοι δὲ τελετὰς Ἑλληνικὰς ἐπιτελοῦντα διαχρησθῆναι. καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτόν.

Ἐς Σκυθίην Ἀνάχαρσις ὅτ' ἤλυθε πολλὰ πλανηθείς,
Πάντας ἔπειθε βιοῦν ἤθεσιν Ἑλλαδικοῖς.
Τὸν δ' ἔτι μῦθον ἄκραντον ἐνὶ στομάτεσσιν ἔχοντα
Πτηνὸς ἐς ἀθανάτους ἥρπασεν ὦκα δόναξ.

Οὗτος τὴν ἄμπελον εἶπε τρεῖς φέρειν βότρυς· τὸν πρῶτον, ἡδονῆς· τὸν δεύτερον, μέθης· τὸν τρίτον, ἀηδίας. θαυμάζειν δὲ ἔφη πῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγωνίζονται μὲν οἱ τεχνῖται, κρίνουσι δὲ οἱ μὴ τεχνῖται. Ἐρωτηθεὶς πῶς οὐκ ἂν γένοιτό τις φιλοπότης, Εἰ πρὸ ὀφθαλμῶν (εἶπεν) ἔχοι τὰς τῶν μεθυόντων ἀσχημοσύνας. Θαυμάζειν τε ἔλεγε πῶς οἱ Ἕλλη-

& arctissimis amicitiæ vinculis sibi deuinxisse. Post aliquantulum temporis regressum in Scythiam, quum patrias leges immutare vellet, Græcásque toto conatu niteretur inducere, in venatu à fratre sagitta percussum interiisse, dicentem, sermonis & disciplinæ gratia se ex Græcia seruatũ, per inuidiam in domo & patria periisse. Quidam Græco ritu sacrificantem occisum tradũt. Est autem nostrum in illum epigramma,

In Scythiam patrias rediens Anacharsis ad oras,
Orabat Græco viuere more suos:
Vix ea quum summo infelix versaret in ore
Verba, senem superis dira sagitta dedit.

Huius illud dictum memoratur: Vitem vuas tres ferre, primã voluptatis, secundam ebrietatis, tertiã mœroris. Mirari se dixit, quomodo apud Græcos artifices certarẽt, iudicarẽtque qui artifices non essent. Rogatus quo pacto quis abstemius fieret, Si turpes, inquit, ebriosorum motus sibi ante oculos ponat. Mirari itẽ se dicebat, quinã fieret vt Græ-

τοὺς νομοθετοῦντας κατὰ τῶν ὑβριζόντων, τοὺς ἀθλητὰς τιμῶσιν ἐπὶ τῷ τύπτειν ἀλλήλους. μαθὼν τέτταρας δακτύλους εἶναι τὸ πάχος τῆς νεὼς, τοσοῦτον ἔφη τοῦ θανάτου τοὺς πλέοντας ἀπέχειν. τὸ ἔλαιον μανίας φάρμακον ἔλεγε, διὰ τὸ ἀλειφομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐπιμαίνεσθαι ἀλλήλοις. πῶς (ἔλεγεν) ἀπαγορεύοντες τὸ ψεύδεσθαι, ἐν ταῖς καπηλείαις φανερῶς ψεύδονται; καὶ θαυμάζειν φησὶ πῶς Ἕλληνες ἀρχόμενοι μὲν, ἐν μικροῖς πίνουσι, πλησθέντες δὲ, ἐν μεγάλοις. ἐπιγέγραπται δὲ αὐτοῦ ταῖς εἰκόσι, Γλώσσης, γαστρὸς, αἰδοίων κρατεῖν. ἐρωτηθεὶς εἰ εἰσὶν ἐν Σκύθαις αὐλοὶ, εἶπεν, Ἀλλ' οὐδὲ ἄμπελοι. ἐρωτηθεὶς τίνα τῶν πλοίων εἶναι ἀσφαλέστατα, ἔφη, Τὰ νενεωλκημένα. καὶ τοῦτο ἔφη θαυμασιώτατον ἑωρακέναι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι τὸν μὲν καπνὸν ἐν τοῖς ὄρεσι καταλείπουσι, τὰ δὲ ξύλα εἰς τὴν πόλιν κομίζουσιν. ἐρωτηθεὶς πότεροι πλείους εἰσὶν, οἱ ζῶντες, ἢ οἱ νεκροὶ, ἔφη, Τοὺς οὖν πλέοντας ποῦ τίθης; ὀνειδιζόμενος ὑπὸ Ἀττικοῦ ὅτι Σκύθης ἐστὶν,

nullum esse, cúmque ad officia vitæ nihil esse necessariam, inuexit primus Ethicen, déque illa & in officinis & in publico quotidie philosophans, ea potius inquirenda hortabatur quę mores instruerent, & quorum vsus nobis domi esset necessarius. Illic enim, Homeri testimonio, nobis

--agitur prauúmque probúmque.

Sæpe verò inter loquendũ, agente id orationis vehemẽtia, iactare digitos solebat, & crines vellere, ita vtà plerisque rideretur, haberetúrque despectui: quæ tamẽ omnia ferebat æquo animo. Vnde & quum fuisset à quodam calce percussus, admirantibus illius tolerãtiam, dixit, Quid enim, si me asinus calce impetisset, num illi diem dixissem? hæc Demetrius. Peregrinatione verò illi opus non fuit, quẽadmodum plurimis, nisi inquãtum militauit, sed semper eodem in loco manens, contẽtus cum familiaribus ac studiosis disputabat, nitebatúrque summo ingenij acumine non tam illos ex sententia refellere, quam ipse quid verũ esset, inuenire. Fertur, quum EVripides ei legẽdum Heracliti opusculum dedisset, rogaréq; quid sibi videretur, dixisse, Ea quidẽ quæ intellexi, fortia sunt: puto item & quæ nõ intellexi:

τὴν Δηλίου γάρ τινος δεῖται
κολυμβητοῦ. ἐπεμελεῖτο δὲ καὶ σω-
μασκίας, καὶ ἦν εὐέκτης. ἐ-
στρατεύσατο γοῦν εἰς Ἀμφί-
πολιν· καὶ Ξενοφῶντα ἀφ' ἵπ-
που πεσόντα ἐν τῇ κατὰ Δήλιον
μάχῃ, διέσωσεν ὑπολαβών.
ὅτε καὶ πάντων φευγόντων Ἀ-
θηναίων, αὐτὸς ἠρέμα ἀνε-
χώρει, παρεπιστρεφόμενος ἡ-
συχῇ, καὶ τηρῶν ἀμύνασθαι εἴ-
τις ἐπέλθοι. ἐστρατεύσατο
δὲ καὶ εἰς Ποτίδαιαν διὰ θα-
λάττης· πεζῇ γὰρ οὐκ ἐνῆν, τοῦ πο-
λέμου κωλύοντος. ὅτε καὶ μεῖ-
ναι νυκτὸς ὅλης ἐφ' ἑνὸς σχή-
ματος αὐτόν φασι, καὶ ἀρι-
στεύσαντα αὐτὸν ἐκεῖ παραχωρῆσαι
Ἀλκιβιάδῃ τοῦ ἀριστείου. οὗ καὶ
ἐρασθῆναι φησὶν αὐτὸν Ἀρί-
στιππος ἐν τετάρτῳ περὶ πα-
λαιᾶς τρυφῆς. Ἴων δὲ ὁ
Χῖος καὶ νέον ὄντα εἰς Σά-
μον σὺν Ἀρχελάῳ ἀποδη-
μῆσαι, καὶ Πυθῶδε ἐλθεῖν
Ἀριστοτέλης φησίν. ἀλλὰ καὶ
εἰς Ἰσθμόν, ὡς Φαβωρῖνος ἐν
τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημο-
νευμάτων. ἦν δὲ καὶ ἰσχυρο-
γνώμων καὶ δημοκρατικός,
ὡς δῆλον ἔκ τε τοῦ μὴ εἶξαι

verùm Delio quopiam na-
tatore indigêt. Cura illi ve-
hemens fuit corporis exer-
citationis, erátque præclari
habitus. Denique in Am-
phipolin armatus militiam
sequutus est, atque prœlio
commisso circa Delium, la-
psum equo Xenophontem
apprehendit, atque serua-
uit. Confugientibus Athe-
niensibus cæteris, ipse lentò
passu abibat, sæpe clàm re-
trospiciēs, & vlcisci cupiēs,
siquis ense incautos inuade-
re tentasset. Militauit & in
Potidæam per mare: (nam
pedibus minimè licebat,
obsistente bello) quo tem-
pore nocte tota in vno ha-
bitu permāsisse tradunt. Et
quum in ea expeditione
fortissimè pugnasset ac vi-
cisset, victoriam Alcibiadi
sponte concessisse, quem à
Socrate amatū Aristippus
in quarto De antiquis deli-
ciis testatur. Ion autē Chius
iuuenem cum Archelao in
Samum peregrinatum ve-
nisse tradit: Aristoteles &
Pythonem profectum ait.
Isthmum quoque Phauori-
nus in primo Commenta-
riorum adiisse refert. Erat
autem constātis animi, in-
uictæque sentētiæ, & in pri-
mis popularis rei studiosus:
quòd cū ex aliis cōstat, tū ex eo maximè, quòd iubentibus

τοῖς περὶ Κριτίαν, κελευόντων Λέοντα τὸν Σαλαμίνιον πλούσιον ἄνδρα ἀγαγεῖν πρὸς αὐτούς, ὥστε ἀπολέσθαι· ἀλλὰ καὶ μόνος ἀπεψηφίσατο τὴν τῶν δέκα στρατηγῶν· καὶ ἐξὸν αὐτῷ διαδρᾶναι τῆς εἱρκτῆς, μὴ ἐθελῆσαι. τοῖς τε κλαίουσιν αὐτὸν ἐπιπλῆξαι, καὶ τοὺς καλλίστους λόγους ἐκείνους δεδεμένον διαθέσθαι. αὐτάρκης τε ἦν καὶ σεμνός. καί ποτε Ἀλκιβιάδου (καθά φησι Παμφίλη ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν ὑπομνημάτων) διδόντος αὐτῷ χώραν μεγάλην ἵνα οἰκοδομήσηται οἰκίαν, φάναι, Καὶ εἰ ὑποδημάτων ἔδει, βύρσαν μοι ἐδίδους ἵν' ἐμαυτῷ ὑποδήματα κατασκευάσω, καταγέλαστος ἂν ἦν λαβών. πολλάκις δ' ἀφορῶν εἰς τὰ πλήθη τῶν πιπρασκομένων, ἔλεγε πρὸς αὑτόν, Πόσων ἐγὼ χρείαν οὐκ ἔχω. καὶ συνεχὲς ἐκεῖνα ἀνεφθέγγετο τὰ ἰαμβεῖα,

Τὰ δ' ἀργυρώματ' ἐστίν, ἥ τε
πορφύρα,
Εἰς τοὺς τραγῳδοὺς χρήσιμ',
οὐκ εἰς τὸν βίον.

ὑπερεφρόνησε δὲ καὶ Ἀρχελάου τοῦ Μακεδόνος, καὶ Σκώπα τοῦ Κρανωνίου, καὶ Εὐρυλόχου τοῦ Λαρισσαίου, μήτε

qui cum Critia erant nobilibus, Leôtem Salaminium illustrem & opulentum virum ad se deduci perimendum, haudquaquam cessit, solúsque aduersus decem potẽtissimos duces sententias ferre ausus est: & quum liberè quò vellet abire carcere liceret, noluit, & plorantes seuerè increpauit, pulcherrimósque sermones illos vinctus prosequutus est. Frugi item erat & continens. Refert Pamphila in VII. Comment. quum Alcibiades grandem illam aream ad construendam domum largiretur, dixisse, An verò, si calciamentis mihi opus esset, corium dares vt calceos mihi ipse conficerem, & qui ridiculus essem si acciperem. Sæpe quũ eorũ quæ publicè vendebantur multitudinem intueretur, secum ista voluebat, Quàm multis ipse non egeo. Ac semper habebat in ore iambos illos quibus argentum & purpura, & cætera id genus, tragœdiis potius quàm vsui vitæ necessaria docentur. Archelaũ præterea Macedonem & Scopam Crannonium, Eurylochúmque Larissæum aspernatus est magno animo, quum ne-

χρήματα προσιέμενος αὐτῶν,
μήτε παρ' αὐτοὺς ἀπελθεῖν.
εὔτακτός τε ὢν τὴν δίαιταν ὥ-
στε πολλάκις Ἀθήνησι
λοιμῶν γενομένων μόνος οὐκ
ἐνόσησε. φησὶ δ' Ἀριστοτέλης
δύο γυναῖκας αὐτὸν ἀγαγέ-
σθαι· προτέραν μὲν Ξανθίπ-
πην, ἐξ ἧς αὐτῷ γενέσθαι
Λαμπροκλέα· δευτέραν δὲ
Μυρτώ, τὴν Ἀριστείδου τοῦ δι-
καίου θυγατέρα, ἣν καὶ ἄ-
προικον λαβεῖν· ἐξ ἧς γενέ-
σθαι Σωφρονίσκον καὶ Με-
νέξενον. οἱ δὲ προτέραν γῆ-
μαι τὴν Μυρτώ φασιν· ἔ-
νιοι δὲ καὶ ἀμφοτέρας ἔχειν ὁ-
μοῦ· ὧν ἐστι Σάτυρός τε καὶ
Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος. φασὶ
γὰρ, βουληθέντας Ἀθηναίους,
διὰ τὸ λειπανδρεῖν, συναυξῆ-
σαι τὸ πλῆθος, ψηφίσασθαι,
γαμεῖν μὲν ἀστὴν μίαν, παι-
δοποιεῖσθαι δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας·
ὅθεν τοῦτο ποιῆσαι καὶ Σωκρά-
την. ἦν δ' ἱκανὸς καὶ τῶν
σκωπτόντων αὐτὸν ὑπερορᾶν.
καὶ ἐσεμνύνετο ἐπὶ τῇ εὐτε-
λείᾳ. μισθόν τε οὐδένα εἰσ-
επράξατο. καὶ ἔλεγεν, ἥδι-
στα ἐσθίων, ἥκιστα ὄψου προσ-
δεῖσθαι· καὶ ἥδιστα πίνων,

que ab eis missas pecunias
accepit, neque ad eos ipse
proficisci voluit. Adeo au-
tem parcè ac temperatè vi-
xit, vt quum Athenas pestis
sæpenumero vastaret, solus
ipse nunquam ægrotauerit.
Duas illum vxores duxisse,
priorem Xanthippen, ex
qua Lamproclem genuerat:
alteram Myrtonem Aristi-
dis illius Iusti filiam, quam
& sine dote acceperit, quæ-
que sibi Sophroniscum Me-
nexenumque peperit, Ari-
stoteles autor est. Alij Myr-
tonem prius duxisse, ple-
rique vtrasque simul habuisse
tradunt, ex quibus & Saty-
rus est & Hieronymus Rho-
dius. Nam Athenienses, quum
bellis ac lue ciuibus exhau-
stam ciuitatem reparare, so-
bolemque propagare vel-
lent, decreuisse referunt, vt
vrbanam quidem vnam v-
xorem ciues ducerent, lice-
ret autem & ex altera pro-
creare liberos: idque tum &
Socratem fecisse. Magna ve-
rò animi sublimitate carpen-
tes se atque obiurgantes
contemnebat. In facilitate
victus maximè gloriabatur,
mercedémque a nullo exi-
gebat. Dicebat autem, qui
suauissimè comederet, eum
minimè obsonio egere: &
qui cum voluptate biberet,

ἥκιστα τὸ μὴ παρὸν ποτὸν ἀναμένειν· καὶ ἐλαχίστων δεόμενος, ἔγγιστα εἶναι θεῶν. τοῦτο δ' ἔνεστι καὶ παρὰ τῶν κωμῳδοποιῶν λαβεῖν, οἳ λανθάνουσιν ἑαυτοὺς δι' ὧν σκώπτουσιν ἐπαινοῦντες αὐτόν. Ἀριστοφάνης μὲν οὕτως·

Ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμήσας
σοφίας ἄνθρωπε δικαίως,
Ὡς εὐδαίμων παρ' Ἀθηναίοις καὶ τοῖς ἄλλοις διαζήσεις.
εἶ,
Μνήμων καὶ φροντιστὴς, καὶ τὸ
ταλαίπωρον ἔνεστιν
Ἐν τῇ γνώμῃ, κοὐκ ἔτι κάμνεις
οὔθ' ἑστὼς οὔτε βαδίζων,
Οὔτ' αὖ ῥιγῶν ἄχθῃ λίαν,
οὔτ' ἀρίστων ἐπιθυμεῖς,
Οἴνου τ' ἀπέχῃ καὶ ἀδηφαγίας, καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων.

Ἀμειψίας δ' ἐν τρίβωνι παράγων αὐτὸν, φησὶν οὕτως, Σώκρατες ἀνδρῶν βέλτιστ' ὀλίγων, πολλῶν δὲ ματαιόταθ', ἥκεις καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς; καρτερικός γ' εἶ. πόθεν ἄν σοι χλαῖνα γένοιτο; τουτὶ τὸ κακὸν τῶν σκυτοτόμων κατ' ἐπήρειαν γεγένηται. οὗτος μέντοι πεινῶν οὕτως, οὐπώποτ' ἔτλη κολακεῦσαι. τοῦτο δ' αὐτοῦ τὸ ὑπεροπτικὸν

eum quod præsens non sit, poculum non quærere nec exspectare. Eumque diis maximè propinquum, qui minimis egeat. Hoc si quis velit, à Comicis doceri poterit, qui profectò, illum dum vituperare conantur, laudant. Aristophanes enim sic illum Comœdiis agit.

O præclaræ sapientiæ amator homo,
Quàm felix Athenis & inter Græcos eris,
Si memores, & curis plenus, & ærumna insit
Animo, neque fatigaris aut stãs, aut sedẽs, aut ambulãs;
Sed ne algens quidẽ malum doles neque prãdere cupis,
Et vino abstines, & exercita mentis, & id genus stolidis.

Portò Amipsias palliatum illum inducens, sic ait. Socrates, paucorum optime virorum, multorúmque vanissime, & ipse ad nos tandem venis, patiénsque es? Vnde tibi pallium hybernum? Hoc incommodum per coriarij contigit malignitatem. Hic tametsi esuriens, assentari nunquã sustinuit: cæterum eius rei quàm sæpe inimicus fuerit

καὶ μεγαλόφρον ἐμφαίνει καὶ
Ἀριστοφάνης, λέγων οὕτως.
ὅτι,
βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ
τὠφθαλμὼ παραβάλλεις,
κἀνυπόδητος, κακὰ πόλλ'
ἀνέχει, κἀφ' ὑμῖν σεμνο-
προσωπεῖς.
καίτοι ἐνίοτε πρὸς τοὺς καιροὺς
ἁρμοττόμενος, καὶ λαμπρὰ
ἠμπίσχετο, καθάπερ ἐν τῷ Πλά-
τωνος συμποσίῳ παρ' Ἀγά-
θωνα βαδίζων. ἱκανὸς δ' ἀμ-
φότερα ἦν, καὶ προτρέψαι καὶ
ἀποτρέψαι. ὥσπερ τὸν Θεαίτη-
τον, περὶ ἐπιστήμης διαλεχθείς,
ἔνθεον ἀπέπεμψε, καθὰ καὶ
Πλάτων φησίν. Εὐθύφρονα δὲ
τῷ πατρὶ γραψάμενον ξενίας
δίκην, περὶ ὁσίου τινὰ διαλε-
χθεὶς ἀπήγαγε. καὶ τὸν Λύσιν δὲ
ἠθικώτατον ἐποίησε προτρέ-
ψας. ἦν γὰρ ἱκανὸς ἀπὸ τῶν
πραγμάτων τοὺς λόγους εὑρί-
σκειν. ἐνέτρεψε δὲ καὶ Λαμ-
προκλέα τὸν υἱὸν τῇ μητρὶ ἀ-
γριαινόμενον, ὥς που καὶ Ξε-
νοφῶν εἴρηκε. καὶ Γλαύκω-
να μὲν τὸν Πλάτωνος ἀδελ-
φὸν θέλοντα πολιτεύεσθαι,
ἀπέστησε, διὰ τὸ ἀπείρως
ἔχειν, ὥς φησι Ξενοφῶν.

quámque magno & altó animo fœdam istam adulationem contempserit. Aristophanes idem testatur in hanc sententiam, *Elatus fastu vias terit; oculísque instabilis, & discalciatus mala multa tolerat, & inter nos vultu grauitatem præ se fert.* Quúmque hoc vitæ instituto degeret, interdum tamen tempori seruiens, venustiore habitu amiciebatur, vt in Platonis Symposio ad Agathonē profectus. Æqua illi & hortādi & dehortādi facultas fuit. Denique Theætetum, quum de disciplina dissereret (vt ait Plato) mirificè immutatum diuinúmque fermè remisit. Euthyphrona, qui patri diem dixerat, quædam de iustitia & pietate loquens, ab instituto reuocauit. Lysidem autem hortādo, maximè moralem fecerat. erat enim illi ingenium ad eliciendos ex rebus sermones accommodatum. Lamproclem filium in matrem immitem ac ferum (vt ait Xenophon) suadendo ad reuerētiam reduxit. Glauconem præterea Platonis fratrē ad remp. accedere volētē, proposito retraxit, quòd is rudis esset, ignarúsq; rerū: idem (vt refert Xenophon)

Χαρμίδην δὲ πολιτικώτατον ἐσόμενον, ὀκνηρῶς ἔχοντα. ἐπῆρε δὲ καὶ εἰς φρόνημα Ἰφικράτην τὸν στρατηγόν, δείξας αὐτῷ τοῦ κουρέως Μειδίου ἀλεκτρυόνας ἀντίον τῶν Καλλίου πτερυξαμένους. καὶ αὐτὸν Γλαυκωνίδης ἠξίου τῇ πόλει περιποιεῖν, καθάπερ φασιανὸν ὄρνιν, ἢ ταών. ἔλεγε δὲ ὡς θαυμάσιον, τὸ μὲν ἕκαστον εἰπεῖν ἂν ῥᾳδίως ὅσα ἔχει, φίλους δ' οὐκ ἂν ὀνομάσαι ὁπόσους κέκτηται· οὕτως ὀλιγώρως ἔχειν περὶ αὐτούς. ὁρῶν δ' Εὐκλείδην ἐσπουδακότα περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους, ὦ Εὐκλείδη (ἔφη) σοφισταῖς μὲν δυνήσῃ χρῆσθαι, ἀνθρώποις δὲ οὐδαμῶς. ἄχρηστον γὰρ ᾤετο εἶναι τὴν περὶ ταῦτα γλισχρολογίαν, ὡς καὶ Πλάτων ἐν Εὐθυδήμῳ φησί. Χαρμίδου τε οἰκέτας αὐτῷ διδόντος, ἵν' ἀπ' αὐτῶν προσοδεύηται, οὐχ εἵλετο· καὶ τὸ κάλλος κατά τινας ὑπερεῖδεν Ἀλκιβιάδου. καὶ ἐπῄνει σχολήν, ὡς κάλλιστον κτημάτων, καθὰ καὶ Ξενοφῶν ἐν Συμποσίῳ φησίν. ἔλεγε δὲ καὶ ἓν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὴν ἐπιστήμην· καὶ ἓν μόνον κακόν, τὴν ἀμαθίαν.

Charmidem contrà, quùm esset maximè idoneus ad capessendã, incitauit. Iphicrati quoque duci animos adiecit, quum ostendisset ei gallos gallinaceos tonsoris Midæ, aduersus eos qui erant Calliæ, pennis ac rostro dimicantes. Ipsum Glauconides ciuitati applicare optabat, non secus ac fasianum auem aut pauonem. Dicebat autem facile cuiuis esse quæ habet aliquis, mira proloqui, amicos autem quos possideat nominare difficillimum: tantam in eis obseruandis inesse negligentiam. Euclidem verò quum videret forensium causarũ in primis studiosum, O (inquit) Euclides, sophistis quidem vti poteris, hominibus nõ poteris. Inutile enim arbitrabatur ac turpe hisce dare operam, sicut & Plato in Euthydemo testatur. Dederat illi Charmides domesticos pueros, vt ab eis domũ deduceretur, sed noluit ipse suscipere. Sunt qui dicant illum Alcibiadis eximiam formam aspernatum. Otium, vt possessionum omnium pulcerrimam laudabat, vt in Symposio testatur Xenophon. Dicebat & vnicũ esse bonum, scientiam: malum cõtra vnicum, inscitiã.

[illegible]

Opes ac nobilitates nō so-
lum nihil in se habere hone-
statis, verùm & omne ma-
lum ex eis oboriri. Deni-
que quum dixisset ei qui-
dam, Antisthenē matre esse
Threicia, Túne (inquit)
arbitraris ex duobus Athe-
niēsibus adeo insignem vi-
rum natū? Phędonem quo-
que captiuitatis necessitatē
quæstui turpi expositum,
Critoni redimendum præ-
cepit, spectatúmque philo-
sophū fecit. Sed & fidibus
canere didicit quum vaca-
ret, minimè improbum seu
pudendum dicens, quod
quisque [illegible] [illegible] [illegible]
pius itē saltabat, eam exer-
citationem plurimum ad
tuendam bonam valetudi-
nem conducere existimās,
sicut & Xenophon in Sym-
posio testatur. Asserebat &
dæmonium sibi futura præ-
dicere: ac bene incipere
parum non esse, sed maxi-
mum: & scire se nihil præ-
ter hoc ipsum quod nihil
sciret. Hos itē qui pra[e]conio
magno emerent, desperare
aiebat se ad maturitatis tē-
pus peruenturos. Rogatus
aliquando quænam sit iu-
uenum virtus, Nihil nimis,
inquit. Geometriæ eous-
que dandam operam mo-
nebat, quoad quisque pos-
sit terram [illegible] accipere

καὶ παραδεδωκέναι. Εὐριπίδου δ' ἐν τῇ Αὔγῃ εἰπόντος περὶ ἀρετῆς, Κράτιστον εἰκῆ ταῦτ' ἐᾶν ἀφειμένα, ἀναστὰς ἐξῆλθε φήσας, γελοῖον εἶναι ἀνδράποδον μὲν, μὴ εὑρισκόμενον, ἀξιοῦν ζητεῖν· ἀρετὴν δ' οὕτω ἐᾶν ἀπολωλέναι. ἐρωτηθεὶς πότερον γῆμαι ἢ μὴ, ἔφη, Ὃ ἂν αὐτῶν ποιήσῃς, μεταγνώσῃ. ἔλεγέ τε θαυμάζειν τῶν τὰς λιθίνους εἰκόνας κατασκευαζομένων· τοῦ μὲν λίθου προνοεῖν, ὡς ὁμοιότατος ἔσται· αὑτῶν δ' ἀμελεῖν, ὡς μὴ ὁμοίους τῷ λίθῳ φαίνεσθαι. ἠξίου δὲ καὶ τοὺς νέους συνεχὲς κατοπτρίζεσθαι. ἵν' εἰ μὲν καλοὶ εἶεν, ἄξιοι γίγνοιντο· εἰ δ' αἰσχροὶ, παιδείᾳ τὴν δυσείδειαν ἐπικαλύπτοιεν. καλέσας ἐπὶ δεῖπνον πλουσίους, καὶ τῆς Ξανθίππης αἰδουμένης, ἔφη, Θάρρει. εἰ μὲν γὰρ εἶεν μέτριοι, συμπεριενεχθεῖεν ἂν· εἰ δὲ φαῦλοι, ἡμῖν αὐτῶν οὐδὲν μελήσει. ἔλεγε τοὺς μὲν ἄλλους ἀνθρώπους ζῆν, ἵν' ἐσθίοιεν· αὐτὸν δὲ ἐσθίειν, ἵνα ζῴη. πρὸς τὸ οὐκ ἀξιόλογον πλῆθος ἔφασκεν,

& dare. Euripide verò de virtute ita disserente, vt diceret præclarum esse temere hanc dimittere, surgens egressus est, ridiculum esse dicens, Mancipium, si non inueniatur, dignum inquisitione iudicare: virtutem verò pessum perire permittere. Interrogatus vtrum melius esset vxorem ducere, necne, Vtrum vis horum (inquit) egeris, pœnitentia duceris. Mirari se dicebat cur hi qui lapidea signa sculperent, summa ope niterentur vt lapis homini quamsimillimus euaderet, se ipsos curare negligerent, ne similes lapidibus & videantur & sint. Hortabatur & iuuenes vt se iugiter in speculo intuerentur, vt, si quidem formosi essent, digni ea specie fierent: sin autem deformes, eam deformitatem eruditione tegerent. Quum vocasset ad cœnam diuites, & Xanthippen modici puderet apparatus, Bono, inquit, esto animo, nam, si quidem modesti erunt frugique, mensam haudquaquam aspernabuntur: sin autem intemperantes, nulla nobis de his ce cura fuerit. Aiebat alios homines viuere vt ederent, se ideo edere vt viueret. Ad hæc vulgus ignobile & imperitam multitudinem idem fermè facere dicebat,

ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις τετράδραχμον ἓν ἀποδοκιμάζων, τὸ ἐκ τῶν τοιούτων σωρὸν ὡς δόκιμον ἀποδέχοιτο. Αἰσχίνου δὲ εἰπόντος, Πένης εἰμὶ, καὶ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω, δίδωμι δέ σοι ἐμαυτόν· Ἆρ' οὖν (εἶπεν) οὐκ αἰσθάνῃ τὰ μέγιστά μοι διδούς; πρὸς τὸν δυσπαθοῦντα ἐπὶ τῷ παρορᾶσθαι, ὁπότε ἐπανέστησαν οἱ τριάκοντα, Ἆρα, ἔφη, μή τι σοι μεταμέλει; πρὸς τὸν εἰπόντα, Θάνατόν σου κατέγνωσαν Ἀθηναῖοι, Κἀκείνων (φησὶ) ἡ φύσις. οἱ δὲ τοῦτ' Ἀναξαγόραν φασί. τῆς γυναικὸς εἰπούσης, Ἀδίκως ἀποθνήσκεις, Σὺ δὲ (ἔφη) δικαίως ἐβούλου; ὄναρ δόξας τινὰ αὐτῷ λέγειν,

Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἵκοιο,

πρὸς Αἰσχίνην ἔφη, Εἰς τρίτην ἀποθανοῦμαι. μέλλοντί τε τῷ αὐτῷ κώνειον πίεσθαι, Ἀπολλόδωρος ἱμάτιον ἐδίδου καλὸν, ἵν' ἐν ἐκείνῳ ἀποθάνῃ· καὶ ὅς, Τί δ' (ἔφη) τὸ ἐμὸν ἱμάτιον ἐμβιῶναι μὲν ἐπιτήδειον, ἐναποθανεῖν δ' οὐχί; πρὸς τὸν εἰπόντα, Κακῶς ὁ δεῖνά σε λέγει, Καλῶς γὰρ (ἔφη) λέγειν οὐκ ἔμαθε. Στρέψαντος

ac siquis singulos nummos reprobaret, cõgestũ ex hisce cumulũ, vt probabilẽ, susciperet. Quum illi dixisset Æschines, Pauper sum, & aliud habeo nihil: me ipsum autem tibi do: An verò tu, inquit, non animaduertis quàm mihi maxima tradas? Indignanti cuidam quòd despiceretur, quum summã rerum triginta tyranni sibi vendicassent, Ergóne (inquit) pœnitet te? Referenti quòd illum Atheniẽses mori decreuissent, Et natura illos, inquit. Hoc alij ad Anaxagoram referunt. Dicente ei vxore, Iniustè morieris: An tu, inquit, iustè malles? Quum in somnis quendam sibi ista dicentem audisset,

At te frugifera sistet lux tertia Phthia,

ait ad Æschinem post diem tertium se moriturum. Die qua cicutam bibiturus erat, Apollodorus ei palliũ pretiosum obtulit, vt in illo moreretur: & ille, Quid, inquit, num pallium meum viuenti conuenit, vita functo non conueniet? Nuncto non conueniet? Nunctianti, quendam ipsum maledictis incessere, Bene, inquit, loqui nõ didicit. Quũ disruptam pallij sui partem

Ἀντισθένους τὸ διερρωγὸς τοῦ τρίβωνος εἰς τοὐμφανὲς, Ὁρῶ σου (ἔφη) διὰ τοῦ τρίβωνος τὴν κενοδοξίαν. πρὸς τὸν εἰπόντα, Οὐ σὲ λοιδορεῖ ὁ δεῖνα; Οὐ γὰρ (ἔφη) ἐμοὶ γὰρ οὐ πρόσεστι ταῦτα. ἔλεγε δὲ τοῖς κωμικοῖς δεῖν ἐπίτηδες ἑαυτὸν διδόναι. εἰ μὲν γάρ τι τῶν προσόντων λέξουσι, διορθώσονται· εἰ δ' οὔ, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. πρὸς Ξανθίππην, πρότερον μὲν λοιδοροῦσαν, ὕστερον δὲ καὶ περιχέασαν αὐτῷ, Οὐκ ἔλεγον (εἶπεν) ὅτι Ξανθίππη βροντῶσα, καὶ ὕδωρ ποιήσει; πρὸς Ἀλκιβιάδην εἰπόντα ὡς οὐκ ἀνεκτὴ ἡ Ξανθίππη λοιδοροῦσα, Ἀλλ' ἔγωγ' (ἔφη) συνείθισμαι, καθαπερεὶ καὶ τροχιλέας ἀκούων συνεχές. καὶ σὺ μὲν, εἶπε, χηνῶν βοώντων ἀνέχῃ. τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἀλλά μοι ᾠὰ καὶ νεοττοὺς τίκτουσι, Κἀμοὶ (φησὶ) Ξανθίππη παιδία γεννᾷ. ποτὲ αὐτοῦ ἐν ἀγορᾷ καὶ θοἰμάτιον περιελομένης, συνεβούλευον οἱ γνώριμοι χερσὶν ἀμύνασθαι, Νὴ Δί' (εἶπεν) ἵν' ἡμῶν πυκτευόντων, ἕκαστος ὑμῶν λέγοι, Εὖ Σώκρατες, εὖ Ξανθίππη.

vertisset Antisthenes, & inspectandam omnibus dedisset, Aspicio (inquit) per scissuram pallii tuam vanitatem. Dicenti cuidã, Nónde tibi ille maledicit? Non, inquit: mihi enim ista non adsunt. Dicebat expedire vt se se ex industria comicis exponeret. Nam, si quidem ea dixerint quę in nobis corrigenda sint, emendabunt; sin aliâs, nihil ad nos. Xanthippe, quum in eum prius conuitia & maledicta ingessisset, pòst verò & sordidis aquis perfudisset, Nónne (inquit) dicebam Xanthippem tonantẽ quandoque pluituram? Dicenti Alcibiadi non esse tolerabilem Xãthippem adeo morosam, Atqui, ait, ego ita hisce iampridem assuetus sum, acsi iugiter sonum trochlearem audiam. An verò tu nõ toleras clamorẽ perstrepentes anseres? illo dicente, At mihi oua pullósque pariunt, Et mihi (ait) Xanthippe filios gignit. Quum pallium illa sibi in platea sustulisset, monerentque familiares, iniuriam manu vlcisceretur, Præclarè, (inquit) vt nobis corrixantibus quisque vestrûm acclamet, Eia Socrates, eia Xanthippe.

Asperioris

ἔλεγε συνεῖναι τραχείᾳ γυναικί, καθάπερ οἱ ἱππικοὶ θυμοειδέσιν ἵπποις. Ἀλλ' ὡς ἐκεῖνοι (φησὶ) τούτων κρατήσαντες ῥᾳδίως τῶν ἄλλων περιγίνονται, οὕτω κἀγὼ Ξανθίππῃ χρώμενος, τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις συμπεριενεχθήσομαι. Ταῦτα δὴ καὶ τοιαῦτα λέγων καὶ πράττων, πρὸς τῆς Πυθίας ἐμαρτυρήθη, Χαιρεφῶντι ἀνελούσης ἐκεῖνο δὴ τὸ περιφερόμενον,

Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος.

ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐφθονήθη μάλιστα· καὶ δὴ καὶ ὅτι διήλεγχε τοὺς μεγαλοφρονοῦντας ἐφ' ἑαυτοῖς, ὡς ἀνοήτους, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸν Ἄνυτον· ὡς καὶ ἐν τῷ Πλάτωνός ἐστι Μένωνι. Οὗτος γὰρ οὐ φέρων τὸν ὑπὸ Σωκράτους χλευασμόν, πρῶτον μὲν ἐπήλειψε τοὺς περὶ Ἀριστοφάνην, ἔπειτα καὶ Μέλητον συνέπεισεν ἀπενέγκασθαι κατ' αὐτοῦ γραφὴν ἀσεβείας καὶ τῶν νέων διαφθορᾶς. ἀπηνέγκατο μὲν οὖν τὴν γραφὴν ὁ Μέλητος· εἶπε δὲ τὴν δίκην Πολύευκτος, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυ-

Asperioris ingenij vxori ita congrediendum monebat, vt equis animosis equites. Nam sicut illi, quum eos semel subegerint, reliquis facilè vtuntur: ita & mihi post Xanthippes vsum, aliquorum mortalium facilis toleratio obueniet. Ista & huiusmodi gerens quotidie & dicens, Pythiæ testimonio laudatus est, quæ Chærephonti id oraculum edidit, quod in omnium ore est, nimirum hoc,

Mortalium vnus Socrates verè sapit.

Ex quo magna in illum inuidia conflata est: præter eáque quòd eos qui seipsos magni facerent & æstimarent, vt stolidos & infensatos arguisset. Eorum ex numero Anytus est, sicut in Memnone Plato ait. Is enim à Socrate rideri se non ferens, primùm quidem Aristophanem aduersus illum innexit, atque in eum maledicta pronuntiauit. Pòst verò Melitum etiam induxit, vt illi crimē impietatis adolescentiúmque corruptiones obiiceret. Et Melitus quidem apud iudices illum accusauit: sententiam verò Polyeuctus dixit, vt ait Phauorinus in Omnimoda historia: orationem Poly-

κράτης ὁ σοφιστής, ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἢ Ἄνυτος, (ὥς τινες.) προητοίμασε δὲ πάντα Λύκων ὁ δημαγωγός. Ἀντισθένης δ' ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων διαδοχαῖς, καὶ Πλάτων ἐν ἀπολογίᾳ, τρεῖς αὐτοῦ κατηγορῆσαι φασίν, Ἄνυτον καὶ Λύκωνα καὶ Μέλητον. τὸν μὲν Ἄνυτον, ὑπὲρ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν πολιτικῶν ὀργιζόμενον· τὸν δὲ Λύκωνα, ὑπὲρ τῶν ῥητόρων· καὶ τὸν Μέλητον, ὑπὲρ τῶν ποιητῶν· οὓς ἅπαντας ὁ Σωκράτης διέσυρε. Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων, μὴ εἶναι ἀληθῆ τὸν λόγον τὸν Πολυκράτους κατὰ Σωκράτους· ἐν αὐτῷ γὰρ (φησὶ) μνημονεύει τῶν ὑπὸ Κόνωνος τειχῶν ἀνασταθέντων, ἃ γέγονεν ἔτεσιν ἓξ τῆς Σωκράτους τελευτῆς ὕστερον. καὶ ἔστιν οὕτως ἔχον. ἡ δ' ἀντωμοσία τῆς δίκης τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον. ἀνάκειται γὰρ ἔτι καὶ νῦν. (φησὶ Φαβωρῖνος ἐν τῷ Μητρῴῳ) Τάδε ἐγράψατο καὶ ἀντωμόσατο, Μέλητος Μελήτου Πιτθεὺς Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλωπεκῆθεν, ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων.

crates sophista scripsit, vt Hermippus refert, siue (vt quidam volunt) Anytus: præparauit autem omnia Lycon orator. Porrò Antisthenes in Philosophorũ successionibus, & in Apologia Plato, tres illũ accusasse tradunt, Anytum, Lyconem ac Melitum. Anytum quidem opificum ciuiliúmque partes tuentem, Lyconem oratorum, Melitum verò poetarum, quòd eos omnes carperet Socrates. Phauorinus in 1. Commẽtar. veram non esse Polycratis in Socratem orationem tradit, quòd in ea facta sit mentio murorũ à Conone instauratorum. Id verò factum constat v 1. anno post mortem Socratis, atque ita se habet. Enimuero causæ ipsius coniuratio hoc modo gesta est: Seruatur enim hactenus, inquit Phauorinus in Metroo. Accusauit Melitus Meliti filius Pitheensis Socratem Sophronisci filiũ Alopecensem de hisce criminibus. Iura violat Socrates, quos ex maiorum instituto suscepit ciuitas, deos esse negans, alia verò noua dæmonia inducens. Contra ius & fas iuuenes corrũpit.

τίμημα θάνατος. ὁ δ' οὖν φιλόσοφος, Λυσίου γράψαντος ἀπολογίαν αὐτῷ, ἀναγνοὺς, ἔφη. Καλὸς μὲν ὁ λόγος, ὦ Λυσία, οὐ μὴν ἁρμόττων ἐμοί. δηλαδὴ γὰρ ἦν τὸ πλέον δικανικὸς ἢ ἐμφιλόσοφος. εἰπόντος δὲ τοῦ Λυσίου, Πῶς, εἰ καλός ἐστιν ὁ λόγος, οὐκ ἄν σοι ἁρμόττει; ἔφη, Οὐ γὰρ καὶ ἱμάτια καλὰ καὶ ὑποδήματα εἴη ἂν ἐμοὶ ἀνάρμοστα; κρινομένου δ' αὐτοῦ, φησὶν Ἰοῦστος ὁ Τιβεριεὺς ἐν τῷ Στέμματι, Πλάτωνα ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ εἰπεῖν, Νεώτατος ὤν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα ἀναβαινόντων· τοὺς δικαστὰς ἐκβοῆσαι, Κατάβα κατάβα, τουτέστι Κατάβηθι. ὅτ' οὖν κατεδικάσθη, διακοσίαις ὀγδοήκοντα μιᾷ πλείοσι ψήφοις τῶν ἀπολυουσῶν, καὶ τιμωμένων τῶν δικαστῶν τί χρὴ παθεῖν αὐτὸν ἢ ἀποτίσαι, πέντε καὶ εἴκοσιν ἔφη δραχμὰς ἀποτίσειν. Εὐβουλίδης μὲν γὰρ φησὶν ἑκατὸν ὁμολογῆσαι. θορυβησάντων δὲ τῶν δικαστῶν, Ἕνεκα μὲν (εἶπε) τῶν ἐμοὶ διαπεπραγμένων τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως.

Pœna illi mors. Philosophus verò, quum illi Lysias quã pro eo scripserat apologiam recitasset, Bona (inquit) & præclara est oratio, Lysia, mihi tamen minus congruit. Erat enim illa iudiciali instituto vicinior quam vt philosopho conuenire videretur. Percõtanti Lysiæ cur si bona esset, nõ sibi cõgrueret oratio, Nonne (inquit) & indumenta & calciamenta speciosa esse possent, neque tamen mihi conuenire? Quum verò iudicium ageretur, ascendisse Platonem in suggestum refert Iustus Tiberiensis in Stemmate, ac dixisse, Minimus natu quum sim, viri Atheniẽses, his omnibus qui tribunal ascenderũt: interpellatúmque à iudicibus reclamantibus, Descẽde. Damnatus igitur est iudicum ducentis octoginta & vna sententiis, supra eas quibus absoluebatur. Tractãtibúsque inter se iudicibus quid illum potius conueniret pati an pendere, xxv. drachmas soluturum se dixit. Quanquam EVbulides centum esse pollicitum dixerit. Verùm tumultuantibus iudicibus, Eorum (inquit) gratia quæ a me gesta sunt, censeo me in Prytaneo publicè ali debere

καὶ οἱ θάνατον αὐτοῦ κατέγνωσαν, προσθέντες ἄλλας ψήφους ὀγδοήκοντα. καὶ δεθεὶς, μετ᾽ οὐ πολλὰς ἡμέρας ἔπιε τὸ κώνειον, πολλὰ καλὰ κἀγαθὰ διαλεχθεὶς, ἃ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνί φησιν. ἀλλὰ καὶ παιᾶνα κατά τινας ἐποίησεν, οὗ ἡ ἀρχὴ, Δήλι᾽ Ἄπολλον χαῖρε, καὶ Ἄρτεμι, παῖδε κλεινώ. Διονυσόδωρος δέ φησι μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸν παιᾶνα. ἐποίησε δὲ καὶ μῦθον Αἰσώπειον, οὐ πάνυ ἐπιτετευγμένως, οὗ ἡ ἀρχὴ,

Αἴσωπός ποτ᾽ ἔλεξε Κορίνθιον ἄστυ νέμουσι,
Μὴ κρίνειν ἀρετὴν λαοδίκῳ σοφίῃ.

ὁ μὲν οὖν ἐξ ἀνθρώπων ἦν. Ἀθηναῖοι δ᾽ εὐθὺς μετέγνωσαν, ὥστε κλεῖσαι καὶ παλαίστρας καὶ γυμνάσια· καὶ τοὺς μὲν ἐφυγάδευσαν, Μελίτου δὲ θάνατον κατέγνωσαν· Σωκράτη δὲ χαλκῆς εἰκόνος ἐτίμησαν, ἣν ἔθεσαν ἐν τῷ πομπείῳ. Λυσίππου ταύτην ἐργασαμένου. Ἄνυτόν τε ἐπιδημήσαντα αὐθημερὸν ἐξεκήρυξαν Ἡρακλεῶται. οὐ μόνον δὲ ἐπὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι πεπόνθασι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστων ὅσων.

Tũ illi, adiectis aliis LXXX. sententiis, mox illum damnant, & continuò coniectus in vincula, post paucos dies cicutam bibit, multa prius de immortalitate animorũ ac prçclara differens, quæ in Phçdone Plato digessit. Pæana quoque illum scripsisse plerique autumãt: cuius est initium, Delie Apollo, salue, & Diana, pueri gloriosi. Porrò Dionysodorus pæana illius nõ esse memorat. Fecit & Æsopiam fabulam nõ multum composité, cuius initium est,

Ciuibus Æsopus dixit quod culta Corinthus,
Ne virtutem in ius iudice plebe vocent.

Atque in hunc modum Socrates excessit è vita. Atheniensibus eius facti tantum pœnitentiæ incessit, max vt palæstras & gymnasia clauderẽt, & alios quidem exilio, Melitum verò morte damnarent. Socratem ærea imagine publicè honorarunt, quã à Lysippo perfectam in vrbis celeberrimo loco statuerunt. Anytum ipsa die, dum peregre esset, Heracleotæ exterminarũt. Huiusmodi designarunt Athenienses non modò in Socrate, verùm & in aliis viris illustribus permultis.

καὶ γὰρ Ὅμηρον (καθά φησιν Ἡρακλείδης) πεντήκοντα δραχμαῖς, ὡς μαινόμενον, ἐτίμησαν· καὶ Τυρταῖον παρακόπτειν ἔλεγον, καὶ Ἀστυδάμαντα πρῶτον τῶν περὶ Αἰσχύλον, ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ. Εὐριπίδης δὲ καὶ ὀνειδίζει αὐτοῖς ἐν τῷ Παλαμήδει λέγων, Ἐκάνετ' ἐκάνετε τὰν πάνσοφον τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα μουσᾶν. καὶ τάδε μὲν ὧδε. Φιλόχορος δέ φησι προτελευτῆσαι τὸν Εὐριπίδην τοῦ Σωκράτους. ἐγεννήθη δὲ (καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς) ἐπὶ Ἀψεφίωνος, ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, Θαργηλιῶνος ἕκτῃ, ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν Ἄρτεμιν γενέσθαι Δήλιοι φασίν. ἐτελεύτησε δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνενηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος, γεγονὼς ἐτῶν ἑβδομήκοντα. καὶ ταῦτά φησι καὶ Δημήτριος ὁ φαληρεύς. ἔνιοι γὰρ ἑξήκοντα ἐτῶν τελευτῆσαι αὐτόν φασιν. ἀμφότεροι δ' ἤκουσαν Ἀναξαγόρου, καὶ οὗτος καὶ Εὐριπίδης, ὃς καὶ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἐγεννήθη ἐπὶ Καλλιάδου.

Nanque (vt ait Heraclides) Homerum veluti insanientem drachmis quinquaginta multarunt: Tyrtæúmque mentis impotem dixerunt, & Astydamantem primum ex ludo Æschyli sapientissimum ærea imagine honorauerũt. Eis EVripides quoque id exprobrat in Palamede, doctam philomelam innocuámque musam insectatos clamans. Quanquam Philochorus EVripidẽ ante Socratem obiisse tradat. Nascitur Socrates (vt ait Apollodorus in Chronicis) sub Apsephione, septuagesimæ & septimæ Olympiadis anno quarto, Thargelionis mensis sextæ, quo die lustrant Athenienses ciuitatem, Dianámque natam Delij tradunt. Moritur primo anno nonagesimæquintæ Olympiadis, septuagesimo ætatis anno. Eadem ferme Demetrius Phalereus ait. Sunt qui sexagenarium obiisse referãt. Vterque verò, Socrates & EVripides, Anaxagoræ auditores fuere. Porrò EVripides primo anno LXXV. Olympiadis sub Calliade ortus est.

δοκεῖ δέ μοι καὶ περὶ τῶν φυσικῶν ὁ Σωκράτης διειλέχθαι, ὅπου γε καὶ περὶ προνοίας τινὰ διαλέγεται, καθά φησι καὶ Ξενοφῶν, καίτοι περὶ μόνων τῶν ἠθικῶν ποιεῖσθαι τοὺς λόγους αὐτὸν εἰπών. ἀλλὰ καὶ Πλάτων ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ μνησθεὶς Ἀναξαγόρου καὶ ἄλλων φυσικῶν ἃ Σωκράτης ἀρνεῖται, περὶ τούτων αὐτὸς λέγει, καίπερ ἀνατιθεὶς πάντα Σωκράτει. φησὶ δ' Ἀριστοτέλης μάγον τινὰ ἐλθόντα ἐκ Συρίας εἰς Ἀθήνας, τά τε ἄλλα καταγνῶναι τοῦ Σωκράτους, καὶ δὴ καὶ βίαιον ἔσεσθαι τὴν τελευτὴν αὐτοῦ. ἔστι δὲ καὶ ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτω,

Πῖνέ νυν ἐν Διὸς ὤν, ὦ Σώκρατες· ἦ σε γὰρ ὄντως
Καὶ σοφὸν εἶπε θεὸς, καὶ θεὸς ἡ σοφίη.
Πρὸς γὰρ Ἀθηναίων κώνειον ἁπλῶς μὲ ἐδέξω,
Αὐτοὶ δ' ἐξέπιον τοῦτο τεῷ στόματι.

τούτῳ τις καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ περὶ ποιητικῆς, ἐφιλονείκει Ἀντιόχος Λήμνιος, καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος, ὡς Πυθαγόρᾳ Κύλων

Videtur autem mihi Socrates & de naturalibus disseruisse, quandoquidem & de prouidentia plerunque disputat, vt Xenophon ait: tametsi de rebus quæ ad bonos mores faciunt, tantum verba eum fecisse asseueret. Sed & Plato in Apologia mentionem Anaxagoræ faciens aliorúmque physicorum, quæ Socrates negat, de his dicere ipse comprobatur, & quidem quum sua omnia Socrati semper attribuat. Refert Aristoteles magum quendam ex Syria profectum Athenas, Socratem pluribus in rebus reprehendisse, violentámque illi mortem futuram prædixisse. Est nostrum in illum adscriptum epigramma,

Nunc bibe apud superos, bone Socrates: ipse enim Apollo
Te sapere haud leuiter dixit, & is sapiens.
Ciuibus ingratis tibi erat porrecta cicuta:
Ast iidem hauserunt protinus ore tuo.

Fuit ei (vt refert Aristoteles tertio De poetica) cum Antiocho Lēnio, & Antiphone prodigiorum interprete contentio, quemadmodum & Pythagoræ cum Cylone

καὶ Ὀνάτας· καὶ Σάγαρις Ὁμήρῳ ζῶντι, ἀποθανόντι δὲ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος· καὶ Κέρκωψ Ἡσιόδῳ ζῶντι, τελευτήσαντι δὲ ὁ προειρημένος Ξενοφάνης· καὶ Πινδάρῳ Ἀμφιμένης ὁ Κῷος· Θάλητι δὲ Φερεκύδης, καὶ Βίαντι Σάλαρος Πριηνεύς· Πιττακῷ Ἀντιμενίδας καὶ Ἀλκαῖος, Ἀναξαγόρᾳ Σωσίβιος, καὶ Σιμωνίδῃ Τιμοκρέων. τῶν δὲ διαδεξαμένων αὐτὸν, τῶν λεγομένων Σωκρατικῶν, οἱ κορυφαιότατοι μὲν Πλάτων, Ξενοφῶν, Ἀντισθένης· τῶν δὲ φερομένων δέκα οἱ διασημότατοι τέσσαρες, Αἰσχίνης, Φαίδων, Εὐκλείδης, Ἀρίστιππος. λεκτέον δὲ πρῶτον περὶ Ξενοφῶντος, εἶτα περὶ Ἀντισθένους ἐν τοῖς κυνικοῖς, ἔπειτα περὶ τῶν Σωκρατικῶν, εἶθ' οὕτω περὶ Πλάτωνος· ἐπεὶ κατάρχει τῶν δέκα αἱρέσεων, καὶ τὴν πρώτην Ἀκαδημίαν αὐτὸς συνεστήσατο. ἡ μὲν οὖν ἀκολουθία τοῦτον ἐχέτω τὸν τρόπον. γέγονε δὲ Σωκράτης καὶ ἕτερος, ἱστορικὸς, περὶ Ἄργους γεγραφώς· καὶ ἄλλος, περιπατητικὸς, Βιθυνεύς· καὶ ἕτερος, ἐπιγραμμάτων ποιητής· καὶ ὁ Κῷος, ἐπικλήσεις θεῶν γεγραφώς.

& Onata, viuentique Homero cum Sagari, vita functo cum Xenophane Colophonio. Hesiodo item cum Cercone, quo defuncto cum Xenophane, cuius iam supra meminimus: Pindaro cum Amphimene Coo, Thaleti cum Pherecyde, Biantique cum Salaro Prienæo, Pittaco cum Antimenide & Alcæo, Anaxagoræ cum Sosibio, Simonidæque cum Timocreonte. Verum ex iis qui successere Socrati, & appellantur Socratici, nobilissimi sunt, Plato, Xenophon, & Antisthenes. Ex his verò qui decem dicuntur, clarissimi fuerunt quatuor, Æschines, Phædon, Euclides, & Aristipus. Primò igitur dicendum de Xenophonte, deinceps de Antisthene inter Cynicos, tum de Socraticis, atque ita demum de Platone, qui & decem sectarum princeps est, primamque Academiam ipse constituit. Hic ergo successionis esto modus. Fuit & alius Socrates historicus, qui Argos diligenter descripsit: alius item peripateticus, Bithynus: atque alius poeta epigrammatum: & alius Cous qui deorum precationes inuocationesque conscripsit.

ΞΕΝΟΦΩΝ. | XENOPHON.

Ξενοφῶν, Γρύλλου μὲν ἦν υἱὸς, Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Ἀρχιεύς· αἰδήμων δὲ καὶ εὐειδέστατος εἰς ὑπερβολήν. τούτῳ ἐν στενωπῷ φασὶν ἀπαντήσαντα Σωκράτην, διατεῖναι τὴν βακτηρίαν, καὶ κωλύειν παριέναι, πυνθανόμενον ποῦ πιπράσκοιτο τῶν προσφερομένων ἕκαστον· ἀποκριναμένου δὲ, πάλιν πύθεσθαι, Ποῦ δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ γίνονται ἄνθρωποι; ἀπορήσαντος δὲ, Ἕπου τοίνυν, (φάναι) καὶ μάνθανε. καὶ τοὐντεῦθεν ἀκροατὴς Σωκράτους ἦν. καὶ πρῶτος ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα, εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν, Ἀπομνημονεύματα ἐπιγράψας. ἀλλὰ καὶ ἱστορίαν φιλοσόφων πρῶτος ἔγραψε. καὶ αὐτόν φησιν Ἀρίστιππος ἐν τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς, ἐρασθῆναι Κλεινίου· πρὸς ὃν καὶ ταῦτα εἰπεῖν, Νῦν γὰρ ἐγὼ Κλεινίαν ἥδιον μὲν θεῶμαι ἢ τἄλλα πάντα ἐν ἀνθρώποις καλά. τυφλὸς δὲ τῶν ἄλλων πάντων δεξαίμην ἂν ἢ Κλεινίου ἑνὸς ὄντος γενέσθαι. ἄχθομαι δὲ καὶ νυκτὶ καὶ ὕπνῳ, ὅτι ἐκεῖνον οὐχ ὁρῶ· ἡμέρᾳ δὲ καὶ ἡλίῳ

Xenophō, Grylli filius, Atheniensis, pago Archius fuit: verecundus admodum, & vltra quam dici possit speciosus. Aiūt, eum, quū Socratem in angiporto quadam habuisset obuium, porrecto baculo transire prohibitum: percontāti vero, vbinam venirent quæ humanis vsibus sunt necessaria, quum ille respōdisset: rursus, vbinā boni ac probi homines fierent, hærente illo, dixisse Socratē, Sequere igitur, & disce. Ex eo tempore Socratis auditor factus, primus omnium quæ dicebantur notis exceptā in publicum edidit, Commētaria inscribens, primúsque philosophorum scripsit historiam. Hūc adamasse Cliniam Aristippus in quarto De antiq. deliciis meminit, atque ad eum hæc dixisse, At nunc ego Cliniam libentius intueor quam cętera omnia quæ sunt inter homines speciosa, cæcúsque mallem ad cætera fieri, dū vnici Cliniæ cōspectu frueter. Angor noctu & in somnis quòd illum non video: diei ac soli

ᾗ μεγίστην χάριν οἶδα, ὅτι μοι Κλεινίας ἀναφαίνει. Κύρῳ δὲ φίλος ἐγένετο τοῦτον τὸν τρόπον. ἦν αὐτῷ συνήθης Πρόξενος ὄνομα, γένος Βοιώτιος, μαθητὴς μὲν Γοργίου τοῦ Λεοντίνου, φίλος δὲ Κύρου. οὗτος ἐν Σάρδεσι διατρίβων παρὰ τῷ Κύρῳ, ἔπεμψεν εἰς Ἀθήνας ἐπιστολὴν Ξενοφῶντι, καλῶν αὐτὸν ἵνα γένηται Κύρῳ φίλος. ὁ δὲ τὴν ἐπιστολὴν δείκνυσι Σωκράτει, καὶ σύμβουλον ἠρεῖτο. καὶ ὃς ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς Δελφοὺς χρησόμενον τῷ θεῷ. πείθεται Ξενοφῶν· ἥκει παρὰ τὸν θεόν. πυνθάνεται οὐχὶ εἰ χρὴ ἀπιέναι πρὸς Κῦρον, ἀλλ' ὅπως. ἐφ' ᾧ καὶ Σωκράτης αὐτὸν ᾐτιάσατο μὲν, συνεβούλευσε δὲ ἐλθεῖν. καὶ ὃς γίνεται παρὰ Κύρῳ, καὶ τοῦ Προξένου φίλος οὐχ ἧττον ἦν αὐτῷ. τὰ μὲν οὖν ἄλλα τὰ κατὰ τὴν ἀνάβασιν γενόμενα καὶ τὴν κάθοδον ἱκανῶς αὐτὸς ἡμῖν διηγεῖται. ἐχθρῶς δὲ διέκειτο πρὸς Μένωνα τὸν Φαρσάλιον παρὰ τὸν χρόνον τῆς ἀναβάσεως τὸν ξεναγόν· ὅτε καὶ λοιδορῶν αὐτόν φησιν αὐτοῦ μείζοσι κεχρῆσθαι παιδικοῖς.

gratias ago quod Cliniæ mihi faciem reuelant. In Cyri amicitiam hoc modo venit: Erat illi familiaris quidã, Proxenus nomine, Bœotius genere, discipulus Gorgiæ Leontini, Cyro notus & charus. Is apud Cyrum Sardis morabatur, Scripsit autem Xenophonti epistolam Athenas, accersens illum, & Cyro amicum fieri suadens. Hanc ille Socrati ostendit, consiliúmque petebat. Eum ille Delphos misit, in ea re dei consilio vsurum. Paruit Xenophon; profectúsque ad deum, rogat, num proficisci ad Cyrum debeat nécne, sed quomodo. Ea in re Socrates illum etsi modicè insimulabat, proficisci tamen monuit. Vbi autem ad Cyrum venerat, ita se illi insinuauit, vt non minus illi amicus charúsque fuerit quam Proxenus. Omnia igitur quæ in ascensu Cyri ac descensu contigêre, nobis ipse diligentissime tradidit. Inimicitias autem aduersus Menonem Pharsalium grauissimas exercuit, qui fuerat accensus tempore peregrinæ militiæ ductor: cui inter cætera maledicta & illud obiecit, maioribus illo se vsum amasiis.

ἀλλὰ καὶ Ἀπολλωνίδῃ τινὶ ὀνειδίζει τετρῆσθαι τὰ ὦτα. μετὰ δὲ τήν τε ἀνάβασιν καὶ τὰς ἐν τῷ Πόντῳ συμφορὰς, καὶ τὰς παρασπονδήσεις τὰς Σεύθου τοῦ τῶν Ὀδρυσῶν βασιλέως, ἧκεν εἰς Ἀσίαν πρὸς Ἀγησίλαον τὸν Λακεδαιμονίων βασιλέα, μισθοῦ τοὺς Κύρου στρατιώτας αὐτῷ παρασχών· φίλος τε ἦν εἰς ὑπερβολήν. παρ' ὃν καὶ ἐπὶ Λακωνισμῷ φυγὴν ὑπ' Ἀθηναίων κατεγνώσθη. γενόμενος δ' ἐν Ἐφέσῳ, καὶ χρήματα ἔχων, τὰ μὲν ἥμισυ Μεγαβύζῳ δίδωσι, τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖ, φυλάττειν, ἕως ἂν ἐπανέλθῃ· εἰ δὲ μὴ, ἄγαλμα ποιησάμενον ἀναθεῖναι τῇ θεῷ. τοῦ δὲ ἡμίσεος ἔπεμψεν εἰς Δελφοὺς ἀναθήματα. ἐντεῦθεν ἦλθεν μετὰ Ἀγησιλάου εἰς τὴν Ἑλλάδα, κεκλημένου εἰς τὸν πρὸς Θηβαίους πόλεμον· καὶ αὐτῷ προξενίαν ἔδοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι. ἐντεῦθεν ἐάσας τὸν Ἀγησίλαον, ἧκεν εἰς Σκιλλοῦντα, χωρίον τῆς Ἠλείας, ὀλίγον τῆς πόλεως ἀπέχον. εἵπετο δὲ αὐτῷ καὶ γύναιον ὄνομα Φιλησία, καθά φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης·

Apollonidi item cuidã exprobrauit quòd perforatis esset auribus. Post ascensum verò & Ponticas clades, fœderáque à Seutho Odrysorum rege violata, se in Asiam contulit ad Agesilaum Lacedæmoniorum regem, Cyríque milites illi sub mercede præstitit, ac se illi totum deuouit, amicissimúsque fuit. Quo tempore, quòd Laconicas partes tueri videretur, exilio damnatus ab Atheniensibus est: profectus deinde Ephesum, dimidium auri quod secum tulerat, Megabyzo Dianæ sacerdoti seruandum tradit quoad reuerteretur: sin secus, statuam ex eo confectam deæ consecrare iubet. Ex dimidio reliquo donaria in Delphos misit. Inde cum Agesilao in Græciam ad bellum cõtra Thebanos profectus est, Lacedæmoniis commeatum illi suppeditantibus. Hinc iam omisso Agesilao, in agrum Eleæ, Scilluntem venit, ab vrbe haud procul distantem. Sequebatur autem illum & mulie-cula Philesia nomine, vt refert Demetrius Magnesius:

καὶ δύο υἱεῖς, Γρύλλος καὶ Διόδωρος, ὥς φησι Δείναρχος ἐν τῷ πρὸς Ξενοφῶντα ἀποστασίου· οἳ καὶ Διόσκουροι ἐπεκαλοῦντο. ἀφικομένου δὲ τοῦ Μεγαβύζου κατὰ πρόφασιν τῆς πανηγύρεως, κομισάμενος τὰ χρήματα, χωρίον ἐξεπρίατο, καὶ καθιέρωσε τῇ θεῷ, δι' οὗ ποταμὸς ἔρρει Σελινοῦς, ὁμώνυμος τῷ ἐν Ἐφέσῳ· κἀντεῦθεν διετέλει κυνηγετῶν, καὶ τοὺς φίλους ἑστιῶν, καὶ τὰς ἱστορίας συγγράφων. φησὶ δ' ὁ Δείναρχος ὅτι καὶ οἰκίαν καὶ ἀγρὸν αὐτῷ ἔδωσαν Λακεδαιμόνιοι. ἀλλὰ καὶ Φιλοπίδαν τὸν Σπαρτιάτην φασὶν αὐτῷ πέμψαι αὐτόθι δωρεὰν ἀνδράποδα αἰχμάλωτα ἐκ Δαρδάνου· καὶ τὸν διαθέσθαι αὐτὰ ὡς ἐβούλετο· Ἠλείους τε στρατευσαμένους εἰς τὸν Σκιλλοῦντα, καὶ βραδυνόντων Λακεδαιμονίων, ἐξελεῖν τὸ χωρίον. ὅτε καὶ τοὺς υἱέας αὐτοῦ εἰς Λέπρεον ὑπεξελθεῖν μετ' ὀλίγων οἰκετῶν· καὶ αὐτὸν Ξενοφῶντα εἰς τὴν Ἦλιν πρότερον, εἶτα καὶ εἰς Λέπρεον πρὸς τοὺς παῖδας· κἀκεῖθεν σὺν αὐτοῖς εἰς Κόρινθον διασωθῆναι.

& duo liberi, Gryllus ac Diodorus, vt ait Dinarchus in libro De repudio aduersus Xenophontem, qui etiam gemini vocati sunt. Adueniente verò Megabyzo sub occasione publicæ festiuitatis receptis pecuniis, prædium emit, & deæ consecrauit, quod amnis interfluit Selenus, eiusdem nominis cum Ephesino. Hinc verò venationibus vacabat, amicis conuiuia faciens, historiásque conscribens. Refert Dinarchus Lacedæmonios illi domum agrúmque dedisse. Philopidam præterea Spartiatam aiunt ad eũ illuc dono misisse mancipia ex Dardania captiua abducta, ipsúmque arbitrio suo illa disposuisse, quo tempore Elienses in Scilluntа cum exercitu profectos Lacedæmoniis remorantibus agrum cepisse. Tum verò Xenophontis filij cum paucis seruis clàm se subducentes, in Lepreum concessere. Xenophon quoque ipse in Elim primò, postea in Lepreum ad filios venit, atque inde cum illis Corinthum profectus, saluus euasit,

καὶ αὐτόθι κατῴκησεν. ἐν τούτῳ δὲ ψηφισαμένων Ἀθηναίων βοηθεῖν Λακεδαιμονίοις, ἔπεμψε τοὺς παῖδας εἰς τὰς Ἀθήνας στρατευσομένους ὑπὲρ τῶν Λακεδαιμονίων. καὶ γὰρ ἐπεπαίδευντο αὐτόθι ἐν τῇ Σπάρτῃ, καθά φησι Διοκλῆς ἐν τοῖς Βίοις τῶν φιλοσόφων. ὁ μὲν οὖν Διόδωρος οὐδὲν ἐπιφανὲς πράξας, ἐκ τῆς μάχης ἀνασώζεται, καὶ αὐτῷ υἱὸς ὁμώνυμος γίνεται τἀδελφῷ. ὁ δὲ Γρύλλος τεταγμένος κατὰ τοὺς ἱππέας, (ἦν δὲ ἡ μάχη περὶ Μαντίνειαν) ἰσχυρῶς ἀγωνισάμενος ἐτελεύτησεν, ὥς φησιν Ἔφορος ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ, Κηφισοδώρου μὲν ἱππαρχοῦντος, Ἡγησιλάου δὲ στρατηγοῦντος. ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ καὶ Ἐπαμινώνδας ἔπεσε. τηνικαῦτα δὲ καὶ τὸν Ξενοφῶντά φασι θύειν, ἐστεμμένον· ἀπαγγελθέντος δ' αὐτῷ τοῦ θανάτου, ἀποστεφανώσασθαι· ἔπειτα μαθόντα ὅτι γενναίως, πάλιν ἐπιθέσθαι τὸν στέφανον. ἔνιοι δὲ οὐδὲ δακρῦσαι φασὶν αὐτόν, Ἀλλὰ γὰρ (εἰπεῖν) ᾔδειν θνητὸν γεγεννηκώς. φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης ὅτι ἐγκώμια καὶ ἐπιτάφιον Γρύλλου

vbi etiam postea habitauit. Interea quum decreuissent Athenienses afflictis Lacedæmoniorum rebus opitulari, filios Athenas militatum Lacedæmoniis mittit. Apud Spartanos quippe instituti fuerāt, vt refert Diocles in Vitis philosophorum. Ex ea pugna Diodorus nullo præclaro facinore illustris seruatus est, eique filius ex fratris nomine fuit: porrò Gryllus inter equites fortissime dimicans (erat autem ea pugna circa Mantineam) honesta morte defungitur, magistro equitum Cephisodoro, & imperatore exercitus Agesilao, vt ait Ephorus in v & x x Historiarum libro. In ea pugna & ipse Epaminondas Thebanorum dux cecidit. Fertur Xenophon tunc coronatus sacrificasse, & quum filium corruisse didicisset, coronam deposuisse: vbi verò acriter pugnantē oppetisse comperit, eam rursus capiti imposuisse. Sunt qui illum ne lacrymatum quidē dicant, solúmque dixisse, Sciebam me genuisse mortalē. Refert Aristoteles Grylli laudes & epitaphia

μυρίους ὅσους συγγράψαι, τὸ μέρος καὶ τῷ πατρὶ χαριζόμενοι. ἀλλὰ καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ Θεοφράστου, καὶ Σωκράτην φησὶ Γρύλλου ἐγκώμιον γεγραφέναι. Τίμων δ' ἐπισκώπτει αὐτὸν ἐν τούτοις,

Ἀσθενική τε λόγων δυὰς ἢ
τριὰς, ἢ ἔτι πρόσω.
Οἷος Ξενοφόων, ἥτ' Αἰσχίνου
οὐκ ἀπιθὴς,
Γράψαι.

καὶ ὁ μὲν βίος αὐτῷ τοιόσδε. ἤκμαζε δὲ κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς τετάρτης καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ ἀναβέβηκε σὺν Κύρῳ ἐπὶ ἄρχοντος Ξεναινέτου, ἑνὶ πρότερον ἔτει τῆς Σωκράτους τελευτῆς. κατέστρεψε δὲ (καθά φησι Στησικλείδης ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ) ἔτει πρώτῳ τῆς πέμπτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου, ἐφ' οὗ καὶ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου Μακεδόνων ἦρξε. τέθνηκε δὲ ἐν Κορίνθῳ (ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης) ἤδη δηλαδὴ γηραιὸς ἱκανῶς· ἀνὴρ τὰ πολλὰ γεγονὼς ἀγαθὸς, καὶ δὴ καὶ φίλιππος καὶ φιλοκύνηγος καὶ τακτικὸς, ὡς ἐκ τῶν συγγραμμάτων δῆλον.

tunc innumeros ſcripſiſſe, partim vt eius virtus celebris fieret, partim item vt patri gratificarentur. Socratem item Grylli laudes conſcripſiſſe, Hermippus teſtis eſt in libro De vita Theophraſti. Timon eum (vt ſolet) inſectatur.

Hæc vita Xenophōtis fuit. Floruit maximè IIII anno XC & IIII Olympiadis, aſcenditque cum Cyro ſub principe Xenæteto, anno vno ante Socratis mortem. Obiit autem (vt ait Steſiclides Athenienſis in Deſcriptione principum & Olympionicûm) anno primo CV Olympiadis, ſub principe Callidemide, ſub quo & Philippus Amyntæ filius Macedonibus imperabat. Obiit Corinthi (vt ait Demetrius Magneſius) ad maturam iam prouectus ſenectutem, vir profectò cùm in cæteris præſtans ac bonus, tum equorum venationiſque ac diſciplinæ militaris in primis ſtudioſus, vt ex libris eius intelligi poteſt.

εὐσεβής τε καὶ φιλοθύτης, καὶ ἱερεῖα διαγνῶναι ἱκανὸς, καὶ Σωκράτη ζηλώσας ἀκριβῶς. συνέγραψε δὲ βιβλία πρὸς τὰ τετταράκοντα, ἄλλων ἄλλως διαιρούντων· τήν τε ἀνάβασιν, ἧς καθ' ἕκαστον βιβλίον μὲν ἐποίησε προοίμιον, ὅλης δὲ οὔ· καὶ Κύρου παιδείαν, καὶ Ἑλληνικὰ, καὶ ἀπομνημονεύματα· συμπόσιόν τε, καὶ οἰκονομικὸν, καὶ περὶ ἱππικῆς, καὶ κυνηγετικὸν, καὶ ἱππαρχικὸν, ἀπολογίαν τε Σωκράτους, καὶ περὶ πόρων, καὶ Ἱέρωνα ἢ τυραννικὸν, Ἀγησίλαόν τε, καὶ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων πολιτείαν, ἥν φησιν οὐκ εἶναι Ξενοφῶντος ὁ Μάγνης Δημήτριος. λέγεται δ' ὅτι καὶ τὰ Θουκυδίδου βιβλία λανθάνοντα ὑφελέσθαι δυνάμενος, αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγεν. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀττικὴ μοῦσα γλυκύτητι τῆς ἑρμηνείας. ὅθεν καὶ πρὸς ἀλλήλους ζηλοτύπως εἶχον αὐτός τε καὶ Πλάτων, ὡς ἐν τῷ περὶ Πλάτωνος λέξομεν. ἔτι δὲ καὶ εἰς τοῦτον ἡμῶν ἐπιγράμματα τοῦον ἔχοντα τὸν τρόπον,

Religiosus præterea & sacrificiis intentus, qui res sacras non mediocriter teneret, & Socratem ad vnguem imitatus. Scripsit autem quadraginta libros, aliis aliter eos diuidentibus: Ascensum Cyri, cuius per singulos libros, non autem totius operis procemium fecit: Cyri institutionem: Græcorum res gestas, & Commentaria, Symposiúmque & OEconomicũ: De re equestri & De venatione: ἱππαρχικὸν præterea & Socratis Apologiam, & De seminibus, Hieronem siue Tyrannicum, Agesilaum, & Atheniensium ac Lacedæmoniorum rempublicam: quam non esse Xenophontis Demetrius Magnesius testatur. Fertur & Thucydidis libros eatenus latentes quum subducere posset, ipse primus in eius viri gloriam in lucem dedisse. Appellabatur autem musa Attica præ dulcedine eloquentiæ & incredibili facilitate. Vnde illi cum Platone non omnino conueniebat, vt suo loco quum ad Platonem venerimus, dicemus. Sunt autem & in hunc nostra epigrammata sic se habentia,

ΟΥ̓ μόνον ἐς Πέρσας ἀνέβη
Ξενοφῶν διὰ Κῦρον,
Ἀλλ' ἄνοδον ζητῶν ἐς Διὸς
ἥτις ἄγοι.
Παιδείης γὰρ ἑῆς Ἑλληνικὰ
πράγματα δείξας,
Ὡς καλὸν ἡ σοφίη μνήσα-
το Σωκράτεος.

Ἄλλο, ὡς ἐτελεύτα.

ΕἸ καί σε Ξενοφῶν Κραναοῦ Κέ-
κροπός τε πολῖται
φεύγειν κατέγνων, τοῦ φίλου
χάριν Κύρου·
Ἀλλὰ Κόρινθος ἔδεκτο φιλό-
ξενος ᾗ σὺ φιληδῶν
ΟΥ̓̔́τως ἀρέσκῃ, κεῖθι καὶ
μένειν ἔγνως.

Εὗρον δ' ἀλλαχόθι ἀκμάσαι
αὐτὸν περὶ τὴν ἐνάτην καὶ ὀγ-
δοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, σὺν
τοῖς ἄλλοις Σωκρατικοῖς. καὶ Ἴ-
στρος φησὶν αὐτὸν φυγεῖν κατὰ
ψήφισμα ΕΥ̓βούλου, καὶ κα-
τελθεῖν κατὰ ψήφισμα τοῦ αὐτοῦ.
γεγόνασι δὲ Ξενοφῶντες ἑπτά.
πρῶτος, αὐτὸς οὗτος. δεύτε-
ρος, Ἀθηναῖος, ἀδελφὸς Πυ-
θοστράτου, τοῦ τὴν Θησηίδα πε-
ποιηκότος, γεγραφὼς ἄλλα
τε καὶ βίον Ἐπαμινώνδου καὶ
Πελοπίδου. τρίτος, ἰατρὸς Κῷος.
τέταρτος, ἱστορίαν Ἀννιβαϊκὴν
γεγραφώς. πέμπτος, μυθώδη τερατείαν πραγματευόμενος.

Non tantum ad Persas Cy-
rus Xenophonta vocauit
Quàm virtus, qua itur li-
mina ad alta Iouis.
Ipse suum ostendit, Græcorum
gesta recensens,
Nobile & egregij Socratis
ingenium.

Item aliud de eius morte.

Sis quanquam ingratis Xe-
nophon eiectus Athenis,
In te ob fauorem Cyri a-
mici regium:
Te tamen excepit fugitiuum
grata Corinthus,
In qua hospes urbe nosti
latus viuere.

Inueni alibi claruisse illum circa octogesimam & nonam Olympiadem vnà cũ Socraticis cæteris. Istrus autem asserit illum ex decreto EVbuli exulasse, eiusdémque postea sententia rediisse. Septem verò fuere Xenophontes. Primus, hic ipse: secundus, Atheniensis, Pythostrati illius frater qui Theseidos poema composuit, qui inter cætera Epaminondæ quoque vitam conscripsit ac Pelopidæ: tertius, Cous medicus: quartus, qui Annibalis historiam scripsit: quintus, qui prodigia fabulosa commentus est:

ἕκτος, Πάριος, ἀγαλματοποιός· ἕβδομος, κωμῳδίας ἀρχαίας ποιητής.

sextus, Parius, sculptor egregius: septimus, antiquæ comœdiæ poeta.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

ÆSCHINES.

Αἰσχίνης Χαρίνου τοῦ ἀλλαντοπώλου, οἱ δὲ, Λυσανίου Ἀθηναῖος, ἐκ νέου φιλόπονος. διὸ καὶ Σωκράτους οὐκ ἀπέστη· ὅθεν καὶ ἔλεγε, Μόνος ἡμᾶς οἶδε τιμᾶν ὁ τοῦ ἀλλαντοπώλου. τοῦτον ἔφη Ἰδομενεὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ συμβουλεῦσαι περὶ τῆς φυγῆς Σωκράτει, καὶ οὐ Κρίτωνα. Πλάτωνα δὲ, ὅτι ἦν Ἀριστίππῳ μᾶλλον φίλος, Κρίτωνι περιθεῖναι τοὺς λόγους. διεβάλλετο δ᾽ ὁ Αἰσχίνης καὶ μάλιστ᾽ ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρετριέως, ὡς τοὺς πλείστους διαλόγους, ὄντας Σωκράτους, ὑποβάλλοιτο, λαμβάνων παρὰ Ξανθίππης· ὧν οἱ μὲν καλούμενοι Ἀκέφαλοι, σφόδρ᾽ εἰσὶν ἐκλελυμένοι, καὶ οὐκ ἐπιφαίνοντες τὴν Σωκρατικὴν εὐτονίαν· οὓς καὶ Πεισίστρατος ὁ Ἐφέσιος ἔλεγε μὴ εἶναι Αἰσχίνου. καὶ τῶν ἑπτὰ δὲ τοὺς πλείστους Περσαῖος φησὶ Πασιφῶντος εἶναι τοῦ Ἐρετρικοῦ, εἰς τοὺς Αἰσχίνου δὲ κατατάξαι.

Æschines, Charini lucanicas vendentis, siue (vt volunt) Lysaniæ filius, Atheniensis, à pueto miræ indolis, laborúmque patientissimus fuit. Quocirca & à Socrate nunquam discessit: atque ideo Socrates de illo dicere solebat, Solus nos colere nouit Æschines. Hunc Idomeneus tradit in carcere fugam Socrati suadere tentasse, non Critonem: verùm Platonem, quum magis faueret Aristippo, Critoni verba illa accommodasse. Vocatur in ius Æschines, & in primis a Menedemo Eretriense, quòd Socratis nomine dialogos complures inuexerit, quos à Xanthippe se accepisse memorabat: ex quibus illi sunt, qui vocantur Ἀκέφαλοι nimium remissi, nec Socraticam constantiam aut copiam præferentes: eos tamen Æschinis nõ esse Pisistratus Ephesius asserit, sed bonam partem septem illis adscribi. Persæus refert Pasiphontis Eretrici esse, atque ab eo Æschinis insertos libris.

Antisthenes

ἀλλὰ καὶ τὰ Ἀντισθένους τόν τε μικρὸν Κῦρον, καὶ τὸν Ἡρακλέα τὸν ἐλάσσω, καὶ Ἀλκιβιάδην, καὶ τοὺς τῶν ἄλλων δ' ἐσκευώρηται. οἱ δ' οὖν τῶν Αἰσχίνου τὸ σωκρατικὸν ἦθος ἀπομεμαγμένοι, εἰσὶν ἑπτά· πρῶτος, Μιλτιάδης (διὸ καὶ ἀσθενέστερόν πως ἔχει) Καλλίας, Ἀξίοχος, Ἀσπασία, Ἀλκιβιάδης, Τηλαύγης, Ῥίνων. φασὶ δ' αὐτὸν δι' ἀπορίαν ἐλθεῖν εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον, καὶ ὑπὸ μὲν Πλάτωνος παροφθῆναι, ὑπὸ δ' Ἀριστίππου συστῆναι· δόντα τέ τινας τῶν διαλόγων, δῶρα λαβεῖν. ἔπειτ' ἀφικόμενον Ἀθήναζε, μὴ τολμᾶν σοφιστεύειν, εὐδοκιμούντων τότε τῶν περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀρίστιππον. ἔμμισθος δ' ἀκροάσεις ποιῆσαι· εἶτα συγγράφειν λόγους δικανικοὺς τοῖς ἀδικουμένοις. διὸ καὶ τὸν Τίμωνα εἰπεῖν ἐπ' αὐτοῦ, ἥ τ' Αἰσχίνου οὐκ ἀπιθὴς, γραφίς. φασὶ δ' αὐτῷ λέγειν σωκράτη, ἐπειδὴ περ ἐπιέζετο ὑπὸ πενίας, παρ' ἑαυτοῦ δανείζεσθαι τῶν σιτίων ὑφαιροῦντα. τούτου τοὺς διαλόγους καὶ Ἀρίστιππος ὑπώπτευεν.

Antisthenes quoque Paruũ Cyrum, & Minorem Herculem, & Alcibiadem, cæterorúmque liberos ab eo fuisse conscriptos. Sunt autẽ Æschinis dialogi, qui Socraticum exprimunt morem, septem isti: Primus, Miltiades (ideóque quodammodo imbecillior est) deinde Callias, tum Axiochus, Aspasia, Alcibiades, Telauges, & Rhinon. Aiunt ipsum inopia adactum, venisse in Siciliam ad Dionysium, atque à Platone despectum, ab Aristippo fuisse illi commendatum, ibique prolatis dialogis quibusdam accepisse munera, demum Athenas reuersum, ibique minimè docere philosophiam suam ausum, quòd illic Platonis & Aristippi esset clarissimũ nomen. Auditores sibi mercede quæsiuisse; deinde in defensionem innocentium se ad scribendas orationes iudiciales cõuertisse: atque ideo Timonem de illo dixisse ferũt, quòd in persuadendo potens fuerit. Aiunt illi dixisse Socratem quum premeretur inopia, vt à seipso vsuras exigeret sibi subducendo cibaria. Huius dialogos Aristippus etiam suspectos habuit.

ἐν γοῦν Μεγάροις ἀναγινώσκοντος αὐτοῦ φασὶ σκῶψαι, εἰπόντα, Πόθεν σοι, λῃστά, ταῦτα; φησὶ δὲ Πολύκριτος ὁ Μενδαῖος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ Διονύσιον, ἄχρι τῆς ἐκπτώσεως συμβιῶναι αὐτὸν τῷ τυράννῳ, καὶ ἕως τῆς Δίωνος εἰς Συρακούσας καθόδου· λέγων εἶναι σὺν αὐτῷ Καρκίνον τὸν κωμῳδοποιόν. φέρεται δὲ καὶ ἐπιστολὴ πρὸς Διονύσιον Αἰσχίνου. ἦν δὲ καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς ἱκανῶς γεγυμνασμένος, ὡς δῆλον ἔκ τε τῆς ἀπολογίας τοῦ πατρὸς Φαίακος τοῦ στρατηγοῦ, καὶ δι' ὧν μάλιστα μιμεῖται Γοργίαν τὸν Λεοντῖνον. καὶ Λυσίας δὲ κατ' αὐτοῦ συνέγραψε λόγον, περὶ συκοφαντίας ἐπιγράψας. ἐξ ὧν δῆλον ὅτι καὶ ῥητορικός τις ἦν. γνώριμος δὲ αὐτοῦ φέρεται εἷς, Ἀριστοτέλης ὁ Μῦθος ἐπικληθείς. πάντων μέντοι τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων Παναίτιος ἀληθεῖς εἶναι δοκεῖ τοὺς Πλάτωνος, Ξενοφῶντος, Ἀντισθένους, Αἰσχίνου. διστάζει δὲ περὶ τῶν Φαίδωνος καὶ Εὐκλείδου. τοὺς δὲ ἄλλους ἀναιρεῖ πάντας. γεγόνασι δ' Αἰσχίναι ὀκτώ. πρῶτος, αὐτὸς οὗτος· δεύτερος,

Nam dum eos Megaris legeret, subsannatum ferunt, ac dixisse, Vnde tibi ista, fur cifer? Refert Polycritus Mēdesius in primo De Dionysio, vixisse illum cum tyranno quoad tyrannide exciderit. & vsque ad Dionis in Syracusas reditum: cum illo asserēs & Carcinum comicum fuisse. Fertur & eius ad Dionysium epistola. Erat autem in arte oratoria maximè exercitatus, vt ex ea oratione quam pro defensione patris Phæacis magistri militum scripsit, & ex eo quòd Gorgiam Leontinum imitatus est, maximè constat. Scripsit autem & Lysias orationem contra illum, quam inscripsit De calumnia: ex quibus profectò liquet oratorem præcipuum fuisse. Erat ei & familiaris quidam Aristoteles nomine, cognomento Mythus. Panærius omnium Socraticorum veros esse dialogos censet, Platonis, Xenophontis, Antisthenis, Æschinis: de Phædonis tātùm & EVclidis ambigit, cęteros dānat. Octo autē fuerūt hoc nomine. Prim', hic de quo loquimur: secūdus,

ὁ τὰς τέχνας γεγραφὼς τὰς ῥητορικάς· τρίτος, ὁ ῥήτωρ ὁ κατὰ Δημοσθένην· τέταρτος, Ἀρκάς, μαθητὴς Ἰσοκράτους· πέμπτος, ὁ Μιτυληναῖος, ὃν καὶ ῥητορομάστιγα ἐκάλουν· ἕκτος, Νεαπολίτης, φιλόσοφος Ἀκαδημαϊκός, Μελανθίου τοῦ Ῥοδίου μαθητὴς καὶ παιδικά· ἕβδομος, Μιλήσιος, πολιτικὸς συγγραφεύς· ὄγδοος, ἀνδριαντοποιός.

qui artem oratoriam conscripsit: tertius, orator Demosthenis ęmulus: quartus, Arcadia profectus, Socratisque discipulus: quintus, Mitylenæus, quem & flagellum oratorum vocabāt: sextus, Neapolitanus, Academicus philosophus, Melanthij Rhodij discipulus, idémque in deliciis habitus: septimus, Milesius ciuilis scriptor: octauus, statuarius.

ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΣ.

Ἀρίστιππος τὸ μὲν γένος ἦν Κυρηναῖος, ἀφιγμένος δ' Ἀθήναζε, καθά φησιν Αἰσχίνης, κατὰ κλέος Σωκράτους. οὗτος σοφιστεύσας (ὥς φησι Φαινίας ὁ περιπατητικὸς ὁ Ἐρέσιος) πρῶτος τῶν Σωκρατικῶν μισθοὺς εἰσεπράξατο, καὶ ἀπέστελλε χρήματα τῷ διδασκάλῳ. καί ποτε πέμψας αὐτῷ μνᾶς εἴκοσι, παλινδρόμους ἔλαβεν, εἰπόντος Σωκράτους τὸ δαιμόνιον αὐτῷ μὴ ἐπιτρέπειν· ἐδυσχέραινε γὰρ ἐπὶ τούτῳ. Ξενοφῶν τε εἶχε πρὸς αὐτὸν δυσμενῶς· διὸ καὶ τὸν κατὰ τῆς ἡδονῆς λόγον Σωκράτει κατὰ Ἀριστίππου περιτέθεικε.

ARISTIPPVS.

Aristippus genere Cyrenaicus fuit: profectum verò Athenas Socratis fama percitum Æschines tradidit. Is (vt ait Phanias peripateticus Eresius) primus Socraticorum mercedē exegit, & quæstu philosophatus est, præceptorique pecunias mittebat. Cui quum aliquādo viginti minas misisset, ille eas continuò remisit, asserens deum Socratis id sibi non permittere. Displicebat id nimirū Socrati. Xenophon quoque aduersus eum infesto fuit animo. Quocirca & librum contra voluptatem in Aristippum scripsit assertorem voluptatis, eámque Socrati disputationē assignauit.

οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Θεόδωρος ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων, ἐκάκισεν αὐτόν, καὶ Πλάτων ἐν τῷ περὶ ψυχῆς, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. ἦν δ' ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ, καὶ πᾶσαν περίστασιν ἁρμονίως ὑποκρίνασθαι. διὸ καὶ παρὰ Διονυσίῳ τῶν ἄλλων εὐδοκίμει μᾶλλον, ἀεὶ τὸ προσπεσὸν εὖ διατιθέμενος. ἀπέλαυε μὲν γὰρ ἡδονῆς τῶν παρόντων, οὐκ ἐθήρα δὲ πόνῳ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν οὐ παρόντων· ὅθεν καὶ Διογένης βασιλικὸν κύνα ἔλεγεν αὐτόν. ὁ δὲ Τίμων παρέφαγεν αὐτὸν ὡς θρυπτόμενον, οὑτωσί πως εἰπών,

> Οἷά τ' Ἀριστίππου τρυφερὴ φύσις ἀμφαφόωντος
> ψεύδη.

τοῦτόν φασί ποτε κελεῦσαι πέρδικα πεντήκοντα δραχμῶν ὠνηθῆναι. αἰτιασαμένου δέ τινος, Σὺ δ' οὐκ ἂν (εἶπεν) ὀβολοῦ τοῦτ' ἐπρίω; ἐπινεύσαντος δέ, Τοσοῦτον (ἔφη) ἐμοὶ δύνανται αἱ πεντήκοντα δραχμαί. Διονυσίου δέ ποτε τριῶν ἑταιρῶν οὐσῶν μίαν ἐκλέξασθαι κελεύσαντος, τὰς τρεῖς ἀπήγαγεν, εἰπών,

Theodorus quoque in libro De sectis, illum conuitiis agit, & Plato in libro De anima, sicut in aliis memorauimus. Erat autem ei ingenium facile, vt se accommodaret loco, tẽpori personæ. Nouerat omnem cõuenientiæ simulare rationẽ. Quamobrem & Dionysio plus cæteris probabatur, quia ad omne quod emergeret, bene affectus instructúsque videretur. Nam vt libẽter percipiebat præsentium voluptatem, ita vt absentibus frueretur, nõ laborabat: vnde & Diogenes ipsum regium appellabat canem: cúmque Timon vt nimis delicatum acriter mordet, quum ait,

> *Qualis Aristippi mollis natura sophista,*
> *Quæ potuit tactu à falso discernere verum.*

Aiunt illum aliquando iussisse perdicem quinquaginta drachmis emi: tantum luxuriȩ grauiter ferenti cuidam respondisse, Tu istam obolo non emeres? & quũ annuisset ille, Mihi verò, inquit, quinquaginta drachmæ tantum valent. Tres formosas meretrices ei in cõspectũ dari aliquando Dionysius iussit, cúmque quam ex illis vellet eligere. Tum ille tres simul abduxit, dicens,

πρὸς δὲ τὸν Πάριν συμβῆναι
μίαν προκρῖναι. ἀπαγαγὼν
μέντοι (φασὶν) αὐτὰς ἄχρι τοῦ
θυρῶνος, ἀπέλυσεν. οὕτως ἦν
καὶ ἑλέσθαι καὶ καταφρονῆσαι
πολύς. διό ποτε Στράτωνα, οἱ δὲ
Πλάτωνα φασὶ πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν,
σοὶ μόνῳ δέδοται καὶ χλαμύ-
δα φορεῖν καὶ ῥάκος. Διονυσίου
δὲ προσπτύσαντος αὐτῷ ἠνέ-
σχετο. μεμψαμένου δέ τινος,
εἶτα, Οἱ μὲν ἁλιεῖς (εἶπεν) ὑπο-
μένουσι ῥαίνεσθαι τῇ θαλάτ-
τῃ, ἵνα κωβιὸν θηράσωσιν· ἐγὼ
δὲ μὴ ἀνάσχωμαι κράματι
ῥανθῆναι, ἵνα βλέννον λάβω;
παριόντα ποτὲ αὐτὸν λάχανα
πλύνων Διογένης ἔσκωψε καί
φησιν, Εἰ ταῦτ' ἔμαθες προσ-
φέρεσθαι, οὐκ ἂν τυράννων αὐ-
λὰς ἐθεράπευες. ὁ δὲ, Καὶ σὺ
(εἶπεν) εἴπερ ᾔδεις ἀνθρώποις
ὁμιλεῖν, οὐκ ἂν λάχανα ἔπλυνες.
ἐρωτηθεὶς τί αὐτῷ περιγέγονεν
ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη, Τὸ δύνα-
σθαι πᾶσι θαρρούντως ὁμιλεῖν.
ὀνειδιζόμενός ποτ' ἐπὶ τῷ πο-
λυτελῶς ζῆν, Εἰ τοῦτ' (ἔφη) φαῦ-
λον ἦν, οὐκ ἂν ἐν ταῖς τῶν θεῶν
ἑορταῖς ἐγίνετο. ἐρωτηθείς ποτε
τί πλέον ἔχουσιν οἱ φιλόσοφοι,

neque Paridi tutum fuisse
quòd vnam prætulerit cæ-
teris. Eas igitur ad vestibu-
lum vsque deduxit, ac di-
misit. adeo erat in eligendo
& in contemnendo facilis.
Ideóque Stratonem, siue (vt
alij volunt) Platonem, ad eũ
dixisse tradunt, Tibi soli &
chlamydem & pannũ ferre
datum est. Cõsputus à Dio-
nysio æquo animo tulit. eã
iniuriam quum quidam æ-
grè ferret, Piscatores, in-
quit, vt gobium venentur,
mari patiuntur se aspergi,
& ego vt balenam accipiã,
non patiar excreatione a-
spergi? Prætereũtem quan-
doque Diogenes olera ab-
luens obiurgauit, & dixit,
Ista tu si parare tibi didicis-
ses, tyrannorum aulas non
ambires: Tu verò (ait ille)
siquidem conuersari cum
hominibus scires, olera pro-
fectò non lauisses. Interro-
gatus quidnam sibi ex phi-
losophiæ studiis quæsisset,
Posse, inquit, omnibus fi-
denter loqui. Quum probro
sibi daretur quòd pretiosè
& exquisitissimè viueret: Si
vituperandum (ait) hoc es-
set, in celebritatibus deorũ
profectò non fieret. Roga-
tus aliquando quid ha-
beant eximium philosophi,

ἔφη, Ἐὰν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρεθῶσιν, ὁμοίως βιώσομεν. Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Διονυσίου διὰ τί οἱ μὲν φιλόσοφοι ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἔρχονται, οἱ δὲ πλούσιοι ἐπὶ τὰς τῶν φιλοσόφων οὐκέτι, ἔφη, Ὅτι οἱ μὲν ἴσασιν ὧν δέονται, οἱ δὲ οὐκ ἴσασιν. Ἐρωτηθείς τινι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ἔφη, Ὥσπερ οἱ δεδαμασμένοι ἵπποι τῶν ἀδαμάστων. εἰσιών ποτε εἰς ἑταίρας οἰκίαν, καί τινος σὺν αὐτῷ μειρακίου τινὸς ἐρυθριάσαντος, οὐ τὸ εἰσελθεῖν (ἔφη) χαλεπὸν, ἀλλὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἐξελθεῖν. αἴνιγμα τινὸς αὐτῷ προτείναντος, καὶ εἰπόντος, Λῦσον, Τί, ὦ μάταιε, (ἔφη) λῦσαι θέλεις, ὃ καὶ δεδεμένον ἡμῖν πράγματα παρέχει; ἄμεινον ἔφη ἐπαίτην ἢ ἀπαίδευτον εἶναι· οἱ μὲν γὰρ χρημάτων, οἱ δὲ ἀνθρωπισμοῦ δέονται. λοιδορούμενός ποτε ἀνεχώρει τοῦ δὲ ἐπιδιώκοντος, εἰπόντος, Τί φεύγεις; Ὅτι (φησὶ) σὺ μὲν κακῶς λέγειν, σὺ τὴν ἐξουσίαν ἔχεις· τὸ δὲ μὴ ἀκούειν, ἐγώ.

Si omnes, inquit, leges intereant æquabiliter viuemus. Percontanti Dionysio cuius rei gratia philosophi diuitum limina terunt, philosophorum verò diuites non ita, Quòd illi, inquit, sciunt quibus indigent, at hi nesciunt. Quum illi vitio vertisset Plato quòd tam lautè viueret, Num, inquit, tibi videtur bonus vir esse Dionysius? illo annuente, Atqui ille (ait) multo me lautius viuit. vnde nihil prohibet quempiam lautè & bene viuere. Interrogatus quo differant docti ab indoctis, Quo, inquit domiti equi ab indomitis. Ingressus aliquando meretricis cubiculum, quũ erubesceret quidam ex his qui cum eo erãt adolescentibus, Nõ, inquit, ingredi turpe est, sed egredi non posse, turpe est. Quum à quodam sibi propositum esset ænigma, & vt solueret importunè ab eo ipso qui proposuerat vrgeretur, Quid, inquit, ô stolide: vis vt soluam, quod etiam ligatum, nobis exhibet negotium? Melius esse dicebat in mendicum euadere, quàm indoctum: illic enim pecuniis, hic humanitate indigetur. Quum aliquãdo conuitiis ageretur, abibat: insectatore verò prosequẽte ac dicente, Cur fugis? Quoniam, inquit, maledicẽdi tu potestatem habes, audiendi ego non item.

εἰπόντος τινὸς ὡς ἀεὶ τοὺς φι-
λοσόφους βλέποι παρὰ ταῖς
τῶν πλουσίων θύραις, Καὶ γὰρ καὶ
οἱ ἰατροὶ (φησὶ) παρὰ ταῖς τῶν
νοσούντων· ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτό τις
ἕλοιτ' ἂν νοσεῖν ἢ ἰατρεύειν.
εἰς Κόρινθόν ποτ' αὐτῷ πλέοντί πο-
τε καὶ χειμαζομένῳ συνέβη τα-
ραχθῆναι. πρὸς οὖν τὸν εἰπόντα,
Ἡμεῖς μὲν οἱ ἰδιῶται οὐ δεδοί-
καμεν, ὑμεῖς δ' οἱ φιλόσοφοι
δειλιᾶτε; Οὐ γὰρ περὶ ὁμοίας
(ἔφη) ψυχῆς ἀγωνιῶμεν ἕκα-
στοι. σεμνυνομένου τινὸς ἐπὶ
πολυμαθίᾳ, ἔφη, ὥσπερ οὐχ
οἱ τὰ πλεῖστα ἐσθίοντες καὶ γυμ-
ναζόμενοι ὑγιαίνουσι μᾶλλον τῶν
τὰ δέοντα προσφερομένων, οὕ-
τως οὐχ οἱ πολλὰ ἀλλ' οἱ χρή-
σιμα ἀναγινώσκοντες, εἰσὶ σπου-
δαῖοι. πρὸς τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ λογο-
γράφον δίκην εἰπόντα καὶ νι-
κήσαντα, ἔπειτα φάσκοντα πρὸς
αὐτὸν, τί σε ὤνησε Σωκράτης;
ἔφη, Τοῦτο, τοὺς λόγους, οὓς εἶπας
ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀληθεῖς εἶναι. τὰ ἄρι-
στα ὑπετίθετο τῇ θυγατρὶ Ἀ-
ρήτῃ, συνασκῶν αὐτὴν ὑπεροπτι-
κὴν τοῦ πλείονος εἶναι. ἐρωτηθεὶς
ὑπό τινος τί αὐτοῦ ὁ υἱὸς ἀμεί-
νων ἔσται παιδευθεὶς, Καὶ εἰ
μηδὲν ἄλλο, (εἶπεν) ἐν γοῦν

Indignanti cuidam, ac di-
centi quòd philosophos cer-
neret obsidere diuitum fo-
res, Et medici, inquit, lan-
guentium ianuas frequen-
tant: non tamen ideo quis-
piã ægrotare mallet, quam
mederi. Corinthum naui-
gabat aliquando, & quum
tempestate iactaretur, tur-
bari cœperat: in ea pertur-
batione cuidam insultanti
ac dicẽti, Nos imperiti non
metuimus, vos philosophi
cur trepidatis? Non, inquit,
de eadem anima vtrisque
nostrûm cura & metus in-
cumbit. Glorianti cuidam
quòd multa didicisset, ait,
Sicuti non qui plurima co-
medunt & exercentur, me-
lius valẽt, quàm qui sumũt
necessaria: ita non qui pluri-
ma, sed qui vtilia legerunt,
studiosi habẽdi sunt & eru-
diti. Oratori qui causam
pro se dixerat & vicerat,
sciscitãti, Quid tibi profuit
Socrates? Hoc, inquit, vt o-
ratio quam pro me habui-
sti, vera sit. Aretam filiam
præclaris monitis instrue-
bat, exercens eã vt id quod
nimium esset, contemneret.
Rogatus a quodam, in quo
melior euasurus esset filius
si erudiretur, Etsi nulla in-
quit, alia in re, certe vel in

τῷ θεάτρῳ οὐ καθεδεῖται λίθος ἐπὶ λίθῳ. συνιστάντος τινὸς αὐτῷ υἱὸν, ᾔτησε πεντακοσίας δραχμὰς· τοῦ δ᾽ εἰπόντος, Τοσούτου δύναμαι ἀνδράποδον ὠνήσασθαι, πρίω (ἔφη) καὶ ἕξεις δύο. ἀργύριον εἶπε παρὰ τῶν γνωρίμων λαμβάνειν, οὐχ ἵνα αὐτὸς χρῷτο, ἀλλ᾽ ἵνα ἐκεῖνοι εἰδεῖεν εἰς τίνα δεῖ χρῆσθαι τοῖς ἀργυρίοις. ὀνειδιζόμενός ποτε ὅτι δίκην ἔχων, ἐμισθώσατο ῥήτορα, Καὶ γὰρ (ἔφη) ὅταν δεῖπνον ἔχω, μάγειρον μισθοῦμαι. ἀναγκαζόμενός ποτε ὑπὸ Διονυσίου εἰπεῖν τι τῶν ἐκ φιλοσοφίας, Γελοῖον (ἔφη) εἰ τὸ λέγειν μὲν παρ᾽ ἐμοῦ πυνθάνῃ τὸ δὲ, πότε δεῖ λέγειν, σύ με διδάσκεις. ἐπὶ τούτῳ δὴ ἀγανακτήσαντα τὸν Διονύσιον, ἔσχατον αὐτὸν κατακλῖναι· καὶ τὸν, Ἐνδοξότερον (φάναι) τὸν τόπον ἠθέλησας ποιῆσαι. αὐχοῦντός τινος ἐπὶ τῷ κολυμβᾶν, Οὐκ αἰσχύνῃ (εἶπεν) ἐπὶ δελφῖνος ἔργοις δ[illegible]όμενος; ἐρωτηθεὶς ποτέ τίνι διαφέρει ὁ σοφὸς τοῦ μὴ σοφοῦ, ἔφη, Εἰς ἀγνῶτας τοὺς δύο γυμνοὺς ἀπόστειλον καὶ εἴσῃ. αὐχοῦντός τινος ἐπὶ τῷ πολλὰ πίνειν,

theatro nõ sedebit lapis super lapidẽ. Quum ipsi quidam commendasset filium, quingentas postulauit drachmas: cui ille quum diceret, Tanti emere mancipiũ possum, Eme, (inquit) & habebis duo. Pecuniam se ab amicis accipere dicebat, non vt ipse vteretur, sed vt scirent illi quas ad res pecuniis vti conueniat. Probro illi semel obiiciẽtibus quòd in causa propria conduxerit rhetorẽ, Atqui (inquit) & cocum, dum cœnam facio, conduco. Cogente aliquãdo Dionysio vt aliquid ex philosophia loqueretur, Ridiculum (ait) est, si quidem me vt loquar interrogas, & quando loqui oporteat, ipse me doces. Ad hęc verò indignatus Dionysius, extremum omnium iussit accumbere: sed ille, illustrẽ (inquit) hunc locum voluisti facere. Gloriabatur quidam, ac sibi applaudebat de natandi peritia, ad quẽ ille, Nõ erubescis, inquit, in iis quæ delphinis propria sunt gloriari? Interrogatus quid differat sapiẽs ab insipiẽte, Mitte, ait ambos nudos ad ignotos, & disces. Exultanti cuidam quòd multũ bibens

καὶ μὴ μεθύσκεσθαι, τοῦτο καὶ ἡμίονος, φησί. πρὸς τὸν αἰτιώμενον ὅτι ἑταίρᾳ συνοικεῖ, ἆρα γε (εἶπεν) μή τι διαφέρει οἰκίαν λαβεῖν ἐν ᾗ πολλοὶ πρότερον ᾤκησαν, ἢ μηδείς; οὐκ ἔφη. τί δαὶ, πλεῦσαι ἐν νηΐ, ᾗ μυρίοι πρότερον ἐμπεπλεύκασιν, ἢ μηδείς; ΟΥ δῆτα. ΟΥ δὲ ἄρα γυναικὶ (ἔφη) συνεῖναι ᾗ πολλοὶ κέχρηνται, ἢ μηδείς. πρὸς τὸν αἰτιώμενον ὅτι Σωκράτους μαθητὴς ὢν ἀργύριον λαμβάνει, καὶ μάλα (εἶπε) καὶ γὰρ Σωκράτει, πεμπόντων αὐτῷ τινῶν καὶ σῖτον καὶ οἶνον, ὀλίγα λαμβάνοντα τὰ λοιπὰ ἀποπέμπειν. εἶχε γὰρ ταμίας τοὺς πρώτους Ἀθηναίων. ἐγὼ δὲ ΕΥτυχίδην ἀργυρώνητον. ἐχρῆτο καὶ Λαΐδι τῇ ἑταίρᾳ, καθά φησι καὶ Σωτίων ἐν δευτέρᾳ τῶν διαδοχῶν. πρὸς οὖν τοὺς μεμφομένους ἔφη, Ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι. ἐπεὶ τὸ κρατεῖν καὶ μὴ ἡττᾶσθαι ἡδονῶν, ἄριστον, οὐ τὸ μὴ χρῆσθαι. πρὸς τὸν ὀνειδίσαντα αὐτῷ πολυτελῆ ὀψωνίαν, ἔφη,

non inebriaretur, Hoc, inquit, etiam mulus facit. Ad eum qui illi quòd meretrici cohabitaret, exprobrabat, Dic age, inquit, nũquid differat eam domum accipere quam multi aliquando inhabitauerint, aut quã nemo? Negante illo, Quid? inquit: num differre putas ea naui ferri in qua innumeri sæpe nauigauerint, an in qua nullus? Minimè, inquit ille. Num ergo (inquit) differt, vtri mulieri congrediare, ei quæ neque multis fuerit exposita, an ei quæ nullis? Culpatus, cur ex Socratis disciplina veniens, pecuniam acciperet, Et meritò, inquit. nam Socrates quum ipsi plerique mitterent triticum & vinum, paucis in suos vsus reseruatis, remittebat reliqua. Habuit enim ille penuarios Atheniensiũ principes, ego autem EVtychidem emptitium seruum. Vtebatur & Laide meretrice, vt refert Sotion in II. Successionum libro. Qua ex re quum sugillaretur à plurimis, habere se Laidem respondit, non à Laide se haberi. Nam continere se à voluptatibus, neque eis manus dare præclarum esse, non earum sibi vsum interdicere. Exprobrantem sibi lautiores & delicatiores cibos, hac ratione compescuit,

Σὺ δ' οὐκ ἂν τριωβόλου ταῦτ' ἐ-
πρίω; ὁμολογήσαντος δὲ,
Οὐκ ἔτι τοίνυν (ἔφη) φιλή-
δονος ἐγὼ, ἀλλὰ σὺ φιλάρ-
γυρος. Σίμου ποτὲ τοῦ Διονυσίου
ταμίου πολυτελεῖς οἴκους αὐτῷ
καὶ λιθοστρώτους δεικνύντος, (ἦν
δὲ Φρὺξ καὶ ὄλεθρος) ἀναχρεμ-
ψάμενος, προσέπτυσε τῇ ὄ-
ψει. τοῦ δ' ἀγανακτήσαντος.
Οὐκ εἶχον (εἶπε) τόπον ἐπι-
τηδειότερον. πρὸς Χαρώνδαν
εἰπόντα, (οἱ δὲ πρὸς Φαίδω-
να) Τίς ὁ μεμυρισμένος;
Ἐγὼ (φησὶν) ὁ κακοδαίμων,
κἀμοῦ κακοδαιμονέστερος ὁ
Περσῶν βασιλεύς. ἀλλ' ὅρα μὴ,
ὡς οὐδὲν τῶν ἄλλων ζώων πα-
ρὰ τοῦτο τι ἐλαττοῦται, οὕτως οὐδ'
ἂν ἄνθρωπος. κακοὶ κακῶς
δ' ἀπόλοιντο οἱ κίναιδοι, οἵτι-
νες καλὸν ἡμῶν ἄλειμμα διαβε-
βλήκασιν. ὀνειδιζόμενός ποτ'
ἐπὶ τῷ πολυτελῶς ζῆν ὑπὸ
Πλάτωνος, ἔφη, Ἆρα φαίνε-
ταί σοι Διονύσιος ἀγαθός; τοῦ
δ' ὁμολογήσαντος, Καὶ μὴν
(ἔφη) ζῇ ἐμοῦ πολυτελέστερον.
ὥστ' οὐδὲν κωλύει καὶ πολυτελῶς
καὶ καλῶς ζῆν. ἐρωτώμενος
πῶς ἀπέθανε Σωκράτης, ἔ-
φη, Ὡς ἂν ἐγὼ εὐξαίμην.

Tu (inquit) ista tribus o-
bolis non emeres? fatente
illo, Non tā igitur, inquit,
ego voluptati studeo, quàm
tu auaritiæ. Ostendebat ei
Simus Dionysij quæstor
magnificè instructas ædes
& pauimenta pretiosa, (e-
rat autem Phryx) tum ille
sputa quammaximè potuit
ei in faciem coniecit. Indi-
gnante illo, Non habui (in-
quit) opportuniorem locū.
Charondæ, siue (vt quidam
volunt) Phedoni interro-
ganti quisnam esset vn-
guentis delibutus, Ego, in-
quit, infelix, & me infeli-
cior Persarum rex. Cæte-
rùm vide ne, vt cæteræ ani-
mantes propterea nihil sui
amittunt, sic ne homo qui-
dem. Mali verò malè per-
eant cinædi, qui vnguenta
pretiosa nobis exprobrant.

Interrogatus quomo-
do Socrates obiisset diem,
Vtinam, inquit, sic ego.

Πολυξένου ποτὲ τοῦ σοφιστοῦ εἰσελθόντος πρὸς αὐτόν, καὶ θεασαμένου γυναῖκάς τε καὶ πολυτελῆ εὐωχίαν, ἔπειτα αἰτιασαμένου, μικρὸν διαλιπών, Δύνασαι (ἔφη) καὶ σὺ μεθ' ἡμῶν σήμερον γενέσθαι; τοῦ δ' ἐπινεύσαντος, Τί οὖν (ἔφη) ἐμέμφου; ἔοικας γὰρ οὐ τὴν ὀψωνίαν ἀλλὰ τὸ ἀνάλωμα αἰτιᾶσθαι. τοῦ θεράποντος ἐν ὁδῷ βαστάζοντος ἀργύριον, καὶ βαρυνομένου, (ὥς φασιν οἱ περὶ τὸν Βίωνα ἐν ταῖς διατριβαῖς) Ἀπόχεε (ἔφη) τὸ πλέον, καὶ ὅσον δύνασαι βάσταζε. πλέων ποτέ, ἐπεὶ τὸ σκάφος ἔγνω πειρατικόν, λαβὼν τὸ χρυσίον ἠρίθμει· ἔπειτα εἰς θάλατταν, ὡς μὴ θέλων παρακατέβαλε, καὶ δῆθεν ἀνῴμωξεν. οἱ δὲ καὶ ἐπειπεῖν φασὶν αὐτόν, Ὡς ἄμεινον ταῦτα ὑπ' Ἀριστίππου ἢ διὰ ταῦτα Ἀρίστιππον ἀπολέσθαι. Διονυσίου ποτὲ ἐρομένου ἐπὶ τί ἥκοι, ἔφη ἐπὶ τῷ μεταδώσειν ὧν ἔχοι, καὶ μεταλήψεσθαι ὧν μὴ ἔχοι. ἔνιοι δὲ οὕτως ἀποκρίνασθαι, Ὁπότε μὲν σοφίας ἐδεόμην, ἧκον παρὰ Σωκράτην· νῦν δὲ χρημάτων δεόμενος, παρὰ σὲ ἥκω. κατεγίνωσκε τῶν ἀνθρώπων.

Intrauit ad illum aliquãdo sophista Polyxenus, intuitúsque mulieres compositas, & magnificè instructũ conuiuium, accusare luxum eiusmodi cœpit. Continuit se ille modicè, ac demum, Potésne, inquit, hodie nobiscum esse? Et quum ille annuisset, Cur ergo inquit, quereris? Videris enim non delicatiorem mensam accusare, sed sumptum. Gestabat eius famulus in itinere pecuniam, & quum premeretur onére, Effunde (ait) quod nimis est, & fer ea quæ potes. testatur id Bion in Diatribis. Quum aliquando nauigaret, didicissétque nauem esse piraticam, acceptum aurum numerabat, deinde velut imprudenti & inuito lapsum, è manibus iactauit in mare, ingemuitque grauiter. Sũt qui illum & hęc dixisse memorent, Melius est vt hæc ab Aristippo, quàm Aristippus propter ista pereat. Interroganti Dionysio ad quid venisset, Vt, inquit, quæ habeo impartiar; quæ non habeo, accipiam. Alij sic eum respondisse referũt, Quando sapiẽtia egebam, adij Socratem: nunc pecuniarũ egens ad te veni. Arguebat maximè homines

εἰς τὰ σκεύη μὲν ἐν ταῖς ἀγορασίαις σκοπουμένων, τοὺς δὲ βίους εἰκῆ δοκιμαζόντων. οἱ δὲ, τοῦτο Διογένους φασί. καί ποτε παρὰ πότον κελεύσαντος Διονυσίου ἕκαστον ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι ὀρχήσασθαι, τὸν μὲν Πλάτωνα μὴ προσέσθαι, εἰπόντα,

Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν.

τὸν δ' Ἀρίστιππον λαβόντα, καὶ μέλλοντα ὀρχήσασθαι, εὐστόχως εἰπεῖν,

—καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

Ἐδεῖτό ποτε περὶ φίλου Διονυσίου, καὶ μὴ ἐπιτυγχάνων, εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔπεσε. πρὸς οὖν τὸν ἐπισκώψαντα, Οὐκ ἐγὼ (φησὶν) αἴτιος, ἀλλὰ Διονύσιος ὁ ἐν τοῖς ποσὶ τὰς ἀκοὰς ἔχων. διατρίβων ἐν Ἀσίᾳ, καὶ ληφθεὶς ὑπὸ Ἀρταφέρνου τοῦ σατράπου, πρὸς τὸν εἰπόντα, Καὶ ὧδε θαρρεῖς; Πότε γὰρ, (εἶπεν) ὦ μάταιε, θαρρήσαιμι ἂν μᾶλλον ἢ νῦν, ὅτε μέλλω Ἀρταφέρνει διαλέξεσθαι; τοὺς τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων μετασχόντας, φιλοσοφίας δὲ ἀπολειφθέντας,

quòd in auctionibus quidem vasa inspicerent, vitam verò non inspicerent. Hoc alij Diogenis fuisse volunt. Iusserat aliquando Dionysius in conuiuio, vt singuli in veste purpurea saltarent, id Plato renuit dicens,

Effœminata veste non possum tegi,
Quum sim vir, & virili natus stemmate.

Sumptam verò Aristippus induit, & quum saltare inciperet, propriè promptéque dixit,

-neque in sacris Liberi
Patris, pudica mens vnquam corrumpitur.

Orabat aliquando pro amico Dionysium, & quum repelleretur, ad pedes eius corruit. Id factum quum argueret quispiam, Non ego (inquit) in culpa sum, sed Dionysius, qui aures habet in pedibus. Morabatur in Asia, & quum ab Artapherne satrapa fuisset cōprehensus, interrogatus à quodam an ibi confideret, Quasi verò, (inquit) ô stulte, magis vnquam fidens fuerim quàm modò sum, alloquuturus Artaphernem. Eos qui liberalibus imbuti disciplinis, philosophiam neglexissent,

ὁμοίους ἔλεγεν εἶναι τοῖς τῆς Πηνελόπης μνηστῆρσι. καὶ γὰρ ἐκείνους Μελανθὼ μὲν καὶ Πολυδώραν καὶ τὰς ἄλλας θεραπαίνας ἔχειν, πάσας δὲ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν δέσποιναν δύνασθαι γῆμαι. τὸ δ' ὅμοιον καὶ Ἀρίστων· τὸν γὰρ Ὀδυσσέα, καταβάντα εἰς ᾅδου, τοὺς μὲν νεκροὺς πάντας σχεδὸν ἑωρακέναι καὶ συντετυχηκέναι, τὴν δὲ βασίλισσαν αὐτὴν μὴ τεθεᾶσθαι. ὁ δ' οὖν Ἀρίστιππος ἐρωτηθεὶς τίνα δεῖ μανθάνειν τοὺς καλοὺς παῖδας, ἔφη, Οἷς ἄνδρες γενόμενοι χρήσονται. πρὸς τὸν εἰπόντα ἐν αἰτίᾳ, ὡς ἀπὸ Σωκράτους πρὸς Διονύσιον ἔλθοι· ἀλλὰ πρὸς Σωκράτην (εἶπεν) ἦλθον, παιδείας δεόμενος· πρὸς δὲ Διονύσιον, παιδιᾶς. ἐξ ὁμιλίας αὐτῷ χρηματισαμένῳ φησὶ Σωκράτης, Πόθεν σοι τοσαῦτα; καὶ ὅς, Ὅθεν σοι τὰ ὀλίγα. ἑταίρας εἰπούσης πρὸς αὐτόν, Ἐκ σοῦ κύω, Οὐ μᾶλλον (ἔφη) γινώσκεις, ἢ εἰ δι' ὀλοσχοίνων ἰοῦσα ἔφασκες ὑπὸ τοῦδε κεκεντῆσθαι. ᾐτιᾶτό τις αὐτὸν τὸν υἱὸν ἀπορριπτοῦντα, ὥσπερ οὐκ ἐξ αὐτοῦ γεγονότα· καὶ ὅς,

Penelopes aiebat procis esse simillimos. illos enim & Melantho & Polydoram ancillas cunctáque potius habere quàm dominæ ipsius nuptias sperare potuisse. Simile quiddam & Aristo dixisse fertur: Vlyssem quippe, quum descendisset ad inferos, mortuos ferè vidisse omnes, alloquutúmque esse, reginam verò ipsam ne videre quidem potuisse. Aristippus verò rogatus quænam iuuenes oporteat discere, Ea (inquit) quæ viris vsui futura sunt. Exprobranti cuidam quòd à Socrate ad Dionysium se contulisset, Atqui (inquit) ad Socratem disciplinæ indigens profectus sum, ad Dionysium autem pecuniæ egenus veni. Multas iá pecunias consequuto quum diceret Socrates, Vnde tibi tam multa? ille inquit, Vnde & tibi pauca? Dicente scorto, Ex te gero vterum, Non, inquit, hoc magis nosti, quàm si per spinas densissimas ambulans dicere posses, Ista me pupugit. Causante quodam quòd filium quasi non ex se natum proiiceret, An verò

Καὶ τὸ φλέγμα (φησὶ) καὶ τοὺς φθεῖρας ἐξ ἡμῶν ἴσμεν γεννωμένους, ἀλλ' ἀχρεῖα ὄντα ὡς πορρωτάτω ῥίπτομεν. ὑποδεξάμενος τὸ ἀργύριον παρὰ Διονυσίου, Πλάτωνος ἄραντος βιβλίον, πρὸς τὸν αἰτιασάμενον, Ἐγὼ μὲν γὰρ (εἶπεν) ἀργυρίων, Πλάτων δὲ βιβλίων ἐστὶν ἐνδεής. πρὸς τὸν εἰπόντα τίνος ἕνεκα ἐλέγχεται παρὰ Διονυσίου, ΟΥ̃ ἕνεκα (φησὶν) οἱ ἄλλοι ἐλέγχουσιν. ᾔτει Διονύσιον ἀργύριον· ὁ δ', Ἀλλὰ μὴν ἔφης οὐκ ἀπορήσειν τὸν σοφόν. ὁ δ' ὑπολαβὼν, Δὸς, (εἶπε) καὶ περὶ τούτου ζητῶμεν. δόντος δὲ, Ὁρᾷς (ἔφη) ὅτι οὐκ ἠπόρηκα; εἰπόντος πρὸς αὐτὸν Διονυσίου,

Ὅς τις γὰρ ὡς τύραννον ἐμπορεύεται,
Κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ·

ὑπολαβὼν, ΟΥ̓Κ ἔστι δοῦλος, ἂν ἐλεύθερος μόλῃ. τοῦτο Διοκλῆς φησὶν ἐν τῷ περὶ βίων φιλοσόφων. ἄλλοι γὰρ εἰς Πλάτωνα ἀναφέρουσιν. ὀργισθεὶς πρὸς Αἰσχίνην, μετ' οὐ πολὺ, ΟΥ̓ διαλλαγησόμεθα; οὐ παυσόμεθα (εἶπε) ληροῦντες; ἀλλὰ ἀναμενεῖς ἕως ἄν τις ἡμᾶς ἐπὶ τῆς κύλικος φλυαρῶν διαλλάξῃ; καὶ ὅς, Ἀσμένως, ἔφη.

An verò (inquit) ignoramus & pituitam & pediculos ex nobis gigni, quæ tamen velut inutilia quàm lõgissimè proiicimus? Quũ à Dionysio pecuniam ipse, Plato librum accepisset, insimulante ipsum quodam, Ego, inquit, pecuniis indigeo, Plato libris. Percontanti cuius rei gratia ipsum Dionysius argueret, Eius, ait, cuius arguunt cæteri. Postulabat pecuniã à Dionysio, & ille, Dixisti, inquit, non egere sapientem: Da, inquit ille, & postea de his quæramus. & quum dedisset, Vidésne (ait) me non indigere? Dicente ad eum Dionysio, Qui ad tyrannum proficiscitur, ille eius est seruus, quamuis liber ierit, Non est (inquit) seruus, si liber venit. Hoc Diocles refert in libro De vita philosophorum. alij Platonem id dixisse tradunt. Iratus Æschini, Nónne mox redibimus, ait, in gratiam, neque delirare desistemus? Num expectabis quoad quispiam de nobis scurra loquatur ad pocula? Et ille, Grato (inquit) animo.

Μέμνησο μέντοι (εἶπεν ὁ Ἀρίστιππος) ὅτι σοι πρότερος, πρεσβύτερος ὢν, προσῆλθον. καὶ ὁ Αἰσχίνης, Εὖ γε, νὴ τὴν Ἥραν, ἀληθῶς εἶπας· ἐπεὶ πολλῷ μου βελτίων ὑπάρχεις. ἐγὼ μὲν γὰρ ἔχθρας, σὺ δὲ φιλίας ἀρχεῖς. καὶ ταῦτα μὲν εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται. γεγόνασι δ' Ἀρίστιπποι τέσσαρες· περὶ οὗ τε ὁ λόγος· καὶ δεύτερος, ὁ τὰ περὶ Ἀρκαδίας γεγραφώς· τρίτος, ὁ μητροδίδακτος, θυγατριδοῦς τοῦ προτέρου· τέταρτος, ὁ ἐκ τῆς νεωτέρας Ἀκαδημίας. τοῦ δὲ Κυρηναϊκοῦ φιλοσόφου φέρεται βιβλία, τρία μὲν ἱστορίας τῆς κατὰ Λιβύην, ἀπεσταλμένα Διονυσίῳ· ἓν δὲ, ἐν ᾧ διάλογοι πέντε καὶ εἴκοσιν, οἱ μὲν Ἀτθίδι, οἱ δὲ Δωρίδι διαλέκτῳ γεγραμμένοι, οἵδε. Ἀρτάβαζος, Πρὸς τοὺς ναυαγούς, Πρὸς τοὺς φυγάδας, Πρὸς πτωχόν, Πρὸς Λαΐδα, Πρὸς Πῶρον, Πρὸς Λαΐδα περὶ τοῦ κατόπτρου, Ἑρμείας, Ἐνύπνιον, Πρὸς τὸν ἐπὶ τῆς κύλικος, Φιλόμηλος, Πρὸς τοὺς οἰκείους, Πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας ὅτι κέκτηται οἶνον παλαιὸν καὶ ἑταίρας, Πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας ὅτι πολυτελῶς ὀψωνεῖ.

Memento ergo (ait Aristippus) quòd ad te, quum maior essem natu, prior accessi. Et Æschines, Rectè, inquit, per Iunonem dixisti: nam me multo profectò melior es. ego enim inimicitiarũ, tu amicitiæ princeps fuisti. Et ista quidem de illo referuntur. Fuerunt autem Aristippi quatuor. Primus, iste de quo nobis sermo est: secundus, qui Arcadiæ historiam scripsit: tertius, qui, quòd à matre doctus esset, μητροδίδακτος dictus est, prioris nepos ex filia: quartus, ex noua Academia profectus. Huius autẽ Cyrenaici philosophi libri isti memorantur, tres historiæ Libycæ libri ad Dionysiũ missi. Dialogi vigintiquinque, alij quidem Attica, alij verò Dorica loquutione scripti. Sunt autem hi, Artabazus, Ad naufragos, Ad fugitiuos, Ad mendicum, Ad Laidem, Ad Porũ, Ad Laidem de speculo, Hermias, Somnium, Ad eum qui præerat poculo, Philomelus, Ad domesticos, Ad increpantes quòd vetus vinum scortaque possideret, Ad vituperantes quod magnificè instrueret mensam:

Ἐπιστολὴ πρὸς Ἀρήτην τὴν θυγατέρα, Πρὸς τὸν εἰς Ὀλυμπίαν γυμνάζοντα ἑαυτόν. Ἐρώτησις, Ἄλλη ἐρώτησις· Χρεία πρὸς Διονύσιον, Ἄλλη ἐπὶ τῆς εἰκόνος, Ἄλλη ἐπὶ τῆς Διονυσίου θυγατρὸς· Πρὸς τὸν οἰόμενον ἀτιμάζεσθαι, Πρὸς τὸν συμβουλεύειν ἐπιχειροῦντα. ἔνιοι δὲ καὶ διατριβῶν αὐτὸν φασὶν ἓξ γεγραφέναι. οἱ δ' οὐδ' ὅλως γράψαι· ὧν ἐστι καὶ Σωσικράτης ὁ Ῥόδιος. κατὰ δὲ Σωτίωνα ἐν δευτέρῳ, καὶ Παναίτιον, ἔστιν αὐτοῦ συγγράμματα τάδε· Περὶ παιδείας, Περὶ ἀρετῆς, Προτρεπτικὸς, Ἀρτάβαζος, Ναυαγοὶ, φυγάδες, Διατριβῶν ἕξ, Χρειῶν τρία, Πρὸς Λαΐδα, Πρὸς Πῶρον, πρὸς Σωκράτην, περὶ τύχης. τέλος δ' ἀπέφαινε τὴν λείαν κίνησιν εἰς αἴσθησιν ἀναδιδομένην. Ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ τὸν βίον ἀνεγράψαμεν αὐτοῦ, φέρε νῦν διέλθωμεν τοὺς ἀπ' αὐτοῦ Κυρηναϊκοὺς, οἵτινες ἑαυτοὺς, οἱ μὲν Ἡγησιακοὺς, οἱ δὲ Ἀννικερείους, οἱ δὲ Θεοδωρείους προσωνόμαζον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπὸ Φαίδωνος, ὧν τοὺς κορυφαιοτάτους Ἐρε-

Epiſtola ad Aretem filiam, Ad eum qui ſeipſum exercebat in Olympia. Interrogatio, alia Interrogatio: χρεία ad Dionyſium, alia De imagine, alia de Dionyſij filia, Ad eum qui arbitrabatur ſe contemptui & ignominiæ haberi, Ad eum qui conſulere moliebatur. Plerique illum & διατριβῶν ſex libros explicuiſſe aſſerunt, alij prorſus ſcripſiſſe negāt, ex quibus eſt Soſicrates Rhodius. Porrò & Sotion in ſecundo, & Panætius hæc illum ſcripſiſſe referūt, videlicet, De diſciplina, De virtute, Exhortatorius, Artabazus, Naufragi, Fugitiui, Diatribarum libri ſex, Sententiarum libri tres, Ad Laidem, Ad Porum, ad Socratem, De fortuna. Finem verò definiuit lenem motum ad ſenſum emanantem. Age verò, quoniam ipſius vitam deſcripſimus, nunc eos qui ab illo fluxere, Cyrenaicos ſuo ordine proſequamur. Ex his alij quidem Ἡγησιακοὺς Ἀννικερείους alij, alij Theodorios ſeipſos appellauere. Sed & illos etiamnum qui à Phædone manarunt, ex quibus Ererricos

ρειμοὶ ἔχειν ὄντως Ἀριστίππου διήκουσαν ἡ θυγάτηρ Ἀρήτη, καὶ Αἰθίοψ Πτολεμαεύς, καὶ Ἀντίπατρος Κυρηναῖος· Ἀρήτης δὲ Ἀρίστιππος, ὁ μητροδίδακτος ἐπικληθείς, οὗ Θεόδωρος ὁ ἄθεος, εἶτα θεός· Ἀντιπάτρου δ' Ἐπιτιμίδης Κυρηναῖος, οὗ Παραιβάτης, οὗ Ἡγησίας, ὁ Πεισιθάνατος, καὶ Ἀννίκερις, ὁ Πλάτωνα λυτρωσάμενος. οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τῆς ἀγωγῆς τῆς Ἀριστίππου μείναντες, καὶ Κυρηναϊκοὶ προσαγορευθέντες, δόξαις ἐχρῶντο τοιαύταις· δύο πάθη ὑφίσταντο, πόνον καὶ ἡδονήν· τὴν μὲν λείαν κίνησιν, τὴν ἡδονήν· τὸν δὲ πόνον, τραχεῖαν κίνησιν. μὴ διαφέρειν τε ἡδονὴν ἡδονῆς, μηδὲ ἥδιόν τι εἶναι· καὶ τὴν μὲν, εὐδοκητὴν πᾶσι ζῴοις· τὸν δ', ἀποκρουστικόν. ἡδονὴν μέντοι τὴν τοῦ σώματος, ἣν καὶ τέλος εἶναι, (καθά φησι καὶ Παναίτιος ἐν τῷ περὶ τῶν αἱρέσεων) οὐ τὴν καταστηματικὴν ἡδονὴν, τὴν ἐπ' ἀναιρέσει ἀλγηδόνων, καὶ οἷον ἀοχλησίαν, ἣν ὁ Ἐπίκουρος ἀποδέχεται, τέλος εἶναι φασί.

eos nobilissimos dixere. Sic autem illorum seriem recenseamus. Aristippum audiuit Arete filia & Æthiops Ptolemæus, & Cyrenæus Antipater: Aretæ verò auditor fuit Aristippus, Metrodidactos cognominatus: eius verò Theodorus, qui apprimo ἄθεος deinde θεὸς appellatus est. Antipatrum Epitimedes Cyrenæus audiuit: eius Parabates auditor fuit: Paræbatis Hegesias qui Πεισιθάνατος est dictus, & Anniceris, à quo Plato redemptus est. At enim qui Aristippi instituta amplexi sũt & ab illo Cyrenaici sũt appellari, hisce opinionibus vtuntur. Duas perturbationes ponunt, dolorem & voluptatem: voluptatẽ, lenem motum, dolorẽ verò asperum motum appellantes. Nihil differre à voluptate voluptatẽ, neque plus altera commune habere alteram: atque illam quidem cunctas animantes appetere, hunc autem aspernari. Voluptatem autem corporis intelligunt, quam & finem esse dicunt (vt etiam Panætius in libro De sectis tradidit) non eam quæ in statu sit, & doloris priuatione consistit, & veluti à turbatione omni quietem agit, quam suscepit Epicurus, finemque constituit.

δοκεῖ δ' αὐτοῖς καὶ τέλος εὐδαιμονίας διαφέρειν. τέλος μὲν γὰρ εἶναι τὴν κατὰ μέρος ἡδονήν· εὐδαιμονίαν δὲ, τὸ ἐκ τῶν μερικῶν ἡδονῶν σύστημα, αἷς συναριθμοῦνται καὶ αἱ παρῳχηκυῖαι καὶ αἱ μέλλουσαι. εἶναί τε τὴν μερικὴν ἡδονὴν, δι' αὑτὴν αἱρετήν· τὴν δ' εὐδαιμονίαν, οὐ δι' αὑτὴν, ἀλλὰ διὰ τὰς κατὰ μέρος ἡδονάς. πίστιν δ' εἶναι τοῦ τέλος εἶναι τὴν ἡδονὴν, τὸ ἀπροαιρέτως ἡμᾶς ἐκ παίδων ᾠκειῶσθαι πρὸς αὐτὴν, καὶ τυχόντας αὐτῆς, μηθὲν ἐπιζητεῖν· μηθέν τε οὕτω φεύγειν, ὡς τὴν ἐναντίαν αὐτῇ ἀλγηδόνα. εἶναι δὲ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν, κἂν ἀπὸ τῶν ἀσχημοτάτων γένηται, καθά φησιν Ἱππόβοτος ἐν τῷ περὶ τῶν αἱρέσεων. εἰ γὰρ καὶ ἡ πρᾶξις ἄτοπος εἴη, ἀλλ' οὖν ἡ ἡδονὴ δι' αὑτὴν αἱρετὴ καὶ ἀγαθόν· ἡ δὲ τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις (ὡς εἴρηται παρ' Ἐπικούρῳ) δοκεῖ αὐτοῖς μὴ εἶναι ἡδονή· οὐδὲ ἡ ἀηδονία, ἀλγηδών. ἐν κινήσει γὰρ εἶναι ἀμφότερα, μὴ οὔσης τῆς ἀπονίας ἢ τῆς ἀηδονίας κινήσεως. ἐπεὶ ἡ ἀπονία οἱονεὶ καθεύδοντός ἐστι κατάστασις.

Videtur autem eis finis à beata vita differre: finem quippe esse particularem voluptatem, beatam autem vitam siue felicitatem, voluptatum particulariũ constare conuentu, quibus & præteritæ connumerantur & futuræ. Particularẽ quoque voluptatem propter se eligendam, felicitatem verò non propter seipsam, sed propter particulares voluptatos expetendam. Testimonio nobis esse, finem habendam voluptatem, quòd à pueris hanc nobis natura conciliauerit etiam absque iudicio rationis: & quum illa fruimur, nihil amplius inquirimus, quódque nihil æquè ac dolorem naturaliter fugimus. Voluptatem præterea bonum esse, etiãsi à turpissimis proueniat rebus, vt ait Hippobotus in lib. De sectis. Si enim fœda sit actio, voluptatem tamen per seipsam eligendam esse, bonúmque existimandam. Porro illa doloris amotio quam tuetur Epicurus, eis non videtur voluptas esse, ne que priuatió voluptatis, dolor: vtraque enim esse in motu constituta, quum non sit motus doloris voluptatísque priuatio. Quippe doloris illa vacatio veluti dormientis status est.

δύνασθαι φασι καὶ τὴν ἡδονὴν ἐνίας μὴ αἱρεῖσθαι κατὰ διαστροφήν. οὐ πάσας μέντοι τὰς ψυχικὰς ἡδονὰς καὶ ἀλγηδόνας ἐπὶ σωματικαῖς ἡδοναῖς καὶ ἀλγηδόσι γίνεσθαι. καὶ γὰρ ἐπὶ ψιλῇ τῇ τῆς πατρίδος εὐημερίᾳ, ὥσπερ τῇ ἰδίᾳ, χαρὰν ἐγγίνεσθαι. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ μνήμην τῶν ἀγαθῶν ἢ προσδοκίαν ἡδονήν φασιν ἀποτελεῖσθαι· ὅπερ ἤρεσκεν Ἐπικούρῳ. ἐκλύεται γὰρ τῷ χρόνῳ τὸ τῆς ψυχῆς κίνημα. λέγουσι δὲ μηδὲ κατὰ ψιλὴν τὴν ὅρασιν, ἢ τὴν ἀκοὴν, γίνεσθαι ἡδονάς. τῶν γοῦν μιμουμένων θρήνους ἡδέως ἀκούομεν, τῶν δὲ κατ' ἀλήθειαν, ἀηδῶς. μέσας τε καταστάσεις ὠνόμαζον ἀηδονίαν καὶ ἀπονίαν. πολὺ μέντοι τῶν ψυχικῶν τὰς σωματικὰς ἀμείνους εἶναι, καὶ τὰς ὀχλήσεις χείρους τὰς σωματικάς. ὅθεν καὶ ταύταις κολάζεσθαι μᾶλλον τοὺς ἁμαρτάνοντας. χαλεπώτερον γὰρ τὸ πονεῖν, οἰκειότερον δὲ τὸ ἥδεσθαι ὑπελάμβανον. ἔνθεν καὶ πλείονα οἰκονομίαν περὶ θάτερον ἐποιοῦντο. διὸ καὶ καθ' αὑτὴν αἱρετῆς οὔσης τῆς ἡδονῆς, τὰ ποιητικὰ

Posse quosdam aiunt voluptatem minimè appetere, per animi peruersionem: nō tamen omnes animi voluptates ac dolores in corporeis voluptatibus & doloribus fieri: quippe qualibet simplice ex patriæ prosperitate, siue priuata felicitate gaudium gigni. Imò ne ex memoria quidem seu expectatione bonorū voluptatem perfici dicunt: quod placet Epicuro. Nam tempore motum animi effluere, quin ne solo quidē visu vel auditu voluptates cōstare posse, quando & eos qui lamentationes imitātur, libēter audimus, veras autem illibenter atque iniucundè. Porro priuationem huiusmodi aut voluptatis aut doloris medios status appellabant. Longè tamē esse præstantiores corporum quàm animorum voluptates, deterioresque corporis quàm animi affectiones: quocirca & his peccantes magis cruciari. Durius quippe dolere, lætari verò familiarius & gratius arbitrabantur: quocirca & maior illis erat corporis cura quàm animi. Vnde quum inde quoque constet eligendam voluptatem, pleraque tamen quæ sunt efficientia

ἐνίων ἡδονῶν ποιητικὰ ὀχληρὰ πολλάκις ἐναντιοῦσθαι· ὡς δυσκολώτατον αὐτοῖς φαίνεσθαι τὸν ἀθροισμὸν τῶν ἡδονῶν, εὐδαιμονίαν μὴ ποιοῦντα. ἀρέσκει δ' αὐτοῖς, μήτε τὸν σοφὸν πάντα ἡδέως ζῆν, μήτε πάντα φαῦλον, ἐπιπόνως· ἀλλὰ κατὰ τὸ πλεῖστον. ἀρκεῖ δὲ κἂν κατὰ μίαν τις προσπίπτουσαν ἡδέως ἐπανάγῃ. τὴν φρόνησιν, ἀγαθὸν μὲν εἶναι λέγουσιν, οὐ δι' ἑαυτὴν δὲ αἱρετὴν, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐξ αὐτῆς περιγινόμενα· τὸν φίλον, τῆς χρείας ἕνεκα, καὶ γὰρ μέρος σώματος μέχρις ἂν παρῇ, ἀσπάζεσθαι. τῶν ἀρετῶν ἐνίας καὶ περὶ τοὺς ἄφρονας συνίστασθαι. τὴν σωματικὴν ἄσκησιν συμβάλλεσθαι πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν. τὸν σοφὸν μήτε φθονήσειν, μήτε ἐρασθήσεσθαι ἢ δεισιδαιμονήσειν. γίνεσθαι γὰρ ταῦτα παρὰ κενὴν δόξαν. λυπήσεσθαι μέντοι καὶ φοβήσεσθαι· φυσικῶς γὰρ γίνεσθαι. καὶ τὸν πλοῦτον δὲ, ποιητικὸν ἡδονῆς εἶναι, οὐ δι' αὐτὸν αἱρετόν. τά τε πάθη, καταληπτὰ ἔλεγον· οὖν αὐτὰ οὐκ ἀφ' ὧν γίνεται.

quarundam voluptatum, quum sint molesta, sæpe aduersari, vt difficillima eis videatur voluptatum congeries, quæ beatam vitam efficere non possit. Placet autem eis neque sapientẽ semper in voluptate viuere, neque rursus insipiẽtem semper in dolore, verùm maiore ex parte sic vtrunque affici. Satis autem esse, si quis vel per vnam incidentem voluptatẽ suauiter afficiatur. Prudentiam quidẽ bonum esse asserunt, non autẽ propter seipsam appetendã, sed eorum gratia quæ nobis ex illa proueniunt. Amicum necessitatis causa amplectẽdum. Nam & corporis partes quandiu adsunt, adamari. Virtutes quasdã imprudentibus & communes esse. Corporis exercitationem conferre ad virtutem capessendam. Sapientem nunquã inuidia tentandum, neque cupiditati, neque superstitioni vnquam cessurũ. Ista enim ex inani opinioni cõtingere: metu tamen & dolore pulsandum. id quippe naturaliter fieri. Diuitias præterea voluptates efficere, neque per se appetẽdas. Perturbationes item cõprehendi posse dicebant, non autem etiam ex quibus fiũt.

ἀφίσαντο δὲ καὶ τῶν φυσικῶν, διὰ τὴν ἐμφαινομένην ἀκαταληψίαν. τῶν δὲ λογικῶν, διὰ τὴν εὐχρηστίαν, ἥπτοντο. Μελέαγρος δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ δοξῶν, καὶ Κλειτόμαχος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῶν αἱρέσεων, φασὶν αὐτοὺς ἄχρηστα ἡγεῖσθαι τό, τε φυσικὸν μέρος καὶ τὸ διαλεκτικόν. δύνασθαι γὰρ καὶ εὖ λέγειν καὶ δεισιδαιμονίας ἐκτὸς εἶναι, καὶ τὸν περὶ θανάτου φόβον ἐκφεύγειν, τὸν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν λόγον ἐκμεμαθηκότα. μηδέν τε εἶναι φύσει δίκαιον, ἢ καλὸν, ἢ αἰσχρὸν, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει. ὁ μέντοι σπουδαῖος οὐδὲν ἄτοπον πράξει διὰ τὰς ἐπικειμένας ζημίας καὶ δόξας· εἶναι δὲ τὸν σοφὸν. προκοπήν τε ἀπολείπουσι, καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. φασὶ δὲ καὶ λυπεῖσθαι ἄλλον ἄλλου μᾶλλον, καὶ τὰς αἰσθήσεις μὴ πάντοτε ἀληθεύειν. οἱ δὲ Ἡγησιακοὶ λεγόμενοι, σκοποὺς μὲν εἶχον τοὺς αὐτοὺς, ἡδονὴν καὶ πόνον. μήτε δὲ χάριν τινὰ εἶναι, μήτε φιλίαν, μήτε εὐεργεσίαν· διὰ τὸ μὴ δι' αὐτὰ ταῦτα αἱρεῖσθαι ἡμᾶς αὐτὰ, ἀλλὰ διὰ τὰς

Naturalium rerum inquisitionem omittebant, quòd comprehendi nō posse manifestè colligerent. Logicen propter summū eius vsum attingebant. Tamen Meleagri sententia est in secūdo De opinionibus, & Clitomachi in primo De sectis, eos & physicam & dialecticam æquè aspernari. Posse enim & aptè dicere, ac extra superstitionem esse mortisque metum effugere, qui rationem bonorum malorúmque didicerit. Nihilque natura iustum esse, aut honestum vel turpe, sed cōsuetudine ac lege. Vir tamen bonus nihil agit perperam ob imminentia damna, opinionésque sinistras cuitandas. Esse autem sapientē profectum quendam in iis quæ vel in philosophia, vel in cæteris bonis & honestis artibus non satis promouerunt. Aiunt & dolore affici alium alio magis, sensúsque non semper vera nuntiare. Verumenimuero ij qui dicuntur Hegesiaci, eandem sanè de voluptate ac dolore habuere sentētiam: præterea neque gratum esse aliquid, neque beneficentiam, neque amicitiam, quòd ista non per seipsa appetamus, sed vsus ac necessita-

χρείας καὶ αὐτοὺς, ὧν ἀπόντων μηδ' ἐκεῖνα ὑπάρχειν. τὴν εὐδαιμονίαν, ὅλως ἀδύνατον εἶναι· τὸ μὲν γὰρ σῶμα πολλῶν ἀναπεπλῆσθαι παθημάτων, τὴν δὲ ψυχὴν συμπαθεῖν τῷ σώματι καὶ ταράττεσθαι, τὴν δὲ τύχην πολλὰ τῶν κατ' ἐλπίδα κωλύειν. ὥστε διὰ ταῦτα ἀνύπαρκτον τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι. τήν τε ζωὴν καὶ τὸν θάνατον αἱρετόν· φύσει τε οὐδὲν ἡδὺ ἢ ἀηδὲς ὑπελάμβανον· διὰ δὲ σπάνιν ἢ ξενισμὸν ἢ κόρον, τοὺς μὲν ἥδεσθαι, τοὺς δ' ἀηδῶς ἔχειν, πενίαν καὶ πλοῦτον, πρὸς ἡδονῆς λόγον, εἶναι οὐδέν· μὴ γὰρ διαφερόντως ἥδεσθαι τοὺς πλουσίους ἢ τοὺς πένητας. δουλείαν ἐπίσης ἐλευθερίᾳ ἀδιάφορον πρὸς ἡδονῆς μέτρον, καὶ εὐγένειαν καὶ δυσγένειαν, καὶ δόξαν ἀδοξίᾳ. καὶ τῷ μὲν ἄφρονι τὸ ζῆν λυσιτελὲς εἶναι, τῷ δὲ φρονίμῳ, ἀδιάφορον· τόν τε σοφὸν ἑαυτοῦ ἕνεκα πάντα πράξειν· οὐδένα γὰρ ἡγεῖσθαι τῶν ἄλλων ἐπίσης ἄξιον αὐτῷ. κἂν γὰρ τὰ μέγιστα δοκῇ παρ' αὐτοῦ καρποῦσθαι, μὴ εἶναι ἀντάξια ὧν αὐτὸς παρέχει.

tis gratia, ac propter eos, qui si absint, illa nec subsistere quidem. Esse autem impossibile cumulatè contingere beatā vitam: corpus quippe morbis multis passionibúsque affligi, animā verò simul cū corpore pati & vnà turbari, complura item quę speremus, à fortuna impediri: propter ista igitur atque huiusmodi, beatam vitam non posse obtineri. Vitā præterea ac mortem eligēdam. Natura item suaue atque insuaue nihil opinabantur: cæterùm propter rerum vel raritatē vel nouitatē, vel satietate lætari alios, alios angi. Diuitias vel paupertatem nihil ad voluptatis valere rationem: neque enim aliter ea voluptate diuites quàm pauperes affici. Seruitutem æquè atq; libertatem, nobilitatē atque ignobilitatem, gloriā vel ignominiā nihil differre ad voluptatis modū, atque insipienti quidem expedire si viuat, id verò sapiēti indifferens esse. Sapiētem sui ipsius gratia cuncta facturum: alium quippe neminē ęquè ac se dignū arbitrari. quālibet enim ingētia videatur ab eo cōsequutus, non tamen eorum quæ ipse præstiterit, merita æquare.

ἀνῄρουν δὲ καὶ τὰς αἰσθήσεις οὐκ
ἀκριβούσας τὴν ἐπίγνωσιν, τῶν
τ' εὐλόγως φαινομένων πάντα
πράττειν. ἔλεγον τὰ ἁμαρτή-
ματα συγγνώμης τυγχάνειν· οὐ
γὰρ ἑκόντα ἁμαρτάνειν, ἀλλά
τινι πάθει πιεζόμενον. καὶ μὴ
μισήσειν, μᾶλλον δὲ μεταδιδά-
ξειν. τόν τε σοφὸν οὐχ οὕτω πλεο-
νάσειν ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν αἱρέ-
σει, ὡς ἐν τῇ τῶν κακῶν φυγῇ,
τέλος τιθέμενον τὸ μὴ ἐπι-
πόνως ζῆν, μηδὲ λυπηρῶς· ὃ
δὴ περιγίνεσθαι τοῖς ἀδιαφο-
ρήσασι περὶ τὰ ποιητικὰ τῆς ἡ-
δονῆς. οἱ δ' Ἀννικέρειοι, τὰ μὲν
ἄλλα κατὰ ταὐτὰ τούτοις· ἀπέ-
λιπον δὲ καὶ φιλίαν ἐν βίῳ καὶ
χάριν, καὶ πρὸς γονέας τιμὴν,
καὶ ὑπὲρ πατρίδος τι πρά-
ξειν. ὅθεν διὰ ταῦτα, κἂν ὀ-
χλήσεις ἀναδέξηται ὁ σοφὸς,
οὐδὲν ἧττον εὐδαιμονήσει, κἂν
ὀλίγα ἡδέα περιγένηται αὐτῷ.
τήν τε τοῦ φίλου εὐδαιμονίαν δι'
αὑτὴν μὴ εἶναι αἱρετήν· μηδὲ
γὰρ αἰσθητὴν τῷ πέλας ὑπάρ-
χειν. μὴ εἶναί τε αὐτάρκη τὸν λό-
γον πρὸς τὸ θαρρῆσαι, καὶ τῆς τῶν
πολλῶν δόξης ἐπάνω γενέσθαι· δεῖ

Tollebant & sensus, quòd
certam non inferunt notio-
nem, quiqué sine delectu a-
gere cuncta videretur. Eo-
rum peccata veniam dice-
bāt promereri: neque enim
sponte peccare, sed aliqua
perturbatione coactos. Nō
odio quēquam habiturum,
sed potius eruditurum. Sa-
pientem non adeo in bo-
norum electione inhæsu-
rum, vt in malorum fuga:
finem constituendo, vt
neque in labore neque in
dolore viuatur. Idque eos
assequi qui circa volupta-
tum materiam neutram in
partem inclinatiores sunt.
Porro Annicerij in cæte-
ris ab istis non dissenti-
unt. Relinquunt autem a-
miciciam in vita, & gratiā,
honorémque aduersus pa-
rentes, & pro patria præ-
clarū aliquod facinus. Quo-
circa quamuis molestias sa-
piens ac negotia subeat, ni-
hilominus beatè victurum,
etsi minimum voluptatis il-
li suppetierit. Amici felici-
tatem non per se appeten-
dam, neque ei proximè pa-
tere sensui, neque satis esse
in ratione momenti, vt con-
fidere possimus, & multorū
opinione celsiores euadere:

δεῖν δὲ ἀνεθίζεσθαι, διὰ τὴν ἐκ πολλοῦ συντραφεῖσαν ἡμῖν φαύλην διάθεσιν. τόν τε φίλον μὴ διὰ τὰς χρείας μόνον ἀποδέχεσθαι, ὧν ὑπολειπουσῶν μὴ ἐπιστρέφεσθαι· ἀλλὰ καὶ παρὰ τὴν γεγονυῖαν εὔνοιαν, ἧς ἕνεκα καὶ πόνους ὑπομένειν, καίτοι τιθέμενον ἡδονὴν τέλος, καὶ ἀχθόμενον ἐπὶ τῷ στέρεσθαι αὐτῆς, ὅμως ἑκουσίως ὑπομένειν διὰ τὴν πρὸς τὸν φίλον στοργήν. οἱ δὲ Θεοδώρειοι κληθέντες, τὴν μὲν ὀνομασίαν ἔσπασαν ἀπὸ Θεοδώρου τοῦ προγεγραμμένου, καὶ δόγμασιν ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῦ. ἦν δὲ ὁ Θεόδωρος παντάπασιν ἀναιρῶν τὰς περὶ θεῶν δόξας· καὶ αὐτοῦ περιετύχομεν βιβλίῳ ἐπιγεγραμμένῳ περὶ θεῶν, οὐκ εὐκαταφρονήτῳ· ἐξ οὗ φασὶν Ἐπίκουρον τὰ πλεῖστα λαβόντα εἰπεῖν. ἤκουσε δὲ καὶ Ἀννικέριδος ὁ Θεόδωρος, καὶ Διονυσίου τοῦ διαλεκτικοῦ, καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν φιλοσόφων διαδοχαῖς. τέλος δ᾽ ὑπελάμβανε χαρὰν καὶ λύπην· τὴν μὲν, ἐπὶ φρονήσει· τὴν δὲ, ἐπὶ ἀφροσύνῃ. ἀγαθὰ δὲ, φρόνησιν καὶ δικαιοσύνην· κακὰ δὲ τὰς

oportere verò in optimis quibusque assuefieri, propter inolitam & insitã nobis affectionem vitiosam. Amicum, nõ propter vsum ac necessitatem solùm suscipiendum, quæ profectò si desierit, non erit ille auersandus, verũ etiam propter insitam beneuolẽtiam, cuius gratia dolores quoque esse subeũdos. Quamuis enim finem in voluptate cõstituant, doleántque si illa priuari contingat, sponte tamen sustinendos labores volunt pro summo in amicum studio affectúque singulari. Qui autẽ Theodorij sunt appellati, à Theodoro quem prædiximus, traxere cognomẽ, eiusque decretis vsi sunt. Porrò Theodorus ipse omnes de diis opiniones sustulit. Denique librũ ipsius De diis inscriptum offendimus non contẽnendum, ex quo & Epicurum complura sumpsisse asserũt. Audiuit autem Anniceridem Dionysiúmque dialecticũ, vt ait Antisthenes in Philosophorum successionibus. Finem opinatus est gaudium & mœrorem: alterum constare prudentia, alterum verò imprudentia. Bona esse prudentiam atque iustitiam: mala verò,

τὰς ἐναντίας ἕξεις· μέσα δὲ, ἡδονὴν καὶ πόνον. ἀνῄρει δὲ καὶ φιλίαν, διὰ τὸ μήτε ἐν ἄφροσιν αὐτὴν εἶναι, μήτ' ἐν σοφοῖς. τοῖς μὲν γὰρ, τῆς χρείας ἀναιρεθείσης, καὶ τὴν φιλίαν ἐκποδὼν εἶναι· τοὺς δὲ σοφοὺς, αὐτάρκεις ὑπάρχοντας, μὴ δεῖσθαι φίλων. ἔλεγε δὲ καὶ εὔλογον εἶναι, τὸν σπουδαῖον μὴ ἐξαγαγεῖν ὑπὲρ τῆς πατρίδος αὑτόν. οὐ γὰρ ἀποβάλλειν τὴν φρόνησιν ἕνεκα τῆς τῶν ἀφρόνων ὠφελείας. εἶναί τε πατρίδα τὸν κόσμον. κλέψειν τε καὶ μοιχεύσειν καὶ ἱεροσυλήσειν ἐν καιρῷ. μηδὲν γὰρ εἶναι τούτων αἰσχρὸν φύσει, τῆς ἐπ' αὐτοῖς δόξης αἱρεθείσης, ἣ σύγκειται ἕνεκα τῆς τῶν ἀφρόνων συνοχῆς. φανερῶς δὲ τοῖς ἐρωμένοις αὐτὸν πάντως, ὑφοράσεως χρήσεσθαι τὸν σοφόν. διὸ καὶ τοιούτους λόγους ἠρώτα, Ἆρά γε γυνὴ γραμματικὴ χρήσιμος ἂν εἴη παρ' ὅσον γραμματική ἐστι; ναί. καὶ παῖς καὶ νεανίσκος χρήσιμος ἂν εἴη παρ' ὅσον γραμματικός ἐστι; ναί. οὐκοῦν καὶ γυνὴ καλὴ, χρήσιμος ἂν εἴη παρ' ὅσον καλή ἐστι. καὶ παῖς καὶ νεανίσκος καλὸς, χρήσιμος ἂν

contrarios habitus: media voluptatem & dolorem. Sustulit & amicitiam, quòd ea neque insipientibus adsit neque sapientibus. In illis enim, sublato vsu, amicitiam quoque euanescere. Sapientes verò, quum sibi ipsis sufficiant, amicis non indigere. Probabile dicebat, prudentem virum non seipsum pro patria periculis exponere: neque enim pro insipientium commodis amittendam esse prudentiam. Esséque patriam mundum. Furto quoque & adulterio & sacrilegio, quũ tempestiuum erit, daturum operam sapientem. Nihil quippe horum turpe natura esse, si auferatur de hisce vulgaris opinio, quæ è stultorũ imperitorũmque plebecula conflata est. Sapientem publicè absque vllo pudore ac suspicione scortis congressurum. Aiebátque istiusmodi argutiis, Nónne mulier literis instructa vtilis erit, quia literata est? & puer itidem & adolescens vtilis erit, quia literaturam callet? Ita sanè. Et mulier igitur vtilis est, quia pulcra erit: & puer & adolescens vtilis

ἆρ' ὅσον καλός ἐστι; ναί. καὶ παῖς ἄρα καὶ νεανίσκος καλός, πρὸς τοῦτ' ἂν εἴη χρήσιμος πρὸς ὃ καλός ἐστι; ναί. ἔστι δὲ χρήσιμος πρὸς τὸ πλησιάζειν. ὧν διδομένων, ἐπῆγεν, ΟΥ'κοῦν εἴ τις πλησιάσειε χρῶτο παρ' ὅσον χρήσιμός ἐστιν, οὐχ ἁμαρτάνει. οὐδ' εἰ ἄρα κάλλει χρήσαιτο, παρ' ὅσον χρήσιμόν ἐστι, ἁμαρτήσεται. τοιαῦτα ἄττα διερωτῶν ἴσχυε τῷ λόγῳ. δοκεῖ δὲ θεὸς κληθῆναι, Στίλπωνος αὐτὸν ἐρωτήσαντος οὕτως, Ἆρά γε Θεόδωρε, ὃ εἶναι φής, τοῦτο καὶ εἶ; ἐπινεύσαντος δέ, φῂς δ' εἶναι θεός; τοῦ δ' ὁμολογήσαντος, Θεὸς εἶ ἄρα, ἔφη. δεξαμένου δὲ ἀσμένως, γελάσας φησίν, Ἀλλ', ὦ μόχθηρε, τῷ λόγῳ τούτῳ καὶ κολοιὸς ἂν ὁμολογήσαις εἶναι, καὶ ἄλλα μυρία. ὁ δ' οὖν Θεόδωρος προσκαθίσας ποτὲ ΕΥ'ρυκλείδῃ τῷ ἱεροφάντῃ, Λέγε μοι (ἔφη) ΕΥ'ρυκλείδη, τίνες εἰσὶν οἱ ἀσεβοῦντες περὶ τὰ μυστήρια; εἰπόντος δ' ἐκείνου, ΟΙ τοῖς ἀμυήτοις αὐτὰ ἐκφέροντες, Ἀσεβεῖς ἄρα (ἔφη) καὶ σύ, τοῖς ἀμυήτοις διηγούμενος. καὶ μέντοι παρ' ὀλίγον ἐκινδύνευσεν εἰς

erit, quia formoſus eſt? Ita ſanè. Puer igitur & adoleſcens pulcher, & ad hoc erit profectò vtilis ad quod formoſus natus eſt. Aſſentiebatur. Eſt autem vtilis vt ei congrediatur. Quibus conceſſis inferebat, Siquis ita vtatur eiuſmodi congreſſione quando id vtile eſt, non peccabit. Neque igitur, ſi vtatur pulchritudine, dum id vtile eſt, peccat. His igitur atque huiuſmodi interrogatiunculis auditores capiebat. Videtur autē idcirco appellatus deus, quòd quum illum Stilpo percontatus eſſet, Putáſne, Theodore, te id eſſe quod diceris? atque ille fateretur: Deus ergo (inquit) es. Id quum ille gratè accepiſſet, ſubridēs ait, Atqui, infelix, (inquit) ea ratione & cornicē te eſſe fatereris, & alia huiuſmodi innumera. Quū aſſideret aliquando Theodorus EVryclidi hierophātæ, Dic mihi (ait) Euryclides quínam ſunt qui circa myſteria impij ſunt? quum reſpondiſſet ille, eos eius criminis reos teneri, qui ea necdum initiatis aperirent: Et tu ergo (inquit) impius es, qui iſta nondum initiatis enarres. Parum autem abfuit, quin periclitaretur ne traheretur in

Ἄρειον ἀχθῆναι πάγον, εἰ μὴ Δημήτριος αὐτὸν ὁ Φαληρεὺς ἐρρύσατο. Ἀμφικράτης δὲ ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, φησι κώνειον αὐτὸν πιεῖν καταδικασθέντα. διατρίβων δὲ παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου, ἀπεστάλη ποθ' ὑπ' αὐτοῦ πρὸς Λυσίμαχον πρεσβευτής. ὅτε καὶ παρρησιαζομένῳ φησὶν ὁ Λυσίμαχος, λέγε μοι, Θεόδωρε, οὐ σὺ ὁ ἐκπεσὼν Ἀθήνηθεν; καὶ ὅς, ὀρθῶς ἀκήκοας. ἡ γὰρ τῶν Ἀθηναίων πόλις οὐ δυναμένη με φέρειν, ὥσπερ ἡ Σεμέλη τὸν Διόνυσον, ἐξέβαλε. πάλιν δ' εἰπόντος τοῦ Λυσιμάχου, βλέπε ὅπως μὴ παρέσῃ πρὸς ἡμᾶς ἔτι. Οὐκ ἄν, (ἔφη) ἂν μὴ Πτολεμαῖος ἀποστείλῃ. Μύθρου δὲ, τοῦ διοικητοῦ τοῦ Λυσιμάχου, παρεστῶτος, καὶ εἰπόντος, Ἔοικας σὺ μὴ μόνον θεοὺς ἀγνοεῖν ἀλλὰ καὶ βασιλέας, Πῶς (εἶπεν) ἀγνοῶ, ὅπου γε καί σε θεοῖς ἐχθρὸν εἶναι νομίζω; φασὶ δέ ποτε ἐν Κορίνθῳ παρέρχεσθαι αὐτὸν, συχνοὺς ἐπαγόμενον μαθητάς. Μητροκλέα δὲ τὸν κυνικὸν σκάνδικας πλύνοντα εἰπεῖν, Σὺ ὁ σοφιστὴς οὐκ ἂν τοσούτων ἔχρῃζες μαθητῶν, εἰ λάχανα ἔπλυνες.

Arium pagũ, nisi eum Demetrius Phalereus eruisset. Amphicrates verò, in libro De viris illustribus, ait illum damnatum, venenũmque bibisse. Quum verò apud Ptolemæum Lagi filium moraretur, legatus aliquando ad Lysimachum ab illo missus est. Magna verò fiducia vtenti, ait Lysimachus, Die mihi, Theodore, nónne tu Athenis excidisti? Et ille, Rectè iudicas, inquit: nam me Atheniensium ciuitas ferre non valens, non secus ac Semele Dionysium, expulit. Rursus dicenti Lysimacho, Caue ne vlterius ad nos proficiscare, Non (inquit) reuertar, nisi me mittat Ptolemæus. Aderat Mythrus Lysimachi dispensator: Is quum diceret, Videris non solùm deos, verùm & reges ignorare: Quo pacto (inquit) illos ignoro, quandoquidem te diis inimicum puto? Fertur quum aliquãdo Corinthũ venisset, magna discipulorum turba comitatus, & Metrocles Cynicus σκάνδικας (*id enim est sylvestre olus*) abluens, ei diceret, At tu sophista nequaquam multis discipulis egeres, si olera dilueres:

τὸν δ' ὑπολαβόντα εἰπεῖν, Καὶ σὺ εἴπερ ἀνθρώποις ᾔδεις ὁμιλεῖν, οὐκ ἂν τούτοις τοῖς λαχάνοις ἐχρῶ. τὸ ὅμοιον ἀναφέρεται (καθάπερ προείρηται) καὶ ἐπὶ Διογένην καὶ Ἀρίστιππον. τοιοῦτος μὲν ὁ Θεόδωρος καὶ ἐν τούτοις. τελευταῖον δ' εἰς Κυρήνην ἀπελθὼν, καὶ Μαρίῳ συμβιοὺς, ἐν πάσῃ τιμῇ διετέλει τυγχάνων. ἔνθεν τὸ πρῶτον ἐκβαλλόμενος, λέγεται χαρίεν τι εἰπεῖν. ἔφη γὰρ, Κακῶς ποιεῖτε, ἄνδρες Κυρηναῖοι, ἐκ τῆς Λιβύης εἰς τὴν Ἑλλάδα με ἐξορίζοντες. Θεόδωροι δὲ γεγόνασιν εἴκοσι· πρῶτος, Σάμιος, υἱὸς Ῥοίκου. οὗτός ἐστιν ὁ συμβουλεύσας ἄνθρακας ὑποτεθῆναι τοῖς θεμελίοις τοῦ ἐν Ἐφέσῳ νεώ. (καθύγρου γὰρ ὄντος τοῦ τόπου, τοὺς ἄνθρακας ἔφη τὸ ξυλῶδες ἀποβαλόντας, αὐτὸ τὸ στερεὸν ἀπαθὲς ἔχειν ὕδατι) δεύτερος, Κυρηναῖος, γεωμέτρης, οὗ διήκουσε Πλάτων· τρίτος, ὁ προγεγραμμένος φιλόσοφος· τέταρτος, οὗ τὸ φωνασκικὸν φέρεται βιβλίον πάγκαλον· πέμπτος, ὁ περὶ τῶν νομοποιῶν πεπραγματευμένος, ἀρξάμενος ἀπὸ Τερπάνδρου· ἕκτος, Στωϊκός· ἕβδομος, ὁ τὰ περὶ Ῥωμαίων πεπραγματευμένος·

dixiſſe, Et tu ſi cum hominibus conuerſari didiciſſes, profectò iſtis oleribus non vterere. Simile quiddam (vt ſuo loco diximus) de Diogene & Ariſtippo memoratur. Huiuſmodi Theodori fuiſſe vitam ac doctrinam comperimus. Demum verò Cyrenen profectus, apud Marium in pretio diu vixit: vbi quum primùm eiiceretur, non illepidum quiddam dixiſſe fertur, Malè (inquit) facitis, viri Cyrenaici, qui me ex Libya in Græciam exulem agitis. Fuerunt autem Theodori viginti. Primus, Samius Rhœci filius, qui conſuluit carbones fundamentis Epheſini templi ſubiici. nam quum humidus eſſet locus, carbones ait reiecta ligni natura ſoliditatem accipere humori inuiolabilem. Secundus, Cyrenaicus geometra, cuius & Plato auditor fuit. Tertius, hic ipſe philoſophus. Quartus, cuius fertur libellus De vocis exercitatione. Quintus, qui de legiſlatoribus ſcripſit, à Terpandro initium ſumẽs. Sextus, Stoicus. Septimus, qui Romanas res conſcripſit.

ὄγδοος, Συρακούσιος, περὶ
τακτικῶν γεγραφώς· ἔνατος,
Βυζάντιος, ἀπὸ λόγων πολι-
τικῶν ἀκμάζων· ὅμοιος, οὗ Ἀ-
ριστοτέλης μνημονεύει διὰ τῆς
ἐπιτομῆς τῶν ῥητόρων· ἑνδέκα-
τος, Θηβαῖος, ἀνδριαντοποιός·
δωδέκατος, ζωγράφος, οὗ
μέμνηται Πολέμων· τρισκαι-
δέκατος, ζωγράφος, Ἀθη-
ναῖος, ὑπὲρ οὗ γράφει Μηνό-
δοτος· τεσσαρεσκαιδέκατος,
Ἐφέσιος ζωγράφος, οὗ μέ-
μνηται Θεοφάνης, ἐν τῷ περὶ
γραφικῆς· πεντεκαιδέκατος,
ποιητὴς ἐπιγραμμάτων· ἑκ-
καιδέκατος, γεγραφὼς περὶ
ποιητῶν· ἑπτακαιδέκατος, ἰα-
τρός, Ἀθηναίου μαθητής· ὀκτω-
καιδέκατος, Χῖος, φιλόσοφος
Στωϊκός· ἐννεακαιδέκατος,
Μιλήσιος, καὶ αὐτὸς Στωϊκὸς
φιλόσοφος· εἰκοστός, ποιητὴς
τραγῳδίας.

ΦΑΙΔΩΝ.

Φαίδων, Ἠλεῖος, τῶν εὐ-
πατριδῶν, συνεάλω τῇ πα-
τρίδι, καὶ ἠναγκάσθη στῆναι
ἐπ' οἰκήματος, ἀλλὰ τὸ θύ-
ριον προστιθεὶς μετεῖχε Σω-
κράτους, ἕως αὐτὸν λυτρώσασθαι
τοὺς περὶ Ἀλκιβιάδην ἢ Κρί-
τωνα προὔτρεψε· καὶ τοὐντεῦθεν ἐλευθερίως ἐφιλοσόφει.

Octauus, Syracusanus, qui De re militari scripsit. Nonus, Byzantius in causis ciuilibus clarus. Decimus similiter, cuius & Aristoteles in oratorum Epitome mentionem facit. Vndecimus, Thebanus sculptor. Duodecimus, pictor, cuius & Polemon meminit. Decimus tertius, Atheniensis pictor, de quo Menodotus scribit. Decimus quartus, Ephesius pictor, cuius Theophanes in libro De pictura meminit. Decimus quintus, epigrammatum poeta. Decimus sextus, qui De poetis scripsit. Decimus septimus, medicus, Athenęi discipulus. Decimus octauus, Chius, philosophus Stoicus. Decimus nonus, Milesius, & ipse philosophus Stoicus. Vicesimus, tragœdiarum scriptor.

PHÆDON.

Phædon Eliensis nobili familia, vnà cum patria captus, coactus est intra cellulam infami se quęstui addicere: adiecto tamẽ ostiolo, Socratis contubernio præceptoréque fruebatur, quoad ipsum Alcibiades seu Crito, Socrate monẽte, redimeret: ex quo liberaliter philosophię operã dedit.

Ἱερώνυμος δ' ἐν τῷ περὶ ἐποχῆς καταπλόμενος, δοῦλον αὐτὸν εἴρηκε. διαλόγους δὲ συνέγραψε γνησίους μὲν, Ζώπυρον, Σίμωνα, καὶ διστάζόμενον Νικίαν· Μήδιον (ὅν φασί τινες Αἰσχίνου, οἱ δὲ Πολυαίνου) Ἀντίμαχον, ἢ πρεσβύτας· (καὶ οὗτος διστάζεται) Σκυθικοὺς λόγους· (καὶ τούτους τινὲς Αἰσχίνου φασί.) διάδοχος δ' αὐτοῦ Πλείσταινος, Ἠλεῖος. καὶ τρίτοι ἀπ' αὐτοῦ οἱ περὶ Μενέδημον τὸν Ἐρετριέα καὶ Ἀσκληπιάδην τὸν Φλιάσιον, μεταγαγόντες ἀπὸ Στίλπωνος. καὶ ἕως μὲν τούτων Ἠλειακοὶ προσηγορεύοντο· ἀπὸ δὲ Μενεδήμου, Ἐρετριακοί· περὶ οὗ λέξομεν ἐν ὑστέρῳ, διὰ τὸ καὶ αὐτὸν καταρχὴν αἱρέσεως.

Hunc Hieronymus in libro De assensu retinendo, seruum fuisse asseuerat. Scripsit autem Dialogos, de quibus nihil dubitatur, Zopyrum & Simonem: de Nicia controuersia est. Medum, quem Æschinis esse plerique tradunt, alij verò Polyæni. Antimachum siue Senes: & de hoc ambigitur. Scythicos sermones etiam quidam Æschinis esse asseuerant. Successor autem eius fuit Plistanus Eliensis, & ab eo tertius, Menedemus Eretrieus, Asclepiadésque Phliasius, à Stilpone profecti, atque vsque ad eos Eliaci sunt appellati: à Menedemo autem Eretrici: de quo postea dicemus, idcirco quòd ipse sectæ princeps atque autor fuerit.

ΕΥΚΛΕΙΔΗΣ.

Εὐκλείδης ἀπὸ Μεγάρων τῶν πρὸς Ἰσθμῷ, ἢ Γελῷος κατ' ἐνίους, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ἐν διαδοχαῖς. οὗτος καὶ τὰ Παρμενίδεια μετεχειρίζετο, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Μεγαρικοὶ προσηγορεύοντο, εἶτ' ἐριστικοί, ὕστερον δὲ διαλεκτικοί, οὓς οὕτως ὠνόμασε πρῶτος

EVCLIDES.

Euclides Megaris oppido, quod Isthmo adiacet, siue iuxta quosdam, Gelous, vt in Successionibus tradit Alexander. Parmenidis librorum in primis studiosus fuit. Ab eo Megarici denominati sunt, qui postea ἐριστικοὶ, postremò dialectici sunt. Quos ita primus Dionysius

Διονύσιος ὁ Καρχηδόνιος, διὰ τὸ πρὸς ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν τοὺς λόγους διατίθεσθαι. πρὸς τοῦτόν φησιν ὁ Ἑρμόδωρος ἀφικέσθαι Πλάτωνα, καὶ τοὺς λοιποὺς φιλοσόφους, μετὰ τὴν Σωκράτους τελευτήν, δείσαντας τὴν ὠμότητα τῶν τυράννων. οὗτος ἓν τὸ ἀγαθὸν ἀπεφαίνετο πολλοῖς ὀνόμασι καλούμενον. ὁτὲ μὲν γὰρ φρόνησιν, ὁτὲ δὲ θεόν, καὶ ἄλλοτε νοῦν, καὶ τὰ λοιπά. τὰ δ' ἀντικείμενα τῷ ἀγαθῷ ἀνῄρει, μὴ εἶναι φάσκων. ταῖς τε ἀποδείξεσιν ἐνίστατο, οὐ κατὰ λήμματα, ἀλλὰ κατ' ἐπιφοράν. καὶ τὸν διὰ παραβολῆς λόγον ἀνῄρει, λέγων ἤτοι ἐξ ὁμοίων αὐτὸν ἢ ἐξ ἀνομοίων συνίστασθαι. καὶ εἰ μὲν ἐξ ὁμοίων, περὶ αὐτὰ δεῖν μᾶλλον, ἢ οἷς ὅμοιά ἐστιν ἀναστρέφεσθαι· εἰ δ' ἐξ ἀνομοίων, παρέλκειν τὴν παράθεσιν. διὰ ταῦτα δὲ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦτό φησι Τίμων, παρασκώπτων καὶ τοὺς λοιποὺς Σωκρατικούς.

Ἀλλ' οὔ μοι τούτων φλεδόνων
μέλει, οὐδὲ γὰρ ἄλλου
Οὐδενός, οὐ Φαίδωνος, ὅτις
γε μέν, οὐδ' ἐριδάντεω
Εὐκλείδου, Μεγαρεῦσιν ὃς ἔμβαλε λύσσαν ἐρισμοῦ.

Carthaginiensis idcirco appellauit quòd interrogando ac respondendo sermones librósque componerent. Ad hunc ait Hermodorus, post Socratis mortem venisse Platonem, ac philosophos reliquos metu atrocitatis tyrãnorum compulsos. Hic bonum esse vnum definiuit multis nominibus celebre. Aliquando enim hoc dici prudentiam, quandoque deum, aliâs mentem appellari. & huiusmodi cætera. Quæ bono aduersa viderẽtur sustulit, ea ne esse quidẽ dicens. Vtebatur probationibus, non his quę per assũptiones, sed quæ per cõclusiones fiunt. Disputationem item quæ fit per similitudinem, sustulit, dicẽs illam sanè aut ex similibus cõsistere, aut ex dissimilibus. Et, si ex similibus consistit, circa ipsa potius quàm quibus sunt similia versari rationẽ debere: sin autem ex dissimilibus, superuacaneã esse comparationem. Idcirco & Timon illum vnà cũ cęteris Socraticis mordet, nullius sibi horum curã esse dicens, non Phædonis, non alterius cuiuspiam, neque EVclidis, qui Megarẽsibus cõtentionis rabiem inuexit.

διαλόγους δὲ συνέγραψεν ἕξ, Λαμπρίαν, Αἰσχίνην, Φοίνικα, Κρίτωνα, Ἀλκιβιάδην, Ἐρωτικόν. τῆς δ᾽ Εὐκλείδου διαδοχῆς ἐστι καὶ Εὐβουλίδης ὁ Μιλήσιος, ὃς καὶ πολλοὺς ἐν διαλεκτικῇ λόγους ἠρώτησε, τόν τε ψευδόμενον καὶ τὸν διαλανθάνοντα, καὶ Ἠλέκτραν, καὶ ἐγκεκαλυμμένον, καὶ σωρείτην, καὶ κερατίνην, καὶ φαλακρόν. περὶ τούτου φησί τις τῶν κωμικῶν,

Οὑριστικὸς δ᾽ Εὐβουλίδης
 κερατίνας ἐρωτῶν,
Καὶ ψευδαλαζόσι λόγοις
 τοὺς ῥήτορας κυλίων,
Ἀπῆλθ᾽ ἔχων Δημοσθένους τὴν
 ῥωβοστωμυλήθραν.

ἐῴκει γὰρ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένης ἀκηκοέναι, καὶ ῥωβικώτερος ὢν παύσασθαι. ὁ δ᾽ Εὐβουλίδης καὶ πρὸς Ἀριστοτέλην διεφέρετο, καὶ πολλὰ αὐτὸν διαβέβληκε. μεταξὺ δὲ ἄλλων ὄντων τῆς Εὐβουλίδου διαδοχῆς Ἀλεξῖνος ἐγένετο, Ἠλεῖος ἀνήρ, φιλονεικότατος· διὸ καὶ Ἀλεξῖνος ἐπεκλήθη. διεφέρετο δὲ μάλιστα πρὸς Ζήνωνα. φησὶ δ᾽ Ἕρμιππος περὶ αὐτοῦ ὡς ἄρα ἀπελθὼν ἐκ τῆς Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν,

Dialogos autem cõscripsit sex, Lampriam, Æschinem, Phœnicem, Critonem, Alcibiadem, Amatoriũ. Porrò ex EVclidis successione est & EVbulides Milesius, qui & plurimos in dialectica modos rationésque interrogandi tradidit, mentientem & fallentem, Electram, conuelatam, aceruale, corneam, & item caluam. Et istum non defuit ex Comicis qui carperet.

Contumeliosus EVbulides ceratinas interrogans,
Et mendacibus fastuosisque verbis rhetores versans,
Abiit Demosthenis habens volubilitatem.

Videtur Demosthenes hunc audiuisse, & quum ρ literam pronuntiare vix posset, emendasse iugi exercitio. Neque item obscurum est EVbulidem aduersus Aristotelem inimico animo fuisse, eúmque in plurimis reprehendisse. Inter cæteros verò qui ex EVbulidis ludo manauerunt, Alexinus Eliensis fuit, vir acer, & contentionis viribus ac neruis clarus: vnde & Alexinus cognominatus est. Maximè autem Zenoni infestus erat. Hunc ait Hermippus ex Elide in Olympiam profectum, ibique

αὐτόθι φιλοσοφεῖν. τῶν δὲ μαθητῶν αὐτοῦ πυνθανομένων διότι τῇδε κατοικεῖ, φάναι βούλεσθαι αἵρεσιν συστήσασθαι τὴν Ὀλυμπιακὴν κληθησομένην. τοὺς δὲ καὶ τοῖς ἐφοδίοις θλιβομένους, καὶ τὸ χωρίον νοσερὸν καταγνόντας, ἀπελθεῖν, καὶ τὸ λοιπὸν διατρίβειν ἔρημον τὸν Ἄλεξινον σὺν οἰκέτῃ μόνῳ. ἔπειτα μέντοι νηχόμενον ἐν τῷ Ἀλφειῷ νυχθῆναι καλάμῳ, καὶ οὕτω τελευτῆσαι. καὶ ἔστιν εἰς αὐτὸν ἡμῶν οὕτως ἔχον,

Οὐκ ἄρα μῦθος ἦν ὁ κεῖνος εἰκαῖος,
Ὡς ἀτυχής τις ἐὼν τὸν πόδα κολυμβῶν περιέπειρέ πως
Ἥλῳ. γὰρ ὁ σεμνὸς ἀνήρ, πρὶν Ἀλφειὸν
Πεῖν' ἀνυσαῖν, Ἄλεξινος θνῆσκε νυχθεὶς καλάμῳ.

γέγραφε δ' οὐ μόνον πρὸς Ζήνωνα, ἀλλὰ καὶ ἄλλα βιβλία, καὶ πρὸς Ἔφορον τὸν ἱστοριογράφον. ΕΥβουλίδου δὲ καὶ ΕΥφαντος γέγονεν ὁ Ὀλύνθιος, ἱστορίας γεγραφὼς τὰς κατὰ τοὺς χρόνους τοὺς ἑαυτοῦ. ἐποίησε δὲ καὶ τραγῳδίας πλείους, ἐν αἷς εὐδοκίμει κατὰ τοὺς ἀγῶνας. γέγονε δὲ καὶ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως διδάσκαλος,

ibique philosophatum. Discipulis autem rogantibus cur illic moraretur, dixisse velle se sectam instituere, quam Olympiacam vocaret. Illos verò, quum rerum omnium penuria, & preterea insalubri loco affligerentur, ab eo recessisse, iamque Alexinum solum ac desertum vno tantum famulo comite ibi remoratum. Postea dum nataret in Alpheo flumine, arundinis acumine læsum, vita excessisse. Et est in ipsum nostrum epigramma sic se habens,

At non inanis hercle erat illa fama,
Cuidam natati misero transfixum pedem
Clauo: nam Alexinus prius flumen Alpheum
Quàm transfretasset, canna fixus occidit.

Scripsit non solùm ad Zenonem, verùm & alios cōplures libros, & ad Ephorū historicum. Ex EVbulidis disciplina & EVphātus fuit Olynthius, qui temporis sui conscripsit historiam. Scripsit & tragœdias plurimas, quibus in certaminibus maximè probatur. Fuit & præceptor Antigoni regis,

πρὸς ὃν καὶ λόγον γέγραφε περὶ βασιλείας, σφόδρα εὐδοκιμοῦντα. τὸν βίον δὲ γήρᾳ κατέστρεψεν. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι διακηκοότες Εὐβουλίδου, ἐν οἷς καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Κρόνος.

ad quem etiam librum De regno scripsit perutilem atque laudatissimum. Vitam verò senectute finiuit. Fuerunt & alij complures auditores EVbulidis, inter quos & Apollonius Cronus.

ΔΙΟΔΩΡΟΣ.

Διόδωρος, Ἀμεινίου, Ἰασεύς, καὶ αὐτὸς Κρόνος ἐπικαλούμενος, περὶ οὗ φησι Καλλίμαχος ἐν ἐπιγράμμασιν, αὐτὸς ὁ Μῶμος ἔγραφεν ἐν τοίχοις, ὁ Κρόνος ἐστὶ σοφός. ἦν δὲ καὶ οὗτος διαλεκτικός, πρῶτος δόξας εὑρηκέναι τὸν ἐγκεκαλυμμένον καὶ κερατίνην λόγον, κατά τινας. οὗτος παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Σωτῆρι διατρίβων λόγους τινὰς διαλεκτικοὺς, ἠρωτήθη πρὸς Στίλπωνος· καὶ παραχρῆμα μὴ δυνάμενος διαλύσασθαι, ὑπὸ τοῦ βασιλέως τά τε ἄλλα ἐπετιμήθη, καὶ δὴ καὶ Κρόνος ἤκουσεν ἐν σκώμματος μέρει. ἐξελθὼν δὴ τοῦ συμποσίου, καὶ λόγον γράψας περὶ τοῦ προβλήματος, ἀθυμίᾳ τὸν βίον κατέστρεψε. καί ἐστιν ἡμῶν εἰς αὐτόν,

Κρόνε Διόδωρε τίς σε δαιμόνων κακῇ
Ἀθυμίᾳ ξυνείρυσεν,

DIODORVS.

Diodorus Amenij filius Iaseus, & ipse cognominatus Cronus, quem & Callimachus in Epigrammatis mordacissimè insectatur, ac parietibus inscribit illud, Cronus est sapiens. Erat & iste dialecticus, primúsque inuenisse à quibusdam existimatus est inuolutum & cornutum differendi genus. Hic apud Ptolemæũ Soterem commorãs, quum à Stilpone sermones quosdã dialecticos interrogatus extemplo nequiuisset soluere, à rege increpatus, Cronúsque in iurgio vocatus, conuiuiũ deseruit, egressúsque, librum de ea propositione conscripsit, vitámque mœrore finiuit. Est in ipsum nostrum epigramma in hunc modum,

Crone Diodore quis te dæmonum mala
Affectione compulit,

ἵν' αὐτὸς αὑτὸν ἐμβάλῃς εἰς τάρταρον,
Στίλπωνος οὐ λύσας ἔπη
Αἰνιγματώδη· τοιγὰρ εὑρέθης
Κρόνος,
Ἔξωθεν τοῦ ῥῶ κάππα τε.

Τῶν δ' ἀπὸ Εὐκλείδου ἐστὶ καὶ Ἰχθύας Μετάλλου, ἀνὴρ γενναῖος· πρὸς ὃν καὶ Διογένης ὁ κυνικὸς διάλογον πεποίηται. Κλεινόμαχός τε ὁ Θούριος, ὃς πρῶτος περὶ ἀξιωμάτων καὶ κατηγορημάτων, καὶ τῶν τοιούτων συνέγραψε. καὶ Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς, διασημότατος φιλόσοφος, περὶ οὗ λεκτέον.

Vt tu te in atrum mitteres in
tartarum,
Quòd non solutis Stilponis ænigmatis
Victus fuisti? iure ergo deprehenderis
Cronus remotis r, & cappa
literis.

Fluxit ab EVclide Ichthyas Metalli filius, vir illustris: ad quẽ Diogenes Cynicus dialogũ scripsit. Clinomachus item Thurius, qui primus de proloquiis & prædicamẽtis & cæteris huiusmodi scripsit. Est Stilpo Megarensis clarissimus philosophus, de quo nunc dicendum est.

ΣΤΙΛΠΩΝ.

Στίλπων, Μεγαρεὺς, τῆς Ἑλλάδος, διήκουσε μὲν τῶν ἀπ' Εὐκλείδου τινῶν· οἱ δὲ καὶ αὐτοῦ Εὐκλείδου ἀκοῦσαι φασὶν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ Θρασυμάχου τοῦ Κορινθίου, ὃς ἦν Ἰχθύα γνώριμος, καθά φησιν Ἡρακλείδης. τοσοῦτον δ' εὑρεσιλογίᾳ καὶ σοφιστείᾳ προῆγε τοὺς ἄλλους, ὥστε μικροῦ δεῆσαι πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ἀφορῶσαν εἰς αὐτὸν μεγαρίσαι. περὶ τούτου φησὶ Φίλιππος ὁ Μεγαρικὸς κατὰ λέξιν οὕτω,

STILPO.

Stilpo Megarensis, eius oppidi quod in Græcia est, audiuit quosdã ex EVclidis familia. Alij & ipsius EVclidis fuisse auditorem tradunt. Thrasymachi etiam Corinthij illius qui Ichthyæ familiaris erat, vt ait Heraclides. In tantum verò & inuentione & eloquẽtia præcessit alios, vt parum abfuerit, quin omnis Græcia in illum intenta, in Megara transisse diceretur. De eo Philippus Megaric⁹ ita fermè retulit.

Παρὰ μὲν γὰρ Θεοφράστου Μη-
τρόδωρον τὸν θεωρηματικὸν καὶ
Τιμαγόραν τὸν Γελῷον ἀπέσπα-
σε, παρὰ Ἀριστοτέλους δὲ τοῦ Κυ-
ρηναϊκοῦ Κλείταρχον καὶ Σιμ-
μίαν· ἀπὸ δὲ τῶν διαλεκτικῶν,
Παιώνειον μὲν ἀπὸ Ἀριστείδου.
Δίφιλον δὲ τὸν Βοσπορειανὸν
ΕΥφάντου καὶ Μύρμηκα τὸν Ἐ-
ξαινέτου, παραγενομένους ὡς
ἐλέγξοντας, ἀμφοτέρους ζη-
λωτὰς ἔσχε. χωρὶς δὲ τούτων,
Φρασίδημον μὲν τὸν περιπα-
τητικὸν καὶ φυσικὸν ἔμπειρον ὄν-
τα, προσηγάγετο, καὶ τὸν ῥητορικὸν
Ἄλκιμον, ἁπάντων πρωτεύ-
οντα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ῥητόρων,
Κράτητά τε, καὶ ἄλλους πλείστους
ὅσους ἐθήρασε· καὶ δὴ καὶ Ζήνω-
να τὸν φοίνικα μετὰ τούτων ἀ-
φείλετο. ἦν δὲ καὶ πολιτικώτα-
τος· καὶ γυναῖκα ἠγάγετο· καὶ ἑ-
ταίρᾳ συνῆν Νικαρέτῃ, ὥς
φησί που καὶ Ὀνήτωρ. καὶ θυ-
γατέρα ἀκόλαστον ἐγέννησεν,
ἣν ἔγημε γνώριμός τις αὐτοῦ
Σιμμίας Συρακούσιος. ταύ-
της οὐ κατὰ τρόπον βιούσης, εἰ-
πέ τις πρὸς τὸν Στίλπωνα,
ὡς καταισχύνοι αὐτόν· ὁ δὲ,
ΟΥ μᾶλλον (εἶπεν) ἢ ἐ-
γὼ ταύτην κοσμῶ. ἀπεδέ-
χετο δὲ αὐτὸν (φασὶ) καὶ

Á Theophrasto quidem Metrodorus illum speculationis studiosum, & Timagoram Geloum auulsit: ab Aristotele verò Cyrenaico, Clitarchum & Simmiam. Porro à dialecticis, Pæonium quidem ab Aristide; Diphilum verò Bosphorianum EVphanti, & Myrmecem Exęneti filium, qui ad se arguendum venerant, vtrosque sui studiosos habuit. Præter hos autem Phrasidemum peripateticum physicúmque peritissimum ad se attraxit, Alcimúmque oratorē omnium qui in Græcia tum florebant eminentissimum. Craterem insuper, & complures alios in sua retia induxit, Phœnicémque Zenonem vnà cum illis abstulit. Erat præterea maximè ciuilis, ac præter vxorē quam duxerat, Nicarete etiam pellice vtebatur, vt Onetor ait, filiámque parum pudicam genuit, quam duxit Simmias Syracusanus, eius necessarius. Hæc dum lasciuius viueret, Stilponíque à quodam renuntiatum esset eam sibi probro esse, Non, inquit, ista maiori mihi probro est, quam ego illi ornamento. Suscepit hunc honorificè vt (aiunt)

Πτολεμαῖος ὁ Σωτήρ, καὶ ἐγκρατὴς Μεγάρων γενόμενος, ἐδίδου τε ἀργύριόν τε αὐτῷ, καὶ παρεκάλει εἰς Αἴγυπτον συμπλεῖν. ὁ δὲ μέτριον μέν τι τἀργυρίου προσήκατο ἀρνησάμενος δὲ τὴν ὁδὸν, μετῆλθεν εἰς Αἴγιναν, ἕως ἐκεῖνος ἀπέπλευσεν. ἀλλὰ καὶ Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου, καταλαβὼν τὰ Μέγαρα, τήν τε οἰκίαν αὐτῷ φυλαχθῆναι, καὶ πάντα τὰ ἁρπασθέντα προυνόησεν ἀποδοθῆναι. ὅτε καὶ βουλομένῳ παρ' αὐτοῦ τῶν ἀπολωλότων ἀναγραφὴν λαβεῖν, ἔφη μηδὲν τῶν οἰκείων ἀπολωλέναι. παιδείαν γὰρ μηδένα ἐξενηνοχέναι, τόν τε λόγον ἔχειν καὶ τὴν ἐπιστήμην. καὶ αὐτῷ διαλεχθεὶς περὶ ἀνθρώπων εὐεργεσίας, οὕτως εἷλεν ὥστε προσέχειν αὐτῷ. τοῦτόν φασι περὶ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς τοῦ Φειδίου τοιοῦτόν τινα λόγον ἐρωτῆσαι, Ἆρά γε ἡ τοῦ Διὸς Ἀθηνᾶ, θεός ἐστι; φήσαντος δέ, Ναί· Αὕτη δέ (εἶπεν) οὐκ ἔστι Διὸς, ἀλλὰ Φειδίου· συγχωρουμένου δὲ, Οὐκ ἄρα (εἶπεν) αὕτη θεός ἐστιν. ἐφ' ᾧ καὶ εἰς Ἄρειον πάγον προσκληθέντα, μὴ ἀρνήσασθαι,

& Ptolemæus Soter, quum Megara, ipsius vrbem, victor obtinuisset, ac tradita sibi pecunia oraret vt in Ægyptum secum nauigaret. Tum ille pecuniæ modicum admisit: eam profectionem renuens, in Æginam contendit, quoad ille remearet. Demetrius quoque Antigoni filius quum cepisset Megara, domum illi reseruari, cunctámque direptam substantiam restitui curauit. Vbi, quum ea quæ amiserat, vt scriptis sibi traderet moneret, nihil ille suum se perdidisse respondit: quippe doctrinam & eruditionem sibi ademisse neminem, reliquamque sibi esse & eloquentiam & disciplinam, atque illum mortalis beneficentiæ admonuit tanta orationis vi, vt rex illius iam studiosus prorsus auditor fieret. Aiũt illum ita quendam de Phidiæ Minerua compellasse, Num, inquit, Minerua Iouis filia deus est? Quum verò annuisset ille, dixisse, At ista non Iouis, sed Phidiæ est: concedebat. Non ergo, inquit, ipsa deus. Qua ex re quum in Arium pagum pertractus fuisset, nihil inficiatum ferunt,

φάσκειν δ' ὀρθῶς διειλέχθαι. μὴ γὰρ εἶναι αὐτὴν θεόν, ἀλλὰ θεάν· θεοὺς δ' εἶναι τοὺς ἄρρενας. καὶ μέντοι τοὺς Ἀρεοπαγίτας ἀθέως αὐτὸν κελεῦσαι τῆς πόλεως ἐξελθεῖν. ὅτε καὶ Θεόδωρον τὸν ἐπίκλην θεὸν ἐπισκώπτοντα εἰπεῖν, Πόθεν δὲ τοῦτ' ἤδει Στίλπων; ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο; ἦν δ' ἀληθῶς, οὗτος μὲν θρασύτατος, Στίλπων δὲ κομψότατος. Κράτητος γοῦν αὐτὸν ἐρωτήσαντος, εἰ οἱ θεοὶ χαίρουσι ταῖς προσκυνήσεσι καὶ εὐχαῖς, φασὶν εἰπεῖν, Περὶ τούτων μὴ ἐρώτα, ἀνόητε, ἐν ὁδῷ, ἀλλὰ μόνον. τὸ δ' αὐτὸ καὶ Βίωνα ἐρωτηθέντα εἰ θεοί εἰσιν, εἰπεῖν·

Οὐκ ἀπ' ἐμοῦ σκεδάσεις ὄχλον ταλαπείριε πρέσβυ;

ἦν δ' ὁ Στίλπων καὶ ἀφελὴς, καὶ ἀνεπίπλαστος, πρός τε τὸν ἰδιώτην εὔθετος. Κράτητος γοῦν ποτε τοῦ κυνικοῦ πρὸς μὲν τὸ ἐρωτηθὲν οὐκ ἀποκριναμένου, ἀποπαρδόντος δὲ, ᾜδειν, ἔφη, ὡς πάντα μᾶλλον φθέγξῃ ἢ ἃ δεῖ. ἀλλὰ καὶ ἰσχάδα προτείναντος αὐτῷ ποτε καὶ ἐρώτημα,

imò rectè se loquutum asseruisse: non enim deum esse, sed deam: deos quippe mares esse: Areopagitas tamen nihilo placatiores factos, iussisse cótinuò ipsum vrbe excedere. quo etiam tempore Theodorum, cognomento deum, iurgio dixisse, Vnde hoc nouerat Stilpo? num amota palla ipsam inspexerat? Erat iste profectò audacissimus, verùm Stilpo vir compositissim⁹, & maximè facetus. Denique quum rogasset illum Crates an dij precationibus ac diuinis honoribus gaudeant, Noli me, inquit, fatue, in via de hisce rogare, sed solum ac seorsum. Hoc ipsum & Bionem interrogatũ, an sint dij, dixisse tradunt,

Tũne senex turbam à nobis propellere curas?

Fuit & Stilponi ingenium simplex, neque vlla simulatione fucatum, ita vt imperitę quoque concioni se accommodare nullo negotio posset. Cratete denique Cynico, semel ad id quod fuerat interrogatus non respõdente, sed crepitum ventris emittente: Sciebam, inquit, te omnia potius quam quæ deceret loquuturum. Caricam illi aliquando interrogatiunculámque proposuerat:

δεξάμενον καταφαγεῖν. τοῦ δὲ, Ὦ Ἡράκλεις, εἰπόντος, ἀπολώλεκα τὴν ἰσχάδα· Οὐ μόνον (ἔφη) ἀλλὰ καὶ τὸ ἐρώτημα, οὗ ἦν ἀρραβὼν ἡ ἰσχάς. πάλιν δὲ ἰδὼν τὸν Κράτητα χειμῶνος συγκεκαυμένον, Ὦ Κράτης (εἶπε) δοκεῖς μοι χρείαν ἔχειν ἱματίου καινοῦ, ὅπερ ἦν, νοῦ καὶ ἱματίου. καὶ τὸν αἰσχυνθέντα παρῳδῆσαι εἰς αὐτὸν οὕτω,

Καὶ μὴν καὶ Στίλπων' ἐσεῖδον
χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα
Ἐν Μεγάροις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.
Ἔνθα τ' ἐρίζεσκε, πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
Τὴν δ' ἀρετὴν παρὰ γράμμα διώκοντες κατέτριβον.

λέγεται δ' οὕτως Ἀθήνησιν ἐπιστρέψαι τοὺς ἀνθρώπους, ὥστ' ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων συνθεῖν ἵνα αὐτὸν θεάσωνται. καί τινος εἰπόντος, Στίλπων, θαυμάζουσί σε ὡς θηρίον, Οὐ μὲν οὖν, (εἰπεῖν) ἀλλ' ὡς ἄνθρωπον ἀληθινόν. δεινὸς δὲ ἄγαν ὢν ἐν τοῖς ἐριστικοῖς, ἀνῄρει καὶ τὰ εἴδη. καὶ ἔλεγε τὸν λέγοντα ἄνθρωπον εἶναι, μηδένα· οὔτε γὰρ τόνδε λέγειν οὔτε τόνδε. τί γὰρ μᾶλλον τόνδε ἢ τόνδε; οὔτε ἄρα τόνδε. καὶ πάλιν

cam verò ille statim comedit: & quum diceret illi Stilpo, Hercle, caricam perdidi, Non solum inquit) caricam, sed & interrogatiunculam, cuius arra hæc fuit carica. Rursus quum vidisset hyeme Cratetē adustū, O Crates, inquit, videris mihi nouo indigere pallio, quasi diceret, Veste & mente: ad hanc eius vocem rubore suffusum, ita in illum lusisse Cratetem,

Atqui ego Stilponem Megaris
mala multa ferentem,
Vidi, vbi monstrosi esse ferūt
habitacla Typhoei.
Hic contēdebat iuuenum comitante caterua,
Nil sani misera quàm de virtute docebat.

Fertur Athenis hominū ita in se studia vertisse, vt ex officinis ad eum confluerent visendum. Vbi quum quidā diceret, Admirantur te, ô Stilpo, veluti belluam, Minimè, inquit ille, sed velut hominem verum. Cæterum quum esset disputator acerrimus, species quoque tollebat, dicebátq; qui hominem diceret neminem esse, neque hunc aut hunc dicere. Qui enim hunc magis quam hunc? non igitur hunc. Rursúsque

Τὸ λάχανον οὐκ ἔστι τὸ δεικνύμενον· λάχανον μὲν γὰρ ἦν πρὸ μυρίων ἐτῶν. οὐκ ἄρα ἐστὶ τοῦτο λάχανον. φασὶ δ' αὐτὸν ὁμιλοῦντα Κράτητι, μεταξὺ σπεῦσαι ἰχθῦς πριάσασθαι. τοῦ δ' ἐπισπωμένου, καὶ φάσκοντος, Καταλείπεις τὸν λόγον; ΟΥ'κ ἔγωγε (ἔφη) ἀλλὰ τὸν μὲν λόγον ἔχω, σὲ δὲ καταλείπω· ὁ μὲν γὰρ λόγος περιμένει, τὸ δ' ὄψον πεπράσεται. φέρονται δ' αὐτοῦ διάλογοι ἐννέα ψυχροί, Μόσχος, Ἀρίστιππος ἢ Καλλίας, Πτολεμαῖος, Χαιρεκράτης, Μητροκλῆς, Ἀναξιμένης, Ἐπιγένης, Πρὸς τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, Ἀριστοτέλης. τούτου καὶ Ἡρακλείδην φησὶ τὸν Ζήνωνα ἀκοῦσαι τὸν τῆς στοᾶς κτίστην. γηραιὸν δὲ τελευτῆσαι φησὶν Ἕρμιππος, οἶνον προσενεγκάμενον, ὅπως θᾶττον ἀποθάνῃ. ἔστι δὲ καὶ εἰς τοῦτον ἡμῶν.

Τὸν Μεγαρέα τὸν Στίλπωνα (γινώσκεις δ' ἴσως)
Γῆρας, ἔπειτα νόσος κατέβαλε, δύσμαχον ζεῦγος,
Ἀλλ' οἶνον εὗρε τῆς κακῆς συνωρίδος
φέρτερον ἡνίοχον. πιὼν γὰρ ἤλασε.

Olus quod ostenditur non est. olus enim ante mille annos fuit: non est igitur hoc olus. Fertur quum Crateti colloqueretur, inter loquendum festinasse vt pisces emeret, quum eum ille retinere vellet ac diceret, Sermonem relinquis? Minimè, inquit: sed sermonē habeo, & te derelinquo. sermo quippe manet: cibus autem venum dabitur, nisi festinauero. Feruntur ipsius dialogi nouem, non satis gratiæ habētes, Moschus, Aristippus siue Callias, Ptolemæus, Chærecrates, Metrocles, Anaximenes, Epigenes, Ad filiam suam, Aristoteles. Huius auditorem fuisse Zenonem Stoicorum principem Heraclides refert. Senem verò defecisse Hermippus testis est, hausto prius mero, vt citius moreretur. Est autem in hunc Stilponē nostrum epigramma.

Stilpona nosti Megarensem illum forsitan,
Quem quum senectus cepit, morbus improbus,
Iugúmque triste, vinum biga pessima
Inuenit, aurigam illico longè optimum.

ἐκωμῳδήθη ὑπὸ Σοφίλου τοῦ κωμικοῦ ἐν δράματι Γάμοι.

Στίλπων ἐπὶ θύσμα θ' ὁ Χαρίνου λόγον.

Reprehensus est à Sophilo comico in comœdia quæ inscribitur Γάμοι.

ΚΡΙΤΩΝ.

Κρίτων, Ἀθηναῖος· οὗτος μάλιστα φιλοστοργότατα διετέθη πρὸς Σωκράτην, καὶ οὕτως ἐπιμελεῖτο αὐτοῦ ὥστε μηδέποτε λείπειν τι τῶν πρὸς τὴν χρείαν. καὶ οἱ παῖδες δὲ αὐτοῦ διήκουσαν Σωκράτους, Κριτόβουλος, Ἑρμογένης, Ἐπιγένης, Κτήσιππος. ὁ δ' οὖν Κρίτων διαλόγους γέγραφεν ἐν ἑνὶ φερομένους βιβλίῳ ἑπτακαίδεκα, τοὺς ὑπογεγραμμένους, Ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ μαθεῖν οἱ ἀγαθοί, Περὶ τοῦ πλεῖον ἔχειν, Τί τὸ ἐπιτήδειον, ἢ Πολιτικός, Περὶ τοῦ καλοῦ, Περὶ τοῦ κακουργεῖν, Περὶ εὐθημοσύνης, Περὶ νόμου, Περὶ τοῦ θείου, Περὶ τεχνῶν, Περὶ συνουσίας, Περὶ σοφίας, Πρωταγόρας, ἢ Πολιτικός, Περὶ γραμμάτων, Περὶ ποιητικῆς, Περὶ τοῦ καλοῦ, Περὶ τοῦ μαθεῖν, Περὶ τοῦ γνῶναι, ἢ Περὶ ἐπιστήμης, Τί τὸ ἐπίστασθαι.

CRITO.

Crito Atheniensis, vnus omnium maximè eximio quodam amore Socrati affectus est, atque eius ita curam egit vt nunquam aliquid ex his quæ sunt ad vsum necessaria illi deesse pateretur. Ipsius liberi Socratis auditores fuere, Critobulus, Hermogenes, Ctesippus, Epigenes. Crito igitur dialogos decem & septem scripsit, qui vno continentur codice, ita inscriptos, Non ex disciplinis constare probitatem, Quid sit abundare, Quid idoneum siue ciuile, De honesto, De Deo, Quid sit malefacere, De fertilitate, De lege, De artibus, De congressu, De sapientia, Protagoras siue Ciuilis, De literis, De poetica, De honesto, De disciplina, De sciētia, Quid sit scire.

ΣΙΜΩΝ.

Σίμων, Ἀθηναῖος, σκυτοτόμος. οὗτος, ἐρχομένου Σωκράτους ἐπὶ τὸ ἐργαστήριον, καὶ διαλεγομένου τινά, ὧν ἐμνημόνευε, ὑποσημειώσεις ἐποιεῖτο· ὅθεν Σκυτικοὺς αὐτοῦ τοὺς διαλόγους καλοῦσιν. εἰσὶ δὲ τρεῖς καὶ τριάκοντα ἐν ἑνὶ φερόμενοι βιβλίῳ· Περὶ θεῶν, Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, Περὶ τοῦ καλοῦ, Τί τὸ καλόν, Περὶ δικαίου πρῶτος, δεύτερος· Περὶ ἀρετῆς, ὅτι οὐ διδακτόν· Περὶ ἀνδρείας, πρῶτος, δεύτερος, τρίτος· Περὶ νόμου, Περὶ δημαγωγίας, Περὶ τιμῆς, Περὶ ποιήσεως, Περὶ εὐπαθείας, Περὶ ἔρωτος, Περὶ φιλοσοφίας, Περὶ ἐπιστήμης, Περὶ μουσικῆς, Περὶ ποιήσεως, Τί τὸ καλόν, Περὶ διδασκαλίας, περὶ τοῦ διαλέγεσθαι, περὶ κρίσεως, περὶ τοῦ ὄντος, περὶ ἀριθμοῦ, περὶ ἐπιμελείας, περὶ τοῦ ἐργάζεσθαι, περὶ φιλοκερδοῦς, περὶ ἀλαζονείας, περὶ τοῦ καλοῦ· οἱ δέ, περὶ τοῦ βουλεύεσθαι, περὶ λόγου, ἢ περὶ ἐπιτηδειότητος, περὶ κακουργίας. οὗτος (φασί) πρῶτος διελέχθη τοὺς λόγους τοὺς Σωκρατικούς. ἐπαγγελλομένου δὲ Περικλέους θρέψειν αὐτόν, καὶ κελεύοντος ἀπιέναι πρὸς αὐτόν,

SIMON.

Simon, Atheniensis coriarius. Quoties ad eius officinam perrexisset Socrates, atque dissereret, omnia quæ meminisse poterat, notabat. Vnde & ipsius dialogos Σκυτικοὺς appellant, quòd inter huiusmodi opifices sint habiti. Sunt autem numero XXXIII, qui vno itidem codice comprehenduntur. De diis, De bono, De honesto, Quid sit pulchrum & honestum, De iusto, duo: De virtute, quòd doceri non possit: De fortitudine siue virilitate, tres: De lege, De popularitate, De honore, De poesi, De bona valetudine, De amore, De philosophia, De scientia, De musica, Quid sit pulchrũ, De disciplina, De disserẽdo, De iudicio, De eo quod est, De numero, De diligẽtia, De operando, De auaro, De iactãtia, De honesto. Alij autẽ, De consulẽdo, De ratione siue aptitudine, De maleficentia. Fertur hic primus omnium Socraticos sermones disseruisse. Quũ autẽ Pericles polliceretur si ad se veniret, cũcta illi necessaria exhibiturum,

καὶ εἴη τὴν παῤῥησίαν ἀποδόσθαι. γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλος Σίμων ῥητορικὰς τέχνας γεγραφὼς καὶ ἕτερος, ἰατρὸς κατὰ Σέλευκον τὸν Νικάνορα. καί τις ἀνδριαντοποιός.

Libertatem (inquit) vendere consilij non fuerit. Fuit & alius Simon, qui scripsit artem rhetoricam: alius item medicus Seleuci & Nicanoris necessarius: atque alius quidam sculptor.

ΓΛΑΥΚΩΝ.

Γλαύκων, Ἀθηναῖος καὶ τούτου φέρονται ἐν ἑνὶ βιβλίῳ διάλογοι ἐννέα· Φείδυλος, Εὐριπίδης, Ἀμύντιχος, Εὔθιας, Λυσιθείδης, Ἀριστοφάνης, Κέφαλος, Ἀναξίφημος, Μενέξενος. φέρονται καὶ ἄλλοι δύο καὶ τριάκοντα, οἱ νοθεύονται.

GLAVCON.

Glaucon Atheniensis, nouem itidem in codice vno scripsit dialogos, Phidylum, EVripidem, Amyntichum, EVthiā, Lysithidem, Aristophanem, Cephalū, Anaxiphemum, Menexenum. Feruntur eius & alij trigintaduo, sed suspecti & supposititij.

ΣΙΜΜΙΑΣ.

Σιμμίας ὁ Θηβαῖος· καὶ τούτου φέρονται ἐν ἑνὶ βιβλίῳ διάλογοι τρεῖς καὶ εἴκοσι, περὶ σοφίας, περὶ λογισμοῦ, περὶ μουσικῆς, περὶ ἐπῶν, περὶ ἀνδρείας, περὶ φιλοσοφίας, περὶ ἀληθείας, περὶ γραμμάτων, περὶ διδασκαλίας, περὶ τέχνης, περὶ τοῦ ἐπιστατεῖν, περὶ πρέποντος. περὶ αἱρετοῦ καὶ φευκτοῦ, περὶ φίλου, περὶ τοῦ εἰδέναι, περὶ ψυχῆς, περὶ τοῦ εὖ ζῆν, περὶ δυνατοῦ, περὶ χρημάτων, περὶ ζωῆς, Τί τὸ καλὸν, περὶ ἐπιμελείας, περὶ ἔρωτος.

SIMMIAS.

Simmias Thebanus fuit. Et huius feruntur dialogi vigintitres, vno volumine, De sapientia, De veritate, De musica, De versibus, De fortitudine, De philosophia, De ratiocinatione, De literis, De doctrina, De arte, De regimine, De decoro, Quid eligēdum quidve fugiendum sit, De amico, De scientia, De anima, De bene viuendo, De possibili, De pecuniis, De vita, Quid sit honestum, De diligentia, De amore.

ΚΕΒΗΣ.

Κέβης, ὁ Θηβαῖος· καὶ τούτου φέρονται διάλογοι τρεῖς, Πίναξ, Ἑβδόμη, Φρύνιχος.

ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ.

Μενέδημος οὗτος τῶν ἀπὸ Φαίδωνος, Κλεισθένους, τοῦ τῶν Θεοπροπιδῶν καλουμένων υἱός, ἀνδρὸς εὐγενοῦς μὲν, ἀρχιτέκτονος δὲ καὶ πένητος. οἱ δὲ καὶ σκηνορράφον αὐτὸν εἶναι φασὶ, καὶ μαθεῖν ἑκάτερα τὸν Μενέδημον. ὅθεν γράψαντος αὐτοῦ ψήφισμά τι, καθήψατό τις Ἀλεξίνειος, εἰπὼν ὡς οὔτε σκηνὴν οὔτε ψήφισμα πρέπει γράφειν τῷ σοφῷ. πεμφθεὶς δὲ φρουρὸς ὁ Μενέδημος ὑπὸ τῶν Ἐρετριέων εἰς Μέγαρα, ἀνῆλθεν εἰς Ἀκαδημίαν πρὸς Πλάτωνα, καὶ θηραθεὶς κατέλιπε τὴν στρατείαν. Ἀσκληπιάδου δὲ τοῦ Φλιασίου περισπάσαντος αὐτὸν, ἐγένετο ἐν Μεγάροις παρὰ Στίλπωνα, οὗ ἀμφότεροι διήκουσαν. κἀντεῦθεν πλεύσαντες εἰς Ἦλιν, Ἀγχιπύλῳ καὶ Μόσχῳ τοῖς ἀπὸ Φαίδωνος παρέβαλον.

CEBES.

Cebes, & ipse Thebanus, scripsit dialogos tres, qui inscribuntur: Tabula, Septima, Phrynichus.

MENEDEMVS.

Menedemus Phædonis Clisthenis filij, ex familia Theopropidarum, filius fuit viri sanè nobilis, sed opificis, ac pauperis. Alij tabernaculorum sutorem fuisse tradunt, & vtrunque didicisse Menedemum. Quocirca, quū decretum quoddam tulisset, reprehensum ab Alexinio quodam, quòd scilicet non conueniret sapienti, neque tabernaculum neque decretum scribere. Missus autem ab Eretriensibus in Megaram præsidio futurus, contendit ad Platonem in Academiam, inque illius retia nō inuitus incidit, deseruitque militiam. Cæterum Asclepiade Phliasio ad se illum pertrahente, Megaris apud Stilponem egit, eiúsque ambo auditores fuere. Inde nauigantes Eliden, Anchipylo & Moscho Phædonis discipulis cōgressi sunt.

καὶ μέχρι μέν τινος (ὡς προείρηται ἐν τῷ περὶ Φαίδωνος) Ἠλειακοὶ προσηγορεύοντο. Ἐρετρικοὶ δ' ἐκλήθησαν ἀπὸ τῆς πατρίδος τοῦ περὶ οὗ ὁ λόγος. φαίνεται δὴ ὁ Μενέδημος σεμνὸς ἱκανῶς γεγενῆσθαι. ὅθεν αὐτὸν Κράτης παρῳδῶν φησι,

Φλιάσιόν τ' Ἀσκληπιάδην,
καὶ ταῦρον Ἐρετριέα.

ὁ δὲ Τίμων οὕτω,

Δόξαν ἀναστήσας ὀφρυωμένος
ἀφροσιβόμβαξ.

οὕτω δ' ἦν σεμνὸς, ὡς Εὐρύλοχον τὸν Κασσανδρέα μετὰ Κλεϊππίδου Κυζικηνοῦ μειρακίου κληθέντα ὑπὸ Ἀντιγόνου, ἀντειπεῖν· φοβεῖσθαι γὰρ μὴ Μενέδημος αἴσθηται. ἦν γὰρ καὶ ἐπιπληκτικὸς καὶ παρρησιαστής. μειρακίου γοῦν κατεθρασυνομένου, εἶπε μὲν οὐδέν· λαβὼν δὲ κάρφος, διέγραφεν εἰς τοὔδαφος ἀφροδισιαζομένου σχῆμα· ἕως ὁρώντων πάντων συνεὶς τὸ μειράκιον τὴν ὕβριν, ἀπηλλάχθη. Ἱεροκλέους δὲ ἐπὶ τοῦ Πειραιῶς συμπεριπατοῦντος αὐτῷ ἐπὶ Ἀμφιαράου, καὶ πολλὰ λέ-

atque tum adhuc, vt suprà (quum de Phædone loqueremur) dictum est, Ἠλειακοὶ appellabantur: postea verò ab eius patria, de quo nunc sermo est, Eretrici vocati sunt. Constat Menedemum honestate ac grauitate fuisse celebrem, qua ex re Cratetem quoque sic in illum iocatum,

Phliasiúmque Asclepiadem,
taurúmque Eretrensem.

Timon item, elato supercilio, quum dicturus assurgeret, fuisse illum, notat, his verbis,

Dicturus fastuosus erat, tu-
dibúsque cachinnus.

Adeo autem ea grauitate insignis fuit, vt quum Eurylochus Cassandræus ab Antigono accerseretur vnà cum Cleippide Cyziceno adolescente, abnuerit: metuere enim ne id Menedemus persentiat: erat enim summe in obiurgando grauitatis atque præcipuæ auctoritatis. Denique quum adolescens in illo motu temerario ferretur, dixit quidem nihil, cæterùm sumpta festuca pingebat in pauimento traiecti figuram, dum interim spectantibus omnibus adolescens insigni contumelia notari se intelligens, abscessit. Hierocles in Pireo de Amphiarao illum obtundebat, & quum

ὄντος περὶ τῆς ἁλώσεως τῆς Ἐρετρίας, ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶπεν, ἠρώτησε δὲ εἰς τί αὐτὴν Ἀντίγονος ἐμβάλλει. πρὸς δὲ τὸν θρασυνόμενον μοιχόν, Ἀγνοεῖς (ἔφη) ὅτι οὐ μόνον κράμβη χυλὸν ἔχει χρηστόν, ἀλλὰ καὶ ῥαφανῖδες; πρὸς δὲ τὸν νεώτερον κεκραγότα, Σκέψαι (ἔφη) μή τι ὄπισθεν ἔχων λέληθας. Ἀντιγόνου δὲ συμβουλευομένου εἰ ἐπὶ κῶμον ἀφίκοιτο, σιωπήσας τοῦτο μόνον ἐκέλευσεν ἀπαγγεῖλαι ὅτι βασιλέως υἱός ἐστι. πρὸς δὲ τὸν ἀναίσθητον ἀναφέροντά τι αὐτῷ εἰκαίως, ἠρώτησεν εἰ ἀγρὸν ἔχει· φήσαντος δὲ, καὶ πάμπλειστα κτήματα, Πορεύου τοίνυν (φησὶ) κἀκείνων ἐπιμελοῦ· μὴ συμβῇ σοι καὶ ταῦτα καταφθεῖραι, καὶ κομψὸν ἰδιώτην ἀποβαλεῖν. πρὸς δὲ τὸν πυθόμενον εἰ γήμαιτο ὁ σπουδαῖος, ἔφη, πότερον ἐγώ σοι σπουδαῖος δοκῶ, ἢ οὔ; φήσαντος δὲ εἶναι, Ἐγὼ τοίνυν (εἶπε) γεγάμηκα. πρὸς δὲ τὸν εἰπόντα πολλὰ τὰ ἀγαθά, ἐπύθετο πόσα τὸν ἀριθμόν, καὶ εἰ νομίζει πλείω τῶν ἑκατόν. μὴ δυνάμενος δὲ τῶν καλούντων ἐπὶ δεῖπνον μηδένα περιελεῖν τὴν πολυτέλειαν, κληθείς ποτε, οὐδὲν μὲν εἶπε

plurima de Eretriæ loquetetur excidio, nihil aliud loquutus est, tantùm rogauit quid in eũ Antigonus traiicit. Audacter exultanti adultero, Ignoras, inquit, nõ modò brassicæ succũ inesse iucundum, sed & rhaphano? Clamanti adolescentulo & vociferanti, Vide (inquit) ne quid retrò, dum nescis, habeas. Cõsultanti Antigono an luxuriosum adiret conuiuiũ, hoc illi solum renuntiari iussit, Memento regis te esse filium. Stupidum quẽdam nescio quid nihil ad rem dicentẽ, interrogauit an villam haberet, & quum ille multa se habere prędia dixisset, Perge, (inquit) & illorum curã gere, ne & illa negligenter curanda perdere cõtingat, & amittere simplicẽ vrbanitatem. Sciscitanti cuidam an vxor esset ducenda sapiẽti, Non ego, inquit, tibi sapiens videor? Et quũ annuisset ille, At ego (ait) duxi. Dicente quodam complura esse bona, rogat quot numero, & an putet plura esse quàm centum. Sæpius dolebat quòd luxuriosa conuiuia magnificúmque apparatum nequiret ferre.

σιωπῶν δι᾽ αὐτὸν ἐπέπληξε, μόνας ἐλαίας προσενεγκάμενος. ἐπεὶ δὴ οὖν τὸ παρρησιαστικὸν τοῦτο μικροῦ καὶ ἐκινδύνευσεν ἐν Κύπρῳ, παρὰ Νικοκρέοντι σὺν Ἀσκληπιάδῃ τῷ φίλῳ. τοῦ γάρ τοι βασιλέως ἐπιμήνιον ἑορτὴν τελοῦντος, καὶ καλέσαντος καὶ τούτους, ὥσπερ τοὺς ἄλλους φιλοσόφους, τὸν Μενέδημον εἰπεῖν, ὡς εἰ καλὸν ἦν ἡ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν συναγωγὴ, καθ᾽ ἡμέραν ἔδει γίνεσθαι τὴν ἑορτήν· εἰ δ᾽ οὔ, περιττῶς καὶ νῦν. πρὸς δὲ τοῦ ἀπαντήσαντος τοῦ τυράννου, καὶ εἰπόντος ὡς ταύτην τὴν ἡμέραν ἔχοι σχολάζουσαν πρὸς τὸ διακούειν φιλοσόφων, ἔτι καὶ μᾶλλον αὐστηρότερον ἐνέκειτο, δεικνὺς ἐπὶ τῆς θυσίας, ὡς χρὴ παντὶ καιρῷ φιλοσόφων ἀκούειν. ἕως, εἰ μή τις αὐλητὴς αὐτοὺς διεπέμψατο, κἂν ἀπώλοντο. ὅθεν χειμαζομένων ἐν τῷ πλοίῳ, τὸν Ἀσκληπιάδην φασὶν εἰπεῖν, ὡς ἡ μὲν τοῦ αὐλητοῦ εὐμουσία σέσωκεν αὐτούς, ἡ δὲ τοῦ Μενεδήμου παρρησία ἀπολώλεκεν. ἦν δὲ (φασὶ)

Vocatus verò semel ad cœnam, intuénsque lautissimis cibis diuitem mensam, nihil loquutus est, sed tacitus eam luxuriam coarguit, dũ solas oleas in cibum sumpsit. Huius denique libertatis causa parum abfuit quin in Cypro apud Nicocreontem periclitaretur cum Asclepiade amico. Nam quũ eos rex ad menstruam celebritatem euocasset, sicut & philosophos cæteros, Menedemum dixisse ferunt, Si quidem honesta est huiusmodi virorum congregatio, quotidie sunt festa celebranda: sin alias, superfluè quoque modò celebrat. Ad hæc tyrannus quum ita occurrisset, hanc diem habere se celebrẽ, vt negotiis omissis philosophis congredi liceret, ille seuerius adhuc in sententia perstitit, ostendens ex sacrificio oportere nunquam non philosophos audiendos. Quid plura? nisi à tibicine admoniti fuissent, forsitan periissent. Vnde quum in naui iactarentur fluctibus, Asclepiadem dixisse ferunt, tibicinis peritam modulatiõnẽ sese seruasse, Menedemi verò cõfidẽtiã perdidisse. Erat autem (vt fertur)

καὶ ἁπλῶς ἐπὶ [illegible] ἀδιάφορος. οὔτε γοῦν τάξιν τινὰ περὶ αὐτὸν βλέπειν, οὔτε βάθρα κύκλῳ διέκειτο, ἀλλ' ἐκεῖ ἕκαστος ἔτυχε περιπατῶν ἢ καθήμενος ἤκουε καὶ αὐτὸς οὕτω. τὰ [illegible] δεδιὼς ἀδοξίας [illegible] (φασὶν) καὶ ἄλλως καὶ φιλόδοξος. ὥστε πρότερον τέκτονι συνεργαζομένους αὐτός τε καὶ ὁ Ἀσκληπιάδης, ὁ μὲν Ἀσκληπιάδης ἐφαίνετο γυμνὸς ἐπὶ τοῦ τέγους τὸν πηλὸν περιφέρων, ὁ δὲ εἴ τινα ἴδοι ἐρχόμενον, παρεκρύπτετο. ἐπεὶ δ' ἥψατο τῆς πολιτείας, οὕτως ἦν ἀγωνιάτης, ὥστε καὶ τὸν λιβανωτὸν ἐπιθεὶς διήμαρτε καὶ τοῦ θυμιατηρίου. καί ποτε Κράτητος περιστάντος αὐτὸν, καὶ καθαπτομένου εἰς τὸ ὅτι πολιτεύεται, ἐκέλευσε τισὶν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμβαλεῖν αὐτόν. τὸν δὲ μηδὲν ἧττον τηρεῖν παριόντα καὶ ὑπερκύπτοντα, Ἀγαμεμνόνειόν τε καὶ Ἡγησίπολιν ἀποκαλεῖν. ἦν δέ πως ἠρέμα καὶ δεισιδαιμονέστερος. ἀμέλει συνὼν Ἀσκληπιάδῃ κατ' ἄγνοιαν ἐν πανδοκείῳ ποτὲ κρεάτων ῥιφθέντων, φαγὼν, ἐπειδὴ

& simplici in docendo apparatu, neque in schola vllum circa illũ, vt fieri solet, ordinẽ vidisses. Non subsellia erant per gyrũ disposita, non aliud quippiã; sed vt singulis aut sedere, aut stare, aut ambulare contingit, ita illum audiebãt. Alias tamen gloriæ auidũ, ignominiæque metuentem fuisse tradunt. adeo, vt quum prius opifici suam ipse atque Asclepiades nauaret operam, & Asclepiades super tecta lutum ferre cerneretur nudus, is, si quem aspiceret prætereuntẽ, occultaretur. Postea verò quàm ad remp. accessit, ita erat anxius atque solicitus, vt quũ aliquando thura poneret, extra thuribulum mitteret. Circũsteterat illum Crates aliquando, & quòd ciuilia negotia subisset, probro dabat. Tum ille quibusdam præcepit vt illũ careeri includerent. Ille nihilominus prætereuntem obseruabat, respiciénsque Agamemnoniũ & Ἡγησίπολιν vocabat. Erat autem nescio quid in eo religionis, & in superstitionem pronior. Denique manducauerat aliquando per ignorãtiam in taberna meritoria proiectas carnes cũm Asclepiade. Id quum animad-

μένου, ἠναντία τε καὶ ὤχρια
ἕως Ἀσκληπιάδης ἐπετίμη-
σεν αὐτῷ, ὡς οὐδὲν (εἰπών) ἠ-
νώχλησεν αὐτὸν τὰ κρέα, ἡ δὲ
περὶ τούτων ὑπόνοια. τὰ δ' ἄλ-
λα μεγαλόψυχος ἀνὴρ ἦν καὶ
ἐλευθέριος. κατά τε τὴν ἕξιν
τοῦ σώματος, ἤδη καὶ πρεσ-
βύτης ὑπάρχων, οὐδὲν ἧττον ἀ-
θλητοῦ στερεός τε καὶ ἐπικε-
καυμένος τὸ εἶδος· πίων τε καὶ
τετριμμένος. τὸ δὲ μέγεθος
σύμμετρος, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ
ἀνδριάντος τοῦ ἐν Ἐρετρίᾳ ἐν τῷ ἀρ-
χαίῳ σταδίῳ. ἔστι γὰρ (ὡς ἐπίτη-
δες) παραγυμνός, τὰ πλεῖστα
μέρη φαίνων τοῦ σώματος. ἦν
δὲ καὶ φιλυπόδοχος, καὶ (διὰ τὸ
νοσῶδες τῆς Ἐρετρίας) πλείω
συνῆγε συμπόσια ἐν οἷς καὶ
ποιητῶν καὶ μουσικῶν. ἠσπά-
ζετο δὲ καὶ Ἄρατον καὶ Λυκό-
φρονα, τὸν τῆς τραγῳδίας ποιη-
τὴν καὶ τὸν Ῥόδιον Ἀνταγόραν.
μάλιστα δὲ πάντων Ὁμήρῳ
προσεῖχεν· εἶτα καὶ τοῖς μελι-
κοῖς· ἔπειτα Σοφοκλεῖ, ἔτι δὲ καὶ
Ἀχαιῷ, ᾧ καὶ τὸ δευτερεῖον ἐν
τοῖς σατυρικοῖς, Αἰσχύλῳ δὲ τὸ
πρωτεῖον ἀπεδίδου. ὅθεν καὶ
πρὸς τοὺς ἀντιπολιτευομένους
ταῦτα (φασὶ) λέγειν.

animaduertisset, nausea pal
loréque turbabatur, donec
illum Asclepiades seuerius
obiurgans, non carnes di-
ceret eiusce mutationis cau
sam esse, sed præsumptam
de illis fatuam opinionem.
Aliâs magnanimus fuit vir,
& planè liberalis. Corporis
in eo iá senis habitus & sta-
tus durabat qui erat in iu-
uene, athletæ instar firmus,
validus atque adusta facie;
obesus item & attritus fuit,
mediocrísque proceritatis,
vt ex ea cōstat imagine quæ
Eretriæ in veteri stadio cer-
nitur. Est enim veluti ex in-
dustria ita sculpta, vt cūcta
ferè nuditatem corporis
præferat. Erat præterea in
suscipiendis amicis omni
officio deditus: & quia pa-
rum salubris erat Eretria,
conuiuia sæpe inter poetas
musicósque celebrabat. A-
mabat Aratū & Lycophro-
nem tragicum poetam, An-
tagorámque Rhodium, sed
maximè omnium studebat
Homero: deinde etiā lyri-
cis: deinceps Sophocli, at-
que Achæo inter satyros
veluti secundas partes, Æ-
schylo autem primas sem-
per dabat. Vnde & aduersus
eos qui contra in republ.
sentirent ita ferebatur,

Ἡλίσκετ' ἄρα καὶ πρὸς ἀσθενῶν ταχὺς,
Καὶ πρὸς χελώνης αἰετὸς βραχεῖ χρόνῳ.

ταῦτα δέ ἐστιν Ἀχαιοῦ ἐκ τῆς σατυρικῆς Ὀμφάλης. ὥστε πταίουσιν οἱ λέγοντες μηδὲν αὐτὸν ἀνεγνωκέναι πλὴν τῆς Μηδείας τῆς Εὐριπίδου, ἣν ἐν τοῖς Νεόφρονος εἶναι τοῦ Σικυωνίου φασί. τῶν δὲ διδασκάλων τῶν περὶ Πλάτωνα καὶ Ξενοκράτην ἔτι τε Παραιβάτην τὸν Κυρηναῖον κατεφρόνει. Στίλπωνα δ' ἐτεθαυμάκει· καί ποτε ἐρωτηθεὶς περὶ αὐτοῦ, ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶπε πλὴν, Ὅτι ἐλευθέριος. ἦν δὲ καὶ δυσκατανόητος ὁ Μενέδημος, καὶ ἐν τῷ συνθέσθαι δυσανταγώνιστος. ἐστρέφετό τε πρὸς πάντα, καὶ ηὑρεσιλόγει. ἐριστικώτατός τε (καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν Διαδοχαῖς) ἦν, καὶ δὴ καὶ τόδε ἠρώτα, Τὸ ἕτερον, τοῦ ἑτέρου ἕτερόν ἐστι; Ναί. Ἕτερον δ' ἐστὶ τὸ ὠφελεῖν τοῦ ἀγαθοῦ; Ναί. Οὐκ ἄρα τὸ ἀγαθὸν, ὠφελεῖν ἐστίν. ἀνῄρει δὲ (φασὶ) καὶ τὰ ἀποφατικὰ τῶν ἀξιωμάτων, καταφατικὰ τιθείς.

Deprehensus olim est ab impotenti celer,
Et tarda cepit testudo regem alitum.

Hæc autem Achæi sunt ex Omphale satyrica. Falluntur igitur qui illum nihil præter EVripidis Medeam legisse dicunt, quam inter Sicyonij Neophronis poemata legũt. Magistros, Platonem & Xenocratem, preterεáque Paræbatem Cyrenaicum aspernabatur. Stilponem solum admirabatur. De quo dùm aliquando interrogaretur, nihil aliud dixit, nisi Liberalis est. Erat illi ingeniũ varium & callidum, atque in componẽdo ita orationem accõmodabat, vt neque quũ vellet, emergere prospiceretur, atque ideo illi difficilè occurreretur. Versabat omnia, infinitámque orationis copiã fundebat. Acerrimus item in concionibus erat, vt in Successionib. tradit Antisthenes, atque huiusmodi rogatiunculis cõpellare solebat, Num aliud ab alio differt? ita sanè. Aliud est autem prodesse quàm bonũ? cõcedebatur. Nõ igitur prodesse bonum est. Tollebat & proloquia negatiua, affirmatiua verò ponebat.

καὶ τούτων τὰ ἁπλᾶ προσδεχόμενος, τὰ οὐχ ἁπλᾶ ἀνῄρει, λέγων δὲ συνημμένα καὶ συμπεπλεγμένα. φησὶ δ' Ἡρακλείδης ἐν μὲν τοῖς δόγμασι πλατωνικὸν εἶναι αὐτόν, διαπαίζειν δὲ τὰ διαλεκτικά· ὥστε Ἀλεξίνου ποτὲ διερωτήσαντος εἰ πέπαυται τὸν πατέρα τύπτων, Ἀλλ' οὔτ' ἔτυπτον (φάναι) οὔτε πέπαυμαι. πάλιν τ' ἐκείνου λέγοντος, ἐχρῆν εἰπόντα, ναὶ, ἢ οὒ, λῦσαι τὴν ἀμφιβολίαν, Γελοῖον (εἶπε) τοῖς ὑμετέροις νόμοις ἀκολουθεῖν, ἐξὸν ἐν πύλαις ἀντιβῆναι. Βίωνός τε ἐπιμελῶς κατατρέχοντος τῶν μάντεων, νεκροὺς αὐτὸν ἐπισφάττειν ἔλεγε. καί ποτέ τινος ἀκούσας ὡς μέγιστον ἀγαθὸν εἴη τὸ πάντων ἐπιτυχεῖν ὧν τις ἐπιθυμεῖ, εἶπεν, πολὺ δὲ μεῖζον τὸ ἐπιθυμεῖν ὧν δεῖ. φησὶ δ' Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος γράψαι αὐτὸν μηδὲν, μηδὲ συντάξαι, ὥστε μηδὲ στηρίζειν ἐπί τινος δόγματος. ἐν δὲ ταῖς ζητήσεσι (φησὶν) οὕτω μάχιμος ἦν ὥστ' ὑπώπια φέρων ἀπῄει. ὅμως δὲ τοιοῦτος ἐν τοῖς λόγοις ὑπάρχων, ἐν τοῖς ἔργοις πρᾳότατος ἦν.

Simplicia, ex iis maxime probans quæ simplicia non sunt, auferebat, ea & coniūcta & complexa dicēs. Scribit Heraclides, decretis quidem eum fuisse Platonicū, dialecticē autem eum fuisse aspernatū. Denique sciscitanti Alexino an adhuc patrem cædere desisset, dixisse, Neque cecîdi, neque desij. Addente illo oportere ambiguitatem solui, Ita, vel Non, dicendo, Ridiculum (inquit) est, vestras leges sequi, quum liceat in portis reluctari, & cōtrà niti. Quū Bion diuinos studiosè ac diligenter insectaretur, mortuos illum iugulare dixit. Alio rursus dicente, maximum esse bonum omnibus quæ quisque cupiat frui, Multo (inquit) maius est ea solum quæ deceat cupere. Refert Antigonus Carystius, eū nihil scripsisse neque composuisse, ita ne dogma quidē vllum asseruisse. Porro in quæstionibus (inquit) ita pugnax erat, vt non prius discederet quā in eius oculis ardentis spiritus indicia deprehenderentur. Verumenimuero quū in verbis esset talis, factis tamen erat placidissimus.

Ἀλεξῖνον γοῦν πολλὰ καταπαίζων καὶ σκληρῶς ἐπισκώπτων, ὅμως αὐτὸν εὖ ἐποίησε, τὴν γυναῖκα παραπέμψας ἐκ Δελφῶν ἕως Χαλκίδος, εὐλαβουμένην κλωπείας τε καὶ τὰς καθ' ὁδὸν λῃστείας. φίλος τε ἦν μάλιστα, ὡς δῆλον ἐκ τῆς πρὸς Ἀσκληπιάδην συμπνοίας, οὐδέν τι διαφερούσης Πυλάδου φιλοστοργίας. ἀλλὰ πρεσβύτερος Ἀσκληπιάδης, ὡς λέγεσθαι ποιητὴν μὲν αὐτὸν εἶναι, ὑποκριτὴν δὲ Μενέδημον. καί ποτέ φασιν Ἀρχιπόλιδος τρισχίλια αὐτοῖς διαγράψαντος, συμφιλονεικήσαντας περὶ τοῦ τίς δεύτερος ἄρῃ, μηδέτερον λαβεῖν. λέγεται δὲ καὶ γυναῖκας ἀγαγέσθαι αὐτούς· ὧν τὴν μὲν θυγατέρα Ἀσκληπιάδην, τὴν δὲ μητέρα Μενέδημον. κἀπειδὴ ἐτελεύτησε τῷ Ἀσκληπιάδῃ τὸ γύναιον, λαβεῖν τὸ τοῦ Μενεδήμου· ἐκεῖνόν τε, ἐπειδὴ προέστη τῆς πολιτείας, πλουσίαν γῆμαι. οὐδὲν μέντοι ἧττον μιᾶς οὔσης οἰκίας ἐπιτρέψαι τὸν Μενέδημον τὴν διοίκησιν τῇ προτέρᾳ γυναικί. ὁ μέντοι Ἀσκληπιάδης προκατέστρεψεν ἐν Ἐρετρίᾳ γηραιὸς ἤδη, συ-

Denique quũ Alexino plurimum illuderet & obiurgaret grauiter, fouit tamen illum beneficiis. Nam ipsius cõiugem ex Delphis Chalcidem vsque deduxit, itineris furta latrociniáque metuentem. Amicitias piè sanctéque tuebatur, vt ex ea quę illi cum Asclepiade fuit coniunctione constat, quæ profectò adeo insignis erat, vt nihil à Pyladis distaret beneuolentia. Verùm maior natu erat Asclepiades, ita vt poeta ipse, Menedemus verò histrio diceretur. Fertur Archeopolis tria millia illis designasse: & quũ orta esset amica contentio vter secũdo loco acciperet, neutrum accepisse. Vxores quoque ambos duxisse fama est, Menedemum matrem, Asclepiadem filiã: & quum defuncta esset vxor Asclepiadis, Menedemi cepisse coniugem: illúmque quòd reipub. præesset, aliam duxisse nobilem & locupletem: nihilominus quoniã communis eis erat domus, rei familiaris administrationem priori vxori permisisse. Igitur Asclepiades ante illũ vita excessit Eretrię, iam longæuus,

ζήσας τῷ Μενεδήμῳ σφόδρα
ἁπλῶς ἀπὸ μεγάλων. ὥστε
καὶ μετὰ χρόνον ἐλθόντος ἐπὶ
κῶμον ζωμένου τοῦ Ἀσκλη-
πιάδου, καὶ τῶν νεανίσκων ἀπο-
κλειόντων αὐτὸν, ὁ Μενέδημος
ἐκέλευσεν εἰσδέξασθαι, εἰπὼν,
ὅτι Ἀσκληπιάδης αὐτῷ, καὶ
κάτω γῆς ὢν, τὰς θύρας ἀνοίγ-
νυσι. δ' οἱ σωματοποιήσαντες
αὐτοὺς, Ἱππόνικός τε ὁ Μακε-
δὼν καὶ Ἀγήτωρ ὁ Λαμιεύς· ὁ
μὲν, ἑκατέρῳ δοὺς τριάκοντα
μνᾶς, ὁ δ' Ἱππόνικος Μενεδή-
μῳ εἰς ἔκδοσιν τῶν θυγατέρων
δισχιλίας δραχμάς. ἦσαν δὲ
τρεῖς, (καθά φησιν Ἡρακλεί-
δης) ἐξ Ὠρωπίας αὐτῷ γυναι-
κὸς γεγενημέναι. τὰ δὲ συμπόσι-
α τοῦτον ἐποιεῖτο τὸν τρόπον·
προηρίστα μετὰ δυοῖν ἢ τριῶν,
ἕως βραδέως ἦν τῆς ἡμέρας. ἔ-
πειτά τις ἐκάλει τοὺς παραγε-
νομένους, καὶ αὐτοὺς ἤδη δεδει-
πνηκότας. ὥστε εἴ τις ἦλθοι θᾶτ-
τον, ἀνακάμπτων ἐπυνθάνετο τῶν
ἐξιόντων τί εἴη παρακείμενον,
καὶ πῶς ἔχοι τοῦ χρόνου. εἰ μὲν
οὖν λάχανον ἢ ταρίχιον, ἀνε-
χώρουν· εἰ δὲ κρεάδιον, εἰσῄεσ-
αν. ἦν δὲ τοῦ μὲν θέρους ψίαθος ἐπὶ
τῶν κλινῶν, τοῦ δὲ χειμῶνος, κώ-

quum vnà diu memorabili
beneuolētię suauitate vixis-
sent. Fertur post aliquan-
tum temporis quum Ascle-
piadis amasius ad cōuiuium
venisset, arceréntque illum
ianūis adolescentes, Mene-
demum iussisse introduci,
ac dixisse, Asclepiades etiā
sepultus ei ianuas aperit. E-
rant autem qui ambos fo-
uerent, Hipponicus Mace-
do & Agetor Lamieus. Ex
his alter vtrique x x x mi-
nas largitus. Hipponicus
verò Menedemo duo millia
drachmarum in filiarum
dotem. Duxerat autem (vt
ait Hraclides) ex Oropia
vxores tres. Porrò conuiuia
in hunc modum faciebat.
Prius ipse cum duobus aut
tribus prandebat, dum dies
in vesperam vergeret. Tum
verò vocabat quispiam eos
qui aduenerāt & ipsos iam
cœnatos. Itaque siqui ci-
tius venisset, percontaba-
bantur exeuntes quid esset
appositum, an recens id
esset necne, & siquidem vel
olusculum vel satiuscu-
lum quippiam audissent,
recedebant, sin verò car-
nes, ingrediebantur. Lectu-
lis ęstate ψίαθον, hyeme ver-
uecum pelles superpone-

διον. προσκεφάλαιον δ' αὐτῷ φέρειν ἔδει τι, τὸ περιαγόμενον ποτήριον, οὐ μεῖζον ἦν κοτυλιαίου· τράγημα, θέρμος, ἢ κύαμος· ἔστι δ' ὅτε καὶ τῶν ὡραίων ἄπιος, ἢ ῥόα, ἢ ὦχροι, ἢ νὴ Δί' ἰσχάδες. ἃ πάντα φησὶν ὁ Λυκόφρων ἐν τοῖς σατύροις αὐτοῦ, οὓς Μενέδημον ἐπέγραψεν, ἐγκώμιον τοῦ φιλοσόφου ποιήσας τὸ δρᾶμα. ὧν καί τινά ἐστι τοιαυτί,

Ὡς ἐκ βραχείας δαιτὸς ἡ βαιὰ κύλιξ

Αὐτοῖς κυκλεῖται πρὸς μέτρον, τράγημα δὲ

Ὁ σωφρονιστὴς τοῖς φιληκόοις λόγος.

Τὰ μὲν οὖν πρῶτα κατεφρονεῖτο, κύων καὶ λῆρος ὑπὸ τῶν Ἐρετριέων ἀκούων· ὕστερον δὲ ἐθαυμάσθη, ὥστε καὶ τὴν πόλιν ἐγχειρίσασθαι. ἐπρέσβευσε δὲ καὶ πρὸς Πτολεμαῖον, καὶ Λυσίμαχον, τιμώμενος πανταχοῦ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς Δημήτριον. καὶ τῆς πόλεως διακόσια τάλαντα τελούσης πρὸς ἔτος αὐτῷ, τὰ πεντήκοντα ἀφεῖλε. πρὸς ὃν διαβληθεὶς, ὡς τὴν πόλιν ἐγχειρίζων Πτολεμαίῳ, ἀπολογεῖται δι' ἐπιστολῆς, ἧς ἡ ἀρχή,

bant. Porrò puluinar sibi afferri oportebat. Poculum quod circumagebatur, cotyla maius non erat. Bellaria illis, fabæ ac lupini. Interdum verò & pyra vel mala punica & huiusmodi, cùm matura, tùm præcocia, sæpe & caricæ. Ea omnia memorat Lycophron in satyra quam inscripsit Menedemum, philosophi cõscribens laudes. quorum quædã huiusmodi quoque sunt.

Vt ex pusillo poculum conuiuio

Versatur illis ad mensuram, sed metu

Sermo eruditus studiosis fuit bellaria.

Primo igitur contemptui haberi cœpit, canísque ab Eretriensibus ac delirus appellari. Postea verò in summa admiratione omnium fuit, adeo vt ciuitatis quoque gubernacula ipsi traderentur: legationibúsque crebris ad Ptolemæum & Lysimachum, præterea ad Demetrium functus, vbique honoratus est. Quúmque illi ciuitas ducenta quotannis talenta persolueret, quinquaginta remisit. Apud quem accusatus quòd traderet Ptolemæo ciuitatem, se per epistolam purgauit, cuius hoc initium:

Μενέδημος βασιλεῖ Δημητρίῳ χαίρειν. Ἀκούω πρός σε ἀναπεθῆναι περὶ ἡμῶν λόγους τοῦ διαβάλλειν αὐτὸν τῶν ἀντιπολιτευομένων τινὰ Αἰσχύλον. δοκεῖ δ' σεμνότατα πρεσβεῦσαι πρὸς Δημήτριον ὑπὲρ τοῦ Ὠρωποῦ, ὡς καὶ ΕΥ'φαντος ἐν ἱστορίαις μνημονεύει. ἠγάπα δ' αὐτὸν καὶ Ἀντίγονος, καὶ μαθητὴν ἀνεκήρυττεν αὐτόν. καὶ ἡνίκα ἐνίκα τοὺς βαρβάρους περὶ Λυσιμαχίαν, γράφει ψήφισμα αὐτῷ Μενέδημος ἁπλοῦν τε καὶ ἀκόλακον, οὗ ἡ ἀρχή, Οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ πρόβουλοι εἶπον, Ἐπειδὴ βασιλεὺς Ἀντίγονος μάχῃ νικήσας τοὺς βαρβάρους, παραγίνεται εἰς τὴν ἰδίαν, καὶ τἄλλα πάντα πράσσει κατὰ γνώμην, ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. διὰ ταῦτα δὴ καὶ τὴν ἄλλην φιλίαν ὑποπτευθεὶς προδιδόναι τὴν πόλιν αὐτῷ, διαβάλλοντος Ἀριστοδήμου, ὑπεξῆλθε· καὶ διέτριβεν ἐν Ὠρωπῷ, ἐν τῷ τοῦ Ἀμφιαράου ἱερῷ· ἔνθα χρυσῶν ποτηρίων ἀπολομένων (καθά φησιν Ἕρμιππος) δόγματι κοινῷ τῶν Βοιωτῶν ἐκελεύσθη μετελθεῖν. ἐντεῦθεν ἀθυμήσας λαθραίως,

Menedem⁹ Demetrio regi.

Audio tibi de nobis plurima fuisse narrata, &c. Per eam illum admonet caueret vnum ex iis qui sibi essent infensi, Æschylum nomine. Constat illum ad Demetriũ pro Oropo grauissime legatione functum, vt EVphantus quoq; in Historiis meminit. Erat eius in primis studiosus Antigonus, séque ipsius discipulum esse prædicabat, & quum barbaros fudisset circa Lysimachiã, decretũ ei scripsit simplex atque ab assentatione alienum, cuius initium est: Duces & consilij primores dixerunt, Quoniam Antigonus rex prælio domitis barbaris aduenit in Eliam, cɶ́que prosperè cuncta succedunt, visum est senatui ac plebi. Horum igitur gratia, & præterea propter summam cum illo amicitiam, quòd illi ciuitatem proderet suspectus habitus, insimulante Aristodemo, clàm exiit, atque Oropi moratus est in Amphiarai phano. Ibi quũ periissent aurei calices (vt Hermippus ait) communi Bœotiorum decreto loco migrare iussus est. Inde profectus mœrẽs,

παρεισδὺς εἰς τὴν πατρίδα, καὶ τήν τε γυναῖκα καὶ τὰς θυγατέρας παραλαβών, πρὸς Ἀντίγονον ἐλθών, ἀθυμίᾳ τὸν βίον κατέστρεψε. φησὶ δ' αὐτὸν Ἡρακλείδης, πᾶν τοὐναντίον, πρόβουλον γινόμενον τῶν Ἐρετριέων πολλάκις ἠλευθερωκέναι τὴν πόλιν ἀπὸ τῶν τυράννων, ἐπαγομένων Δημήτριον. οὐκ ἂν δὴ οὖν προδοῦναι αὐτὸν Ἀντιγόνῳ τὴν πόλιν, ἀλλὰ διαβολὴν ἀναλαβεῖν ψευδῆ· φοιτᾶν τε πρὸς τὸν Ἀντίγονον, καὶ βούλεσθαι ἐλευθερῶσαι τὴν πατρίδα. τοῦ δὲ μὴ εἴκοντος, ὑπ' ἀθυμίας ἀσιτήσαντα ἑπτὰ ἡμερῶν, τὸν βίον μεταλλάξαι. τὰ ὅμοια τούτῳ καὶ Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἱστορεῖ. μόνῳ δὲ Περσαίῳ διαπρύσιον εἶχε πόλεμον. ἐδόκει γάρ, Ἀντιγόνου βουλομένου τὴν δημοκρατίαν ἀποκαταστῆσαι τοῖς Ἐρετριεῦσι χάριν Μενεδήμου, κωλῦσαι. διὸ καί ποτε παρὰ πότον ὁ Μενέδημος διελέγξας αὐτὸν τοῖς λόγοις, τά τε ἄλλα ἔφη, καὶ δή, φιλόσοφος μὲν τοιοῦτος, ἀνὴρ δὲ καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν γενησομένων κάκιστος. ἐτελεύτα δὲ (κατὰ τὸν Ἡρακλείδην) τέταρτον καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος βιούς.

& patriam clanculum ingressus, vxorem ac filias sumens, se ad Antigonū contulit, ibíque vitam mœrore terminauit. Refert Heraclides his omnino contraria. Nam illum, senatus principem, Eretriam à tyrannis sæpe liberasse Demetrij viribus fretum. Non igitur Antigono prodidisse ciuitatem, sed falsam subiisse calumniā, profectúmque ad Antigonum, quum, vt patriam è seruitute eriperet, illum inducere non posset, septem dies totos cibo abstinuisse, atque ex animi dolore vita excessisse. His similia & Antigonus Carystius refert. Soli autem Persæo inexorabile indixit bellum. Haud enim obscurum erat, Antigonū, quum Menedemi gratia, Eretriēsibus rempub. voluisset restituere, ab eo fuisse prohibitum. Quocirca in conuiuio Menedemus in illum acriter innectus, inter cætera sic ait, Atqui iste quidē philosophus est, sed vir omnium qui sunt aut fuerunt vel futuri sunt profectò nequissimus. Moritur autem (vt ait Heraclides) septuagesimumtertium agens ætatis annum.

καὶ εἰς αὐτὸν ἡμῶν ἐστιν οὕτως ἔχον.

Ἔκλυον (Μενέδημε), τεὸν μόρον, ὡς
Ἑκὼν ἀπέσβης, ἐν ἡμέραισιν ἑπτὰ
Μηδὲν ἐσθίων. εἶτ' ἔργον ἔρεξας Ἐρετρικόν,
Ἀλλ' ὅμως ἄνανδρον, ἀψυχίη γὰρ ἡγεμών.

Ἐπιγ.

Καὶ οὗτοι μὲν οἱ Σωκρατικοί, καὶ οἱ ἀπ' αὐτῶν. μετιτέον δὲ ἐπὶ Πλάτωνα τὸν τῆς Ἀκαδημίας κατάρξαντα, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ, ὅσοι γεγόνασιν ἐλλόγιμοι.

In eius autem laudem nos quoque ita scripsimus.

Audita nobis Menedeme mors est tua,
Qui sponte ad septem dies nihil sumpseris
Ciborum, opus quidem aggressus Eretricum,
Sed non virile: suasit nam impotentia
Hac animi.

Et hi quidem Socratici & qui ab eis profecti sunt. Transeundum autem est ad Platonem, qui instituit Academiam, & ad eos qui ab ipso, quotquot fuerunt, eloquentes.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ ΠΕΡΙ
βίων, δογμάτων καὶ ἀποφθεγμάτων, τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ
εὐδοκιμησάντων, Βιβλίον γ' τῶν ι'.

DIOGENIS LAERTII de philosophorum vita, Liber III.

ΠΛΑΤΩΝ.

Πλάτων, Ἀρίστωνος καὶ Περικτιόνης, ἢ Πωτώνης, Ἀθηναῖος, ἥτις τὸ γένος ἀνέφερεν εἰς Σόλωνα. τούτου γὰρ ἦν ἀδελφὸς Δρωπίδης, οὗ Κριτίας, οὗ Καλαισχρὸς, οὗ Κριτίας ὁ τῶν τριάκοντα, καὶ Γλαύκων, οὗ Χαρμίδης καὶ Περικτιόνη, ἧς καὶ Ἀρίστωνος Πλάτων, ἕκτος ἀπὸ Σόλωνος. ὁ δὲ Σόλων εἰς Νηλέα καὶ Ποσειδῶνα ἀνέφερε τὸ γένος. φασὶ δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀνάγειν εἰς Κόδρον τὸν Μελάνθου,

PLATO.

Plato, Aristone patre & matre Perictiona, siue Potona, Athenis natus est. Mater à Solone genus duxit. Solonis quippe frater Dropides Critiam genuit, cuius filius Calæschrus: huic Critias filius, qui vnus fuit ex triginta, & Glaucō: ab isto Charmides & Perictione geniti sunt: atque ex ea & Aristone Plato sextus à Solone nascitur. Porro Solō ad Neleum & Neptunū genus refert. Aristonem quoque patrem à Codro Melanthi filio originē ducere tradunt,

ἀπὸ Ποσειδῶνος γενεαλογεῖται, κατὰ Θράσυλον. Σπεύσιππος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλάτωνος περιδείπνῳ, καὶ Κλέαρχος ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ, καὶ Ἀναξιλίδης ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ φιλοσόφων, φασὶν, Ἀθήνησιν ἦν λόγος, ὡραίαν οὖσαν τὴν Περικτιόνην βιάζεσθαι τὸν Ἀρίστωνα, καὶ μὴ τυγχάνειν. παυόμενόν τε τῆς βίας ἰδεῖν τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος ὄψιν, ὅθεν καθαρὰν γάμου φυλάξαι, ἕως τῆς ἀποκυήσεως. καὶ γίνεται Πλάτων (ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς) ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασί. τελευτᾷ δ' (ὥς φησιν Ἕρμιππος) ἐν γάμοις δειπνῶν, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, βιοὺς ἔτος ἓν πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα. Νεάνθης δέ φησιν αὐτὸν τεττάρων καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἐτῶν. ἔστιν οὖν Ἰσοκράτους νεώτερος ἔτεσιν ἕξ. ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ Λυσιμάχου, Πλάτων δὲ ἐπὶ Ἀμεινίου γέγονεν, ἐφ' οὗ Περικλῆς ἐτελεύτησεν. ἦν δὲ τῶν δήμων Κολλυτεὺς, ὥς φησιν Ἀντιλέων ἐν δευτέρῳ

quia Neptuno itidem sanguinem trahere Thrasylo teste memorantur. Enimuero Speusippus in lib. qui Platonis De cœna inscribitur, & Clearchus in laudatione Platonis, & Anaxilides II De philosophis lib. asserunt Athenis famam esse Aristonem Perictionæ, quũ esset speciosissima, vim inferre conatum esse: verùm fuisse illius conatus irritos, vidisseque in somnis Apollinem, atque ab eo mũdam à iugali copula quoad pareret, vxorem seruasse. Nascitur autẽ Plato (vt Apollodorus testatur in Chronicis) LXXXVIII Olymp. Thargelionis septima, qua die natum Apollinẽ Delij autumant. Moritur autem (vt Hermippus tradit) primo anno centesimæ octauę olympiadis, in nuptiis discumbens, octogesimum & primũ ætatis agens annum. Neanthes octoginta quatuor annos natum defecisse scribit. Est igitur Isocrate minor natu annis sex. Ille quippe sub Lysimacho: Plato sub Aminia natus est, sub quo & Pericles diem obiit. Erat autẽ familia Collytei, vt refert Antileo in secundo

περὶ χρόνων. ἐγεννήθη δὲ κα-
τά τινας ἐν Αἰγίνῃ, ἐν τῇ Φει-
διάδου οἰκίᾳ τοῦ Θάλητος, (ὥς
φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδα-
πῇ ἱστορίᾳ) τοῦ πατρὸς αὐτοῦ
μετὰ καὶ ἄλλων πεμφθέντος
κληρούχου, καὶ ἐπανελθόντος
εἰς Ἀθήνας, ὁπότ' ὑπὸ Λα-
κεδαιμονίων ἐξεβλήθησαν βοη-
θούντων Αἰγινήταις. ἀλλὰ καὶ
ἐχορήγησεν Ἀθήνησι Δίωνος
ἀναλίσκοντος, ὥς φησιν Ἀθη-
νόδωρος ἐν ὀγδόῳ περιπάτων.
ἔσχε δ' ἀδελφοὺς Ἀδείμαντον
καὶ Γλαύκωνα, καὶ ἀδελφὴν
Πωτώνην, ἐξ ἧς ἦν Σπεύσιπ-
πος. καὶ ἐπαιδεύθη μὲν γράμ-
ματα παρὰ Διονυσίῳ, οὗ καὶ
μνημονεύει ἐν τοῖς ἀντερασταῖς.
ἐγυμνάσατο δὲ παρὰ Ἀρίστω-
νι τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ· ἀφ' οὗ
καὶ Πλάτων διὰ τὴν εὐεξίαν
μετωνομάσθη, πρότερον Ἀρι-
στοκλῆς ἀπὸ τοῦ πάππου καλού-
μενος ὄνομα, καθά φησιν Ἀ-
λέξανδρος ἐν διαδοχαῖς. ἔ-
νιοι δὲ διὰ τὴν πλατύτητα
τῆς ἑρμηνείας οὕτως ὀνομα-
σθῆναι· ἢ ὅτι πλατὺς ἦν τὸ
μέτωπον, ὥς φησι Νεάνθης.
εἰσὶ δ' οἳ καὶ παλαῖσαι φασὶν
αὐτὸν Ἴσθμοι, καθὰ καὶ

De temporibus. Natus est secundum quosdam in Aegina, in Phidiadæ domo, eius qui Thaletis filius fuit, vt Phauorinus ait in Omnimoda historia, patre ipsius cum cæteris misso vt agrū sortiretur, Athenásque reuerso, quum à Lacedæmoniis qui Æginensibus opem tulerant, expulsi sunt. Ludos quoque magnificos Athenis exhibuit, Dione sumptus suppeditante, vt ait Athenodorus in octauo Περιπάτων libro. Fratres habuit Adimantum & Glauconem, sororémque Potonam, de qua Speusippus nascitur, literásque apud Dionysium didicit, cuius & in Anterastis meminit. Exercitatúsque est apud Aristonem Argium palæstritam, à quo & Plato propter egregium corporis habitum cognominatus est, quum prius Aristocles ex aui nomine vocatus esset, vt in Successionibus tradit Alexander. Sunt qui ob orationis vbertatem & miram latitudinem sic appellatum putent, siue quòd ampla fuerit fronte, vt Neanthes scribit. Nec desunt qui in Isthmo palæstra se exercuisse velint, sicut &

Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ περὶ βίων. καὶ γραφικῆς ἐπιμεληθῆναι καὶ ποιήματα γράψαι, πρῶτον μὲν διθυράμβους, ἔπειτα καὶ μέλη καὶ τραγῳδίας. ἰσχνόφωνός τε (φασὶν) ἦν, ὡς καὶ Τιμόθεός φησιν ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ βίων. λέγεται δ' ὅτι Σωκράτης ὄναρ εἶδε κύκνου νεοττὸν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχειν, ὃν καὶ παραχρῆμα πτεροφυήσαντα ἀναπτῆναι, ἡδὺ κλάγξαντα· καὶ μεθ' ἡμέραν Πλάτωνα αὐτῷ συστῆναι, τὸν δὲ τοῦτον εἰπεῖν εἶναι τὸν ὄρνιν. ἐφιλοσόφει δὲ τὴν ἀρχὴν ἐν Ἀκαδημίᾳ, εἶτα ἐν τῷ κήπῳ τῷ παρὰ τὸν Κολωνόν, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς καθ' Ἡράκλειτον. ἔπειτα μέντοι μέλλων ἀγωνιεῖσθαι τραγῳδίᾳ πρὸ τοῦ Διονυσιακοῦ θεάτρου, Σωκράτους ἀκούσας κατέφλεξε τὰ ποιήματα εἰπών,

> Ἥφαιστε πρόμολ' ὧδε, Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει.

τοὐντεῦθεν δὴ γεγονὼς (φασὶν) εἴκοσιν ἔτη διήκουσε Σωκράτους. ἐκείνου δ' ἀπελθόντος, προσεῖχε Κρατύλῳ τε τῷ Ἡρακλειτείῳ, καὶ Ἑρμογένει τῷ τὰ Παρμενίδου φιλοσοφοῦντι.

Dicæarchus in primo De vitis. picturæ quoque fuisse studiosum ac poemata scripsisse, primò quidẽ dithyrãbos, deinde melos ac tragœdias. Vox illi gracilis fuit, vt ait Timotheus Atheniẽsis in libro De vitis. Fertur & Socrates vidisse per somnium oloris pullum sibi in gremio plumescere, qui continuò exortis alis in altum aduolans suauissimos cantus ediderit. Postridie quum Plato sibi à patre cõmendatus esset, hunc cygnũ quẽ viderat dixisse. Philosophari cœpit primùm in Academia, inde se in hortũ qui iuxta Colonum est cõtulit, vt Alexãder in Successionibus scripsit, Heraclitũ adducens testem. Demum quum tragicum certamen esset initurus, ante Dionysiacum theatrum audito Socrate igni poemata exussit, dicens,

> *Huc ades ô Vulcane, Plato nam te eget in hac re.*

Hinc annum vicesimum ætatis agens, Socratem audiuit. Illo decedente, Cratylo Heracliti discipulo, & Hermogeni Parmenidis philosophiã tueri, operam dedit.

ἔπειτα γενόμενος ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἔτη (καθά φησιν Ἑρμόδωρος) εἰς Μέγαρα πρὸς Εὐκλείδην σὺν καὶ ἄλλοις τισὶ Σωκρατικοῖς ὑπεχώρησεν. ἔπειτα εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικόν· κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν πρὸς τοὺς Πυθαγορικοὺς, Φιλόλαον καὶ Εὔρυτον· ἔνθεν τε εἰς Αἴγυπτον, παρὰ τοὺς προφήτας· οὗ φασι καὶ Εὐριπίδην αὐτῷ συνακολουθῆσαι, καὶ αὐτόθι νοσήσαντα πρὸς τῶν ἱερέων ἀπολυθῆναι τῇ διὰ θαλάττης θεραπείᾳ· ὅθεν καὶ εἰπεῖν,

Deinde quum esset annorum duodetriginta, vt ait Hermodorus, Megara se ad EVclidem cum aliis aliquot Socraticis contulit. Hinc Cyrenem profectus, Theodorum mathematicum audiuit: atque inde in Italiam, ad Pythagoricos, Philolaum atque EVrytū, concessit. Ab his se in Ægyptum ad prophetas sacerdotésque recepit. quò & EVripidem aiunt vnà cum ipso profectum esse: atque ibi morbo comprehensum, à sacerdotibus marina curatione fuisse absolutum: qua ex re postea dixerit,

Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά.

Mare vniuersa proluit hominum mala.

ἀλλὰ καὶ καθ' Ὅμηρον φάναι πάντας ἀνθρώπους Αἰγυπτίους ἰατροὺς εἶναι. διέγνω δὴ ὁ Πλάτων καὶ τοῖς μάγοις συμμῖξαι· διὰ δὲ τοὺς τῆς Ἀσίας πολέμους ἀπέστη. ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας, διέτριβεν ἐν Ἀκαδημείᾳ. τὸ δ' ἐστὶ γυμνάσιον, προάστειον ἀλσῶδες, ἀπό τινος ἥρωος ὀνομασθὲν Ἀκαδήμου, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις φησί,

Quin & dixisse iuxta Homerum Ægyptios omnes medicos esse. Decreuerat Plato etiam congredi Magis; verum propter Asiæ bella proposito destitit. Regressus verò Athenas, in Academia commorabatur. Est autem locus in suburbano nemorosus, à quodam heroe Academio nomine appellatus, sicut & EVpolis in Astrateutis memorat, dicens,

Ἐν ἀλσώδεσι δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ.
ἀλλὰ καὶ ὁ Τίμων εἰς τὸν Πλάτωνα λέγων φησί,
Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατίστακος, ἀλλ' ἀγορητὴς
Ἡδυεπής, τέττιξιν ἰσογράφος, οἵθ' Ἑκαδήμου
Δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

πρότερον γὰρ διὰ τοῦ ε Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο. ὁ δ' οὖν φιλόσοφος καὶ Ἰσοκράτει φίλος ἦν. καὶ αὐτῶν Πραξιφάνης ἀνέγραψε διατριβήν τινα περὶ ποιητῶν γενομένην, ἐν ἀγρῷ παρὰ Πλάτωνι ἐπιξενωθέντος τοῦ Ἰσοκράτους. καὶ αὐτόν φησιν Ἀριστόξενος τρὶς ἐστρατεῦσθαι, ἅπαξ μὲν εἰς Τάναγραν, δεύτερον δ' εἰς Κόρινθον, τρίτον ἐπὶ Δηλίῳ, ἔνθα καὶ ἀριστεῦσαι. μίξιν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν. τὰ μὲν γὰρ αἰσθητά, καθ' Ἡράκλειτον· τὰ δὲ νοητά, κατὰ Πυθαγόραν· τὰ δὲ πολιτικά, κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει. λέγουσι δέ τινες (ὧν ἐστι καὶ Σάτυρος)

In ambulacris Academi umbrosis dei.

Sed & Timon in Platonem loquens, inquit,

Hos inter dux ille Plato celsissimus ibat,
Cuius ab ore melos manabat, quale Hecademi
Arbustis lepida modulantur voce cicadæ.

Antea enim per ε scribebatur Hecademia. Hic igitur philosophus Isocrate amico vtebatur. Enimuero Praxiphanes quandam conscripsit inter eos habitam de poetis scholã, quum in rure Platonis hospitio frueretur Isocrates. Ter illum militasse Aristoxenus auctor est, primò in Tanagram, secundò in Corinthum, tertiò in Delium, vbi & victoria potitus sit. Miscuit Heracliteorum Pythagoreorúmque ac Socraticorum rationes, atque in iis quidẽ quæ sensibus subiacẽt, Heracliti partes tuebatur: porrò in iis quæ ad intelligentiam pertinent, Pythagoræ acquiescebat: in rebus autẽ ciuilibus Socratem suum maximè amplectebatur, atque ita in vnum corpus triplicem philosophiæ cõpegit rationem. Aiunt quidã (ex quibus Satyrus est)

ὅτι Δίωνι ἐπέστειλεν εἰς Σικελίαν ὠνήσασθαι τρία βιβλία Πυθαγορικὰ παρὰ Φιλολάου μνῶν ἑκατόν. καὶ γὰρ ἐν εὐπορίᾳ (φασὶν) ἦν, παρὰ Διονυσίου λαβὼν ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα τάλαντα, ὡς καὶ Ὀνήτωρ φησὶν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Εἰ χρηματιεῖται ὁ σοφός. πολλὰ δὲ καὶ παρ' Ἐπιχάρμου τοῦ κωμῳδοποιοῦ προσωφέληται, τὰ πλεῖστα μεταγράψας, καθά φησιν Ἄλκιμος ἐν τοῖς πρὸς Ἀμύνταν, ἅ ἐστι τέτταρα. ἔνθα καὶ ἐν τῷ πρώτῳ φησὶ ταῦτα, Φαίνεται δὲ καὶ Πλάτων πολλὰ τῶν Ἐπιχάρμου λέγων. σκεπτέον δέ. ὁ Πλάτων φησίν, αἰσθητὸν μὲν εἶναι, τὸ μηδέποτε ἐν τῷ ποιῷ μηδὲ ποσῷ διαμένον, ἀλλ' ἀεὶ ῥέον καὶ μεταβάλλον· ὡς ἐξ ὧν ἄν τις ἀνέλῃ τὸν ἀριθμόν, τούτων οὔτε ἴσων, οὔτε τινῶν, οὔτε ποσῶν, οὔτε ποιῶν ὄντων. ταῦτα δ' ἐστὶν ὧν ἀεὶ γένεσις, οὐσία δὲ μηδέποτε πέφυκε. νοητὸν δὲ, ἐξ οὗ μηδὲν ἀπογίνεται μηδὲ προσγίνεται. τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἀϊδίων φύσις, ἣν ὁμοίαν τε καὶ τὴν αὐτὴν ἀεὶ συμβέβηκεν εἶναι.

Dioni illum scripsisse in Siciliam, vti tres libros Pythagoricos sibi emeret à Philolao centum minis. Erat enim satis opulentus, acceptis à Dionysio plusquam octoginta talentis. Sicut & Onetor scribit in libro cuius est titulus, An pecuniosum oporteat esse sapientem. Multum illi Epicharmus contulit comicus, cuius & plurima transcripsit, vt Alcimus in eis libris quos ad Amyntam scripsit quatuor numero, meminit. Eorum in primo ita loquitur, Constat autem & Platonem complura sibi de Epicharmi libris assumere. Id ita inspiciendum est. Sensibile asserit Plato, quod aut in qualitate aut in quantitate nũquam persistat, sed diffluat semper atque immutetur. Veluti si numerum ex iis tuleris, quæ neque æqualia, neque aliqua, neque quanta, neque qualia sunt. Porrò ista sunt quorũ semper generatio est, nunquã verò substãtia. Intelligibile verò cui nihil vel accedit, vel decedit. Hoc autem sempiternorum natura est, quam similem atque eandẽ semper esse contingit.

Addidit

ἠγνόηκεν ὁ γὰρ Ἐπίχαρμος περὶ τῶν αἰσθητῶν καὶ νοητῶν ἀναφανδὸν εἴρηκεν. Ἀλλ' ἀεί τοι θεοὶ παρῆσαν, χὐπέλιπον οὐ πώποκα· τάδε δ' ἀεὶ πάρεσθ' ὁμοῖα, διά τε τῶν αὐτῶν αἰεί. Ἀλλὰ λέγεται μὰν χάος πρᾶτον γενέσθαι τῶν θεῶν. πῶς δέ κα; ἀμήχανόν γ' ἀπό τινος μηδὲν ὅ,τι πρᾶτον μόλοι. οὐκ ἄρ' ἔμολε πρᾶτον οὐθὲν, οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον, τῶνδέ γ' ὧν ἁμὲς νῦν ὧδε λέγομες, ἀλλ' ἀεὶ τάδ' ἦς. Αἰ πὸτ ἀριθμόν τις περισσὸν, αἰ δὲ λῇς, πὸτ ἄρτιον, ποτθέμειν λῇ ψᾶφον, ἢ καὶ τὰν ὑπαρχουσᾶν λαβεῖν, ἦ δοκεῖ κά τοί γ' ὡυτὸς εἶμεν; Οὐκ ἐμὶν γά κα. Οὐδὲ μὰν οὐδ' αἰ ποτὶ μέτρον παχυαῖον ποτθέμειν λῇ τις ἕτερον μᾶκος, ἢ τοῦ πρόσθ' ἐόντος ἀποταμεῖν, ἔτι κ' ὑπάρχοι κεῖνο τὸ μέτρον; οὐ γάρ. ὧδε νῦν ὅρη καὶ τὸς ἀνθρώπους. ὁ μὲν γὰρ αὔξεθ', ὁ δέ γα μὰν φθίνει, ἐν μεταλλαγᾷ δὲ πάντες ἐντὶ πάντα τὸν χρόνον. ὃ δὲ μεταλλάσσει κατὰ φύσιν, κοὔποκ' ἐν ταὐτῷ μένει, ἕτερον εἴη κα τόδ' ἤδη τοῦ παρεξεστακότος. καὶ τὺ δὴ κἀγὼ χθὲς ἄλλοι, καὶ νῦν ἄλλοι τελέθομες, καὖθις ἄλλοι, κοὔποχ' ωὑτοὶ καττὸν λόγον.

Ea quæ sunt in hac pagina Græca, fuerunt ab interpretibus prætermissa. Nam videntur esse imperfecta, quæ ab Epicharmo hîc dicuntur desumpta.

ἔτι φησὶν ὁ Ἄλκιμος καὶ ταυτί, φασὶν οἱ σοφοὶ τὴν ψυχὴν τὰ μὲν διὰ τοῦ σώματος αἰσθάνεσθαι, οἷον ἀκούουσαν, βλέπουσαν· τὰ δ' αὐτὴν καθ' αὑτὴν ἐνθυμεῖσθαι, μηδὲν τῷ σώματι χρωμένην. διὸ καὶ τῶν ὄντων τὰ μὲν, αἰσθητὰ εἶναι· τὰ δὲ, νοητά. ὧν ἕνεκα καὶ Πλάτων ἔλεγεν ὅτι δεῖ τοὺς συνοιδεῖν τὰς τοῦ παντὸς ἀρχὰς ἐπιθυμοῦντας, πρῶτον μὲν αὐτὰς καθ' αὑτὰς διελέσθαι τὰς ἰδέας, οἷον ὁμοιότητα, καὶ μονάδα, καὶ πλῆθος, καὶ μέγεθος, καὶ στάσιν, καὶ κίνησιν· δεύτερον, αὐτὸ καθ' αὑτὸ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ δίκαιον, καὶ τὰ τοιαῦτα ὑποθέσθαι· τρίτον, τῶν ἰδεῶν συνοιδεῖν ὅσαι πρὸς ἀλλήλας εἰσίν, οἷον ἐπιστήμην, ἢ μέγεθος, ἢ δεσποτείαν· ἐνθυμουμένους ὅτι τὰ παρ' ἡμῖν, διὰ τὸ μετέχειν ἐκείνων, ὁμώνυμα ἐκείνοις ὑπάρχει. λέγω δὲ οἷον, δίκαια μὲν, ὅσα τοῦ δικαίου. καλὰ δὲ, ὅσα τοῦ καλοῦ. ἔστι δὲ τῶν εἰδῶν ἓν ἕκαστον ἀίδιόν τε καὶ νόημα καὶ πρὸς τούτοις ἀπαθές. διὸ καί φησιν ἐν τῇ φύσει τὰς ἰδέας ἑστάναι, καθάπερ παραδείγματα. τὰ δ' ἄλλα

Addidit hæc præterea Alcimus, Aiunt autem sapiẽtes, animam, alia quidẽ sentire per corpus, puta videndo atque audiendo: alia verò ipsam per seipsam animaduertere, nullo corporis officio vtentem. Quocirca eorum quæ sunt, alia sensibus percipi, alia intelligentiæ ratione comprehendi. Quare Plato quoque oportere dicebat eos qui cuperent rerum initia colligere, ipsas primùm species, quas ideas vocat, secundũ seipsas distribuere, puta similitudinem & monadem, multitudinem atque magnitudinẽ, statumque & motum. Secundò ipsum per seipsum honestum ac bonum, iustum, atque huiusmodi cætera subiicere. Tertiò conspicere quæ sibi mutuò cohærent ideæ, puta scientiam aut magnitudinem siue dominationem, simul & illud cogitare, ea quæ sunt apud nos, ex illorum participatione eis æquiuoca fieri. Exempli causa, Dico iusta esse quæ iusta communicant: honesta, quæ honesto. Est autem vnaquæque species æterna, ac præterea intelligentia omni perturbatione vacua. Quocirca & ideas in natura velut exemplaria dixit subsistere. Alia his esse

ταύταις ἐοικυίαις, ταύτων ὁμοιότατα καθιστῶσα. ὁ τοίνυν Ἐπίχαρμος περί τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ περὶ τῶν ἰδεῶν οὕτω λέγει, Ἆρ' ἐστὶν αὔλησίς τι πρᾶγμα; πάνυ μὲν οὖν. ἄνθρωπος οὖν αὔλησίς ἐστι; οὐδαμῶς. φέρ' ἴδω. τί δ' αὐλητάς; τίς εἶμέν τοι δοκεῖ; ἄνθρωπος, ἢ οὐ γάρ; πάνυ μὲν οὖν. οὐκοῦν δοκεῖς οὕτως ἔχειν καὶ περὶ τἀγαθοῦ; τὸ μὲν ἀγαθὸν, τὸ δ' ἐστὶ πρᾶγμα; εἰ μὴ καθ' αὑτὸ ὅστις δέ κα εἰδῇ μαθὼν τῆνο, ἀγαθὸς ἤδη γίνεται. ὥσπερ γὰρ εἰ τὴν αὔλησιν αὐλητὰς μαθὼν, ἢ τὴν ὄρχησιν ὀρχηστάς τις, ἢ πλοκεὺς πλοκὰν, ἢ πᾶν γ' ὁμοίως τῶν τοιούτων ὅ τι τοι λῇς, οὐκ αὐτὸς εἴη χ' ἁ τέχνα, τεχνικός γα μάν. Πλάτων ἐν τῇ περὶ τῶν ἰδεῶν ὑπολήψει φησὶν, εἴπερ ἐστὶ μνήμη, τὰς ἰδέας ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν, διὰ τὸ τὴν μνήμην ἠρεμοῦντός τινος καὶ μένοντος εἶναι· μένειν δὲ οὐδὲν ἕτερον ἢ τὰς ἰδέας. τίνα γὰρ ἂν τρόπον (φησὶ) διεσῴζετο τὰ ζῷα μὴ τῆς ἰδέας ἐφαπτόμενα, καὶ πρὸς τοῦτο τὸν νοῦν φυσικὸν εἰληφότα; νῦν δὲ μνημονεύει τῆς ὁμοιότητός τε καὶ τροφῆς, ὁποία τις ἐστὶν αὐτοῖς,

similia quæ maximè ad istarum similitudinem consistant. Epicharmus igitur de bono atque ideis ita ferè disserit, Num tibiarum cantus res aliqua est? Ita sanè. Homo igitur ipse cātus est. nihil minus. Age videamus: Tibicen aliquis homóne tibi videtur nécne? Homo profectò. Nónne igitur idē tibi videtur de bono, aliud esse bonum, aliud verò rē? si quidem secundum seipsum quisquis illud didicerit, iam bonus efficietur. Quemadmodum qui tibiarum cantum didicerit, tibicen, qui saltare, saltator, qui complecti, complexor meritò dicitur: atque in hunc modum de cæteris, quòd qui ea didicerit, non ars ipsa, sed artifex vocatur. Plato in opinione De ideis, ait, Si quidem est memoria, ideas in his quæ sunt existere, quòd memoria quietæ cuiusque rei ac manentis fit: manere autem præter ideas nihil. Quo enim (inquit) modo seruarentur animantes, nisi & ideam attigissent, & præterea naturalem mentem accipissent: Meminit autē similitudinis & pabuli cuiusmodi illis esse soleat,

ἐνδείκνυται διότι πᾶσι τοῖς ζώοις ἔμφυτός ἐστιν ἡ τῆς ὁμοιότητος ἔννοια. διὸ καὶ τῶν ὁμοφύλων αἰσθάνεται. πῶς οὖν Ἐπίχαρμος; Εὔμαιε, τὸ σοφόν ἐστιν οὐ καθ' ἓν μόνον, ἀλλ' ὅσσα περ ζῇ πάντα καὶ γνώμαν ἔχει. καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τῶν ἀλεκτορίδων γένος, αἰ λῇς καταμαθεῖν ἀτενές, οὐ τίκτει τέκνα ζῶντα, ἀλλ' ἐπῴζει καὶ ποιεῖ ψυχὴν ἔχειν. τὸ δὲ σοφὸν ἁ φύσις τόδ' οἶδεν ὡς ἔχει μόνα. πεπαίδευται γὰρ αὐταύτας ὕπο. καὶ πάλιν, θαυμαστὸν οὐδὲν ἁμὲ ταῦθ' οὕτω λέγειν, καὶ ἁνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτούς, καὶ δοκεῖν καλῶς πεφυκέναι. καὶ γὰρ ἁ κύων κυνὶ κάλλιστον εἶμεν φαίνεται, καὶ βοῦς βοΐ, ὄνος δ' ὄνῳ κάλλιστον, ὗς δ' ὑΐ. καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ τῶν τεσσάρων βιβλίων παρασημαίνεται ὁ Ἄλκιμος, παρεμφαίνων τὴν ἐξ Ἐπιχάρμου Πλάτωνι περιγινομένην ὠφέλειαν. ὅτι δ' οὐδ' αὐτὸς Ἐπίχαρμος ἠγνόει τὴν αὑτοῦ σοφίαν, μαθεῖν ἐστι κἀκ τούτων, ἐν οἷς τὸν ζηλώσοντα προμαντεύεται, ὡς δ' ἐγὼ δοκέω· δοκέων γὰρ σαφὲς ἄμ' ἰδέω, ὅτι τῶν ἐμῶν μνάμα ποκ' ἐσσεῖται λόγων τούτων ἔτι.

ostendens quòd sit animalibus omnibus insita similitudinis intelligentia. Quocirca & quæ sunt eiusdem generis sentiunt. Porrò Epicharmus ita fermè ait, Sapientia non in vno tantùm consistit, sed quæ viuunt omnia, notionem quoque habent. Nam gallina, si aduertere volueris, non parit viuẽtes pullos, sed oua prius incubat, & calore animat. Hęc autem sapientia, vt sese habeat, natura nouit sola. Ab ea quippe eruditur. Ac rursum, Nihil profectò mirum, si ita loquar, & placere eas sibi & videri præclarè natas. Nam & canis cani videtur esse pulcherrimus, & boui bos, & asinus asino, sus item sui videtur venustate præstare. Ista & huiusmodi quatuor libris prosequitur Alcimus, admonens quantum emolumẽti Plato ex Epicharmo sibi comparauerit. Quòd autem neque Epicharmus ipse hoc ignorauerit, ex iis coniicere licet, quæ præsagiens ac veluti diuinans fore imitatorem sui, sic ferè ait, Vt autẽ ego puto, imò pro comperto habeo, mearum adhuc erit memoria rerum, meorúmque sermonum,

καὶ λαβών τις αὐτὰ, περιελὼν τὸ μέτρον ὃ νῦν ἔχει, εἵματι δὲ καὶ πορφυρᾷ λόγοισι ποικίλας καλοῖς, δυσπάλαιστος ὢν, τοὺς ἄλλους ἀπαλαίστους ἀποφανεῖ. δοκεῖ δὲ Πλάτων καὶ τὰ Σώφρονος τοῦ μιμογράφου βιβλία ἠμελημένα πρῶτος εἰς Ἀθήνας διακομίσαι, καὶ ἠθοποιῆσαι πρὸς αὐτόν· ἃ καὶ εὑρεθῆναι ὑπὸ τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ. τρὶς δὲ πέπλευκεν εἰς Σικελίαν· πρῶτον μὲν κατὰ θέαν τῆς νήσου καὶ τῶν κρατήρων, ὅτε καὶ Διονύσιος ὁ Ἑρμοκράτους, τύραννος ὤν, ἠνάγκασεν ὥστε συμμῖξαι αὐτῷ. ὁ δὲ διαλεγόμενος περὶ τυραννίδος, καὶ φάσκων ὡς οὐκ ἔστι τοῦτο κρεῖττον ὃ συμφέρει αὐτῷ μόνον, εἰ μὴ καὶ ἀρετῇ διαφέροι, προσέκρουσεν αὐτῷ. ὀργισθεὶς γὰρ, Οἱ λόγοι σου (φησὶ) γεροντιῶσι. καὶ ὅς, σοῦ δέ γε τυραννιῶσι. ἐντεῦθεν ἀγανακτήσας ὁ τύραννος, πρῶτον μὲν ἀνελεῖν ὥρμησεν αὐτόν· εἶτα παρακληθεὶς ὑπὸ Δίωνος καὶ Ἀριστομένους, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησε, παρέδωκε δ' αὐτὸν Πόλλιδι τῷ Λακεδαιμονίῳ κατὰ καιρὸν διὰ πρεσβείαν ἀφιγμένῳ, ὥστε ἀποδόσθαι. κἀκεῖνος ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγιναν, ἐπίπρασκεν.

eísque quispiam accépis metro soluto, quo nunc cōstat, coloréque adiecto purpuram venustate verborum componet, inuictúsque ipse alios facilè superabit. Videtur Plato Sophronis quoque mimographi libros antea neglectos primus Athenas inuexisse, gestúmque ex eis duxisse, qui & sub eius capite fuerint reperti. Ter autem nauigauit in Siciliam, primò quidem vt insulam cratereśque videret, quo tempore Dionysius Hermocratis filius tyrānus impulit vt secum loqueretur. Vbi quum ille de tyrannide dissereret, dicens non id præstare quod sibi soli esset vtile, nisi & virtute excelleret, offensum tyrānum, & iratum dixisse aiunt, Verba tua otiosorum senū sunt: & ille, Et tua, inquit, tyrannidem sapiunt. Ad hæc indignatum tyrannum primò quidem necare illum voluisse: deinde verò à Dione & Aristomene exoratum, id quidem non fecisse, verum Polidi Lacedæmonio, qui per id temporis legatus ad se venerat, eum tradidisse, vt venundaretur. Eum ille in Æginam adductū vendidit.

ὅτε καὶ Χάρμανδρος Χαρμανδρίδου ἐγράψατο αὐτῷ δίκην θανάτου, κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς τεθέντα νόμον, τὸν πρῶτον ἐπιβάντα Ἀθηναίων τῇ νήσῳ, ἄκριτον ἀποθνήσκειν. ἦν δ' αὐτὸς ὁ θεὶς τὸν νόμον, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. εἰπόντος δέ τινος (ἀλλὰ κατὰ παιδιὰν) φιλόσοφον εἶναι τὸν ἐπιβάντα, ἀπέλυσαν. ἔνιοι δέ φασι παραχθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τηρούμενον μηδ' ὁτιοῦν φθέγξασθαι· ἑτοίμως δὲ ἐκδέξασθαι τὸ συμβαῖνον. οἱ δὲ ἀποκτεῖναι μὲν αὐτὸν οὐ διέγνωσαν, πωλεῖν δὲ ἔκριναν τῷ τρόπῳ τῶν αἰχμαλώτων. λυτροῦται δὲ αὐτὸν κατὰ τύχην παρὼν Ἀννίκερις ὁ Κυρηναῖος εἴκοσι μνῶν (οἱ δὲ, τριάκοντα) καὶ ἀναπέμπει Ἀθήναζε πρὸς τοὺς ἑταίρους. οἱ δ' εὐθὺς τἀργύριον ἐξέπεμψαν, ὁ δ' οὐ προσήκατο, εἰπὼν, μὴ μόνους ἐκείνους ἀξίους εἶναι Πλάτωνος κήδεσθαι. ἔνιοι δὲ καὶ Δίωνα ἀποστεῖλαι φασὶ τὸ ἀργύριον, καὶ τὸν μὴ προέσθαι, ἀλλὰ κηπίδιον αὐτῷ τὸ ἐν Ἀκαδημίᾳ πρίασθαι. τὸν μέντοι Πόλλιν λόγος ὑπό τε Χαβρίου

Quo tempore Charmander Charmandridis filius eum mortis reum esse accusauit. Iuxta promulgatam enim apud eos legem capitale erat, siquis Atheniensium eã insulam adiisset: atque ipse eam legem tulerat, vt Phauorinus memorat in Omnimoda historia. Cæterùm quum à quodam fuisset per iocum dictum, philosophũ eum esse qui ascendisset, absolutum dimiserunt. Asserũt plerique illum & in concionem adductum, vbi quum obscuaretur, nihil penitus loquutum fuisse, prompto animo quicquid contingeret, accipere paratum: illos eum minimè quidem occidendum, sed solùm vendendum captiuorum more decreuisse. Aderat fortè Anniceris Cyrenaicus, is eum viginti minis, siue (vt alij volunt) triginta redemit, remisitque Athenas ad amicos. Illi exemplo pecuniam Anniceridi remiserunt. Sed hanc ille omnino accipere noluit, asserens non eos solos dignos esse quibus Plato curæ esset. Alij Dionem eã misisse pecuniam dicunt, illúmque eam nulla ratione admisisse, sed hortulũ quoque in Academia sibi cõparasse. Polidẽ verò a Chabria

ἡττηθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν Ἑλίκῃ καταποντωθῆναι, τοῦ δαιμονίου μηνίσαντος αὐτῷ διὰ τὸν φιλόσοφον· ὃ καὶ Φαβωρῖνός φησιν ἐν πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων. οὐ μὴν ἡσύχασεν ὁ Διονύσιος· μαθὼν δὲ ἐπέστειλε Πλάτωνι, μὴ κακῶς ἀγορεύειν αὐτόν. καὶ ὃς ἀντεπέστειλε, μὴ τοσαύτην αὐτῷ σχολὴν εἶναι ὥστε Διονυσίου μεμνῆσθαι. δεύτερον πρὸς τὸν νεώτερον ἧκε Διονύσιον, αἰτῶν γῆν καὶ ἀνθρώπους τοὺς κατὰ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ ζησομένους, ὁ δὲ, καίπερ ὑποσχόμενος, οὐκ ἐποίησεν. ἔνιοι δέ φασι καὶ κινδυνεῦσαι αὐτὸν ὡς ἀναπείθοντα Δίωνα καὶ Θεώταν ἐπὶ τῇ τῆς νήσου ἐλευθερίᾳ· ὅτε καὶ Ἀρχύτας αὐτὸν ὁ Πυθαγορικὸς, γράψας ἐπιστολὴν πρὸς Διονύσιον, παρῃτήσατο, καὶ διέσωσεν εἰς Ἀθήνας. ἔστι δὲ ἡ ἐπιστολὴ ἥδε.

Ἀρχύτας Διονυσίῳ ὑγιαίνειν.

Ἀπεστάλκαμες πάντες οἱ Πλάτωνος φίλοι τὼς περὶ Λαμίσκον τε καὶ Φωτίδαν, ἀπαλαψούμενοι τὸν ἄνδρα, κατὰ τὰν ὑφ' ἁμῶν γενομέναν ὁμολογίαν. ὀρθῶς δὲ καὶ ποιοίης ἀμμιμνασκόμενος τήνας τᾶς σπουδᾶς,

superatum, & postea in Helice fuisse submersum, fama est; dæmonio illi indicante ista illum philosophi gratia perpeti, vt Phauorinus in primo Commentariorum meminit. Atqui nõ quieuit Dionysius ipse, verum quũ didicisset quæ illi contigissent, scripsit Platoni, orans ne in se maledicta ingereret. Ad quem ille scripsit, nõ sibi tantum superesse otij, vt Dionysij meminisset. Secũdò profectus est ad iuniorẽ Dionysium, postulans terrã atque homines qui iuxta constitutam ab eo remp. viuerent. Id ille, quanquam pollicitus, nõ pręstitit. Nec abfuit secundum quosdam suspicio illum magno sui periculo Dioni & Theotæ persuadere tẽtasse, illorúmque erexisse animos ad liberandam insulam. Quo tẽpore Archytas Pythagoricus scripta ad Dionysium epistola purgauit illum à suspicione, atque ereptum Athenas remisit. Est autem epistola huiusmodi:

Archytas Dionysio S.

Misimus omnes Platonis necessarij Lamiscũ & Photidam, virum illum abs te recepturi iure antiquæ nostræ amicitiæ. Rectè igitur feceris, si memineris

ὧν ἕνεκα πάντες ἄμμες παρεκάλεις ποτ᾽ ταν Πλάτωνος ἄφιξιν, ἀξιῶν προτρέπεσθαί τε αὐτὸν καὶ ἀναδέχεσθαι τά τε ἄλλα καὶ τὰ περὶ τὴν ἀσφάλειαν, μένοντί τε καὶ ἀφορμῶντι. μέμνασο δὲ καὶ τῆνω, ὅτι περὶ πολλῶ ἐποιήσω ταν ἄφιξιν αὐτοῦ καὶ ἀγάπας ἐκ τήνω τῶ χρόνω, ὡς οὐδένα τῶν παρ᾽ τίν. αἰ δέ τις γέγονε τραχύτας, ἀνθρωπίζειν χρή, καὶ ἀποδιδόμεν ἄμμιν ἀβλαβῆ τὸν ἄνδρα. ταῦτα γὰρ ποιῶν, δίκαια πράξεις, καὶ ἄμμιν χαριῇ.

Τρίτον ἦλθε διαλλάξων Δίωνα Διονυσίῳ. οὐ τυχὼν δέ, ἄπρακτος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν πατρίδα· ἔνθα πολιτείας μὲν οὐχ ἥψατο, καίτοι πολιτικὸς ὢν ἐξ ὧν γέγραφεν. αἴτιον δὲ τὸ ἤδη τὸν δῆμον ἄλλοις πολιτεύμασιν ἐνειθίσθαι. φησὶ δὲ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ εἰκοστῷ τῶν ὑπομνημάτων, ὡς Ἀρκάδες καὶ Θηβαῖοι μεγάλην πόλιν οἰκίζοντες παρεκάλουν αὐτὸν νομοθέτην. ὁ δὲ, μαθὼν ἴσον ἔχειν οὐ θέλοντας, οὐκ ἐπορεύθη. λόγος, ὅτι καὶ Χαβρίᾳ συνεῖπε τῷ στρατηγῷ, φεύγοντι θανάτου,

quanto à nobis studio efflagitasti Platonis ad te aduentum, vt nos illum venire hortaremur, facturum te spondens omnia: illúmque liberè accedere & abire permissurum. Memor esto igitur quanti illius aduentum feceris, quódque eo tẽpore pl⁹ ceteris amaueris. Quòd si qua orta simultas est, humanius te agere conueni, illúmque nobis restituere illæsum. Hæc enim si facis, iustitiam coles, ac nobis gratificaberis.

Tertiò accessit, Dionem reconciliaturus Dionysio: sed quum id obtinere nequisset, infecto negotio ad patriam rediit. Vbi ad remp. accedere quidem noluit, quamuis maximè ciuilis esset, vt ex his constat quæ scripsit. Ratio autẽ cur abstinuerit à publicis negotiis, illa in primis fuit, quòd plebs aliis institutis & moribus assueuerat. Refert Pãphila in vigesimoquinto Commentariorum Arcadas ac Thebanos condita ciuitate ingentis magnitudinis rogasse illum vt eam remp. instrueret: quos quũ ille didicisset æqualitatem sectari nolle, profectũ non esse. Fertur & Chabriã ducem, reũ mortis, sequutus.

μόνος τῶν πολιτῶν τοῦτο
πρᾶξαι βουληθέντος· ὅτε καὶ
ἀνιόντι αὐτῷ εἰς τὴν ἀκρόπο-
λιν σὺν τῷ Χαβρίᾳ, Κρωβύ-
λος ὁ συκοφάντης ἀπαντήσας
φησὶν, ἄλλῳ συναγορεύσων ἥ-
κεις, ἀγνοῶν ὅτι καί σε τὸ Σω-
κράτους κώνειον ἀναμένει; τὸν
δὲ φάναι, Καὶ ὅτε ὑπὲρ τῆς
πατρίδος ἐστρατευόμην, ὑπέ-
μενον τοὺς κινδύνους· καὶ νῦν
ὑπὲρ τοῦ καθήκοντος διὰ φίλον
ὑπομενῶ. Οὗτος πρῶτος ἐν
ἐρωτήσει λόγον παρήνεγκεν, ὥς
φησι Φαβωρῖνος ἐν ὀγδόῳ
παντοδαπῆς ἱστορίας· καὶ πρῶ-
τος τὸν κατὰ τὴν ἀνάλυσιν τῆς ζη-
τήσεως τρόπον εἰσηγήσατο Λεω-
δάμαντι τῷ Θασίῳ· καὶ πρῶ-
τος ἐν φιλοσοφίᾳ ἀντίποδα
ὠνόμασε, καὶ στοιχεῖον, καὶ δια-
λεκτικὴν, καὶ ποιήματα, καὶ τοῦ
ἀριθμοῦ τὸ προμήκη, καὶ τῶν πε-
ράτων τὴν ἐπίπεδον ἐπιφάνειαν,
καὶ θεοῦ πρόνοιαν. καὶ πρῶτος
τῶν φιλοσόφων ἀντεῖπε πρὸς
τὸν λόγον τὸν Λυσίου τοῦ Κεφάλου,
ἐκθέμενος αὐτὸν κατὰ λέξιν ἐν
τῷ Φαίδρῳ· καὶ πρῶτος ἐ-
θεώρησε τῆς γραμματικῆς τὴν
δύναμιν. Πρῶτός τε ἀντειρη-
κὼς σχεδὸν ἅπασι τοῖς πρὸ αὐ-
τοῦ, ζητεῖται διὰ τί μὴ ἐμνημόνευσε Δημοκρίτου. Τοῦτόν φησι

quum id ciuium nemo ten-
tare voluisset: quando &
arcem cum Chabria ascen-
denti Crobylus sycophan-
ta conuitiatus dixit, Alteri
opem laturus accedis, qua-
si verò nescias & te mane-
re Socratis venenum? Ad
quem ille, Quando pro pa-
tria militabam, pericula
pertuli, & modò amici gra-
tia ne desim officio, perli-
benter me periculis expo-
no. Primus hic (vt Phauo-
rinus ait in octauo Omni-
modæ historiæ) dialogos
introduxit, primúsque in-
quisitionis modum per re-
solutionē Leodamāti Tha-
sio induxit, & primus in
philosophia nominauit An-
tipodas, & Elementum, &
Dialecticam, & Poemata,
& Prælongum in numero,
extremorúmque planam
superficiem, ac Dei proui-
dentiam. Primus etiam phi-
losophorum orationi Ly-
siæ Cephali filij contradi-
xit, ipsam ad verbum ex-
ponens in Phædro, primus-
que Grammaticæ vim spe-
culatus est. Quumque pri-
mus omnibus ferè qui ante
se fuerāt, contradixerit, quę-
ri solet cur Democriti men-
tionem non fecerit. Refert

Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς εἰς Ὀλύμπια ἀνιόντος, τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἐπιστραφῆναι πρὸς αὐτόν. ὅτι καὶ Δίωνι συνέμιξε μέλλοντι στρατεύειν ἐπὶ Διονύσιον. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων Φαβωρίνου φέρεται, ὅτι Μιθριδάτης ὁ Πέρσης ἀνδριάντα Πλάτωνος ἀνέθετο εἰς τὴν Ἀκαδημίαν, καὶ ἐπέγραψε, Μιθριδάτης ὁ Ῥοδοβάτου Πέρσης, Μούσαις εἰκόνα ἀνέθηκε Πλάτωνος, ἣν Σιλανίων ἐποίησε. φησὶ δ' Ἡρακλείδης ὅτι νέος ὢν οὕτως ἦν αἰδήμων καὶ κόσμιος, ὥστε μηδέποτ' ὀφθῆναι γελῶν ὑπεράγαν. τοιοῦτος δ' ὤν, ὅμως ἐσκώφθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν κωμικῶν. Θεόπομπος γοῦν ἐν Αὐτοχάρει φησὶν οὕτως,

—ἓν γάρ ἐστιν οὐδὲ ἕν.
Τὰ δὲ δύ' ὁ μόλις ἕν ἐστιν, ὥς
φησὶ Πλάτων.

ἀλλὰ καὶ Ἀναξανδρίδης ἐν Θησεῖ·

Ὅτε τὰς μορίας ἔτρωγεν,
ὥσπερ Πλάτων.

ἀλλὰ καὶ Τίμων, οὑτωσὶ παραγραμματίζων αὐτόν,

Ὡς ἀνέπλαττε Πλάτων, πεπλασμένα θαύματα εἰδώς.

Neanthes Cyzicenus, hunc, quum in Olympia aliquando descendisset, Græcorum in se omnium ora conuertisse, ac eodem tempore Dioni congressum, aduersus Dionysium bellare instituenti. Porro in primo Commentariorum Phauorini fertur, Mithridatem Persam Platonis statuam in Academia locasse, ita inscriptã, Mithridates, Rhodobati filius, Perses, Musis imaginem Platonis dicauit Silanionis opus. Tradit Heraclides iuuenem Platonem adeo fuisse verecundum, adeo compositum, vt nunquam risisse, nisi modicè, deprehensus sit. Quum tamen esset eiusmodi, ne sic quidem comicorum conuitia effugit. Theopompus enim in Autochare sic ait,

Vnum enim ne vnum quidem est,
Sed vix duo sunt vnum, narrat vt Plato.

Sed & Anaxandrides in Theseo,

Quando vorabat oleas nostras vt Plato.

Timon quoque ita illum agit,

Vt conficta Plato astutus miracula finxit.

Ἄλεξις Μεροπίδι,

Εἰς καιρὸν ἥκεις. ὡς ἔγωγ' ἀπορουμένη
Ἄνω κάτω τε περιπατοῦσ', ὥσπερ Πλάτων,
Σοφὸν οὐδὲν εὕρηκ', ἀλλὰ κοπιῶ τὰ σκέλη.

Καὶ ἐν Ἀγκυλίωνι,

Λέγεις περὶ ὧν οὐκ οἶσθα, συντρέχων ὡς
Πλάτωνι, καὶ γνώσῃ λίτρον καὶ κρόμμυον.

Ἄμφις Ἀμφικράτει,

Τὸ δ' ἀγαθὸν, ὅ,τι ποτ' ἐστὶν, οὗ σὺ τυγχάνειν
Μέλλεις διὰ ταύτην, ἧττον οἶδα τοῦτ' ἐγώ,
Ὦ δέσποτ', ἢ τὸ Πλάτωνος ἀγαθόν. πρόσεχε δή.

Ἐν δὲ Δεξιδημίδῃ,

— ὦ Πλάτων,
Ὡς οὐδὲν οἶσθα πλὴν σκυθρωπάζειν μόνον,
Ὥσπερ κοχλίας σεμνῶς ἐπηρκὼς τὰς ὀφρῦς.

Κρατῖνος ψευδυποβολιμαίῳ,

Ἄνθρωπος εἶ δηλονότι, καὶ ψυχὴν ἔχεις.
Κατὰ μὲν Πλάτων' οὐκ οἶδα, ὑπονοῶ δ' ἔχειν.

Ἄλεξις Ὀλυμπιοδώρῳ,

Σῶμα μὲν ἐμοῦ τὸ θνητὸν, αὖον ἐγένετο.
Τὸ δ' ἀθάνατον ἐξῆρε πρὸς τὸν ἀέρα.

Et Alexis in Meropide,

In tempore ipso tu venisti, verum ego
Sursum ac deorsum tristis, ut Plato feror
Misera, labore frustra lassis cruribus.

Et rursum in Ancylione,

Ignota nobis narras, planè cursitans
Platonis instar, ac nosces cepe & litron.

Amphis in Amphicrate,

Atqui bonum illud quod nanciſci cogitas
Te posse, propter hanc, certè id minus ſcio
Platonis illud quàm bellum bonum ô here.

In Dexidemide verò ait,

Aliud nil potes quàm mœrere, mi Plato,
Et fronte ſemper corrugata, ut cochlea.

Cratinus in ſubdititio,

Homo es profecto, mentémque & ſensus habes:
Iuxta Platonem, vix ſcio, verùm arbitror.

Alexis Olympiodoro.

Homo, fuit quidem mortale, in me quod fuit:
Mortale quod non fuit, in auram euanuit.

Ταῦτ' ἐν σχολῇ Πλάτωνος;

Καὶ ἐν Παρασίτῳ,

Ἢ μετὰ Πλάτωνος ἀδολεσχεῖν κατὰ μόνας.

Χλευάζει δ' αὐτὸν καὶ Ἀναξίλας ἐν Βωτρυλίωνι καὶ Κέρκῳ καὶ Πλουσίαις. Ἀρίστιππος δ' ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς, φησὶν αὐτὸν Ἀστέρος μειρακίου τινὸς, ἀστρολογεῖν συνασκουμένου ἐρασθῆναι, ἀλλὰ καὶ Δίωνος τοῦ προειρημένου. ἔνιοι καὶ Φαίδρου φασί. δηλοῦν δὲ τὸν ἔρωτα αὐτοῦ τάδε τὰ ἐπιγράμματα, ἃ καὶ πρὸς αὐτοῦ γενέσθαι εἰς αὐτούς,

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς ἀστὴρ ἐμός· εἴθε γενοίμην
Οὐρανὸς, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.

Καὶ ἄλλο,

Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν Ἑῷος,
Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις Ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

Εἰς δὲ τὸν Δίωνα ὧδε,

Δάκρυα μὲν Ἑκάβῃ τε καὶ Ἰλιάδεσσι γυναιξὶ
Μοῖραι ἐπέκλωσαν δήποτε γεινομέναις·
Σοὶ δὲ, Δίων, ῥέξαντι καλῶν ἐπινίκιον ἔργων,
Δαίμονες εὐρείας ἐλπίδας ἐξέχεαν.

Num hæc ex Platonis schola?

Et in Parasito,

Aut cum Platone solitarium loqui.

Subsannat & hominem Anaxilas in Botrylione & Cerco & Πλουσίαις. Aristippus in quarto De antiquis deliciis ait illum adolescẽtis cuiusdam Stellæ nomine, qui cum eo Astrologiæ dabat operam, amore captum: Dionis etiam cuius meminimus. nonnulli & Phædrum amasse putant. Indicium autẽ amoris fuisse epigrammata ab eo in illos conscripta,

O utinam cælum fierem quæ sidera cernis,
Mi Stella, vt multis in te oculis tuerer.
Iam dudum viuis lucebas lucifer, at nunc
Extinctus luces Hesperus Elysiis.

In Dionem verò in hunc modum,

Et lacrymas Hecubæ & Troianis fata puellis
Decreuere recens ex genetrice satis:
At tibi post partos præclaro Marte triumphos,
Spes reliqua est nullis clara Dion superis.

Κεῖται δ' εὐρυχόρῳ ἐν πατρί-
δι, τίμιος ἀστοῖς,
Ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔ-
ρωτι Δίων.

Te patria ampla fouet, cumulat te ciuis honore,
Quo mihi nunc mentem perdis amore Dion?

τοῦτο καὶ ἐπιγεγράφθαι φασὶν ἐν Συρακούσαις ἐπὶ τοῦ τάφου. ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀλέξιδος (φασὶν) ἐρασθέντα, καὶ Φαίδρου, καθὰ προείρηται, τοῦτον ἐποιῆσαι τὸν τρόπον,

Hoc enim illius sepulcro inscriptum Syracusis tradunt. Quin & Alexim amasse fertur, & Phædrum, quemadmodum diximus, in quos scripsit in hunc modum,

Νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις ὅσον
μόνον εἶφ' ὅτι καλός,
Ὦπται, καὶ πάντῃ πᾶς τις ἐ-
πιστρέφεται.
Θυμὲ, τί μηνύεις κυσὶν ὀ-
στέον; εἶτ' ἀνιήσῃ
Ὕστερον· οὐχ οὕτω Φαῖδρον
ἀπωλέσαμεν;

Nunc quoniam nihil est quo-quo se verterit omnis,
Solum quòd pulcer visus Alexis ait,

Quid mi anime os canibus prodis? mox inde molestus
Detrectas, Phædrum siccine perdidimus?

ἔχειν τε Ἀρχεάνασσαν, εἰς ἣν καὶ αὐτὴν οὕτω ποιῆσαι,

Archeanassa quoque Colophonia vsum esse, in quā sic scripsit,

Ἀρχεάνασσαν ἔχω τὴν ἐκ
Κολοφῶνος ἑταίραν,
Ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ἕζετο
δριμὺς ἔρως.
Ἆ δειλοὶ, νεότητος ἀπαντή-
σαντες ἐκείνης
Πρωτοπλόου, δι' ὅσης ἤλθε-
τε πυρκαϊῆς.

Archeanassa mihi est meretrix Colophonia, feris
Cuius & in rugis sedit acerbus amor.
Quas miseri flammas, per quanta incendia ab istis
Libata illa quibus prima iuuenta fuit!

Ἀλλὰ καὶ εἰς Ἀγάθωνα.

In Agathonem item,

Τὴν ψυχὴν, Ἀγάθωνα φιλῶν,
ἐπὶ χείλεσιν εἶχον.
Ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς δια-
βησομένη.

Suauia dans Agathoni, animā ipse in labra tenebā:
AEgra etenim properans tanquam abitura fuit.

Καὶ ἄλλο.

Τῷ μήλῳ βάλλω σε· σὺ δ' εἰ μὲν ἑκοῦσα φιλεῖς με,
Δεξαμένη, τῆς σῆς παρθενίης μετάδος·
Εἰ δ' ἄρ' ὃ μὴ γίνοιτο νοεῖς, τοῦτ' αὐτὸ λαβοῦσα
Σκέψαι τὴν ὥρην ὡς ὀλιγοχρόνιος.

Μῆλον ἐγώ, βάλλει με φιλῶν σέ τις· ἀλλ' ἐπίνευσον
Ξανθίππη· κἀγὼ καὶ σὺ μαραινόμεθα.

φασὶ δὲ καὶ τὸ εἰς τοὺς Ἐρετριέας τοὺς σαγηνευθέντας αὐτοῦ εἶναι·

Εὐβοίης γένος ἦμεν Ἐρετρικόν, ἄγχι δὲ Σούσων
Κείμεθα· φεῦ γαίης πόσον ἀφ' ἡμετέρης.

Καὶ τοῦτο.

Ἁ Κύπρις Μούσαισι, Κοράσια, τὰν Ἀφροδίταν
Τιμᾶτ', ἢ τὸν Ἔρωτ' ὔμμιν ἐφοπλίσομαι.
Αἱ Μοῦσαι ποτὶ Κύπριν, Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα·
Ἡμῖν οὐ πέταται τοῦτο τὸ παιδάριον.

Καὶ ἄλλο.

Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν, ἔλιπε βρόχον· αὐτὰρ ὁ χρυσὸν
Ὃν λίπεν οὐχ εὑρὼν, ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον.

ἀλλά τοι Μόλων ἀπεχθῶς ἔχων πρὸς αὐτόν, ΟΥ' τοῦτο

Item aliud,

Malo ego te ferio: tu me si diligis, illud
Suscipe, me imparti & virginitate tua.
Hoc fieri si posse negas, hoc suscipe malum, &
Quàm pereat paruo tempore forma vide.
Malum ego, me iaculatur, amat qui te, annue quaeso,
Xanthippe: tibi mox nam, & mihi, forma perit.

Aiunt & illud in Eretrienses insidiis exceptos, ipsius esse,

EVboea fuimus Eretrum genus: at prope Susas
Condimur, heu nostra tam procul à patria!

Et illud,

Hac Venus ad Musas, Venerē exhorrescite nymphae;
In vos armatus aut Amor insiliet.
Cui contrà Musa, Lepida haec ioca tolle, precamur:
Aliger huc ad nos non volat ille puer.

Item aliud,

Aurum qui reperit, laqueū abiicit alter, amisso
Auro, collo aptat quem reperit laqueum.

At verò Molon hostili aduersus illum animo, non id

(φασὶ) θαυμαστὸν εἰ Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, ἀλλ' εἰ Πλάτων ἐν Σικελίᾳ. ἔοικε δὲ καὶ Ξενοφῶν πρὸς αὐτὸν ἔχειν οὐκ εὐμενῶς. ὥσπερ γοῦν διαφιλονεικοῦντες, τὰ ὅμοια γεγράφασι, Συμπόσιον, Σωκράτους ἀπολογίαν, τὰ ἠθικὰ ἀπομνημονεύματα· εἶθ' ὁ μὲν, πολιτείαν· ὁ δὲ, Κύρου παιδείαν. καὶ ἐν τοῖς νόμοις ὁ Πλάτων, πλάσμα φησὶν εἶναι τὴν παιδείαν αὐτοῦ· μὴ γὰρ εἶναι Κῦρον τοιοῦτον. ἀμφότεροί τε Σωκράτους μνημονεύοντες, ἀλλήλων οὐδαμοῦ, πλὴν Ξενοφῶν Πλάτωνος ἐν τρίτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων. λέγεται δ' ὅτι καὶ Ἀντισθένης μέλλων ἀναγινώσκειν τι τῶν γεγραμμένων αὐτοῦ, παρεκάλεσεν αὐτὸν παρατυχεῖν. καὶ πυθόμενος τί μέλλει ἀναγινώσκειν, εἶπεν, ὅτι περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀντιλέγειν· τοῦ δ' εἰπόντος, Πῶς οὖν σὺ περὶ αὐτοῦ τοῦτο γράφεις; καὶ διδάσκοντος ὅτι περιτρέπεται, ἔγραψε διάλογον κατὰ Πλάτωνος, Σάθωνα ἐπιγράψας. ἐξ οὗ διετέλουν ἀλλοτρίως ἔχοντες πρὸς ἀλλήλους. φασὶ δὲ καὶ Σωκράτην ἀκούσαντα τὸν Λύσιν, ἀναγινώσκοντος Πλάτωνος,

ait esse mirandum si Dionysius Corinthi, sed si Plato esset in Sicilia. Videtur & Xenophon haud quaquam amico in illũ fuisse animo. Nam veluti cõtentionis studio similia scripsere, Symposium, Socratis defensionem, Commentaria moralia. Ad hæc ille De republ. hic Cyri scripsit infantiam, quam in suis Legibus Plato fictam dixit: neque enim eiusmodi fuisse Cyrum. Tũ ambo quum Socratem semper habeant in ore, nũsquã reperies sui inuicem fecisse mentionem. Semel tantum Xenophon Platonis meminit in tertio Commentariorum. Fertur & Antisthenes, quum eorum quæ scripserat quippiam recitare vellet, orasse illũ vt adesset recitanti. Et quum rogãti cuiusmodi id esset, libri eius titulum explicuisset, De eo, inquit, quod non sit cõtradicere, Tu ergo (ait ille) de hoc ipso quomodo scribis? Et quum doceret contra suam venire sententiã, scripsit aduersus Platonẽ dialogum, Sathonem illum inscribens. Ex eo iam alienis animis in se inuicem fuere. Aiunt, Socratẽ, quũ Platonis Lysidẽ audisset recitari,

Ἡράκλεις (εἰπεῖν) ὡς πολλά μου καταψεύδεται ὁ νεανίσκος. οὐκ ὀλίγα γὰρ ὧν οὐκ εἴρηκε Σωκράτης, γέγραφεν ἀνήρ. εἶχε δὲ φιλέχθρως ὁ Πλάτων καὶ πρὸς Ἀρίστιππον. ἐν γοῦν τῷ περὶ ψυχῆς διαβάλλων αὐτὸν φησὶν ὅτι οὐ παρεγένετο Σωκράτει τελευτῶντι, ἀλλ' ἐν Αἰγίνῃ ἦν καὶ σύνεγγυς. καὶ πρὸς Αἰσχίνην δέ τινα φιλοτιμίαν εἶχε. φασὶ δὲ ὅτι καὶ αὐτὸς ἀδοκιμῶν παρὰ Διονυσίῳ, ἐνδεόντα δὲ ἀπελθεῖν, ὑπὸ μὲν Πλάτωνος παροφθῆναι, ὑπὸ δὲ Ἀριστίππου συστα θῆναι. τούς τε λόγους οὓς Κρίτωνι περιτέθεικεν, ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ περὶ τῆς φυγῆς συμβουλεύοντι, φησὶν Ἰδομενεὺς εἶναι Αἰσχίνου· τὸν δὲ ἐκείνῳ περιθεῖναι διὰ τὴν πρὸς τοῦτον δυσμένειαν. αὐτοῦ δὲ Πλάτων οὐδαμοῦ τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων μνήμην πεποίηται, ὅτι μὴ ἐν τῷ περὶ ψυχῆς, καὶ ἀπολογίᾳ. φησὶ δ' Ἀριστοτέλης τὴν τῶν λόγων ἰδέαν αὐτοῦ μεταξὺ ποιήματος εἶναι καὶ πεζοῦ λόγου. τοῦτον μόνον παραμεῖναι Πλάτωνι Φαβωρῖνός που φησιν, ἀναγινώσκοντι τὸν περὶ

Proh dij immortales, dixisse, quàm multa de me mentitur adolescens. Scripsit quippe non pauca vir iste quę Socrates non dixit. Fuit illi & aduersus Aristippum haud obscura simultas. Nã in libro De anima illum insimulat, quòd adfuerit morienti Socrati, quum in Ægina vicino Atticæ loco per id temporis moratus sit. Erat illi cum Æschine quoque vt fertur, Socratis auditore, contentio: quippe quum à Dionysio magni fieret, egénsque rerũ omnium ad eum profectus esset, à Platone despectum, atque ab Aristippo fuisse commẽdatũ. Porro sermones quos Critonem fecit in carcere loquentem, quum Socrati consuleret fugam, Æschinis fuisse tradit Idomeneus, illi verò à Platone huius odio fuisse attributos. Eius verò nusquam in libris suis Plato mentionem fecisse deprehenditur, præterquam in libro De immortalitate animæ, & in Socratis defensione, idque tenuiter. Enimuero stili ipsius genus, inter poema & prosam orationem mediũ ait Aristoteles fluere. Hũc solum Platoni assedisse quodam loco Phauorinus ait, quum librum De anima [illegible]

ψυχῆς, τοὺς δ' ἄλλους ἀναστῆναι
πάντας. ἔνιοί τέ φασιν ὅτι Φί-
λιππος ὁ Ὀπούντιος τοὺς
νόμους αὐτοῦ μετέγραψεν ὄν-
τας ἐν κηρῷ. τούτου δὲ καὶ τὴν Ἐπι-
νομίδα φασὶν εἶναι. Εὐφορίων
δὲ καὶ Παναίτιος εἰρήκασι,
πολλάκις ἐστραμμένην εὑρῆ-
σθαι τὴν ἀρχὴν τῆς πολιτείας, ἣν
πολιτείαν Ἀριστόξενός φησι
πᾶσαν σχεδὸν ἐν τοῖς Πρωταγό-
ρου γεγράφθαι ἀντιλογικοῖς.
λόγος δὲ πρῶτον γράψαι αὐτὸν
τὸν Φαῖδρον· καὶ γὰρ ἔχειν μειρα-
κιῶδές τι τὸ πρόβλημα. Δι-
καίαρχος δὲ καὶ τὸν τρόπον τῆς γρα-
φῆς ὅλον ἐπιμέμφεται, ὡς
φορτικόν. ὁ γοῦν Πλάτων λέ-
γεται, θεασάμενός τινα κυβεύ-
οντα, αἰτιάσασθαι. τοῦ δ' εἰπόν-
τος, ὡς ἐπὶ μικροῖς· Ἀλλὰ τό
γ' ἔθος (εἶπεν) οὐ μικρόν. ἐρω-
τηθεὶς εἰ ἀπομνημονεύματά τι
αὐτοῦ ἔσται ὥσπερ τῶν προτέρων,
ἀπεκρίνατο, Ὀνόματος δεῖ
πρῶτον τυχεῖν, εἶτα πολλὰ ἔ-
σται. εἰσελθόντος ποτὲ Ξενο-
κράτους, εἶπε μαστίγωσον τὸν
παῖδα. αὐτὸς γὰρ οὐ δύναμαι,
διὰ τὸ ὀργίζεσθαι. ἀλλὰ καὶ πρός
τινα τῶν παίδων, Μεμαστίγωσο
ἄν (εἶπεν) εἰ μὴ ὠργιζόμην. ἐφ'
ἵππον ἀναβὰς, εὐθέως κατέβη,

recitaret, reliquos omnes surrexisse. Plerique autumāt Philippum Opontium ipsius leges quæ erāt in cera, transcripsisse: huius & Epinomida esse aiunt. Euphoriō ac Panætius initium librorum De rep. sæpius inuentū inuersum atque immutatū dixere. Eam ipsius remp. Aristoxenus totam fermè in Protagoræ contradictionibus asserit scriptam. Phædrum primò illum scripsisse fama est. habet enim quæstio illa nonnihil iuuenile. Porro Dicæarchus totum id scribendi genus, vt graue ac molestum carpit. Platonem tradūnt quū vidisset quendam aleis ludentem, increpasse: & quum ille, Quàm me in paruis reprehendis! diceret, respondisse, At est consuetudo non parua res. Rogatus an ipsius monumenta sicuti superiorum futura essent, Primum (inquit) comparare oportet nomen, tum multum promotum fuerit. Ingresso aliquando Xenocrati, Cæde, inquit, hunc puerum: nam ipse, quòd iratus sim, nequeo. Cuidā item seruorū (illam inquit) vapulasses, nisi iratus essem. Quū equo insedisset, continuò descēdit,

φήσας δεδιέναι μὴ ἱπποτυφίᾳ ληφθῇ. τοῖς μεθύουσι συνεβούλευε κατοπτρίζεσθαι· ἀποστήσεσθαι γὰρ τῆς τοιαύτης ἀσχημοσύνης. πίνειν δ' εἰς μέθην οὐδαμοῦ πρέπον ἔλεγε, πλὴν ἐν ταῖς ἑορταῖς τοῦ καὶ τὸν οἶνον δόντος θεοῦ. καὶ τὸ πολλὰ δὲ καθεύδειν ἀπήρεσκεν αὐτῷ. ἐν γοῦν τοῖς νόμοις φησί, Κοιμώμενος δὲ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος. εἶναι δὲ ἥδιστον τῶν ἀκουσμάτων τὸ ἀληθεύειν· οἱ δὲ, τὸ λέγειν τἀληθῆ. καὶ περὶ ἀληθείας δ' ἐν τοῖς νόμοις φησὶν οὕτως, Καλὸν μὲν ἡ ἀλήθεια, ὦ ξένε, καὶ μόνιμον· ἔοικε δὲ οὐ ῥᾴδιον πείθειν. ἀλλὰ καὶ ἠξίου μνημόσυνον αὐτοῦ λείπεσθαι ἢ ἐν φίλοις ἢ ἐν βίβλοις. ἐξετόπιζε δὲ καὶ αὐτὸς τὰ πλεῖστα, καθά τινες φασί. καὶ ἐτελεύτα μὲν ὃν εἴπομεν τρόπον, Φιλίππου βασιλεύοντος ἔτος τρισκαιδέκατον, καθὰ καὶ Φαβωρῖνος φησὶν ἀπομνημονευμάτων τρίτῳ· ὑφ' οὗ καὶ ἐπιτιμηθῆναι φησὶν αὐτὸν Θεόπομπος. Μυρωνιανὸς δὲ ἐν ὁμοίοις φησὶ Φίλωνα παροιμίας μνημονεύειν περὶ τῶν Πλάτωνος φθειρῶν, ὡς οὕτως αὐτοῦ τελευτήσαντος. καὶ ἐτάφη

dicens vereri se ne equi ferocitate raperetur. Ebriis consulere solitus erat vt in speculo se studiosè intuerentur, quoad eiusmodi fœditate deterrerentur. Potare vsque ad ebrietatem nusquam decere monebat, prçterquam in diebus festis dei largitoris vini. Somnus item immodicus illi displicebat. In legibus siquidem ait, Dormiens autem nemo vllius pretij est. Veritatem suauiorem auditu omnibus quæ dicerentur. alij, Vera loqui iucundius omnibus, dixisse putant. Sic autem & de veritate dixit in Legibus, Præclarum quiddam est veritas, ô hospes, atque durabile, verùm id persuadere non facile videtur. Optabat insuper memoriam sui, vel in amicis vel in libris relinqui. Locis & ipse vtebatur plurimum. Moritur eo quo diximus modo, XIII. Philippi regis anno, vt Phauorinus in III. Comment. refert, à quo & obiurgatum fuisse illum Theopompus auctor est. Myronianus in Similibus ait Philonē meminisse prouerbij de Platonis pediculis, quasi sic ille defecerit. Sepultus est

ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ, ἔνθα τὸν πλεῖστον χρόνον διετέλεσε φιλοσοφῶν. ὅθεν καὶ Ἀκαδημαϊκὴ προσηγορεύθη ἡ ἀπ' αὐτοῦ αἵρεσις. καὶ παρεπέμφθη πανδημεὶ πρὸς τῶν αὐτόθι, διαθέμενος τοῦτον τὸν τρόπον· Τάδε κατέλιπε Πλάτων καὶ διέθετο· τὸ ἐν Ἡφαιστιαδῶν χωρίον, ᾧ γείτων βορρᾶθεν ἡ ὁδὸς ἡ ἐκ τοῦ Κηφισιάσιν ἱεροῦ, νότωθεν τὸ Ἡράκλειον τὸ ἐν Ἡφαιστιαδῶν, πρὸς ἡλίου δὲ ἀνιόντος Ἀρχέστρατος Φρεάρριος, πρὸς ἡλίου δὲ δυομένου Φίλιππος Χολλιδεύς. καὶ μὴ ἐξέστω τοῦτο μηδενὶ μήτε ἀποδόσθαι, μήτε ἀλλάξασθαι, ἀλλ' ἔστω Ἀδειμάντου τοῦ παιδίου εἰς τὸ δυνατόν. καὶ τὸ ἐν Εἰρεσιδῶν χωρίον, ὃ παρὰ Καλλιμάχου ἐπριάμην, ᾧ γείτων βορρᾶθεν Εὐρυμέδων Μυρρινούσιος, νότωθεν δὲ Δημόστρατος Ξυπεταιών, πρὸς ἡλίου ἀνιόντος Εὐρυμέδων Μυρρινούσιος, πρὸς ἡλίου δυομένου Κηφισός. ἀργυρίου μνᾶς τρεῖς, φιάλην ἀργυρᾶν, ἕλκουσαν ρξε΄, κυμβίον ἄγον με΄, δακτύλιον χρυσοῦν, καὶ ἐνώτιον χρυσοῦν, ἄγοντα συνάμφω δ΄ δραχμὰς, ὀβολοὺς τρεῖς. Εὐκλείδης ὁ λιθοτόμος ὀφείλει μοι τρεῖς μνᾶς.

autem in Academia, vbi plurimum temporis philosophatus fuerat. Vnde & quæ ob cõfluxit secta, Academica est appellata. Corpus ei elatum honorificè, & ab iis qui eò conuenerant conditum. Eiusmodi fuit ipsius testamentum. Hęc legauit Plato atque reliquit. Hephæstiadeum fundum, cui ab aquilone vicina via est quæ ducit a templo Cephisiadum, ab austro Heracleũ Hephæstiadũ, ab ortu solis Archestratus Phreatius, ab occasu Philippus Cholidensis. Hunc autem nemini licitum sit aut vendere, aut alienare, sed sit Adimanti filij quantum fieri potest. Eneresiadúmque fundũ quẽ emi à Callimacho, cui ab Aquilone vicinus est EVrymedon Myrinnusius, ab austro Demostratus Xypeteron, ab ortu EVrymedon Myrrhusius, ab occasu Cephissus. Argẽti minas tres, argenteã phialam pendentem drachmas CLXV, cymbium ponderis drachmarũ quadraginta quinque, annulũ aureũ, & inaurem auream, ambo drachmas quatuor & tres obolos pẽdẽtia. EVclides lapicida mihi debet minas 3.

Ἄρτεμιν ἀφίημι ἐλευθέραν· οἰκέτας καταλείπω, Τύχωνα, Βίκταν, Ἀπολλωνιάδην, Διονύσιον· ἔπιπλα τὰ γεγραμμένα, ὧν ἔχει τὰ ἀντίγραφα Δημήτριος. ὀφείλω δ' οὐδενὶ οὐδέν. ἐπίτροποι δὲ Σωσθένης, Σπεύσιππος, Δημήτριος, Ἡγίας, Εὐρυμέδων, Καλλίμαχος, Θράσιππος. καὶ διέθετο μὲν οὕτως. ἐπεγράφη δ' αὐτῷ ἐπιγράμματα τάδε,

Πρῶτον.

Σωφροσύνῃ προφέρων θνητῶν ἤθει τε δικαίῳ,
Ἐνθάδε δὴ κεῖται θεῖος Ἀριστοκλέης.
Εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔσχεν ἔπαινον,
Τοῦτον ἔχει πλεῖστον, καὶ φθόνος οὐχ ἕπεται.

Ἕτερον δέ.

Γαῖα μὲν ἐν κόλποις κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος,
Ψυχὴ δ' ἀθανάτων τάξιν ἔχει μακάρων.
Υἱοῦ Ἀρίστωνος, τόν τις καὶ τηλόθι ναίων
Τιμᾷ ἀνὴρ ἀγαθὸς θεῖον ἰδόντα βίον.

Καὶ ἄλλο δὲ νεώτερον.

Αἰετέ, τίπτε βέβηκας ὑπὲρ τάφου; ἢ τίνος, εἰπέ,

Dianam dimitto liberam: famulos relinquo Tychonem, Bictam, Apolloniadē, & Dionysiū: supellectilem & vasa scripta, quorum habet exemplar Demetrius. Nulli autem quicquam debeo. Curatores erunt Sosthenes, Speusippus, Demetrius, Hegias, Eurymedon, Callimachus atque Thrasippus. Hoc testamenti ipsius exemplar. Sepulcrum eius his illustratum est epigrammatibus: quorum illud primum est,

Iustitia cunctis praestans, vitaque modesta,
Hoc situs in tumulo diuus Aristocles,
Si quenquam ad magnos sapientia vexit honores,
Hunc citra inuidiam vexit & ipsa virum.

Item alterum.

Corpus habet gremio contectum terra Platonis,
Mens sed habet superum tecta beata deum.
Diuinum quem iam veneratur quisquis honestus
Et probus est, cuius vel procul est regio.

Et aliud recentius.

Quid monumenta super tumulum regum volasti

Ἀστερόεντα θεῶν οἶκον ἀποσκοπέεις;
Ψυχῆς εἰμι Πλάτωνος ἀποπταμένης εἰς ὄλυμπον
Εἰκών, σῶμα δὲ γῆ γηγενὲς Ἀτθὶς ἔχει.

Ἔστι καὶ ἡμέτερον οὕτως ἔχον·

Καὶ πῶς, εἰ μὴ Φοῖβος ἀν' Ἑλλάδα φῦσε Πλάτωνα,
Ψυχὰς ἀνθρώπων γράμμασιν ἠκέσατο;
Καὶ γὰρ ὁ τοῦδε γεγὼς Ἀσκληπιός ἐστιν ἰητὴρ
Σώματος, ὡς ψυχῆς ἀθανάτοιο Πλάτων.

Καὶ ἄλλο, ὡς ἐτελεύτα.

Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα,
πολιτικὴ δὲ καὶ αὐλητικὴ καὶ κιθαριστικὴ, καὶ αἱ τοιαῦται, πρακτικαί· οὐδὲν γὰρ ὁρατὸν ἔστιν αὐτῶν ἀποτελεσθὲν, ἀλλὰ πράττουσί τι. ὁ μὲν γὰρ αὐλεῖ καὶ κιθαρίζει, ὁ δὲ πολιτεύεται. ἡ δὲ γεωμετρικὴ, καὶ ἁρμονικὴ, καὶ ἀστρολογικὴ, θεωρητικαί. οὔτε γὰρ πράττουσιν, οὔτε ποιοῦσιν οὐδέν· ἀλλ' ὁ μὲν γεωμέτρης θεωρεῖ πῶς πρὸς ἀλλήλας ἔχουσιν αἱ γραμμαί· ὁ δ' ἁρμονικὸς, τοὺς φθόγγους· ὁ δ' ἀστρολογικὸς, τὰ ἄστρα καὶ τὸν κόσμον. τῶν ἄρα ἐπιστημῶν αἱ μέν εἰσι θεωρητικαί, αἱ δὲ πρακτικαί, αἱ δὲ ποιητικαί. τῆς ἰατρικῆς εἴδη ἐστὶ πέντε, ἡ μὲν φαρμακευτική, ἡ δὲ χειρουργική, ἡ δὲ διαιτητική, ἡ δὲ νοσογνωμονική, ἡ δὲ βοηθητική. ἡ μὲν φαρμακευτικὴ, διὰ φαρμάκων ἰᾶται τὰς ἀρρωστίας· ἡ δὲ χειρουργικὴ, διὰ τοῦ τέμνειν καὶ καίειν ὑγιάζει· ἡ δὲ διαιτητικὴ, διὰ τοῦ διαιτᾶν ἀπαλλάττει τὰς ἀρρωστίας· ἡ δὲ νοσογνωμονικὴ, διὰ τοῦ γνῶναι τὸ ἀρρώστημα· ἡ δὲ βοηθητικὴ, διὰ τοῦ βοηθῆσαι εἰς τὸ παραχρῆμα ἀπαλλάττει τῆς ἀλγηδόνος. τῶν

politiam verò & tibiarum cantus, pulsúsque citharæ, & huiusmodi cætera, practicæ subesse. Neque enim cõsummato actu quippiam remanet quod oculis subiectum sit; cæterùm in ipso actu vis omnis est: itaque alius tibiis, alius fidibus canit, alius remp. gerit. Porro geometria, & harmonia, & astrologia sub intelligentia cadunt, & speculationi tantummodo inseruiunt. Neque enim vel agunt vel efficiunt quicquam, sed geometra quidem contemplatur vt sese habeant ad inuicem lineæ, harmoniacus sonos ratione diiudicat, astrologus sidera atque cælum. Medicinæ itẽ quinque species esse: aliam quippe dici pharmaceuticen, quæ morbis medicata potione subueniat: aliam chirurgicam, quę sectione & vstione curet: tertiam, quę sola victus ratione & ordine auertat ægritudines, appellariq; diæteticẽ: quartã, quę ex celeri discretiõne morborum succurrat ęgris, vocarique νοσογνωμονική: quintã, adiutricẽ dici, quòd à repentino auxilio doloribus cõtinuò liberet.

ἄρα ἰατρικῶν ἡ μέν, ἐστι φαρμακευτική, ἡ δέ, χειρουργική, ἡ δὲ διαιτητική, ἡ δέ, βοηθητική, ἡ δέ, νοσογνωμονική.

νόμου διαιρέσεις δύο· ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ, γεγραμμένος· ὁ δὲ, ἄγραφος. ᾧ μὲν ἐν ταῖς πόλεσι πολιτευόμεθα, γεγραμμένος ἐστίν· ὁ δὲ κατὰ ἔθη γινόμενος, οὗτος ἄγραφος καλεῖται· οἷον, τὸ μὴ γυμνὸν πορεύεσθαι εἰς τὴν ἀγορὰν, μηδὲ γυναικεῖον ἱμάτιον περιβάλλεσθαι· ταῦτα γὰρ οὐδεὶς νόμος κωλύει, ἀλλ᾽ ὅμως οὐ πράττομεν, διὰ τὸ ἀγράφῳ νόμῳ κωλύεσθαι. τοῦ ἄρα νόμου ἐστὶν ὁ μὲν γεγραμμένος· ὁ δὲ, ἄγραφος. ὁ λόγος διαιρεῖται εἰς πέντε, ὧν εἷς μέν ἐστιν ὃν οἱ πολιτευόμενοι λέγουσιν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὃς καλεῖται πολιτικός· ἑτέρα δὲ διαίρεσις λόγου, ὃν οἱ ῥήτορες γράφουσιν, εἴς τε ἐπίδειξιν προφέροντες, εἰς ἐγκώμια καὶ ψόγους καὶ κατηγορίας. τὸ δὴ τοιοῦτον εἶδος, ἐστὶ ῥητορικόν· τρίτη δὲ διαίρεσις λόγου, ὃν οἱ ἰδιῶται διαλέγονται πρὸς ἀλλήλους· οὗτος δὴ ὁ τρόπος προσαγορεύεται ἰδιωτικός. ἑτέρα δὲ διαίρεσις λόγου, ὃν οἱ κατὰ βραχὺ ἐρωτῶντες καὶ ἀποκρινόμενοι τοῖς ἐρωτῶσι διαλέγονται· οὗτος δὲ καλεῖται ὁ λόγος διαλεκτικός. πέμπτη δὲ διαίρεσις λόγου, ὃν οἱ τεχνῖται περὶ τῆς ἑαυτῶν διαλέγονται τέχνης,

Legis item geminam esse distributionem, alteram scriptam, alteram verò non scriptam. priorem illam esse ciuilem, qua administramus remp. quæ verò citra scripturam constat, eam à natura & vsu proficisci, quale est nudum in forum ambulare non debere, aut muliebri veste vti, quod nulla scripta lege prohibetur.. nam ab eiusmodi sola citra scripturá naturalísque lex vetat. Sermonem seu orationem in quinque diuidit. Esse enim eius genus quoddam quo vtuntur in concionibus hi qui administrant rempubl. ídque ciuile appellari. Aliud quo vtuntur oratores in demonstratione, dum vel laudant vel vituperant, vel accusant quempiam: esse verò id genus oratorium. Tertiò quo priuati inter se mutuò colloquuntur, dicíque priuatum. Quartum quo compendio ij qui rogant & respondent, ad interrogata disserunt, vocaríque id genus dialecticú. Quintò quo artifices dum de sua arte disserunt, loquuntur,

ὃς δὴ καλεῖται τεχνικός. τὸ λόγου ἄρα, τὸ μέν ἐστι πολιτικόν, τὸ δὲ, ῥητορικόν, τὸ δὲ, ἰδιωτικόν, τὸ δὲ, διαλεκτικόν, τὸ δὲ, τεχνικόν. ἡ μουσικὴ εἰς τρία διαιρεῖται. ἔστι γὰρ ἡ μὲν, διὰ τοῦ στόματος μόνον, οἷον ἡ ᾠδή. δεύτερον δὲ, διὰ τοῦ στόματος καὶ τῶν χειρῶν, οἷον ἡ κιθαρῳδία. τρίτον ἀπὸ τῶν χειρῶν μόνον, οἷον κιθαριστική. τῆς ἄρα μουσικῆς ἐστι τὸ μὲν, ἀπὸ τοῦ στόματος μόνον· τὸ δ', ἀπὸ τοῦ στόματος καὶ τῶν χειρῶν· τὸ δὲ, ἀπὸ τῶν χειρῶν. διαιρεῖται δὲ ἡ εὐγένεια εἰς εἴδη τέτταρα. ἓν μὲν, ἐὰν ὦσιν οἱ πρόγονοι καλοὶ κἀγαθοὶ καὶ δίκαιοι, τοὺς ἐκ τούτων γεγεννημένους εὐγενεῖς φασὶν εἶναι· ἄλλο δὲ, ἐὰν ὦσιν οἱ πρόγονοι δεδυναστευκότες καὶ ἄρχοντες γεγενημένοι, τοὺς ἐκ τούτων εὐγενεῖς φασὶν εἶναι· ἄλλο δὲ, ἐὰν ὦσιν οἱ πρόγονοι ὀνομαστοί, οἷον ἀπὸ στρατηγίας, ἀπὸ στεφανιτῶν ἀγώνων· καὶ γὰρ τοὺς ἐκ τούτων γεγεννημένους, εὐγενεῖς προσαγορεύομεν. ἄλλο εἶδος, ἐὰν αὐτός τις ᾖ γενναῖος τὴν ψυχὴν καὶ μεγαλόψυχος· καὶ τοῦτον εὐγενῆ φασί. καὶ τῆς γε εὐγενείας αὕτη κρατίστη. τῆς ἄρα εὐγενείας τὸ μὲν, ἀπὸ προγόνων ἐπιεικῶν, τὸ δὲ, δυναστῶν, τὸ δὲ, ἐνδόξων, τὸ δὲ, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ καλοκἀγαθίας. τὸ κάλλος διαιρεῖται εἰς τρία. ἓν μὲν γὰρ αὐτοῦ ἐστιν ἐπαινετὸν, οἷον ἡ διὰ τῆς ὄψεως εὐμορφία·

appellarique id artificiosum. Musicam in tria secari: Quandam enim voce sola constare, vt cantum: aliam voce simul & manu, vt citharæ cantus: tertiam solis manibus perfici, vt quũ si lente oris organo citharam percutimus. Nobilitatem quatuor in species diuidi. Nam qui claris, bonis iustisque maioribus fuerint nati, eos nobiles vocari, quorum item parentes potentes ac principes fuere: item vocari nobiles, quorum sint maiores fama & opinione celebres, quam vel ex bellicis rebus præclarè gestis, vel ex certaminum coronis reportauerint: alterum esse nobilitatis genus, idque præstantissimum, quum quis per se animi magnitudine excellit. Pulchritudinem item in tria distinguit: aliam quippe esse laudabilem, vt formosam faciem:

ἄλλα δὲ χρηστικὰ οἷον ὄργανον καὶ οἰκία καὶ τὰ τοιαῦτα πρὸς χρῆσίν ἐστι καλά. τὰ δὲ πρὸς νόμους καὶ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὰ τοιαῦτα, πρὸς ὠφέλειαν ἐστὶ καλά. τῶν ἄρα καλῶν τὸ μὲν πρὸς ἔπαινον, τὸ δὲ πρὸς χρῆσιν, τὸ δὲ πρὸς ὠφέλειαν. ἡ ψυχὴ διαιρεῖται εἰς τρία. τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς, ἐστὶ λογιστικόν· τὸ δὲ, ἐπιθυμητικόν· τὸ δὲ, θυμικόν. τούτων δὲ τὸ μὲν λογιστικόν ἐστιν αἴτιον τοῦ βουλεύεσθαι, καὶ λογίζεσθαι, καὶ διανοεῖσθαι, καὶ πάντων τῶν τοιούτων· τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν μέρος ἐστὶ τῆς ψυχῆς αἴτιον τοῦ ἐπιθυμεῖν φαγεῖν, καὶ τοῦ πλησιάσαι, καὶ τῶν τοιούτων· τὸ δὲ θυμικὸν μέρος αἴτιόν ἐστι τοῦ θαρρεῖν, καὶ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι καὶ ὀργίζεσθαι. τῆς ἄρα ψυχῆς ἐστὶ τὸ μὲν, λογικόν, τὸ δὲ, ἐπιθυμητικόν, τὸ δὲ, θυμικόν. τῆς τελείας ἀρετῆς εἴδη τέτταρα· ἓν μὲν, φρόνησις· ἓν δὲ, δικαιοσύνη· τρίτον δὲ, ἀνδρεία· τέταρτον, σωφροσύνη. τούτων ἡ μὲν φρόνησις, αἰτία τοῦ πράττειν ὀρθῶς τὰ πράγματα· ἡ δὲ δικαιοσύνη, τοῦ ἐν ταῖς κοινωνίαις καὶ τοῖς συναλλάγμασι δικαιοπραγεῖν. ἡ δὲ ἀνδρεία, τοῦ ἐν τοῖς κινδύνοις καὶ φοβεροῖς μὴ ἐξίστασθαι ἀλλὰ

aliam quoque vsui deseruire, vt instrumentum & domum, quæ præterquam quòd speciosa sunt, vsibus nostris commoda etiam sunt: tertiam legibus studiisque constare, eámque humanæ vitæ commodis maximè consulere. Animæ tres itidem partes esse, rationalem, concupiscibilem, & irascibilem. Ex his autem rationalem sedem esse consilij, cogitationis, consultationis, & huiusmodi reliquorum. Concupiscibilem esse appetendi cibi vel coitus, & similium causam. Irascibilem verò confidētiæ, voluptatis, doloris, & iracundiæ autorem esse. Perfectæ consummatæque virtutis esse species quatuor, primam prudentiam, secundam iustitiam, fortitudinem tertiā, quartā temperantiam. Ex his prudentiam vt rectè agamus omnia causam esse. Iustitiam verò inter cōsortia & humanæ vitæ commercia, nō violandi iuris autorem: fortitudinem autem, ne inter pericula & terrores à fortiter cœptis deficiamus:

[illegible]

σωφροσύνην, κρατεῖν τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ ὑπὸ μηδεμιᾶς ἡδονῆς δουλοῦσθαι, ἀλλὰ κοσμίως ζῆν. τὸ νόμιμον ἄρα τὸ μὲν φρόνησιν, ἄλλο δικαιοσύνην, τρίτον ἀνδρεία, τέταρτον σωφροσύνη. Ἡ ἀρχὴ διαιρεῖται εἰς μέρη πέντε, ἓν μὲν εἰς τὸ κατὰ νόμον, ἓν δὲ εἰς τὸ κατὰ φύσιν, ἓν δὲ εἰς τὸ κατὰ ἔθος, τέταρτον, εἰς τὸ κατὰ γένος, πέμπτον δὲ κατὰ βίαν. οἱ μὲν οὖν ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντες ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἐπιλεχθῶσι, κατὰ νόμον ἄρχουσιν· οἱ δὲ κατὰ φύσιν, οἱ ἄρρενες, οὐ μόνον ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις (ἐπὶ πολὺ γὰρ πανταχοῦ τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν ἄρχει). ἡ δὲ κατὰ ἔθος ἀρχὴ τοιαύτη ἐστὶν, οἵαν οἱ παιδαγωγοὶ τῶν παίδων ἄρχουσι, καὶ οἱ διδάσκαλοι τῶν φοιτώντων. γένει δὲ ἀρχὴ τοιαύτη τις λέγεται, οἵαν οἱ Λακεδαιμόνιοι βασιλεῖς ἄρχουσιν· ἀπὸ γὰρ γένους τινὸς ἡ βασιλεία. καὶ ἐν Μακεδονίᾳ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἄρχουσι· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἀπὸ γένους ἡ βασιλεία καθίσταται. οἱ δὲ βιασάμενοι ἢ παρακρουσάμενοι ἄρχουσι τῶν πολιτῶν ἀκόντων· ἡ τοιαύτη ἀρχὴ κατὰ βίαν λέγεται. ἡ ἀρχὴ τοίνυν ἢ κατὰ νόμον, ἢ κατὰ φύσιν, ἢ κατὰ ἔθος, ἢ τὸ δὲ, κατὰ γένος, ἢ δὲ, κατὰ βίαν. τῆς ῥητορείας εἴδη

porro temperantiam ad frenandas cupiditates, ut a nulla voluptate subigamur, honestéque viuamus, sua nobis lege præscribere. Magistratus in quinque partitur, in legitimum, naturalem, æquum ac rectum, in eum qui fit per generis successionem, & denique in violentum & tyrannicū. Nam magistratus ciuitatum si eligantur a ciuibus, secundum legem imperant. Per naturam vero mares vbique non modò inter homines, verum inter alia animalia quoque, fœminis præsunt. Ex consuetudine vero pædagogi pueris, & magistri discipulis imperāt. Per genus autem, quemadmodum Lacedæmoniorum reges dominantur. nam ex genere regnum sortiuntur. Eodem modo & apud Macedones reges imperant: quippe & illic regnum ex genere institutum est. Porro qui coacti per vim, aut ciuibus inuitis regnant, ij violenti ac tyranni vocantur. Oratoriæ sex spe-

ἓν [illegible] γὰρ καλοῦσι πο- λεμεῖν ἢ συμμαχεῖν πρός τινα, καλεῖται τὸ τοιοῦτο εἶδος προτροπή· ὅταν δὲ ἀξιῶσι μὴ πολεμεῖν μηδὲ συμμαχεῖν, ἀλλ' ἡσυχίαν ἄγειν, τὸ τοιοῦτον εἶδός ἐστιν ἀποτροπή. τρίτον εἶδος τῆς ῥητορείας ὅταν τις φάσκῃ ἀδικεῖσθαι ὑπό τινος, καὶ πολλῶν κακῶν αἴτιον ἀποφαίνῃ. τὸ δὴ τοιοῦτον εἶδος κατηγορία ὀνομάζεται. τέταρτον εἶδος τῆς ῥητορείας ἀπολογία καλεῖται, ὅταν ἀποφαίνῃ αὐτὸν μηδὲν ἀδικοῦντα, μήτε ἄλλο ἄτοπον μηδὲν πράττοντα· τὸ δὴ τοιοῦτον ἀπολογίαν καλοῦσι. πέμπτον εἶδος ῥητορείας, ὅταν τις εὖ λέγῃ καὶ ἀποφαίνῃ καλὸν καὶ ἀγαθόν· τὸ δὴ τοιοῦτον εἶδος καλεῖται ἐγκώμιον. ἕκτον εἶδος, ὅταν τις ἀποφαίνῃ φαῦλον· τὸ δὲ τοιοῦτον εἶδος καλεῖται ψόγος. τῆς ἄρα ῥητορείας τὸ μέν ἐστιν ἐγκώμιον, τὸ δὲ ψόγος, τὸ δὲ προτροπή, τὸ δὲ ἀποτροπή, τὸ δὲ κατηγορία, τὸ δὲ ἀπολογία. τὸ ὀρθῶς λέγειν διαιρεῖται εἰς τέτταρα· ἓν μὲν, ἃ δεῖ λέγειν· ἓν δὲ, ὅσα δεῖ λέγειν· τρίτον, πρὸς οὓς δεῖ λέγειν· τέταρτον δὲ, πηνίκα λέγειν δεῖ. ἃ μὲν οὖν δεῖ λέγειν, ἃ μέλλει συμφέρειν τῷ λέγοντι καὶ τῷ ἀκούον-

cies tradit. Nam quoties iusserit orator bellum suscipere, & auxilium contra aliquem ferre, id genus vocatur Adhortatio: quum verò quietem agere, neque bellare, neque opem ferre monuerit, appellatur ea species Dehortatio: tertia, quũ qui se â quopiam iniuria affectum, & cõplura incõmoda perpessum docuerit: eiusmodi verò vocatur Accusatio. quarta species, Defensio dicitur, quum is qui accusatur, se neque violasse ius, neque aliud quicquam temere & perperam egisse probarit: quinta deinceps species, quum quis bene & cõmodè dixerit, honestúmque ac bonum prædicauerit, eáque Laus siue ἐγκώμιον dicitur: sexta deinde, quum turpem ac malum probauerit, & hæc Vituperatio potest appellari. Rectè dicere in quatuor scindit. Primùm enim quid dicere oporteat observandum: secundò quàm multa dicere: tertiò, ad quos: quartò, quando sit dicendum. Ea igitur oportet dicere quæ vtilia futura sint & dicenti & audi-

τι. τὸ δὲ ὅσα δεῖ λέγειν, μὴ-
τε μείω μηδὲ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν.
πρὸς δὲ οὓς δεῖ λέγειν, ἄν τε
πρὸς πρεσβυτέρους ἁμαρ-
τάνοντας διαλέγηται, ἁρμόττ-
οντας δεῖ τοὺς λόγους διαλέ-
γεσθαι ὡς πρεσβυτέροις· ἄν τε
πρὸς νεωτέρους, ἁρμόττοντας
διαλέγεσθαι ὡς νεωτέροις. πό-
τε δὲ λέγειν δεῖ, μήτε προ-
τέρω μήτε ὕστερον· εἰ δὲ μή,
διαμαρτήσεσθαι καὶ οὐ καλῶς ἐ-
ρεῖν. ἡ δὲ εὐεργεσία διαιρεῖται εἰς
τέτταρα· ἢ γὰρ χρήμασιν, ἢ σώ-
μασιν, ἢ ταῖς ἐπιστήμαις, ἢ
τοῖς λόγοις. τοῖς μὲν οὖν χρή-
μασιν, ὅταν δεομένῳ τις βοη-
θήσῃ τις εἰς χρημάτων λό-
γον εὐπορῆσαι· τοῖς δὲ σώμα-
σιν εὖ ποιοῦσιν ἀλλήλους, ὅταν
παραγενόμενοι τυπτομένοις
παραβοηθῶσιν. οἱ δὲ παιδεύ-
οντες, καὶ ἰατρεύοντες, καὶ διδάσ-
κοντες ἀγαθόν τι, οὗτοι ταῖς
ἐπιστήμαις εὐεργετοῦσιν· ὅταν δὲ
εἰσέλθωσιν εἰς δικαστήριον ἄλ-
λος ὑπὲρ ἄλλου βοηθὸς, καὶ λόγον
τινὰ ἐπιεικῆ εἴπῃ ὑπὲρ αὐτοῦ, οὗ-
τος διὰ λόγου εὐεργετεῖ. ἆρα διῄ-
ρηται ἡ μὲν διὰ χρημά-
των, ἡ δὲ διὰ σωμάτων, ἡ δὲ διὰ
ἐπιστημῶν, τετάρτη διὰ λόγων.

tori. Quę dicere cōueniāt, ea sunt vt neq; nimis multa neque pauciora quàm satis est, dicātur. Quibus autem dici oporteat, vt si quidem ad peccantes seniores dicēdum sit, verba illi ætati cōgrua loquamur: sin verò ad iuniores verba faciēda sint, maiore autoritate vtamur in dicendo. Quando verò dicendum, vt neque prius, neque posterius quam ratio exigit, dicatur. Alioqui profectò vitium non effugiet, qui secus facit. Beneficentia quadrifariam diuiditur. Aut enim pecuniis, aut corporibus, aut disciplinis, aut verbis beneficiū præstari. Pecuniis quidem beneficium constat, quum quis egenos, vt inopia liberentur, pecuniis iuuat: Corporibus verò, quum se mutuò fouent homines, & ab iniuria cædentiúmque petulantia vindicant. Porro qui disciplinis erudiūt, vel medicinæ arte subueniunt, vel boni aliquid docent, tertio illo beneficentiæ genere vtuntur. At qui in iudicium quispiam ingressus pro amico dixerit, eúmque vi orationis adiuuerit, hic beneficentiæ munus verbis expleuit.

διαιρεῖται τὸ τέλος τῶν πραγμάτων εἰς τέτταρα εἴδη· ἓν μὲν κατὰ νόμον τέλος τὰ πράγματα λαμβάνει, ὅταν ψήφισμα γένηται, καὶ τοῦθ' ὁ νόμος τελέσῃ. κατὰ φύσιν δὲ τέλος τὰ πράγματα λαμβάνει, ἥ, τε ἡμέρα καὶ ὁ ἐνιαυτὸς, καὶ αἱ ὧραι· κατὰ τέχνην δὲ τέλος τὰ πράγματα λαμβάνει, οἷον ἡ οἰκοδομική (οἰκίαν γάρ τις ἐπιτελεῖ) καὶ ἡ ναυπηγικὴ πλοῖα γάρ. κατὰ τύχην δὲ γίνεται τοῖς πράγμασι τέλος, ὅταν ἄλλως καὶ μὴ ὡς ὑπολαμβάνει τις ἀποβαίνῃ. τοῦ τέλους ἄρα τῶν πραγμάτων τὸ μὲν κατὰ νόμον, τὸ δὲ κατὰ φύσιν, τὸ δὲ κατὰ τέχνην, τὸ δὲ κατὰ τύχην ἐστίν. ἡ δύναμις διαιρεῖται εἰς τέτταρα εἴδη· ἓν μὲν, ὃ δυνάμεθα τῇ διανοίᾳ λογίζεσθαι καὶ ὑπονοεῖν· ἕτερον δὲ, τῷ σώματι, οἷον πορεύεσθαι καὶ διδόναι καὶ λαμβάνειν, καὶ τὰ τοιαῦτα· τρίτον, ὃ δυνάμεθα πλήθει στρατιωτῶν καὶ χρημάτων, ὅθεν καλεῖται πολλὴν δύναμιν ἔχων βασιλεύς. τετάρτη δὲ διαίρεσις δυνάμεως, πάσχειν καὶ εὖ ποιεῖν ἢ κακῶς· οἷον ἀρρωστεῖν καὶ παιδεύεσθαι δυνάμεθα, καὶ ὑγιεῖς γίνεσθαι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα.

Finem itidem rerum quadripartitum facit. Nam res aut secundum leges finem accipiunt: vt quum decretū aliquod lege firmatur & impletur. Aut secundum naturam finis rebus accedit. Nanque & dies & annus, & anni tempora naturali lege decedunt. Aut secūdum artem finis rei imponitur. Architectus enim arte consummat ædificiū, & nauium fabricator, itidē perficit nauem. Aut fortuitò finis contingit, vt quum secus ac putabam⁹, & præter opinionem aliquid accidit. Aut igitur legitimus est rerum finis, aut naturalis, aut arte constat, aut fortuitu. Potentiam identidem quatuor in species diuidit: vnam quippe esse qua cogitare animo & opinari possumus: alteram, qua corpore valemus, vt proficisci & accipere, & dare, & cætera id genus: tertiam, qua vel pecuniarū copia, vel multitudine militū potentes dicimur: (vnde & multum posse dicitur rex) quartam, potētiæ distributionem qua & facere ac pati bene & malè possumus. Nam & infirmari, & erudiri, conualescere valemus, & huiusmodi omnia.

τῆς ἄρα δυνάμεως ἡ μέν ἐστιν
ἐν διανοίᾳ, ἡ δ' ἐν τῷ σώματι,
ἡ δ' ἐν τοῖς στρατοπέδοις καὶ χρή-
μασιν, ἡ δ' ἐν τῷ ποιεῖν καὶ πά-
σχειν. τῆς φιλανθρωπίας ἐστὶν
εἴδη τρία. ἓν μὲν, διὰ τῆς προση-
γορίας γινόμενον, οἷον ἐν οἷς
τινὲς τὸν ἐντυγχάνοντα πάντα προσ-
αγορεύουσι, καὶ τὴν δεξιὰν
ἐμβάλλοντες χαιρετίζουσιν· ἄλ-
λο εἶδος, ὅταν τις βοηθητι-
κὸς ᾖ παντὶ τῷ ἀτυχοῦντι· ἕ-
τερον εἶδός ἐστι τῆς φιλανθρω-
πίας, ἐν ᾧ τινὲς φιλοδειπνι-
σταί εἰσι. τῆς ἄρα φιλανθρωπ-
ίας, τὸ μέν ἐστι διὰ τοῦ προσα-
γορεύειν, τὸ δὲ, διὰ τοῦ εὐεργε-
τεῖν, τὸ δὲ, διὰ τοῦ ἑστιᾶν καὶ φι-
λοσυνουσιάζειν. ἡ εὐδαιμο-
νία διαιρεῖται εἰς πέντε μέρη.
ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς ἐστιν εὐβου-
λία· ἡ δὲ, εὐαισθησία καὶ ὑ-
γίεια τοῦ σώματος· τρίτον, εὐ-
τυχία ἐν ταῖς πράξεσι· τέ-
ταρτον, εὐδοξία παρὰ τοῖς ἀν-
θρώποις· πέμπτον, εὐπορία
χρημάτων καὶ τῶν εἰς τὸν βίον
χρησίμων. ἡ μὲν εὐβουλία
γίνεται ἐκ παιδείας, καὶ ἐκ τοῦ
πολλῶν ἔμπειρον γενέσθαι·
ἡ δὲ εὐαισθησία, ἐκ τῶν τοῦ
σώματος μορίων, οἷον, ἐάν τις
ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ, καὶ τοῖς ὠσὶν

Primam itaque potentiæ speciem constare animo, secundam corpore, tertiam exercitu atque pecuniis, quartam in faciendo & patiendo. Humanitatem triplicem inducit. Quandam enim compellatione fieri, vt quum fortè obuiũ quenque humaniter quis salutat, & dextram porrigens, comiter excipit. Aliam esse eius speciem, quum quis afflictis opem clementer impendit. Tertiũ eius genus quo conuiuia inter se homines celebrant. Astringitur salutationis officio, aut ope & auxilio, aut conuiuio, frequentique congressu constare humanitatem. Felicitatẽ in quinque partitam diffinit. Primam eius partem, bene consulere: secundam, sensibus & bona valetudine corporis vigere: tertiam, in rebus gerendis fortunatum esse: quartam, gloria & autoritate apud homines excellere: quintã, pecuniis rebúsque cæteris ad omnes vsus vitæ affluere. Sanam consultationem ex eruditione multarúmque rerum peritia & experimẽto cõtingere. Sẽsuũ integritatẽ ex corporis membris accidere, vt siquis cernit oculis, audit

ἀκοῇ, καὶ τῇ ῥινὶ καὶ τῷ στόματι
αἰσθάνεται ὧν δεῖ αἰσθάνεσθαι·
τὸ δὴ πλεῖστον, εὐαισθησία. τὸ δὲ
εὐτυχία, ὅταν ἐφ' ἃ σκοπεῖ,
πράξῃ κατ' ὀρθὸν ἃ δεῖ
πράττειν τὸν σπουδαῖον. εὐδοξία
δ' ἐστὶν, ὅταν τις εὖ ἀκούῃ. εὐ-
πορία δ' ἐστὶν, ὅταν τις πρὸς
τὰς ἐν τῷ βίῳ χρείας οὕτως ἔ-
χῃ, ὥστε καὶ φίλους εὖ ποιῆσαι,
καὶ φιλοτίμως καὶ εὐπόρως ἀπο-
λειτουργῆσαι. ᾧ δὲ ὑπάρχει ταῦτα
πάντα, οὗτός ἐστιν εὐδαίμων τε-
λέως. τῆς ἄρα εὐδαιμονίας ἐστὶ
τὸ μὲν, εὐβουλία, τὸ δὲ, εὐαισθη-
σία, καὶ ὑγίεια τοῦ σώματος, τὸ
δὲ, εὐτυχία, τὸ δὲ, εὐδοξία, τὸ δὲ,
εὐπορία. αἱ τέχναι εἰς τρία
διαιροῦνται· ἡ μὲν, πρώτη, ἡ δὲ,
δευτέρα, ἡ δὲ, τρίτη. πρώτη μὲν
οἵα ἡ μεταλλευτικὴ καὶ ὑλοτο-
μική· παρασκευαστικαὶ γάρ εἰ-
σιν. ἡ δὲ, χαλκευτικὴ καὶ ἡ τεκτο-
νικὴ, μετασχηματιστικαί εἰσιν. ἐκ
μὲν γὰρ τοῦ σιδήρου ἡ χαλκευτικὴ
ὅπλα ποιεῖ, ἡ δὲ τεκτονικὴ ἐκ τῶν
ξύλων, αὐλοὺς καὶ λύρας. ἡ δὲ
χρηστικὴ, οἷον ἱππικὴ, τοῖς χα-
λινοῖς χρῆται, ἡ πολεμικὴ τοῖς
ὅπλοις, ἡ μουσικὴ τοῖς αὐλοῖς καὶ τῇ λύρᾳ. τέχνης ἄρα τρία εἴδη ἐστὶ,
τὸ μὲν πρῶτον, τὸ δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον. τὸ ἀγαθὸν εἰς
τέτταρα γένη διαιρεῖται· ὧν ἓν μὲν λέγομεν εἶναι τὸν τὴν ἀρετὴν ἔ-
χοντα ἰδίᾳ ἀγαθόν· ἄλλο δὲ, αὐτὴν τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν δικαιο-

auribus, narium præterea
& oris sensu valet vbi opus
est. Tertium esse, quũ quis,
quod agere intendit, ita e-
gerit, vt decet sapientem &
strenuum virum. Quartum
illud, scilicet gloriæ cele-
britatem, ex opinione bo-
nitatis emanare. Postremũ
rerum affluentia est, quum
cui ad vitæ vsus ita suppe-
tit pecuniarũ copia, vt & a-
micos fauore beneficio, &
largè ac liberaliter cuncta
necessaria subministrare va-
leat. Porro cui hæc suppe-
tũt omnia, eũ perfectè feli-
cẽ ac beatũ esse. Artes trifa-
riã diuidit. Prima in tracta-
tione ferri & metallorum,
materiaque cędẽda, cõstat,
quòd ista quasi præparet.
Secũda, quæ ex his cõficit
aliquid. nã ex ferro ærarius
arma fabricat, ex lignis fa-
ber tibias & lyras facit:
Tertia in vsu earũ rerũ est.
siquidẽ equestris frænis v-
titur, armis bellica, musica
tibiis & lyra. Bonũ in qua-
tuor genera diuiditur. Pri-
mò bonũ dicimus eum qui
habeat virtutem: Secun-
dò virtutem ipsam & iu-

οἷον λέγομεν ἀγαθὸν εἶναι. τρίτον δὲ, οἷον σιτία καὶ γυμνάσια τὰ προσφορὰ καὶ φάρμακα· τέταρτον δὲ φαμὲν εἶναι ἀγαθὸν, οἷον αὐλητικὴν καὶ ὑποκριτικὴν καὶ τὰ τοιαῦτα. ἀγαθοῦ ἄρα τέτταρα εἴδη ἐστί· τὸ μὲν, τὸ τὴν ἀρετὴν ἔχειν· ἕτερον δὲ, αὐτὴ ἡ ἀρετή· τρίτον δὲ, σιτία καὶ γυμνάσια τὰ ὠφέλιμα· τέταρτον δὲ, αὐλητικὴν καὶ ὑποκριτικὴν καὶ ποιητικὴν ἀγαθὸν λέγομεν εἶναι. τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστι κακὰ, τὰ δὲ ἀγαθὰ, τὰ δὲ οὐδέτερα. τούτων κακὰ μὲν λέγομεν τὰ δυνάμενα βλάπτειν ἀεί. οἷον ἀκρασίαν καὶ ἀφροσύνην καὶ ἀδικίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα. τὰ δὲ τούτοις ἐναντία ἀγαθά ἐστιν. τὰ δὲ ἐνίοτε μὲν ὠφελεῖν, ἐνίοτε δὲ βλάπτειν, οἷον τὸ περιπατεῖν, καὶ τὸ καθῆσθαι, καὶ ἐσθίειν, ἢ ὅλως μήτε ὠφελῆσαι μήτε βλάψαι δυνάμενα, ταῦτα οὖν οὔτε ἀγαθὰ οὔτε κακά ἐστι. τῶν ἄρα ὄντων, τὰ μὲν ἀγαθὰ, τὰ δὲ, κακὰ, τὰ δὲ, οὐδέτερα τούτων.

stitiam dicimus bonum: Tertiò, cibos & commodā exercitationē ac medicamenta. Quartò demū loco bonū dicimus tibiarū cantum, histrionicā, atque huiusmodi cætera. Eorū quæ sunt, quædā dicimus mala, quædam bona, aliā neutra. Ex his mala esse quæ semper nocere possūt, vt est intemperantia, demētia, iniquitas, & huiusmodi: bona, quæ his cōtraria sunt: media, quæ neutram partem tuētur, cuiusmodi sūt hæc, deambulatio, sessio, ciborum perceptio, quę omnino neque prodesse possūt, neque obesse: ea igitur neque bona esse neque mala. Optima legū moderatio in tria diuiditur. Primò, si sint leges præclaræ & graues: secūdo, si ciues eas leges quæ ita latæ fuerunt, omni studio obseruēt: tertiò, si iuxta cōsuetudines ac studia quo sine positis legibus bene respubl. administretur. Est igitur prima pars eiusce moderationis, vt sint leges

Εὐνομία διαιρεῖται εἰς τρία· ἓν μὲν, ἐὰν ὦσιν οἱ νόμοι σπουδαῖοι, εὐνομίαν φαμὲν εἶναι· ἕτερον δὲ, ἐὰν τοῖς κειμένοις νόμοις ἐμμένωσιν οἱ πολῖται, καὶ τοῦτο φαμὲν εὐνομίαν εἶναι· τρίτον δὲ, ἐὰν μὴ ὄντων τῶν νόμων, κατὰ ἔθη καὶ ἐπιτηδεύματα χρηστῶς πολιτεύωνται, καὶ τοῦτο εὐνομίαν προσαγορεύομεν. τῆς εὐνομίας ἄρα ἓν μέν ἐστι, νόμους σπουδαίους

ἐστὶ [illegible] δὲ, ἐὰν τοῖς ὑπάρχουσι νόμοις ἐμμένωσι· τρίτην δὲ, ἐὰν τοῖς ἔθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασι χρηστῶς πολιτεύωνται. διαιρεῖται ἡ ἀνομία εἰς τρία· ὧν ἓν μέν ἐστιν, ἐὰν ὦσιν οἱ νόμοι μοχθηροὶ, καὶ πρὸς ξένους καὶ πρὸς πολίτας· ἕτερον δὲ, ἂν τοῖς ὑπάρχουσι μὴ πείθωνται· ἄλλο δὲ, ἐὰν ὅλως μηδεὶς ἡ νόμος. ἡ μὲν ἄρα ἀνομία ἓν μὲν ἐστὶ, τὸ μοχθηρούς εἶναι τοὺς νόμους· ἄλλο δὲ, ἂν τοῖς οὖσι μὴ πείθωνται· τρίτον, ἐὰν μηδεὶς ἡ νόμος. τὰ ἐναντία διαιρεῖται εἰς τρία. οἷον, ἀγαθὰ κακοῖς ἐναντία φαμὲν εἶναι ὡς τὴν δικαιοσύνην τῇ ἀδικίᾳ, καὶ τὴν φρόνησιν τῇ ἀφροσύνῃ, καὶ τὰ τοιαῦτα. κακὰ δὲ κακοῖς ἐναντία εἶναι, ὡς ἡ ἀσωτία καὶ ἡ ἀνελευθερία, καὶ τὸ ἀδίκως στρεβλοῦσθαι τῷ δικαίως στρεβλοῦσθαι· καὶ τὰ τοιαῦτα κακὰ κακοῖς ἐναντία ἐστί. τὰ δὲ οὐδέτερα οὐδετέροις, οἷον τὸ πένεσθαι τῷ πλουτεῖν. ἑκάτερον γὰρ τούτων οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακόν· ἐναντία δὲ ὅμως. τὸ δὲ βαρὺ τῷ κούφῳ, καὶ τὸ ταχὺ τῷ βραδεῖ, καὶ τὸ μέλαν τῷ λευκῷ, ὡς οὐδέτερα οὐδετέροις ἐναντία ἐστί. τῶν ἐναντίων ἄρα, τὰ μὲν ὡς ἀγαθὰ, κακοῖς ἐναντία ἐστί· τὰ δὲ ὡς κακὰ κακοῖς· τὰ δὲ, ὡς οὐδέτερα οὐδετέροις [illegible].

optimæ: secunda, vt [illegible] illas maneatur: tertia, vt præclaris consuetudinibus studiisq; viuatur. Cōtraria huic laudabili legum moderationi iniquitas in tria itidem scinditur. Primum ex his est, si sint leges latæ, peregrinis & ciuibus noxiæ: alterum, si his quę sunt minime obtemperetur: tertiò, si bona nulla omnino sit lex. Contraria trifariam ita diuiduntur, quēadmodum bona malis contraria dicimus, vt iustitiam iniustitiæ, sapientiam insipientiæ, & huiusmodi cætera. Mala autem malis contraria, vt prodigalitas illiberalitati, & iniusta pœna iniustæ impunitati, & cętera id genus mala malis cōtraria sunt. Porro neutris neutra contraria sunt, pauperem esse & diuitem. neutrum enim per se neque bonum neque malum, contraria tamen. Verum leuia grauioribus, tardis velocia, & nigra candidis, vt neutris neutra contraria sunt. Contrariorum igitur partim vt bona malis contraria sunt, partim vt mala malis, partim vt neutra neutris contraria dicuntur.

τῶν ἀγαθῶν φησιν εἶναι τρία· τὰ μὲν γάρ ἐστιν ἐκτὰ, τὰ δὲ μεθεκτὰ, τὰ δ᾽ ὑπαρκτά. τὰ μὲν οὖν ἐκτὰ ὅσα ἐνδέχεται ἔχειν, οἷον ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ὑγίεια· μεθεκτὰ δὲ, ὅσα ἔχειν μὲν οὐκ ἐνδέχεται, μετέχειν δὲ αὐτῶν ἐνδέχεται· οἷον, αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν ἔχειν μὲν οὐκ ἐνδέχεται, μετέχειν δὲ αὐτοῦ ἐνδέχεται. ὑπαρκτὰ δὲ, ὅσα μήτε μετέχειν, μήτε ἔχειν ἐνδέχεται, ὑπάρχειν δὲ δεῖ· οἷον τὸ σπουδαῖον εἶναι καὶ δίκαιον εἶναι, ἀγαθόν ἐστι· καὶ ταῦτα οὔτε ἔχειν, οὔτε μετέχειν ἐστὶν, ἀλλὰ ὑπάρχειν δεῖ, σπουδαῖον εἶναι καὶ δίκαιον εἶναι. τῶν ἀγαθῶν ἄρα τὰ μέν ἐστιν ἐκτὰ, τὰ δὲ μεθεκτὰ, τὰ δὲ ὑπαρκτά. ἡ συμβουλία διαιρεῖται εἰς τρία. ἔστι γὰρ αὐτῆς, ἡ μὲν ἐκ τῶν παρεληλυθότων χρόνων λαμβανομένη, ἡ δὲ ἐκ τῶν μελλόντων, ἡ δὲ ἐκ τῶν ἐνεστώτων. τὰ μὲν οὖν ἐκ τῶν παρεληλυθότων παραδείγματα, οἷον τί ἔπαθον Λακεδαιμόνιοι πιστεύσαντες· τὰ δ᾽ ἐκ τῶν παρόντων, οἷον, ἀσθενῆ τὰ τείχη ἀποφαίνειν, δειλοὺς τοὺς ἀνθρώπους, ὀλίγον τὸν σῖτον· τὰ δὲ ἐκ τῶν μελλόντων,

Bonorum tria sunt genera, alia enim ex his haberi, alia participari, alia subsistere. Prima illa sunt quæ esse possunt, vt est iustitia & sanitas: secunda, quæ haberi quidem nequeunt, eorum tamen participes esse possumus, vt bonũ ipsum habere possibile non est, neque tamen est impossibile illius participatione frui: subsistentia verò, quæ neque participationem admittunt, neque habere possibile est, sed esse oportet, vt probum esse, & iustum esse & bonum. ea verò neque habere neque participare licet, sed sufficere, vt probum esse, & iustum esse. Consilium itidem tripartitum est, aliud quippe à præterito, aliud à futuro, aliud à præsenti tempore sumitur. Præteritum tempus exempla suppeditat, dum attenditur quid, cum quæque gens passa sit, vt caueamus: aut quid prudenter egerit, vt imitemur, vtpote quid passi sint Lacedæmonij, dum confidũt: præsens autem, rem ipsam quæ in manibus est, considerare monet, puta imbecilles muros, homines timidos, annonæ caritatem, & cætera huiusmodi. Futurũ, prospicere suadens

οἷον, ταῖς ὑπονοίαις μὴ ἀδικεῖν τὰς πρεσβείας, ὅπως μὴ ἄδοξος ἡ Ἑλλὰς γένηται. τῶν ἄρα συμβουλιῶν τὰ μέν ἐστιν ἐκ τῶν παρεσχημένων, τὰ δὲ ἐκ τῶν παρόντων, τὰ δὲ ἐκ τῶν μελλόντων. ἡ φωνὴ διαιρεῖται εἰς δύο· ἓν μὲν αὐτῆς ἐστιν ἔμψυχον, ἓν δὲ ἄψυχον. ἔμψυχον μὲν ἡ τῶν ζῴων φωνή· ἄψυχον δὲ φθόγγοι καὶ ἦχοι. τῆς ἐμψύχου φωνῆς ἡ μέν ἐστιν ἐγγράμματος, ἡ δὲ ἀγράμματος. ἐγγράμματος μὲν ἡ τῶν ἀνθρώπων, ἀγράμματος δὲ ἡ τῶν ζῴων. τῆς ἄρα φωνῆς ἡ μὲν ἔμψυχος, ἡ δὲ ἄψυχος. τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστι μεριστά, τὰ δὲ ἀμέριστα. τούτων δὲ τῶν μεριστῶν τὰ μὲν ὁμοιομερῆ, τὰ δὲ ἀνομοιομερῆ. ἀμερῆ μὲν οὖν ἐστιν ὅσα μὴ ἔχει διαίρεσιν, μηδὲ ἔκ τινος σύγκειται, οἷον ἥ τε μονὰς καὶ ἡ στιγμὴ καὶ ὁ φθόγγος· μεριστὰ δὲ ὅσα ἔκ τινος σύγκειται, οἷον αἵ τε συλλαβαὶ καὶ συμφωνίαι, καὶ ζῷα, καὶ ὕδωρ, καὶ χρυσός. καὶ ὁμοιομερῆ μὲν ὅσα ἐξ ὁμοίων σύγκειται· καὶ μηδὲν διαφέρει τὸ ὅλον τοῦ μέρους εἰ μὴ τῷ πλήθει· οἷον τὸ ὕδωρ καὶ τὸ χρυσίον καὶ

vel ne quid fiat temere, habendam bonae opinionis rationem, vt non esse violandas suspicione legationes, ne Graecia gloriam honestatis amittat. Vox in duo diuiditur: est enim animata alia, alia inanimata. Animata quidem animantium, inanimata verò sonorum atque crepituum. Porrò animata bifariam diuiditur: est enim altera literata, altera illiterata. Literata, vt hominum: illiterata, vt animalium. Eorum quae sunt, alia diuidua, alia indiuidua dicimus. Diuiduorum verò alia sunt similium partium, alia dissimilium. Atque indiuidua quidem sunt quae diuisionem non admittunt, & simplicia sunt, neque ex aliquo composita, vt monadem, punctum ac sonum, indiuidua dicimus. Diuidua verò quae sunt ex aliquo composita, vt syllabae & consonantiae, animantes & aqua, & aurum. Similium partium sunt quae ex similibus componuntur: neque totum à parte nisi multitudine differt, puta aqua atque aurum, &

...μῶν τὸ πλεῖστον. ἀνομοιομερῆ δέ, ὅσα ἐξ ἀνομοίων μερῶν σύγκειται, οἷον οἰκία καὶ τὰ τοιαῦτα. τῶν ὄντων ἄρα τὰ μέν ἐστι μεριστά, τὰ δέ, ἀμερῆ. τῶν δὲ μεριστῶν, τὰ μέν, ὁμοιομερῆ, τὰ δέ, ἀνομοιομερῆ. τῶν ὄντων, τὰ μέν ἐστι καθ' ἑαυτά, τὰ δὲ πρός τι λέγεται. τὰ μὲν οὖν καθ' ἑαυτὰ λεγόμενα, ἐστὶν ὅσα ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ μηδενὸς προσδεῖται. ταῦτα δ' ἂν εἴη οἷον ἄνθρωπος, ἵππος, καὶ τὰ ἄλλα ζῷα. τούτων γὰρ οὐδὲν διὰ ἑρμηνείας χωρεῖ. τῶν δὲ πρός τι λεγομένων, ὅσα προσδεῖταί τινος ἑρμηνείας, οἷον τὸ μεῖζον τινός, καὶ τὸ θᾶττον τινός, καὶ τὸ κάλλιον, καὶ τὰ τοιαῦτα. τό, τε γὰρ μεῖζον, ἐλάττονός ἐστι μεῖζον, καὶ τὸ θᾶττον τινός ἐστι. τῶν ὄντων ἄρα, τὰ μὲν αὐτὰ καθ' αὑτὰ λέγεται, τὰ δὲ πρός τι. ὧδε καὶ τὰ πρῶτα διῄρει, κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην.

Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Πλάτων φιλόσοφος Ῥόδιος, μαθητὴς Παναιτίου, καθά φησι Σέλευκος ὁ γραμματικὸς ἐν πρώτῳ περὶ φιλοσοφίας. καὶ ἄλλος, περιπατητικός, μαθητὴς Ἀριστοτέλους· καὶ ἕτερος, Πραξιφάνους· καὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητής.

cetera huiusmodi. Dissimilium partium dicimus quæ ex dissimilibus constant, vt est domus, & huiusmodi cætera. Eorum quæ sunt, alia per se, alia verò ad aliquid dicũtur. Ea quidem per se dicimus, quæ nulla interpretatione, vt intelligantur, indigent: eiusmodi sunt homo, equi, & animalia reliqua. nihil horum interpretatione indiget. Ea verò ad aliquid dicuntur, quæ interpretatione quadam egent, vt est maius aliquo, & aliquo celerius, & melius, & huiusmodi reliqua. Nanque maius minore maius est, & celerius aliquo est celerius, & in hunc modum cætera. Ita & priora diuidebat secundum Aristotelem.

Fuit & alius Plato philosophus Rhodius, Panætij discipulus, vt ait Seleucus Grammaticus in I. De philosophia libro, & alius Peripateticus, Aristotelis discipulus, & alius Praxiphanis, alius item poeta priscæ comœdiæ.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ ΠΕΡΙ βίων, δογμάτων καὶ ἀποφθεγμάτων, τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, Βιβλίον δ΄ τῶν ι΄.

DIOGENIS LAERTII de vitis, dogmatis & apophthegmatis eorum qui in philosophia claruerunt, Liber IIII.

ΣΠΕΥΣΙΠΠΟΣ.

Τὰ μὲν περὶ Πλάτωνος ταῦτ' ἦν εἰς τὸ ἐνεῖναι τὸν ἡμῖν συναγαγεῖν, φιλοπόνως διειληφότι τὰ λεγόμενα περὶ τἀνδρός.

Διεδέξατο δ' αὐτὸν Σπεύσιππος Εὐρυμέδοντος, Ἀθηναῖος. τῶν μὲν δήμων Μυρρινούσιος ὤν, υἱὸς δὲ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Πωτώνης· καὶ ἐσχολάρχησεν ἔτη ὀκτώ, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· Χαρίτων τε ἀγάλματα ἀνέθηκεν ἐν τῷ μουσείῳ τῷ ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Ἀκαδημίᾳ ἱδρυθέντι.

SPEVSIPPVS.

Quæ de Platone dicenda erãt, pro viribus diximus, quid de eo viro singuli sensissent, studiosè in vnum corpus, colligentes.

Successit autem ei Speusippus, EVrymedontis filius, Atheniensis, pago Myrrhinusius, Potones Platonis sororis, filius. Octo autem annos scholæ Platonicæ præfuit, à centesimaoctaua Olympiade initium sumens. Gratiarum signa in schola collocauit, quæ fuit a Platone in Academia extructa:

καὶ ἐνέμεινε μὲν ἐπὶ τῶν αὐτῶν Πλάτωνι δογμάτων· οὐ μὴν τό γε ἦθος διέμεινε τοιοῦτος. καὶ γὰρ ὀργίλος καὶ ἡδονῶν ἥττων ἦν. φασὶ γοῦν αὐτὸν ὑπὸ θυμοῦ τὸ κυνίδιον εἰς τὸ φρέαρ ῥῖψαι· καὶ ὑφ' ἡδονῆς ἐλθεῖν εἰς Μακεδονίαν ἐπὶ τὸν Κασάνδρου γάμον. ἐλέγοντο δὲ αὐτοῦ καὶ αἱ Πλάτωνος ἀκούειν μαθήτριαι, Λασθένειά τε ἡ Μαντινικὴ, καὶ Ἀξιοθέα ἡ Φλιασία. ὅτε καὶ Διονύσιος πρὸς αὐτὸν γράφων τωθαστικῶς, φησί, Καὶ ἐκ τῆς Ἀρκαδικῆς σου μαθητρίας ἔστι τὴν φιλοσοφίαν καταμαθεῖν. καὶ Πλάτων μὲν ἀτελεῖς φόρων τοὺς παρ' αὐτὸν φοιτῶντας ἐποίει· σὺ δὲ δασμολογεῖς, καὶ παρ' ἑκόντων καὶ ἀκόντων λαμβάνεις. οὗτος πρῶτος (καθά φησι Διόδωρος ἐν Ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ) ἐν τοῖς μαθήμασιν ἐθεάσατο τὸ κοινὸν, καὶ συνῳκείωσε καθόσον ἦν δυνατὸν ἀλλήλοις· καὶ πρῶτος παρὰ Ἰσοκράτους τὰ καλούμενα ἀπόρρητα ἐξήνεγκεν, ὥς φησι Καινεύς· καὶ πρῶτος εὗρεν ὧ τὰ φορμία τῶν φρυγάνων εὔογκα ποιοῦσιν. ἤδη δὲ ὑπὸ παραλύσεως καὶ τὸ σῶμα διέφθαρτο·

Perstitit autem intra Platonis dogmata, etsi moribus eiusmodi non fuit. Nãque & iracundus erat & voluptatibus deditus. Denique aiunt illum ira concitatum, catulũ in puteum iecisse, voluptatéque delinitum in Macedoniam ad Cassandri nuptias profectũ esse. Fertur &, Platonis discipulas Lastheniam vatẽ, & Axiotheam Phliasiam, ipsum quoque audiuisse. Quo etiam tempore Dionysius ita ad illum mordaciter scribens ait, Et ex Arcade discipula tua philosophiam discere possumus. Et Plato quidem gratis sua limina terentes docebat, tu verò tributa exigis, & à volentibus & nolentibus accipis. Primus hic (vt ait Diodorus in primo Commentariorum) in disciplinis quid esset commune, vestigauit, easque quantum fieri poterat, sibi inuicem iunxit atque foederauit. Primus item quæ ab Isocrate dicebantur arcana edidit, vt Cæneus refert: ac primus quo pacto ex gracilioribus lignis capacia & in ventrem tumentia vascula fierent inuenit. Quum verò iam paralysi corpus illi omne resolutum esset,

καὶ πρὸς Ξενοκράτη διατείνας τὸ ἀγαλμάτιον αὐτοῦ ἠξίου, καὶ τὴν σχολὴν διαδέξασθαι. φασὶ δὲ ἐφ' ἁμαξίου αὐτὸν φερόμενον, εἰς τὴν Ἀκαδημίαν συναντῆσαι Διογένει, καὶ Χαῖρε, εἰπεῖν· τὸν δὲ φάναι, Ἀλλὰ μὴ σύ γε, ὅστις ὑπομένεις ζῆν τοιοῦτος ὤν. καὶ τέλος ὑπὸ ἀθυμίας ἑκὼν τὸν βίον μετήλλαξε, γηραιὸς ὤν. καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτόν,

Ἀλλ' εἰ μὴ Σπεύσιππον ἐμάνθανον ὧδε θανεῖσθαι,
Οὐκ ἂν ἔπεισέ μέ τις, τόδε λέξαι, ὡς ἄρ' ἔην οὐ
Οὐ γὰρ Πλάτωνι πρὸς αἵματος. οὐ γὰρ ἀθυμῶν
Κάτθανεν ἂν διά τι σφόδρα μικρόν.

Πλούταρχος δέ φησιν ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ καὶ Σύλλα, φθειρσὶν ἐκζέσαι αὐτόν. ἦν δὲ καὶ τὸ σῶμα διακεχυμένος, ὥς φησι Τιμόθεος ἐν τῷ περὶ βίων. οὗτος (φησὶ) πρὸς τὸν ἐρῶντα πλουσίου ἀμόρφου, ἔφη, Τί δέ σοι δεῖ τούτου; ἐγὼ γάρ σοι δέκα ταλάντων εὐμορφοτέραν εὑρήσω.

Καταλέλοιπε δὲ πάμπλειστα ὑπομνήματα, καὶ διαλόγους πλείονας· ἐν οἷς καὶ Ἀρίστιππον τὸν Κυρηναῖον· Περὶ πλούτου, α'· Περὶ ἡδονῆς, α'· Περὶ δικαιοσύνης, α'·

accersito Xenocrate, orauit vt sibi docendo succederet. Aiunt illum quum vehiculo ferretur in Academiam, obuium habuisse Diogenem, & quum illi Salue dixisset, hoc ab eo responsum accepisse, At tu nequaquam salue, qui eiusmodi quum sis, viuere sustines. Demum verò mœrore impulsum, quum iam senio confectus esset, mortem sibi sponte consciuisse. Porro Plutarchus in vita Syllæ ac Lysandri, pediculis efferuescentibus illum interiisse ait. Erat enim corpore fragili, quod testatur Timotheus in libro De vitis. Hic ad diuitem qui amaret deformem mulierem, ait, Quid tibi isthac opus est? ego tibi decem talentis formosiorem inueniam.

Reliquit autem cōplura commentaria & dialogos plurimos, inter quos & Aristippus Cyrenæus est, De diuitiis vnū, De voluptate vnum, De iustitia vnum,

Περὶ φιλοσοφίας, α΄ Περὶ φιλίας, α΄. Περὶ θεῶν, α΄ Φιλόσοφος, α΄ Πρὸς Κέφαλον, α΄ Κέφαλος, α΄ Κλεινόμαχος, ἢ Λυσίας. Πολίτης, α΄ Περὶ ψυχῆς, α΄. Πρὸς Γρύλλον, α΄ Ἀρίστιππος, α΄ Τεχνῶν ἔλεγχος, α΄ ὑπομνηματικοὶ διάλογοι, Τεχνικὸν, α΄ Διάλογοι τῶν περὶ τὰς πραγματείας ὁμοίων, α΄, β, γ΄, δ΄, ε΄, ϛ΄, ζ΄, θ΄, ι΄. διαιρέσεις, καὶ πρὸς τὰ ὅμοια ὑποθέσεις. Περὶ γενῶν καὶ εἰδῶν παραδειγμάτων. Πρὸς τὸν Ἀμάρτυρον. Πλάτωνος ἐγκώμιον. Ἐπιστολαί, πρὸς Δίωνα, Διονύσιον, Φίλιππον. Περὶ νομοθεσίας, Μαθηματικὸς, Μανδρόβολος, Λυσίας, Ὅροι, Τάξεις ὑπομνημάτων. Στίχοι μ΄, γ΄, δ΄, ο΄, ε΄, πρὸς τοῦτον γράφει καὶ Σιμωνίδης τὰς ἱστορίας, ἐν αἷς κατατέταχε τὰς πράξεις Δίωνός τε καὶ Βίωνος. φησὶ δ᾽ αὐτῷ Φαβωρῖνος ἐν δευτέρῳ ἀπομνημονευμάτων φασὶν ὅς φησιν ὡς Ἀριστοτέλης αὐτοῦ τὰ βιβλία τριῶν ταλάντων ὠνήσατο. γέγονε Σπεύσιππος καὶ ἕτερος, ἰατρὸς, Ἡροφίλειος Ἀλεξανδρεύς.

De philosophia vnum, De amicitia vnum, De diis vnum, Philosophus vnum, Ad Cephalum vnum, Cephalus vnũ, Clinomachus siue Lysias, Ciuis vnũ, De anima vnum. Commentariorum ad Gryllũ vnũ, Aristippus vnũ, Ἔλεγχος artium vnum, ὑπομνηματικοὶ διάλογοι, Artificiale vnum, Dialogi earum rerum quæ sunt in quaque re similes decem, Diuisiones & argumenta ad similia, De generibus & speciebus exẽplorum, Ad Amartyrum, Platonis laudes. Epistolæ ad Dionem, Dionysium, Philippum. De legis sanctione, Mathematicus, Mãdrobulus, Lysias, Diffinitiones, Commentariorum ordines, Versus propè infiniti. Ad hunc Simonides scribit historias, in quibus Dionis ac Bionis gesta signauerat. Eius libros Aristotelẽ tribus talentis emisse Phauorinus in secundo Commẽtariorum autor est. Fuit & alter Speusippus, medicus, Erophilius Alexandrinus.

ΞΕΝΟΚΡΑ'ΤΗΣ. XENOCRATES.

Ξενοκράτης, Ἀγαθήνορος, Καρχηδόνιος· οὗτος ἐκ νέου Πλάτωνος ἤκουσε, καὶ εἰς Σικελίαν αὐτῷ συναπεδήμησεν. ἦν δὲ τὴν φύσιν νωθρὸς, ὥστε φασὶ λέγειν τὸν Πλάτωνα, συγκρίνοντα αὐτὸν Ἀριστοτέλει, τῷ μὲν μύωπος δεῖ, τῷ δὲ χαλινοῦ. καὶ, Ἐφ' οἷον ἵππον οἷον ὄνον ἀλείφω! σεμνὸς δὲ τά τε ἄλλα Ξενοκράτης καὶ σκυθρωπὸς ἀεὶ, ὥστε αὐτῷ λέγειν συνεχὲς τὸν Πλάτωνα, Ξενόκρατες, θῦε ταῖς Χάρισι. διῆγέ τε ἐν Ἀκαδημίᾳ τὰ πλεῖστα· καὶ εἴποτε μέλλοι ἐς ἄστυ ἀπιέναι, φασὶ τοὺς θορυβώδεις πάντας καὶ πορνικοὺς ὑποστέλλειν αὐτοῦ τῇ παρόδῳ. καί ποτε καὶ Φρύνην τὴν ἑταίραν ἐθελῆσαι πειρᾶσαι αὐτὸν, καὶ δῆθεν διωκομένην ὑπό τινων καταφυγεῖν εἰς τὸ οἰκίδιον. τὸν δὲ, ἕνεκα τοῦ ἀνθρωπίνου, εἰσδέξασθαι, καὶ ἑνὸς ὄντος κλινιδίου δεομένῃ μεταδοῦναι τῆς κατακλίσεως· καὶ τέλος πολλὰ ἐκλιπαροῦσαν, ἄπρακτον ἀναστῆναι. λέγειν τε πρὸς τοὺς πυνθανομένους, ὡς οὐκ ἀπ' ἀνδρός·

Xenocrates, Agathenoris filius, Chalcedonius, à primis fermè annis Platonis auditor fuit, eique in Siciliam proficiscẽti comes itineris adhæsit. Erat autem hebes ingenio ac tardus, adeo vt quum illum Plato Aristoteli cõferret, alterum fræno, alterum diceret egere calcaribus. illúdque, Cui equo quem asinum iungo! Alioquin seuero semper ac serio habitu & ore perdurabat, ita vt sæpe ad illum Plato diceret, Xenocrates, Gratiis sacra facito. Vixit autem vt plurimum in Academia. Siquando verò ad vrbem profecturus esset, turbas omnes tumultuosorum ac impudicorum eius obseruare transitum solitas tradunt, eius inquietandi gratia. Phrynen denique, nobile scortum, illum aliquando tentasse, quum videlicet a quibusdam dedita opera insectaretur, ab eo intra ædiculam admissam humanitatis causa. Quúmque solus illic & vnicus lectulus esset, oranti lectuli ipsius partem concessisse: demũ quũ multa nequicquam orasset, infecto opere profectam esse, ac dixisse percõtantibus, se nõ à viro,

sed à

ἀλλ' ἀπ' ἀνδριάντος ἀνεστάναι. ἔνιοι δὲ Λαΐδα φασὶ παρακατακλῖναι αὐτῷ τοὺς μαθητάς· τὸν δὲ οὕτως εἶναι ἐγκρατῆ, ὥστε καὶ τομὰς καὶ καύσεις πολλάκις ὑπομεῖναι περὶ τὸ αἰδοῖον. ἦν δὲ καὶ ἀξιόπιστος σφόδρα, ὥστε μὴ ἐξὸν ἀνώμοτον μαρτυρεῖν, τούτῳ μόνῳ συνεχώρουν Ἀθηναῖοι. καὶ δὴ καὶ αὐταρκέστατος ἦν. Ἀλεξάνδρου γοῦν συχνὸν ἀργύριον ἀποστείλαντος αὐτῷ, τρισχιλίας Ἀττικὰς ἀφελὼν, τὸ λοιπὸν ἀπέπεμψεν εἰπὼν, ἐκείνῳ πλειόνων δεῖν πλείονας τρέφοντι. ἀλλὰ καὶ ὑπ' Ἀντιπάτρου πεμφθὲν μὴ προσέσθαι, ὥς φησι Μυρωνιανὸς ἐν ὁμοίοις. καὶ χρυσῷ στεφάνῳ τιμηθέντα ἐπ' ἄθλῳ πολυποσίας, τοῖς Χουσὶ παρὰ Διονυσίῳ ἐξιόντα θεῖναι πρὸς τὸν ἱδρυμένον Ἑρμῆν, ἔνθαπερ τιθέναι καὶ τοὺς ἀνθινοὺς εἰώθει. λόγος δὲ αὐτὸν μετὰ καὶ ἄλλων πεμφθῆναι πρεσβευτὴν πρὸς Φίλιππον· καὶ τοὺς μὲν, δώροις μαλασσομένους, καὶ ἐς τὰς κλήσεις συνιέναι καὶ τῷ Φιλίππῳ λαλεῖν· τὸν δὲ, μηδέτερον τούτων ποιεῖν.

sed à statua exire. Quidam verò discipulos Laidem illi iniecisse in lectulũ tradunt, illúmque adeo fuisse continentem, vt quum se ad libidinem incitari praesensisset, & secare & vrere verenda sæpe pateretur. Tãta verò illius verbis fides habebatur, vt quum iniurati nullius testimoniũ admitteretur, huic soli remiserint Athenienses iusiurandum. Erat pręterea maxime frugi, ita vt quum illi Alexander magnam pecunię summã misisset, sublatis solum tribus minis Atticis, reliquum remiserit, dicens illi opus esse pluribus, qui plures enutriret. Ab Antipatro quoque sibi missam pecuniam non suscepisse Myronianus in Similib⁹ testatur. Corona quoque aurea donatũ in pręmium largioris compotationis, ab his qui se continebant apud Dionysium, quũ inde esset profectus, eam ante Mercurij statuam deposuisse, vbi floreas etiam coronas ponere solitus erat. Missum illum cum cæteris legatum ad Philippum fama est, & ceteros quidem donis emollitos, & conuiuia celebrasse, & cum illo sæpe in colloquium venisse, eum verò horum neutrum fecisse.

οὔτε γὰρ ὁ Φίλιππος αὐτὸν προσίετο διὰ τοῦτο. ὅθεν ἐλθόντας τοὺς πρέσβεις εἰς τὰς Ἀθήνας, φάσκειν ὡς μάτην αὐτοῖς Ξενοκράτης συνήλυθε· καὶ τοὺς ἑτοίμους εἶναι ζημιοῦν αὐτόν. μαθόντας δὲ παρ' αὐτοῦ ὡς νῦν καὶ μᾶλλον φροντιστέον εἴη τῆς πόλεως αὐτοῖς, (τοὺς μὲν γὰρ ἤδη ἐδωροδοκηκέναι ὁ Φίλιππος, ἐμὲ δὲ μηδενὶ λόγῳ ἐπάξοιτο) φασὶ διπλασίως αὐτὸν τιμῆσαι. καὶ τὸν Φίλιππον δὲ λέγειν ὕστερον, ὡς μόνος εἴη Ξενοκράτης τῶν πρὸς αὐτὸν ἀφιγμένων ἀδωροδόκητος. ἀλλὰ καὶ πρεσβεύων πρὸς Ἀντίπατρον περὶ αἰχμαλώτων Ἀθηναίων κατὰ τὸν Λαμιακὸν πόλεμον, καὶ κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον πρὸς αὐτόν, προσηνέγκατο ταυτί,

Ὦ Κίρκη, τίς γάρ κεν ἀνήρ, ὃς
    ἐναίσιμος εἴη,
Πρὶν τλαίη πάσασθαι ἐδητύος
    ἠδὲ ποτῆτος,
Πρὶν λύσασθ' ἑτάρους καὶ ἐν
    ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι;

καὶ τόν, ἀποδεξάμενον τὴν εὐστοχίαν, εὐθὺς ἀνεῖναι. στρουθίου δέ ποτε διωκομένου ὑπὸ

neque enim illũ adeo Philippus admirerat. Quocirca & Athenas reuersos legatos dixisse, frustra Xenocratem secum iuisse: & quũ illi parata iam esset mulcta, comperto ex illo vt sese res haberet, monente tunc maximè reipubl. curam habendam: quippe Philippum cæteros donis corrupisse, se verò nulla ratione inclinari ad suum consensum posse peruidisse. Ea ex re duplici honore honestatum asserunt. Philippum quoque tandem dixisse solum Xenocratem ex omnibus qui ad se venerant, legatis, munera spreuisse. Ad antipatrum quoque legatione functus, vt qui ex Atheniẽsibus in bello Lamiaco capti fuerant, redderet, ab eo inuitatus ad cœnã, hisce ad illum metro verbis vsus est,

Quis cupiat Circe prudens vel
    sanior vnquam
Sustineat bibere, atque cibum
    gustare, priusquam
Soluantur socij, mihi vel red-
    dantur ad vnum?

Quibus docet non se prius cibum gustaturum, quam quod petebat impetrasset, amicósque ac ciues absolutos videret. Eius hãc dexteritatem ille perlibenter amplexus omnes continuò absoluit ac remisit. Quum aliquando passer accipitri

ἱέρακος καὶ εἰσπηδήσαντος εἰς τοὺς κόλπους αὐτοῦ, καταψήσας μεθῆκε· εἰπὼν τὸν ἱκέτην δεῖν μὴ ἐκδιδόναι. σκωπτόμενος ὑπὸ Βίωνος, οὐκ ἔφη αὐτῷ ἀποκρινεῖσθαι. μηδὲ γὰρ τὴν τραγῳδίαν ὑπὸ τῆς κωμῳδίας σκωπτομένην ἀποκρίσεως ἀξιοῦν. πρός τε τὸν μήτε μουσικὴν, μήτε γεωμετρίαν, μήτε ἀστρονομίαν μεμαθηκότα, βουλόμενον δὲ παρ' αὐτὸν φοιτᾶν, Πορεύου, ἔφη· λαβὰς γὰρ οὐκ ἔχεις φιλοσοφίας. οἱ δὲ τοῦτό φασιν εἰπεῖν, Παρ' ἐμοὶ γὰρ πόκος οὐ κνάπτεται. εἰπόντος δὲ Διονυσίου πρὸς Πλάτωνα ὡς ἀφαιρήσει τις αὐτοῦ τὸν τράχηλον, παρὼν οὗτος καὶ δείξας τὸν ἴδιον, Οὐκ ἄν γε (ἔφη) τις πρότερον τούτου. φασὶ καὶ Ἀντιπάτρου ποτὲ ἐλθόντος εἰς Ἀθήνας καὶ ἀσπαζομένου αὐτὸν, μὴ πρότερον ἀντιπροσαγορεῦσαι πρὶν ἢ τὸν λόγον ὃν ἔλεγε διαπεράνασθαι. ἀτυφότατος δὲ ὢν, πολλάκις ἑαυτῷ τῆς ἡμέρας διεμελέτα, καὶ ὥραν μίαν φασὶν ἀπένεμε σιωπῇ.

Καὶ πλεῖστα ὅσα καταλέλοιπε συγγράμματα καὶ ἔπη, καὶ παραινέσεις· ἅ ἐστι ταῦτα, Περὶ φύσεως, α', β', γ', δ', ε', ς'. Περὶ φιλοσοφίας, ς'. Περὶ

futurus præda se in eius sinum recepisset, operuit ac fouit, dicens non oportere supplicem prodere. Quum à Bione obiurgaretur, Non tibi, inquit, respondebo equidem. nã neque tragœdia comœdiam, quum ab ea lacessitur, responsione dignatur. Ad eũ qui neque musica, neque geometria, neque astronomia instructus, ludum suum frequentare cupiebat, Abi, inquit, ansis enim & adminiculis philosophiæ cares. Alij sic dixisse ferunt, Apud me enim vellus non mollitur. Quum Platoni Dionysius diceret, Caput tibi quispiam tollet, aderat hic, & suum ostendens, Nullus, inquit, id priquàm istud abscindet. Aiũt, Antipatro Athenas profecto, & se salutãti non antea respondisse quam cœptam finiret orationem. Porro gloriæ & fastus in primis cõtemptor fuit, ac sæpe interdiu meditationi inseruiebat, atque vnam silentio distribuebat horam.

Scripsit autem plurima, Commentarios nimirum, Paræneses, & versus. Ea ferè ista sunt, De natura libros sex, De philosophia sex, De

πλούτου, α'· Ἀρκάς, α'· Περὶ τοῦ ἀορίστου, α'· Περὶ τοῦ παιδίου, α'· Περὶ ἐγκρατείας, α'· Περὶ τοῦ ὠφελίμου, α'· Περὶ τοῦ ἐλευθέρου, α'· Περὶ θανάτου, α'· Περὶ ἑκουσίου, α'· Περὶ φιλίας, α', β'. Περὶ ἐπιεικείας, α'· Περὶ τοῦ ἐναντίου, α', β'· Περὶ εὐδαιμονίας, α', β'· Περὶ τοῦ γράφειν, α'· Περὶ μνήμης, α'· Περὶ τοῦ ψεύδους, α'· Καλλικλῆς, α'· περὶ φρονήσεως, α', β'· Οἰκονομικὸς, α'· Περὶ σωφροσύνης, α'· Περὶ δυνάμεως νόμου, α'· Περὶ πολιτείας, α'· Περὶ ὁσιότητος, α'· ὅτι παραδοτὴ ἡ ἀρετὴ, α'· Περὶ τοῦ ὄντος, α'· Περὶ εἱμαρμένης, α'· περὶ τῶν παθῶν, α'· Περὶ βίων, α'· Περὶ ὁμονοίας, α'· Περὶ μαθητῶν, α', β'· Περὶ δικαιοσύνης, α'· Περὶ ἀρετῆς, α', β'· Περὶ εἰδῶν, α'· Περὶ ἡδονῆς, α', β'· Περὶ βίου, α'· Περὶ ἀνδρείας, α'· Περὶ τοῦ ἑνός, α'· Περὶ ἰδεῶν, α'· Περὶ τέχνης, α'· Περὶ θεῶν, α', β'· Περὶ ψυχῆς, α', β'· Περὶ ἐπιστήμης, α'· Πολιτικός, α'· Περὶ ἐπιστημοσύνης, α'· Περὶ φιλοσοφίας, α'· Περὶ τοῦ Παρμενίδου, α'· Ἀρχέδημος, ἢ Περὶ δικαιοσύνης, α'.

diuitiis vnum, Arcadem vnum, De infinito vnum, De puero vnum, De continentia vnum, De vtili vnum, De libero vnum, De morte vnum, De voluntario vnum, De amicitia duos, De scribendo vnum, De memoria vnum, De modestia vnum, De contrario duo, De felicitate duo, De mendacio vnum, Calliclem vnum, De prudentia duo, OEconomicum vnum, De frugalitate vnum, De potestate legis vnum, De repub. vnum, De sanctitate vnum, Quòd virtus tradi possit, vnum, De eo quod est, vnum, De fato vnum, De perturbationibus vnum, De vitis vnum, De concordia vnum, De discipulis duo, De iustitia vnũ, De virtute duo, De speciebus vnum, De voluptate duo, De anima duo, De scientia vnum, Politicum vnum, De vita vnum, De fortitudine vnũ. De vno vnum, De ideis vnũ, De arte vnum, De diis duo, De anima duo, De scientia vnum, Ciuilem vnum, De scientificis vnum, De philosophia vnum, De Parmenide vnum, Archedemus siue De iustitia vnum,

Περὶ ἀγαθοῦ, α΄. Τῶν περὶ τὴν διάνοιαν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ϛ΄, ζ΄, η΄. Λύσις τῶν περὶ τοὺς λόγους α΄, ι΄. Φυσικῆς ἀκροάσεως, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ϛ΄. Κεφάλαιον, α΄. Περὶ γενῶν καὶ εἰδῶν, α΄. Πυθαγόρεια, α΄. Λύσεις, α΄, β΄. Διαιρέσεις η΄. Θέσεων βιβλία, κ΄ μ΄ γ΄. Τῆς περὶ τὸ διαλέγεσθαι πραγματείας βιβλία ιδ΄, μ΄, α΄, β΄, ψ΄, μ΄. μετὰ τοῦτο βιβλία ιε΄, καὶ ἄλλα βιβλία ιϛ΄. περὶ μαθημάτων τῶν περὶ τὴν λέξιν λογικῶν, βιβλία θ΄. τῶν περὶ τὰ μαθήματα, βιβλία ϛ΄. τῶν περὶ τὴν διάνοιαν, ἄλλα βιβλία δύο. περὶ γεωμετρῶν, βιβλία ε΄. ὑπομνημάτων, α΄. ἐναντίων, α΄. περὶ ἀριθμῶν α΄. Ἀριθμῶν θεωρία, α΄. περὶ διαστημάτων, α΄. Τῶν περὶ ἀστρολογίαν, ϛ΄. Στοιχεῖα πρὸς Ἀλέξανδρον, περὶ βασιλείας, δ΄. πρὸς Ἀρύβαν, πρὸς Ἡφαιστίωνα. περὶ γεωμετρίας, α΄, β΄. στίχοι μ΄ κ΄ ϛ δ΄ σ΄ λ΄ θ΄.

Ἀθηναῖοι δ᾽ ὅμως αὐτὸν ὄντα τοιοῦτον ἐπιπρασκόν ποτε, τὸ μετοίκιον ἀπνιῶντα θεῖναι. καὶ αὐτὸν ὠνεῖται Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, καὶ

De bono vnum, De iis quæ circa mentem sunt, octo, Solutio eorum quæ accidunt orationi, vnum, De iis quæ de physicæ ratione audiuntur, sex, Caput, vnum, De generibus & speciebus vnum, Pythagorea, vnum, Solutiones, duo, Diuisiones, octo, Positionum libros XXXIII, De ratione disserendi libros XIIII. Post hæc libros XV & alios XVI. De disciplinis eorum quæ circa distinctionem versari possunt libros IX, Eorum quæ circa mētem sunt alios libros IIII, Eorum quæ circa disciplinas versantur libros sex, De his quæ circa mentem libros duos alios, De geometris libros quinque, Commentariorum vnum, Contrariorum vnum, De numeris vnum, Numerorum speculatio vnum, De interuallis vnum, De iis quæ in astrologia versantur libros sex, Elementa ad Alexandrum, De regno lib. IIII, Ad Arybam, Ad Hephæstionem, De geometria duo, Versus CCCXLV.

Eum tamen, quum tantus ac talis esset, Athenienses aliquando vendiderūt, vt eo modo in exilio positus frangeretur. Eum Demetrius Phalereus emit, &

ἑκάτερον ἀποκατέστησε· Ξενοκράτει μὲν τὴν ἐλευθερίαν, Ἀθηναίοις δὲ τὸ μετοίκιον. τοῦτό φησι Μυρωνιανὸς ὁ Ἀμαστριανὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἱστορικῶν ὁμοίων κεφαλαίων. διεδέξατο δὲ Σπεύσιππον, καὶ ἀφηγήσατο τῆς σχολῆς πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη ἐπὶ Λυσιμάχου, ἀρξάμενος κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. ἐτελεύτα δὲ νυκτός, λεκάνῃ προσπταίσας, ἔτος ἤδη γεγονὼς δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστόν. φαμὲν δὲ καὶ εἰς αὐτὸν οὕτως,

Χαλκῇ προσπταίσας λεκάνῃ
ποτὲ, καὶ τὸ μέτωπον
πλήξας, ἴαχεν Ὦ συντόνως,
εἶτ' ἔθανεν.
Ὁ πάντα πάντῃ Ξενοκράτης
ἀνὴρ γεγώς.

Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Ξενοκράτεις ς'. ὅ, τε τακτικός, ἀρχαῖος σφόδρα. καὶ ὁ συγγενὴς ἅμα καὶ πολίτης τῷ προειρημένῳ φιλοσόφῳ. φέρεται δὲ αὐτοῦ λόγος Ἀρσινοητικὸς, γεγραμμένος περὶ Ἀρσινόης ἀποθανούσης· τέταρτος, φιλόσοφος, ἐλεγείαν γεγραφὼς οὐκ ἐπιτυχῶς. (ἴδιον δέ· ποιηταὶ μὲν γὰρ ἐπιβαλλόμενοι πεζογραφεῖν, ἐπιτυγχάνουσι·

vtrique succurrit: Xenocrati enim libertatē restituit, Atheniensibus verò imposito illi viro ab vrbe exilio satisfecit. Hoc ait Myronianus Amastrianus in primo Historicorum similium capitulorum. Suscepit autē Speusippus scholā, ac præfuit annos XXV. Docere autem cœperat sub Lysimacho centesimædecimæ Olympiadis anno secundo. Moritur noctu, quum in sartaginem fortè offendisset, ætatis agens annum octogesimumsecundū. Nos de eo sic diximus,

In peluim quondam lapsus
malè cautus ahenam,
Frontem læsit, & Ω voci-
feratus, obit
Xenocrates, vir ille, qui vnus
omnibus fuit omnia.

Fuerunt & alii quinque eiusdem nominis. Primus antiquissimus, huius philosophi ciuis ac propinquo. Fertur eius oratio quæ inscribitur Arsinoetica, de Arsinoe defuncta. Alter, philosophus, elegiæ scriptor, non satis probatus. Ita enim se habet res, vt poetæ quidem, si prosa oratione scribere velint, præstent;

πεζογράφοι δὲ ἐπιτιθέμενοι ποιητικῇ, πταίουσι. τὸ δῆλον, τὸ μὲν φύσεως εἶναι, τὸ δὲ τέχνης ἔργον) πέμπτος, ἀνδριαντοποιός· ἕκτος, ᾄσματα γεγραφὼς, ὥς φησιν Ἀριστόξενος.

ΠΟΛΕΜΩΝ.

Πολέμων, φιλοστράτου μὲν υἱὸς ἦν, Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Οἴηθεν. νέος δ' ὢν, ἀκόλαστός τε καὶ διακεχυμένος ἦν οὕτως, ὥστε καὶ περιφέρειν ἀργύριον πρὸς τὰς ἑτοίμους λύσεις τῶν ἐπιθυμιῶν. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς στενωποῖς διέκρυπτεν. ἀλλὰ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ πρὸς κίονι τινὶ τριώβολον εὑρέθη προσπεπλασμένον αὐτοῦ, διὰ τὴν ὁμοίαν τῇ προειρημένῃ πρόφασιν. καί ποτε συνθέμενος τοῖς νέοις, καὶ ἐστεφανωμένος, μεθύων εἰς τὴν ξενοκράτους ἧξε σχολήν. ὁ δὲ, οὐδὲν διατραπεὶς, ἦρε τὸν λόγον ὁμοίως (ἦν δὲ περὶ σωφροσύνης) ἀκούων δὴ τὸ μειράκιον, κατ' ὀλίγον ἐθηράθη· καὶ οὕτως ἐγένετο φιλόπονος, ὡς ὑπερβάλλεσθαι τοὺς ἄλλους, καὶ αὐτὸν διαδέξασθαι τὴν σχολὴν, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς ἕκτης καὶ δεκάτης

qui verò pedestri oratione scribere consueuerunt, si poeticæ sibi partes vendicare velint, non assequantur. Id ex eo liquet, quòd alterum naturæ, artis alterum opus est. Alius, statuarius fuit. Postrem⁹, Aristoxeno teste, odas conscripsit.

POLEMO.

Polemo Philostrati filius Atheniensis, pago OEtensi oriundus, quum esset adolescens, adeo impudicus ac lubricus fuit, vt pecunias circumferret, quò paratior esset & instructior ad voluptates implendas, eas itidem in viis & angiportis occuleret. In Academia quoque iuxta columnã quandam reperta est pecunia ab eo illic in vsus similes recondita. Aliquando verò ex composito cum sodalibus ebrius, & coronatus Xenocratis irrupit scholam. Quo ille nihil deterritus, eam quam cœperat orationem, ardentius quoque prouexit. Erat autem sermo de temperantia. Ea illius oratione sensim impurus adolescens seipsum collegit, atque ita, vt industria & studio cæteros vinceret, eique in schola regenda succederet, incipiens à centesima

καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. φησὶ δ' Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἐν τοῖς βίοις, τὸν πατέρα αὐτοῦ πρῶτόν τε εἶναι τῶν πολιτῶν, καὶ ἁρματοτροφῆσαι. φυγεῖν δὲ τὸν πολέμωνα καὶ δίκην κακώσεως ὑπὸ τῆς γυναικός, ὡς μειρακίοις συνόντα. τοσοῦτον δὲ ἐπιτεῖναι τὸ ἦθος ἀρξάμενον φιλοσοφεῖν, ὥστ' ἐπὶ ταυτοῦ σχήματος τῆς μορφῆς πάντοτε μένειν. ἀλλὰ καὶ τὴν φωνὴν ἀδιαλοίωτος ἦν· διὸ καὶ θηραθῆναι Κράντορα ὑπ' αὐτοῦ. κυνὸς γοῦν λυττῶντος, καὶ τὴν ἰγνύαν διασπάσαντος, μόνον μὴ ὠχριάσαι· καὶ ταραχῆς γενομένης ἐπὶ τῆς πόλεως, πυθόμενον τὸ γεγονός, ἄτρεπτον μεῖναι. ἔν τε τοῖς θεάτροις ἀσυμπαθέστατος ἦν. Νικοστράτου γοῦν ποτε, τοῦ ἐπικαλουμένου Κλυταιμνήστρα, ἀναγινώσκοντός τι τοῦ ποιητοῦ αὐτῷ τε καὶ Κράτητι, τὸν μὲν συνδιατίθεσθαι, τὸν δ' ἴσα καὶ μὴ ἀκοῦσαι. καὶ ὅλως ἦν τοιοῦτος οἷόν φησι Μελάνθιος ὁ ζωγράφος ἐν τοῖς περὶ ζωγραφικῆς. φησὶ γὰρ δεῖν αὐθάδειάν τινα καὶ σκληρότητα τοῖς ἔργοις ἐπιτρέχειν,

decimasexta Olympiade. Refert Antigonus Carystius in Vitis, patrem eius fuisse primarium ciuitatis, equósque iugales nutrire solitum: fugisséque iudiciũ Polemonem ab vxore nequitiæ insimulatum, quòd adolescentibus congrederetur. Tantam verò inter ipsa philosophandi principia oris atque habitus assumpsisse constantiam, vt idem semper permaneret, vocémque nunquam immutaret. Quibus ex rebus Crantorem quoque sui in primis studiosũ fecit. Quin à cane rabioso impetitus dum suram morsu discerperet, ne expalluit quidẽ: tumultúque in ciuitate excitato, percontatus quidnam contigisset, immobilis perstitit. In theatris quoque nulla miseratione mouebatur. Nicostrato enim poeta, qui cognominabatur Clytæmnestra, quiddam sibi Cratetíque recitante, illóque in affectum commiserationis translato, hic ita perseuerauit, acsi non audiuisset. Eiusmodi autem profectò fuit qualem describit Melanthius pictor in libris De pictura. Ait enim oportere contumaciam quãdam atque duritiam operibus

ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἤθεσιν. ἔφασκε δὲ ὁ Πολέμων δεῖν ἐν τοῖς πράγμασι γυμνάζεσθαι, καὶ μὴ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς θεωρήμασι, καθάπερ ἁρμονικόν τι τέχνιον καταπιόντα, καὶ μελετήσαντα· ὡς κατὰ μὲν τὴν ἐρώτησιν θαυμάζεσθαι, κατὰ δὲ τὴν διάθεσιν ἑαυτοῖς μάχεσθαι. ἦν οὖν ἀστεῖός τις καὶ γενναῖος, παρῃτημένος ἅ φησιν Ἀριστοφάνης περὶ ΕΥριπίδου, ὀξώπας καὶ σιλφιῶτα. ἅπερ (ὥς αὐτός φησι) καταπυγοσύνη ταῦτ' ἐστὶ πρὸς κρέας μέγα. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ καθίζων ἔλεγε πρὸς τὰς θέσεις, (φασὶ) περιπατῶν δὲ ἐπεχείρει. διὰ δὴ οὖν τὸ φιλογενναῖον ἐτιμᾶτο ἐν τῇ πόλει. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκπεπατηκὼς ἦν, διατρίβων ἐν τῷ κήπῳ, παρ' ὃν οἱ μαθηταὶ μικρὰ καλύβια ποιησάμενοι, κατῴκουν πλησίον τοῦ μουσείου καὶ τῆς ἐξέδρας. ὡς ἐῴκει δὴ, ὁ Πολέμων κατὰ πάντα ἐζηλώκει τὸν Ξενοκράτην· καὶ ἐρασθῆναι αὐτοῦ φησιν Ἀρίστιππος ἐν τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς. ἀεὶ γοῦν ἐμέμνητο ὁ Πολέμων αὐτοῦ, τὴν ἀκακίαν καὶ τὸ αὐχμὸν ἐνδεδυκὼς τἀνδρὸς καὶ τὸ βάρος,

& moribus ex æquo moderari. Polemo autem dicebat oportere in rebus exerceri, non in dialecticis specculationibus, ne breuẽ quandam artem sorbentes atque meditantes, dum in rogationibus admirationi habentur, affectu sibiipsis repugnarent. Erat igitur vrbanus adiuncta seuera constantia: ídque fugiebat quod de EVripide scribit Aristophanes, acidum eum atque asperum vocans. Neque verò sedens dicebat quum rogaretur, sed ambulans. Itaque propter summum probitatis studium in ciuitate honorabatur. Maximè autem post deambulationem quiescebat in hortulo, iuxta quem discipuli constructis breuibus tuguriolis prope scholam exhedrámque habitabant. Videtur autem Polemo Xenocratem in cunctis æmulatus, eúmque amasse Aristippus in quarto De antiquis deliciis refert. Semper enim illius innocentiam & siccitatem Polemo in ore habebat: induerat illius quoque grauitatem,

οἱονεὶ Δώριός τις οἰκονομία. ἦν δὲ καὶ φιλοσοφοκλῆς, καὶ μάλιστα ἐν ἐκείνοις ὅπου κατὰ τῶν κωμικῶν τὰ ποιήματα αὐτῷ κύων τις ἐδόκει συμποιεῖν Μολοττικός. καὶ ἔνθα ἦν (κατὰ τὸν Φρύνιχον) οὐ γαῦσις, οὐδ' ὑπόχυτος, ἀλλὰ πράμνιος. ἔλεγεν οὖν τὸν μὲν Ὅμηρον, ἐπικὸν εἶναι Σοφοκλέα· Ὅμηρον δὲ, Σοφοκλέα τραγικόν.

Ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς ἤδη ὑπὸ φθίσεως, ἱκανὰ συγγράμματα καταλιπών. καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτόν,

Οὐκ ἀΐεις; Πολέμωνα κεκεύθαμεν, ὃν θέτο τῇδε
Ἀρρωστία, τὸ δεινὸν ἀνθρώπων πάθος·
Οὐ μᾶλλον Πολέμωνα, τὸ σῶμα δέ. τοῦτο γὰρ αὐτὸς
Μέλλων ἐς ἄστρα διαβαίνειν, θῆκεν χαμαί.

ΚΡΑΤΗΣ.

Κράτης, πατρὸς μὲν ἦν Ἀντιγένους, Θριάσιος δὲ τῶν δήμων, καὶ ἀκροατὴς ἅμα καὶ ἐρώμενος Πολέμωνος. ἀλλὰ καὶ διεδέξατο τὴν σχολὴν αὐτοῦ. καὶ οὕτως ἀλλήλω ὠφελείτην, ὥστε καὶ ζῶντε οὐ μόνον τῶν αὐτῶν ἦστην ἐπιτηδευμάτων,

veluti Doricus quidam in musica modus. Erat autem & Sophoclis in primis studiosus, atque in illis maximè locis, vbi iuxta comicos canis quidam. Molossicus secum vnà poemata fecisse videbatur: & vbi (iuxta Phrynicum) non elatus aut turbidus, sed mitis incedit atque placidus. Dicebat enim Homerum quidem epicum esse Sophoclē, Sophoclem verò Homerū tragicum.

Obiit iam vetulus ex phthisi, reliquítque opuscula non sanè pauca. Nostrum est tale de eo carmē,

Heus bone: si nescis, tegimus Polemona, viator,
Quē morbus hic iam collocauit pessimus:
Imò non Polemona, sed hoc quod ad astra profectus,
Humi reliquit corpus semi putridum.

CRATES.

Crates, Atheniensis, patre Antigene ortus, pago Thriasius fuit, auditor simul amatórque Polemonis, illiúsque successor scholæ. Ita verò sibi profuere inuicem, vt non modò viuentes eadē studia sint sequuti,

ἀλλὰ καὶ μέχρι σχεδὸν ἀναπνοῆς ἐξωμοιῶσθαι ἀλλήλοιν, καὶ θανόντε τῆς αὐτῆς ταφῆς ἐκοινωνείτην. ὅθεν Ἀνταγόρας εἰς ἄμφω τοῦτον ἐποίησε τὸν τρόπον,

Μνήματι τῷδε Κράτητα θεουδέα καὶ Πολέμωνα
Ἔννεπε κρύπτεσθαι ξεῖνε παρερχόμενος·
Ἄνδρας ὁμοφροσύνῃ μεγαλήτορας, ὧν ἄπο μῦθος
Ἱερὸς ἤϊσσεν δαιμονίου στόματος.
Καὶ βίοτος καθαρὸς σοφίας ἐπὶ θεῖον ἐκόσμει
Αἰῶνα, στρεπτοῖς δόγμασι πειθόμενος.

ἔνθεν καὶ Ἀρκεσίλαον μεταλθόντα παρὰ Θεοφράστου πρὸς αὐτοὺς λέγειν, ὡς εἶεν θεοί τινες ἢ λείψανα τοῦ χρυσοῦ γένους. καὶ γὰρ ἤστην οὐ φιλοδημώδεε· ἀλλ' οἷον Διονυσόδωρόν ποτέ φασι τὸν αὐλητὴν εἰπεῖν, σεμνυνόμενον ἐπὶ τῷ μηδένα τῶν κρουμάτων αὐτοῦ μήτ' ἐπὶ τριήρους, μήτ' ἐπὶ κρήνης ἀκηκοέναι, καθάπερ Ἰσμηνίου. συσσίτιον δέ φησιν αὐτῷ ὁ Ἀντίγονος εἶναι παρὰ Κράντορι, ὁμονόως συμβιούντων τούτων τε καὶ Ἀρκεσιλάου.

verùm ad vltimam ferè respirationem alter alteri similes fuerint, & mortui eodem ſepulcro ſint conditi. Vnde & Antagoras ambos verſu laudauit in hanc ſententiam.

Hoc Polemona ſitum tumulo ſanctúmque Cratetẽ
Qui facis hac, narra, quiſquis es hoſpes, iter.
Mutua quos pariter iunxit concordia, quorum
Ambroſius ſacro fluxit ab ore lepos.
Et ſua quæ monitis fuerat contracta ſeueris
Vita illuſtrauit ſecula mũdities.

Hinc & Arceſilaum, quum ad eos à Theophraſto diuerteret, dixiſſe ferunt, illos deos eſſe quoſpiã, aut aurei ſeculi reliquias. Erant enim ingenio minimè vulgari, aut multitudinis fauoribus dedito, ſed quod de Dionyſodoro tibicine fertur, illis conueniẽtiſſimè aptari poteſt, quem aliquando dixiſſe tradunt exultantẽ atque gloriãtẽ, quòd nihil ex ſuis pulſibus, neque in trieris, neque ad fontem vnquam audiuiſſet, ſicuti Iſmenii. Cœnare apud Crantorem ſolitũ refert Antigonus, cõcorditer ambobus, Arceſilao etiã adiecto, viuẽtibus.

τὴν δὲ οἴκησιν Ἀρκεσίλαον μὲν ἔχειν μετὰ Κράντορος, Πολέμωνα δὲ σὺν Κράτητι μετὰ Λυσικλέους τινὸς τῶν πολιτῶν. ἦν δὲ (φησὶν) ἐρώμενος, Κράτης μὲν (ὡς προείρηται) Πολέμωνος· Ἀρκεσίλαος δὲ, Κράντορος.

Τελευτῶν δὲ ὁ Κράτης (καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ τῶν χρονικῶν) ἀπέλιπε βιβλία, τὰ μὲν, φιλοσοφούμενα, τὰ δὲ, περὶ κωμῳδίας, τὰ δὲ, λόγους δημηγορικοὺς καὶ πρεσβευτικούς. ἀλλὰ καὶ μαθητὰς ἐλλογίμους· ὧν Ἀρκεσίλαον, περὶ οὗ λέξομεν (διήκουσε γὰρ καὶ τούτου) καὶ Βίωνα τὸν Βορυσθενίτην· ὕστερον δὲ Θεοδώρειον ἀπὸ τῆς αἱρέσεως ἐπικαλούμενον· περὶ οὗ καὶ αὐτοῦ λέξομεν ἐχόμενον ὡς Ἀρκεσιλάου. γεγόνασι δὲ Κράτητες δέκα. πρῶτος, ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητής· δεύτερος, ῥήτωρ Τραλλιανὸς, Ἰσοκράτειος· τρίτος, ταφρωρύχος, Ἀλεξάνδρῳ συνών· τέταρτος, ὁ κύων, περὶ οὗ λέξομεν· πέμπτος, φιλόσοφος περιπατητικός· ἕκτος, Ἀκαδημαϊκὸς, ὁ προειρημένος· ἕβδομος, Μαλλώτης, γραμματικός.

Habitasse item Arcesilaum vnà & Crantorem, Polemonémque vnà cum Cratete & Lysiclide quodam ex ciuibus. Erat autem (inquit) amator, vt prędictum est, Polemonis quidē Crates, Crantoris autem Arcesilaus.

Moriens autem Crates (vt Apollodorus in tertio Chronicorum ait) libros reliquit, alios quidem philosophicos, alios de comœdia. Orationes item populares alias, & alias de legationibus. Habuit & discipulos sanè memorabiles. Horum ex numero fuit Arcesilaus auditor eius, de quo in consequentibus dicemus, & Bion item Borysthenites: ac postremò Theodorus, à quo secta Theodorica denominata est: de quo item dicemus mox post Arcesilaum. Decē verò fuerūt Cratetes. Primus, antiquæ comœdiæ poeta: secundus, orator Trallianus, de Isocratis familia: tertius, vallorum effossor, qui cum Alexandro militauit: quartus, Cynicus: de quo postea dicem9: quintus, philosophus Peripateticus: sextus, Academicus, quē prædiximus: septimus, Malotes, grāmaticus

ὄγδοος, γεωμετρικὰ γεγραφὼς· ἔννατος, ἐπιγραμμάτων ποιητὴς· δέκατος, Ταρσεὺς, φιλόσοφος Ἀκαδημαϊκός.

octauus, qui geometrica scripsit: nonus, poeta epigrammatũ: decimus, Tarsensis Academicus philosophus.

ΚΡΑ'ΝΤΩΡ.

Κράντωρ, Σολεὺς, θαυμαζόμενος ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι, ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας, καὶ Ξενοκράτους διήκουσε Πολέμωνι συσχολάζων.

Καὶ κατέλιπεν ὑπομνήματα εἰς μυριάδας στίχων τρεῖς· ὧν τινά τινες Ἀρκεσιλάῳ προσάπτουσι. φασὶ δ' αὐτὸν ἐρωτηθέντα τίνι θηραθείη ὑπὸ Πολέμωνος, εἰπεῖν, τῷ μήτε ὀξύτερον μήτε βαρύτερον ἀκοῦσαι φθεγγομένου. οὗτος νοσήσας εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον, ἀνεχώρησε, κἀκεῖ περιεπάτει. οἱ δὲ, πανταχόθεν προσῄεσαν αὐτῷ, νομίζοντες οὐ διὰ νόσον, ἀλλὰ βούλεσθαι αὐτόθι σχολὴν συστήσασθαι. ὧν ἦν καὶ Ἀρκεσίλαος, θέλων ὑπ' αὐτοῦ συστῆναι Πολέμωνι, καίπερ ἐρῶντος, ὡς ἐν τῷ περὶ Ἀρκεσιλάου λέξομεν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ὑγιάναντα διακούειν Πολέμωνος· ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα θαυμασθῆναι.

CRANTOR.

Crantor, Solẽsis, quum apud suos haberetur in honore, concessit Athenas, ibique Xenocratis auditor, Polemonísque socius in dicendo fuit. Reliquit autem Commẽtaria ad xxx versuum millia. Ex eis quædam Arcesilao non desunt qui applicent. Fertur quum interrogatus esset quamobrem ita se Polemoni addixisset, respondisse, quia illo nunquam neque acutius neque grauius audisset loquentem. Is quum incidisset in morbum, in Asclepianum secessit, ibique deambulabat. Continuò ad eũ illuc vndique cõfluxere discipuli, existimãtes illum non secessisse morbi causa, sed quòd ibi scholã vellet instituere. Aderat tum illic & Arcesilaus, volens ab illo se ad Polemonem commẽdari, quanquam amatore suo, sicuti, quum ad Arcesilaum venerimus, dicemus. Qua ex re non solùm nihil succensuit, sed ipse quoque, quum sanus factus esset, se ad audiendũ Polemonem contulit, atque inde multum illi & gloriæ & laudis accessit

Λέγεται δὲ καὶ τὴν οὐσίαν καταλιπεῖν Ἀρκεσιλάῳ, ταλάντων οὖσαν δυοκαίδεκα. καὶ ἐρωτηθέντα πρὸς αὐτοῦ ποῦ βούλεται ταφῆναι, εἰπεῖν,

Ἐν γῆς φίλοις μυχοῖσι κρυφθῆναι καλόν.

λέγεται δὲ καὶ ποιήματα γράψαι. καὶ ἐν τῇ πατρίδι ἐπὶ τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἱεροῦ σφραγισάμενος αὐτὰ θεῖναι. καί φησι Θεαίτητος ὁ ποιητὴς οὕτωσι περὶ αὐτοῦ,

Ἥνδανεν ἀνθρώποις, ὁ δ᾽ ἐπὶ πλέον ἥνδανε Μούσαις,
Κράντωρ, καὶ γήρως ἤλυθεν οὔτι πρόσω.
Γῆ σὺ δὲ τεθνειῶτα τὸν ἱερὸν ἄνδρ᾽ ὑπόδεξαι,
Ἦ ῥ᾽ ὅγε καὶ ζώει κεῖθι ἐν εὐθυμίῃ.

ἐθαύμαζε δὲ ὁ Κράντωρ πάντων δὴ μάλιστα Ὅμηρον καὶ Εὐριπίδην, λέγων ἔργον εἶναι, ἐν τῷ κυρίῳ τραγικῶς ἅμα καὶ συμπαθῶς γράψαι. καὶ προεφέρετο τὸν στίχον τὸν ἐκ τοῦ Βελλεροφόντου,

Οἴμοι. τί δ᾽ οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.

λέγεται δὲ καὶ Ἀνταγόραν τὸν ποιητὸν, ὡς Κράντορος εἰς ἔρωτα πεποιημένα φέρεσθαι ταυτί,

Fertur & substantiam Arcesilao reliquisse talentorũ duodecim. Et quum ab eo rogaretur vbinam sepeliri vellet, dixisse,

Terra in latebris condi amicis expedit.

Poemata quoque scripsisse dicitur, eáque signata in Mineruæ phano in patrio solo condidisse. Theætetus quoque poeta illum laudãs & viris & musis fuisse in primis gratum canit, atque sub ipsam senectutem quũ defecisset, humo conditum, illic tranquillo æuo frui. Ipsius autẽ carmẽ sic habet.

Gratus erat superis, musis sed gratior ipsis
Crantor, & huic nondum cana senecta aderat.
Exanimem sed terra virum tu suscipe sacrum,
Vitam vt mollem istic ipse quietus agat.

Admirabatur Crantor præ cæteris Homerum & EVripidẽ, dicens, operosum esse & industria plenũ proprietate seruata tragicè simul cum affectu misericordiæ scribere, proferebátq; versiculum ex Bellerophonte,

Humana quantum, dij boni, passi sumus!

Antagorã quoque poetam fertur vt Crãtoris versibus in amorẽ ferri huiusmodi,

Ἐνδοίν μοι θυμὸς, ὅτι σὸν γένος ἀμφιβόητον,
Ἤ σε θεῶν τὸν πρῶτον ἀειγενέων Ἔρος εἴπω,
Τῶν ὅσσους Ἔρεβός τε πάλαι βασίλειά τε παῖδας
Γείνατο νὺξ, πελάγεσσιν ὑπ' εὐρέος Ὠκεανοῖο·
Ἤ σέ γε Κύπριδος υἷα περίφρονος, ἠέ σε γαίης,
Ἢ ἀνέμων. τοῖος σὺ κακὰ φρονέων ἀλάλησαι
Ἀνθρώποις ἠδ' ἐσθλὰ, τὸ καὶ σέο σῶμα δίφυον.

Ἦν δὲ καὶ δεινὸς ὀνοματοποιῆσαι. τραγῳδὸν γοῦν ἀπελέκητον εἶπεν ἔχειν φωνὴν, καὶ φλοιοῦ μεστὴν· καί τινος ποιητοῦ σκίφους μεστοὺς εἶναι τοὺς στίχους· καὶ τὰς Θεοφράστου θέσεις ὀστρέῳ γεγράφθαι.

Θαυμάζεται δὲ αὐτοῦ μάλιστα βιβλίον τὸ περὶ πένθους. καὶ κατέστρεψε πρὸ Πολέμωνος καὶ Κράτητος, ὑδρωπικῇ διαθέσει νοσήσας. καὶ ἔστιν εἰς αὐτὸν ἡμῶν,

Ἐπίκλυσε καί σε, Κράντωρ, ἡ νόσων κακίστη,
Χ' οὕτω κατῆλθες εἰς μέλαιναν Πλουτέως ἄβυσσον.
Καὶ σὺ μὲν ἐκεῖθι νῦν χαίρεις, σῶν λόγων δὲ
Χήρη ἐστὶν Ἀκαδημία, καὶ Σόλοι, πατρὶς σοῦ.

Mens foret illa mihi, cecini qua feruidus olim
Progeniem diuum aeternam, celebrare, Cupido
Te primum inciperem, & quot natos edidit atra
Nox Erebúsque senex, alto sub gurgite lati
Oceani, Terraque satos, Venerísque puellum,
Ventorúmque vagos cursus, humanaque vota,
Naturámque tuam canerem, corpúsque gemellum.

Erat autẽ & in nominibus fingendis acer. Nam tragœdum dixit infractam habere vocem, & cortice plenã: & poetæ cuiusdam versus σκίφους plenos esse ait, & Theophrasti quæstiones ostreis conscriptas esse.

Laudatur eius maximè liber quem De luctu edidit. Obiit ante Polemonem & Cratetem aquæ intercutis morbo. Est nostrũ epigramma in eum huiusmodi,

Inundauit & te Crantor pessimus morbus,
Atque ita in atram descendisti Plutonis abyssum:
Tu quidem illic nunc gaudes: at sermonum
Tuorum vidua est Academia & Soli patria.

ἈΡΚΕΣΙ'ΛΑΟΣ.

Ἀρκεσίλαος, Σεύθου, ἢ Σκύθου (ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ χρονικῶν) Πιταναῖος τῆς Αἰολίδος· οὗτός ἐστιν ὁ τῆς μέσης Ἀκαδημίας κατάρξας πρῶτος, ἐπισχὼν τὰς ἀποφάσεις διὰ τὰς ἐναντιότητας τῶν λόγων. πρῶτος δὲ καὶ εἰς ἑκάτερον ἐπεχείρησε, καὶ πρῶτος τὸν λόγον ἐκίνησε τὸν ὑπὸ Πλάτωνος παραδεδομένον· καὶ ἐποίησε δι' ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως ἐριστικώτερον. παρέβαλε δὲ Κράντορι τοῦτον τὸν τρόπον. τέταρτος ἀδελφὸς ἦν· ὧν εἶχε, δύο μὲν, ὁμοπατρίους, δύο δὲ, ὁμομητρίους. καὶ τῶν μὲν ὁμομητρίων πρεσβύτερον, Πυλάδην, τῶν δὲ ὁμοπατρίων, Μοιρέαν, ὃς ἦν αὐτῷ ἐπίτροπος. ἤκουσε δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν Αὐτολύκου τοῦ μαθηματικοῦ, πολίτου τυγχάνοντος, πρὶν ἀπαίρειν εἰς Ἀθήνας, μεθ' οὗ καὶ εἰς Σάρδεις ἀπεδήμησεν· ἔπειτα Ξάνθου τοῦ Ἀθηναίου μουσικοῦ· μεθ' ὃν Θεοφράστου διήκουσεν. ἔπειτα μετῆλθεν εἰς Ἀκαδημίαν πρὸς Κράντορα· Μοιρέας μὲν γὰρ, ὁ προειρημένος ἀδελ-

ARCESILAVS.

Arceſilaus, Seuthi ſiue Scythi filius (ſicut Apollodorus in III. Chronicorum ait) Pitanæus ex AEolide. Primus hic mediam inuexit Academiam, negationes continens propter ſermonum contrarietates: primúſque in vtranque diſſerere partem aggreſſus eſt. Idque orationis genus quod Plato tradiderat, per interrogationem ac reſponſionem, ex vmbra in certamen ac puluerem primus eduxit. Crantori verò in hunc modum congreſſus eſt. Quartus erat ex fratribus, qui illi duo erant ex eodem patre duóque eadem ex matre nati. Ex his alter, qui eodem ex patre maior natu erat, Pylades, qui verò ex matre, Mœreas dicebatur, quique eius curator erat. Audiuit itaque principio quidem AVtolycũ mathematicum, ciuem ſuum, antequam proficiſceretur Athenas, qui cum Sardis quoque perrexit: deinde Xanthum Athenienſem, muſicum, poſt quem Theophraſti auditor fuit. Tum demũ in Academiã ſe ad Crantorem cõtulit. Mœreas enim frater, quẽ prædiximus, ad oratoriã ediſcendam horta[illegible]ur, ſed illum

φὺς, ὅτε δὴ αὐτὸν ἐπὶ ῥητορικὴν ὁ δὲ φιλοσοφίας ἤρα. καὶ αὐτοῦ Κράντωρ ἐρωτικῶς διατεθεὶς, ἐπύθετο, τὰ ἐξ Ἀνδρομέδας Εὐριπίδου προενεγκάμενος,

Ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσῃ μοι χάριν;

καὶ ὃς τὰ ἐχόμενα,

Ἄγου με (ὦ ξένε) εἴτε δμωΐδ' ἐθέλεις, εἴτ' ἄλοχον.

ἐκ τούτου συνήστην ἀλλήλοιν. ὅθεν καὶ τὸν Θεόφραστον κνιζόμενον φασὶν εἰπεῖν, ὡς εὐφυὴς καὶ εὐεπιχείρητος ἀπεληλυθὼς τῆς διατριβῆς εἴη νεανίσκος. καὶ γὰρ ἐν τοῖς λόγοις ἐμβριθέστατος καὶ φιλογράμματος ἱκανῶς γενόμενος, ἥπτετο καὶ ποιητικῆς.

Καὶ αὐτοῦ φέρεται ἐπιγράμματα εἰς Ἄτταλον οὕτως ἔχοντα,

Πέργαμος οὐχ ὅπλοισι κλεινὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἵπποις
Πολλάκις αὐδᾶται Πῖσαν ἀνὰ ζαθέην.
Εἰ δὲ τὸν ἐκ Διόθεν θνητὸν θεμιτὸν νόον εἰπεῖν,
Ἔσσεται εἰσαῦθις πολλὸν ἀοιδοτέρη.

Ἀλλὰ καὶ εἰς Μηνόδωρον, τὸν Εὐδάμου, ἑνὸς τῶν συσχολαστῶν ἐρώμενον,

sed illum philosophiæ iam amor ceperat. Eo amore flagrantem Crantor in eum affectus, EVripidis ex Andromeda versiculo producto rogat,

O virgo, si te seruem, habebis gratias?

Cui ille quod mox sequitur respondit,

Duc, hospes, ancillā me, aut, si vis, coniugem.

Ex hoc iam pariter ambo morabantur. Ægrè tulisse Theophrastum aiunt illius recessum, ac dixisse, Quam ingeniosus promptúsque adolescens è schola discessit! Nanque quum esset in dicendo grauissimus, atque in scribendo satis exercitatus, poeticæ quoque operam dedit.

Feruntur eius epigrammata in Attalum in hanc sententiam,

Sæpe per egregiam memoratur Pergamus armis
Vrbem, & equis Pisam & relligione sacram.
At si mortali fas præsagire futurum,
Rursus erit multo commemorata magis.

Atque in Menodorum, EVdami filium, vnum ex condiscipulis amantem,

Τηλοῦ μὲν Φρυγίη, τηλοῦ δ' ἱερὴ
Θυάτειρα,
Ὦ Μηνόδωρε, σὴ πατρὶς
Καδαυάδη.
Ἀλλὰ γὰρ εἰς Ἀχέροντα, τὸν οὐ
φατὸν, ἶσα κέλευθα,
Ὡς δεινὸς ἀνδρῶν πάντοθεν
μετρεύμενα.
Σῆμα δέ τοι τόδ' ἔρεξεν ἀρι-
φραδὲς Εὔδαμος, ᾧ σὺ
Πολλῶν πενεστέων ἦσθα
προσφιλέστερος.

ἀπεδέχετο δὲ πάντων μᾶλλον Ὅμηρον, οὗ καὶ εἰς ὕπνον ἰὼν πάντως τι ἀνεγίνωσκεν. ἀλλὰ καὶ ὄρθρου λέγων ἐπὶ τὸν ἐρώμενον ἀπιέναι, ὁπότ' ἂν βούλοιτο ἀναγνῶναι. τόν τε Πίνδαρον ἔφασκε δεινὸν εἶναι φωνῆς ἐμπλῆσαι, καὶ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων εὐπορίαν παρασχεῖν. Ἴωνα δὲ καὶ ἐχαρακτήριζε νέος ὤν. διήκουσε δὲ καὶ Ἱππονίκου τοῦ γεωμέτρου· ὃν καὶ ἔσκωψε, τὰ μὲν ἄλλα νωθρὸν ὄντα καὶ χασμώδη, ἐν δὲ τῇ τέχνῃ τεθεωρημένον, εἰπὼν τὴν γεωμετρίαν αὐτοῦ χάσκοντος εἰς τὸ στόμα ἐμπτῆναι. τοῦτον καὶ παρακόψαντα ἀναλαβὼν οἴκοι, ἐς τοσοῦτον ἐθεράπευσεν, ἐς ὅσον ἀποκαταστῆσαι

Sacra quidem procul eſt Phrygia, & procul eſt Thyatira,
Tua Menodore patria & Cadanadc.
Verùm ad tus tetrum patet undique liber ad Orcū,
Quem perſpicaci menſus es praſentia.
EVdamus inſigni tibi ſed dedit arte ſepulcrum,
Pauperrimo quidem, verùm chariſſimo.

Amplectebatur Homerum maximè ex omnibus, cuius adeo ſtudioſus erat, vt ſemper ante ſomnum eius aliquid legeret. Manè quoque quum ſurgeret, dicens ſe ad amaſium ire, quum ſe velle legere innueret. Pindarum quoque dicebat eſſe in primis idoneum implere vocem verborúmque ac nominum copiam præbere. Stilum etiam Ionicum expreſſit, quum eſſet iunior. Hipponici item geometræ auditor fuit, in quem iocatus ille plerumque eſt, quòd quum eſſet hebes & obtuſus & oſcitans, artis tamen intelligentiam aſſequutus videretur, hianti ſibi geometriam in os aduolauiſſe aiebat: eum etiam dementem aliquando effectum domi ſecum habuit, atque tam diu illius curam egit quoad redderetur ſenſui.

Κράτητος δὲ ἐκλιπόντος κατέσχε τὴν σχολήν, ἐκχωρήσαντος αὐτῷ Σωκρατίδου τινός. διὰ δὲ τὸ περὶ πάντων ἐπέχειν, οὐδὲ βιβλίον (φασί) τι συνέγραψεν. οἱ δὲ, ὅτι ἐφωράθη τινὰ κατορθῶν, ἅ φασιν οἱ μὲν ἐκδοῦναι, οἱ δὲ, κατακαῦσαι. ἐώκει δὴ θαυμάζειν καὶ τὸν Πλάτωνα, καὶ τὰ βιβλία ἐκέκτητο αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ τὸν Πύρρωνα, κατά τινας, ἐζηλώκει· καὶ τῆς διαλεκτικῆς εἴχετο, καὶ τῶν Ἐρετρικῶν ἥπτετο λόγων. ὅθεν καὶ λέγεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ὑπ' Ἀρίστωνος,

Πρόσθε Πλάτων, ὄπιθεν δὲ Πύρρων, μέσσος Διόδωρος.

καὶ ὁ Τίμων ἐπ' αὐτοῦ φησιν οὕτως,

Τῇ γὰρ ἔχων Μενέδημον ὑπὸ στέρνοισι μόλυβδον
Θεύσεται, ἢ Πύρρωνα τὸ πᾶν κρέας, ἢ Διόδωρον.

καὶ διαλεγόμενον αὐτὸν ποιεῖ λέγοντα,

Νήξομαι εἰς Πύρρωνα, καὶ εἰς σκολιὸν Διόδωρον.

Ἦν δὲ ἀξιωματικώτατος καὶ συνηγμένος, καὶ ἐν τῇ λαλιᾷ διαστατικὸς τῶν ὀνομάτων. ἐπιπληκτικὸς θ' ἱκανῶς καὶ παρρησιαστής· διὸ καὶ πάλιν ὁ Τίμων οὕτω περὶ αὐτοῦ,

Cratete autem vita functo scholam tenuit, cedente sibi Socratide quodam. Nullum verò librum scripsisse ferunt, quòd æquè de omnibus suspenderet sententiam. Alij deprehensum dũ quædã emendaret, tradunt: ea tamen ipsa alij non edidisse, alij flammis tradidisse aiunt. In honore summo Platonẽ habuit, librósque illius studiosè lectitabat. Sunt qui Pyrrhonem quoque imitatum asseuerent. Dialecticæ quoque fuit nõ imperitus, Eretricorũmque sermones ac rationes calluit. Vnde & de illo ab Aristone dicebatur,

Antè Plato, retro Pyrrho, medius Diodorus.

Timon etiam sic de illo loquutus est,

Hinc sequitur Menedemus habẽs sub pectore plũbum,
Certè aut Pyrrhonem carnosum, vel Diodorum.

Erat autẽ proloquiis abundè vtens & constrictus, atque in loquutione ambiguus. Ac præterea obiurgator confidens multum atque audax: quod Timon quoque signauit, qui illius vehementiam vno versiculo expressit,

Καὶ τέον ἐκλήσῃς ὑπαλύξειν
ἐγχαλαμυγιῇ.

Et te, quum obiurgas, sumanum vixisse memento.

ὅθεν καὶ πρός τινα θρασύτερον διαλεγόμενον νεανίσκον, Οὐ λήψεταί τις (ἔφη) τοῦτον ἀστραγάλῳ; πρὸς δὲ τὸν αἰτίαν ἔχοντα περαίνεσθαι, ὡς ἀνήνεγκεν αὐτῷ ὅτι οὐ δοκεῖ ἕτερον ἑτέρου μεῖζον εἶναι, ἠρώτησεν εἰ οὐδὲ τὸ δεκαδάκτυλον τοῦ ἑξαδακτύλου. Ἥμωνος δέ τινος Χίου ἀειδοῦς ὄντος, καὶ ὑπολαμβάνοντος εἶναι καλοῦ, καὶ ἐν χλανίσιν ἀεὶ ἀναστρεφομένου, εἰπόντος ὅτι οὐ δοκεῖ αὐτῷ ὁ σοφὸς ἐρασθήσεσθαι, ἔφη, πότερον οὐδ' ἂν οὕτω καλὸς ᾖ τις ὡς σύ; οὐδ' ἂν οὕτω καλὰ ἱμάτια ἔχῃ; ἐπεὶ δὲ καὶ παρακίναιδος ὢν ὡς εἰς βαρὺν τὸν Ἀρκεσίλαον ἔφη,

Vnde & adolescente quodã audacius quam par erat loquente, Nullúsne (inquit) hunc talo excipiet? Quum retulisset ad eum quidam vitiosè concludens, non videri altero alterum maius, Nec decem (inquit) digitorum longitudo senorum longitudine. Emone quodam Chio, quũ esset deformis, formosum se arbitrante, ac iugiter chlamydem pretiosam induente, ac rogante num illi sapiẽs amaturus videretur, Maximè, (ait) nisi ita quispiã fuerit pulcher vt tu, & ita speciosè induatur. Quum verò ab impudico agitaretur, cui fortè infensa erat eius grauitas, sic ait,

Ἔξεστ' ἐρωτᾶν πότνι', ἢ σιγὴν
ἔχειν;

Licet rogem te casta, aut obmutescere?

ἔφη ὑπολαβών,

respondit,

Γύναι
τί μοι τραχεῖα κοὐκ εἰθισμένως λέγεις;

Quid dura nobis, & noua affers fœmina?

στωμύλου δὲ ἀγεννοῦς πράγματα αὐτῷ παρέχοντος, ἔφη,

Verboso item cuidã ignauo ac molesto, inquit,

Ἀκόλαστ' ὁμιλεῖν γίνεται δούλων τέκνα.

Obscœna nati seruorũ loqui solent.

λάλου δὲ πολλὰ φλυαροῦντος, οὐδὲ τίτθης αὐτὸν χαλεπῆς τετυχηκέναι ἔφη. τισὶ δὲ οὐδ' ἀπεκρίνετο. πρὸς δὲ τὸν δανειστικὸν καὶ φιλόλογον, εἰπόντα τι ἀγνοεῖν, ἔφη,

Λήθουσι γάρ τοι κἀνέμων διέξοδοι

Θήλειαν ὄρνιν, πλὴν ὅταν τόκος παρῇ.

ἔστι δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ Οἰνομάου τοῦ Σοφοκλέους. πρὸς Ἀλεξῖνόν τινα διαλεκτικόν, μὴ δυνάμενον κατ' ἀξίαν τῶν Ἀλεξίνου τι διηγήσασθαι, τὸ Φιλοξένῳ πρὸς τοὺς πλινθιακοὺς πραχθὲν εἶπεν. ἐκεῖνος γὰρ τὰ αὐτοῦ κακῶς ᾄδοντας τούτους καταλαβών, αὐτὸς τὰς πλίνθους αὐτῶν συνεπάτησεν· εἰπών, Ὡς ὑμεῖς τὰ ἐμὰ διαφθείρετε, κἀγὼ τὰ ὑμέτερα. ἤχθετο οὖν δὴ τοῖς μὴ καθ' ὥραν τὰ μαθήματα ἀνειληφόσι. φυσικῶς δέ πως ἐν τῷ διαλέγεσθαι ἐχρῆτο τῷ, φημ' ἐγώ· καὶ, ΟΥ συγκαταθήσεται τούτοις ὁ δεῖνα, εἰπὼν τοὔνομα· ὃ καὶ πολλοὶ τῶν μαθητῶν ἐζήλουν, καὶ τὴν ῥητορείαν καὶ πᾶν τὸ σχῆμα.

Loquaci itidem obtundenti nimio verborum strepitu, Næ malam quidē (inquit) nutricem nactus est. Quibusdam verò nihil respondebat. Fœneratore quodā, ac discendi studioso, quiddam se ignorare dicente,

Nescit latentes transitus ventorum auis

Fœmella, fœtus adsit ni in præsentia.

Sumpta sunt autem ista ex OEnomao Sophoclis. Alexinum quendam dialecticum, Alexini quędam commodè ac pro merito enarrare non valentem, quid Philoxenus aduersus lateritios operarios egisset, admonuit. Ille enim, quum hoc carmen ipsius malè cātantes offendisset, lateres illorum conculcare cœpit, ac dicere, Vos mea corrumpitis, ego vestra dissipabo. Ferebat grauiter, siquis intempestiuè disciplinas liberales arripuisset. Naturaliter autem nescio quomodo in differendo vtebatur hoc verbo, Arbitror equidem, &, Non assentietur istis ille, eum ex nomine appellans: idque discipulorum quoque plurimi imitabantur, neque id solum, verùm & rhetoricē eius, omnémque dicendi modū ac figuram, in se nitebantur exprimere.

ἦν δὲ καὶ εὑρεσιλογώτατος ἀπαντῆσαι εὐστόχως, καὶ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀνενεγκεῖν τὴν περίοδον τοῦ λόγου, καὶ ἅπαντι συναρμόσασθαι καιρῷ. πιστικός τε ὑπὲρ πάνθ' ὁντινοῦν. παρ' ὃ καὶ πλείους πρὸς αὐτὸν ἀπήντων εἰς τὴν σχολήν, καίπερ ὑπ' ὀξύτητος αὐτοῦ ἐπιπληττόμενοι. ἀλλ' ἔφερον ἡδέως· καὶ γὰρ ἦν ἀγαθὸς σφόδρα, καὶ ἐλπίδων ὑπεπίμπλη τοὺς ἀκούοντας. ἔν τε τῷ βίῳ κοινωνικώτατος ἐγένετο· καὶ εὐεργετῆσαι πρόχειρος ἦν, καὶ λαθεῖν τὴν χάριν ἀτυφότατος. εἰσελθὼν οὖν ποτε πρὸς Κτησίβιον νοσοῦντα, καὶ ἰδὼν ἀπορίᾳ θλιβόμενον, κρύφα βαλάντιον ὑπέθηκε τῷ προσκεφαλαίῳ. καὶ ὃς εὑρών, Ἀρκεσιλάου (φησὶ) τὸ παίγνιον. ἀλλὰ καὶ ἄλλοτε χιλίας ἀπέστειλεν. Ἀρχίαν δὲ τὸν Ἀρκάδα ΕΥμένει συστήσας, πολλῆς ἐποίησε τυχεῖν τῆς ἀξίας. ἐλευθέριός τε ὢν καὶ ἀφιλαργυρώτατος εἰς τὰς ἀργυρικὰς δείξεις ἀπήντα πρῶτος,

Erat autem illi inuentionis præcipua felicitas. Rite item ac facilè occurrere obiectis, orationíſque ambitũ ad id quod erat propoſitum referre, atque omni ſe tempori accommodare mirificè callebat. Magna illi præterea vltrá omnes cæteros erat perſuadendi quæ vellet actimonia. Quibus ex rebus factum eſt vt ad eum audiendum confluerẽt plurimi, & quidem quũ illius immodico acumine offenderentur. Quod tamen illi ipſi æquo animo ac libẽter tolerabant. Erat enim vir egregiè bonus, ſuóſque auditores bona ſpe plenos emittebat. Erat illi ſumma facilitas in communicãdis rebus ſuis, atque ad ferenda beneficia prõptus occurrebat: latere quoque gratiã omni ſtudio quærebat, faſtũ eiuſmodi maximè exhorrens. Denique ingreſſus aliquando ad Ctesibium ęgrotum, vidénſque eum inopia rerum anguſtari, plenum nummis ſacculũ clàm eius puluino ſubiecit: quo ille inuento, Arceſilai (inquit) hic ludus eſt. Sed & alias mille ad eum ſolidos miſit. Archiam verò Arcadem EVmeni commendans, vt magna dignitate fungeretur effecit. Liberalis quoque admodum fuit, ipſámque liberalitatem ſuam argenteis in primis vaſis præferebat:

καὶ ἐπὶ τὴν Ἀρχεκράτους καὶ Καλλικράτους, τὰς χρυσίδας παντὸς ἐσπούδαζε μᾶλλον· συχνοῖς τε ἐπήρκει καὶ συνεράνιζε. καί ποτέ τινος ἀργυρώματα λαβόντος, εἰς ὑποδοχὴν φίλων, καὶ ἀποδιδόντος, οὐκ ἀπῄτησεν, οὐδὲ προσεποιήθη· οἱ δέ φασιν ἐπίτηδες χρῆσαι, καὶ ἀποδιδόντος, ἐπεὶ πένης ἦν, χαρίσασθαι. ἦν μὲν οὖν αὐτῷ καὶ ἐν Πιτάνῃ περιουσία, ἀφ' ἧς ἀπέστελλεν αὐτῷ Πυλάδης ὁ ἀδελφός. ἀλλὰ καὶ ἐχορήγει αὐτῷ πολλὰ ΕΥμένης ὁ τοῦ Φιλεταίρου. διὸ καὶ τούτῳ μόνῳ τῶν ἄλλων βασιλέων προσεφώνει. πολλῶν δὲ καὶ τὸν Ἀντίγονον θεραπευόντων, καὶ ὅτε ἥκοι ἀπαντώντων, αὐτὸς ἡσύχαζε, μὴ βουλόμενος προεμπίπτειν εἰς γνῶσιν. φίλος τε ἦν μάλιστα Ἱεροκλεῖ τῷ τὴν Μουνυχίαν ἔχοντι καὶ τὸν Πειραιᾶ. ἔν τε ταῖς ἑορταῖς κατῄει πρὸς αὐτὸν ἑκάστοτε. καὶ δὴ καὶ πολλὰ ἐκείνου συμπείθοντος ὥστε ἀσπάσασθαι τὸν Ἀντίγονον, οὐκ ἐπείσθη, ἀλλ' ἕως πυλῶν ἦλθεν ἀπέστρεψε.

atque cum Archecratis & Callicratis apparatu contẽdens, aurea quoque vasa in studio habuit: plurimisque ea subministrabat, quibus & conuiuia & cœnas faciebant. Acceperat ab eo quidam ad suscipiendos amicos argẽtea vasa, quum verò is egenus esset, non repetiit. Aiunt alij de industria hæc illum vtenda dedisse, & quum ea ille redderet, quia pauper erat, illi largitum fuisse. Erat quidem illi & in Pitane substantia, ex qua ipsi Pylades frater suppeditabat ad vitæ vsus. Sed & EVmenes Philetæri filius ipsum largissimis frequentibúsque illustrabat donis; quocirca & huic soli præter cæteros studebat reges. Quum autem Antigono plerique obsequerentur, illiúsque domum salutandi gratia confrequentarent, ipse abstinebat, nolens in illius notitiam incidere. Hieroclis item amicitiis inprimis fruebatur, qui Munychiam possidebat & Piræum. Itaque diebus festis semper descẽdere ad eũ cõsueuerat, & quũ ab eo quoque vt Antigonũ salutatũ iret, induceretur, non acquieuit, sed adusq. illius ianuas profect⁹, retro rediit.

μετά τε τὴν Ἀντιγόνου ναυμαχίαν πολλῶν προσιόντων, καὶ ἐπιστόλια παρακλητικὰ γραφόντων, αὐτὸς ἐσιώπησεν. ἀλλ' οὖν ἅπαξ ὑπὲρ τῆς πατρίδος εἰς Δημητριάδα ἐπρέσβευσε πρὸς Ἀντίγονον, καὶ οὐκ ἐπέτυχε. τὸ πᾶν δὴ διέτριβεν ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ, τὸν πολιτισμὸν ἐκτοπίζων. καί ποτε καὶ δὴ καὶ Ἀθήνησιν ἐν τῷ Πειραιεῖ πρὸς τὰς θέσεις λέγων ἐχρόνισεν, οἰκείως ἔχων πρὸς Ἱεροκλέα· ἐφ' ᾧ καὶ πρός τινων διεβάλλετο. πολυτελὴς δὲ ἄγαν ὤν, (καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ ἕτερος Ἀρίστιππος;) ἐπὶ τὰ δεῖπνα πρὸς τοὺς ὁμοιοτρόπους μὲν, πλὴν ἀλλ' ἀπήντα. καὶ Θεοδότῃ τε καὶ Φιλαίτῃ Ἠλείαις ἑταίραις συνῴκει φανερῶς, καὶ πρὸς τοὺς διασύροντας προεφέρετο τὰς Ἀριστίππου χρείας. φιλομειρακιώδης τε ἦν καὶ καταφερής. ὅθεν οἱ περὶ Ἀρίστωνα τὸν Χῖον Στωϊκὸν ἐπεκάλουν αὐτὸν, φθορέα τῶν νέων, καὶ κιναιδολόγον καὶ θρασὺν ἀποκαλοῦντες. καὶ γὰρ καὶ Δημητρίου τοῦ πλεύσαντος εἰς Κυρήνην, ἐπὶ πλέον ἐρασθῆναι λέγεται,

Post naualē verò Antigoni pugnam plurimis eum adeuntibus, epistolásque pro consolatione scribentibus, tacuit ipse. Attamē pro patria legatione ad Antigonū in Demetriadem functus, absq; effectu rediit. Omne igitur tempus vixit in Academia, reipublicæ negotia fugiens. Interdum & Athenis in Pireo morabatur, ex tempore dicens. Hierocle enim (vt diximus) vtebatur familiariter: vnde & à plerisque carpebatur. Magnificentia prætereà excellens, (quid enim rectius dici potest, quàm alter Aristippus?) cœnas cum sui similibus sæpe celebrabat, ipséque ad illos proficiscebatur. Theodotæ item ac Philetæ Eliensibus scortis palàm congrediebatur: detrahentibus autem, Aristippi χρείας recensebat. Adolescētibus item maximè studebat, erátque in amorem pronus. Vnde illum Aristo Chius Stoicus corruptorē iuuenum, disertúmque impudicū & temerariū appellabat. Nāque & Demetriū, quū is Cyrenē nauigasset, amasse plurimum dicitur,

καὶ Λεωχάρους τοῦ Μυρλεανοῦ. ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς τοὺς κωμάσαντας εἰπεῖν, αὐτὸς μὲν θέλειν ἀνοῖξαι, ἐκεῖνον δὲ διακωλύειν. τούτου δ' ἤρων καὶ Δημοχάρης ὁ Λάχητος καὶ Πυθοκλῆς ὁ τοῦ Βουγέλου· οὓς καταλαβὼν, ὑπ' ἀνεξικακίας παραχωρεῖν ἔφη. διέσυρον δὴ αὐτὸν οἱ προειρημένοι καὶ ἐπέσκωπτον, ὡς φιλόχλον καὶ φιλόδοξον. μάλιστα δ' ἐπετίθεντο αὐτῷ περὶ Ἱερώνυμον τὸν περιπατητικὸν, ὁπότε συνάγοι τοὺς φίλους εἰς τὴν Ἀλκυονέως τοῦ Ἀντιγόνου υἱοῦ ἡμέραν, εἰς ἣν ἱκανὰ χρήματα ἀπέστελλεν ὁ Ἀντίγονος πρὸς ἀπόλαυσιν. ἔνθα καὶ παραιτούμενον ἑκάστοτε τὰς ἐπικυλικείους ἐξηγήσεις, πρὸς Ἀρίδηλον, προτείνοντά τι θεώρημα, καὶ ἀξιοῦντα εἰς αὐτὸ λέγειν, εἰπεῖν, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο μάλιστα φιλοσοφίας ἴδιον, τὸ καιρὸν ἑκάστων ἐπίστασθαι. εἰς δὲ τὸ διαβαλλόμενον αὐτοῦ φιλόχλον καὶ Τίμων τά τε ἄλλα φησὶν, ἀτὰρ δὴ τόδε εἶπεν·

Ὣς εἰπὼν, ὄχλοιο περίστασιν εἰσκατέδυνεν.

& Myrleanum Leocharem, de quo & ad comessantes dixisse, se quidem aperire velle, illum autem prohibere. Hunc amabant & Demochares Lachetis & Pythocles Bugeli filius: quos ille quum deprehendisset, cedere se pro sua patientia dixit. Præterea carpebant eum & obiurgabāt ij quos diximus, vt vulgo addictū gloriæque studiosum. Maximè autem illum apud Hieronymum Peripateticum vexabant, quum amicos cogeret ad natalem diem Alcyonei, Antigoni filii, qua die pecunias plurimas in sumptus quotannis mittebat Antigonus. Vbi quum deuitaret inter pocula differere, Aridelo proponenti sibi quiddam quod speculatione indigeret, orantique vt super illo dissereret, dixisse ferunt, At hoc ipsum in primis philosophiæ proprium est, cuiusque rei tempus scire. In id autem quòd turbæ addictus culpabatur, & Timon itidem suo more iocatur,

Hac ait, & turbam dextra lauáque frequentem

Οἱ δὲ μιν ἠΰτε γλαῦκα περισσαίζω τεραπεῖων,
Ἠλέματον δεικνῦντες· ὁ θ' οὕνεκα ὀχλοαρέσκης.
ΟΥ' μέγα πρῆγμα τάλας· τί πλατύνεαι, ἠλίθιος ὥς;

οὐ μὴν ἀλλ' οὕτως ἄτυφος ἦν, ὥστε τοῖς μαθηταῖς παρῄνει καὶ ἄλλων ἀκούειν. καί τινος Χίου νεανίσκου μὴ ἀρεσκομένου τῇ διατριβῇ αὐτοῦ, ἀλλ' Ἱερωνύμου τοῦ προειρημένου, αὐτὸς ἀπαγαγὼν συνέστησε τῷ φιλοσόφῳ, παραινέσας ἀκροᾶσθαι. χαρίεν δ' αὐτοῦ φέρεται κἀκεῖνο. πρὸς γὰρ τὸν πυθόμενον διὰ τί, οὐκ ἐκ μὲν τῶν ἄλλων μεταβαίνουσιν εἰς τὴν Ἐπικούρειον, ἐκ δὲ τῶν Ἐπικουρείων οὐδέποτε· ἔφη, Ἐκ μὲν γὰρ ἀνδρῶν γάλλοι γίνονται, ἐκ δὲ γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται. λοιπὸν δὲ, πρὸς τῷ τέλει γενόμενος ἅπαντα κατέλιπε Πυλάδῃ τῷ ἀδελφῷ τὰ αὐτοῦ· ἀνθ' ὧν ἐς Χῖον αὐτὸν προήγαγε τὸν Μοιρέαν λαθών, κἀκεῖθεν εἰς Ἀθήνας ἀπήγαγε. προελὼν δ' οὔτε γύναιον ἐπηγάγετο, οὔτε ἐπαιδοποιήσατο. τρεῖς τε διαθήκας ποιησάμενος ἔθετο, τὴν μὲν ἐν Ἐρετρείᾳ, πρὸς Ἀμφίκριτον·

Ingreditur, volucres vlulam vt mirantur inepta:
Illa stupet stolidum. sed tu vanissime plebis
Captator, quid ob hæc tam non præclara superbis?

Cùm tamen alioqui ita moderatus & fastus fugiẽs erat, vt discipulos moneret & alios audire. Et quum adolescens quidam Chius ex ludo suo, Hieronymi quem prædiximus scholam plus sibi placere significasset, ipse manu apprehensum ad illum duxit, philosophóque commendauit, admonens seruaret ordinis ac disciplinæ grauitatẽ. Perlepidum & hoc illius dictum memoratur. Percontanti enim cur ex discipulis aliis plerique ad sectã Epicuream transirent, ex Epicureis verò nullus se ad cæteras conferret, ait, Quia ex viris quidem galli fiunt, ex gallis viri nunquam. Quũ verò iam esset morti proximus, sua omnia Pyladi fratri legauit: quòd is illum Chium clam Mœrea, atque inde Athenas deduxerat. Nunquam verò vxorem duxit, aut filios genuit. Tria testamenta conscripsit. Ex his vnũ Eretriæ penes Amphicritum deposuit:

τὴν δὲ Ἀθήνησι, παρά τινι τῶν φίλων· τὴν δὲ τρίτην ἀπέστειλεν εἰς οἶκον, πρὸς Θαυμασίαν ἕνα τινὰ τῶν ἀναγκαίων, ἀξιώσας διατηρῆσαι· πρὸς ὃν καὶ γράφει ταυτί,

Ἀρκεσίλαος Θαυμασίᾳ χαίρειν.

Δέδωκα Διογένει διαθήκας ἐμαυτοῦ κομίσαι πρὸς σέ· διὰ γὰρ τὸ πολλάκις ἀρρωστεῖν, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενῶς ἔχειν, ἔδοξέ μοι διαθέσθαι, ἵν' εἴ τι γένοιτο ἀνάρσιον, μήτι σε ἠδικηκὼς ἀπίω, τὸν εἰς ἐμὲ ἐκτενῶς οὕτω πεφιλοτιμημένον. ἀξιοπιστότατος δ' εἶ τῶν ἐνθάδε σύ μοι τηρῆσαι αὐτάς, διά τε τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς οἰκειότητα. πειρῶ οὖν μεμνημένος διότι σοι πίστιν τὴν ἀναγκαιοτάτην παρακατατίθεμαι, δίκαιος ἡμῖν εἶναι, ὅπως ὅσον ἐπὶ σοὶ τὰ κατ' ἐμὲ εὐσχημόνως ᾖ μοι διῳκημένα. κεῖνται δὲ Ἀθήνησιν αὗται παρά τισι τῶν γνωρίμων, καὶ ἐν Ἐρετρείᾳ παρ' Ἀμφικρίτῳ.

Ἐτελεύτησε δὲ (ὥς φησιν Ἕρμιππος) ἄκρατον ἐμφορηθεὶς πολύν, καὶ παρακόψας, ἤδη γεγονὼς ἔτος πέμπτον καὶ ἑβδομηκοστόν, ἀποδεχθεὶς παρ' Ἀθηναίων ὡς οὐδείς. ἔστι καὶ εἰς τοῦτον ἡμῶν,

secundum Athenis apud quendam ex amicis: tertiũ domum ad Thaumasiam quendam necessarium suũ misit, orans vt illud seruaret. Ad quem ita etiam scripsit,

Arcesilaus Thaumasiæ S.

Testamẽta mea Diogeni tradidi ad te perferendã. Quia enim sæpius ægroto, & corpore non rectè valeo, testamentum cõficere placuit, vt siquid contingat inopinatum, sine tua iniuria proficiscar ex vita, qui vnus ex omnibus maximè me affectu prosequutus es: fidissimus autẽ omniũ qui hic sunt, quũ mihi semper fueris, diligenter ea seruare stude, tum propter ætatem, tum propter necessitudinẽ. Cura igitur, memor qua i-tum tuæ fidei committam, vt quod apud te t[illegible] m de o-netur quantum in te est & negotia mea honeste disposita sint. Posita sunt autẽ ista Athenis apud quendam ex amicis, & Eretriæ penès Amphicritum. Obiit (vt Hermippus ait) quum merum immodicè hausisset, ac offendisset, septuagesimo & quinto ætatis anno, susceptúsque est ab Atheniensibus vt nemo alius,

Ἀρκεσίλαε τί μοι, τί τοσοῦτον ἄκρητον ἀφειδῶς
Ἔσπασας ὥστε φρενῶν ἐκτὸς ὄλισθες ἑῶν;
Οἰκτείρω σ' ἐ πόσον ἐπεὶ θάνες, ἀλλ' ὅτι Μούσας
Ὕβρισας, ἀμετρίῃ χρησάμενος κύλικι.

Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς Ἀρκεσίλαοι· ποιητὴς ἀρχαίας κωμῳδίας· ἄλλος, ἐλεγείας· ἕτερος, ἀγαλματοποιός· εἰς ὃν καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν ἐπίγραμμα τουτί,

Ἀρτέμιδος τόδ' ἄγαλμα. διηκόσιαι γὰρ ὁ μισθὸς
Δραχμαὶ ταὶ πάριαι, τῶν ἐπίσημ' Ἄρατος.
Ἀσκητὸς δ' ἐποίησεν Ἀθηναίης παλάμῃσιν
Ἄξιος Ἀρκεσίλας υἱὸς Ἀριστοδίκου.

Ὁ δὲ προειρημένος φιλόσοφος (καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς) ἤκμαζε περὶ τὴν εἰκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα.

ΒΙΩΝ.

Βίων, τὸ μὲν γένος ἦν Βορυσθενίτης, ὧν τινων δὲ γονέων καὶ ἀφ' οἵων πραγμάτων ἧξεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, αὐτὸς Ἀντιγόνῳ διασαφεῖ. ἐρομένου γὰρ αὐτόν,

Arcesilae, mori quid tantum prodigus hauris,
Extra sis mentem lapsus vt ipse tuam?
Nec tua me tantum mors afficit, ac mihi musas
Immodica læsas sorbitione doles.

Fuerunt & tres alij Arcesilai. Primus, poeta priscæ comœdiæ: secundus, elegiæ: tertius, sculptor: in quem & Simonides hoc scripsit epigramma,

Tercentum Pariis simulacrum insigne Dianæ
Hoc drachmis constat, signũ Aratus quibus est.
Doctus at absoluit cælo manibúsque Mineruæ
Arcesilas sculptor, natus Aristodici.

Prædictus autem philosophus (vt ait Apollodorus in Chronicis) floruit circa centesimam & vigesimam Olympiadem.

BION.

Bion genere quidem Borysthenites fuit. Quibus verò sit ortus parentibus, & quibus ex rebus ad philosophiam se contulerit, ipse Antigono aperuit. Quũ enim ille sciscitaretur,

Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

αἰσθόμενος ὅτι προδιεβέβλητο, φησὶ πρὸς αὐτὸν, ἐμοῦ ὁ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος, (διεδήλου δὲ τὸν ταριχέμπορον) γένος Βορυσθενίτης, ἔχων οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ συγγραφὴν ἐπὶ τοῦ προσώπου, τῆς τοῦ δεσπότου πικρίας σύμβολον. μήτηρ δὲ, οἵαν ὁ τοιοῦτος ἂν γήμαι, ἀπ' οἰκήματος. ἔπειτα ὁ πατὴρ παρατελωνησάμενός τι, πανοίκιος ἐπράθη μεθ' ἡμῶν. καί με ἀγοράζει τις ῥήτωρ νεώτερον ὄντα καὶ εὔχαριν· ὃς καὶ ἀποθνήσκων κατέλιπέ μοι πάντα. κἀγὼ κατακαύσας αὐτοῦ τὰ συγγράμματα καὶ πάντα συγξύσας, Ἀθήναζε ἦλθον καὶ ἐφιλοσόφησα,

Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

ταῦτά ἐστι τὰ κατ' ἐμέ. ὥστε παυσάσθωσαν Περσαῖός τε καὶ Φιλωνίδης ἱστοροῦντες αὐτά· σκόπει δέ με ἐξ ἐμαυτοῦ. καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ὁ Βίων τὰ μὲν ἄλλα πολύτροπος καὶ σοφιστὴς ποικίλος, καὶ πλείστας ἀφορμὰς δεδωκὼς τοῖς βουλομένοις καθιππάζεσθαι φιλοσοφίας,

Fare tuum nomen, patriam, genus atque parentes,

sentiens se vituperatũ esse apud regem, atque ideo sic loquutum, ad illum ait, Pater quidem meus libertus fuit, cubito se tergens, (significabat autem illum succidiam & laridum vendere) Borysthenites genere, non habens faciem, sed in facie scripturam acerbissimi domini: mater autem ex lupanari, nimirũ quam huiusmodi ducere potuit. Deinde pater nescio quid in rem publicanorum committens, cum tota domo venundatus est: me adolescentulum haud ingratũ orator quidã emit: is moriens, mihi omnia reliquit: ego tabulas ipsius exurens, cunctásque conscindens, Athenas concessi, ibíque philosophatus sum,

Huius me esse patris, generis me glorior huius.

Ista habui quæ de me dicerem. Desinant igitur Persæus ac Philonides ea historiæ tradere, me autem ex me ipso intuere. Et erat sanè Bion aliàs versatili ingenio, & sophista callidus, puérque circa philosophiam se exercere volentibus occasionem præbuerat.

ἔνιοτε δὲ καὶ πότιμος, καὶ ἀπολαῦσαι τύφου δυνάμενος.

Πλεῖστα τε καταλέλοιπεν ὑπομνήματα, ἀλλὰ καὶ ἀποφθέγματα χρειώδη πραγματείαν ἔχοντα. οἷον, ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ μὴ θηρᾶσαι μειράκιον, οὐχ οἷόν τε εἶπεν ἁπαλὸν τυρὸν ἀγκίστρῳ ἐπισπᾶσθαι. ἐρωτηθείς ποτε τίς μᾶλλον ἀγωνιᾷ, ἔφη, ὁ τὰ μέγιστα βουλόμενος εὐημερεῖν. ἐρωτηθεὶς εἰ γήμαι (ἀναφέρεται γὰρ καὶ τοῦτο εἰς αὐτόν) ἔφη, Ἐὰν μὲν γήμῃς αἰσχράν, ἕξεις ποινήν· ἂν δὲ καλήν, ἕξεις κοινήν. τὸ γῆρας ἔλεγεν ὅρμον εἶναι τῶν κακῶν· εἰς αὐτὸ γοῦν πάντα καταφεύγειν. τὴν δόξαν, ἐτῶν μητέρα εἶναι. τὸ κάλλος, ἀλλότριον ἀγαθόν· τὸν πλοῦτον, νεῦρα πραγμάτων. πρὸς δὲ τὸν τὰ χωρία κατεδηδοκότα, Τὸν μὲν Ἀμφιάραον (ἔφη) ἡ γῆ κατέπιε, σὺ δὲ τὴν γῆν. μέγα κακόν, τὸ μὴ δύνασθαι φέρειν κακόν. κατεγίνωσκε δὲ καὶ τῶν τοὺς ἀνθρώπους κατακαόντων μὲν ὡς ἀναισθήτους, παρακαόντων δὲ ὡς αἰσθανομένους. ἔλεγε δὲ συνεχὲς ὅτι αἱρετώτερόν ἐστι τὸ τὴν ὥραν ἄλλῳ χαρίζεσθαι,

In quibusdam verò ciuilis & suauis, fastúque perfrui valens.

Complura item reliquit commentaria, sed & sententias vtiles & graues: vt illud, Quum sibi probro daretur quòd adolescentem non sibi vendicasset, Non enim (inquit) possibile est, mollem caseum hamo attrahere. Interrogatus aliquando, quisnam anxietate maiore detineretur, Ille (inquit) qui se maximè cupit esse felicem & quietum. Rogatus an ducenda esset vxor, (refertur enim & ad hunc istud) Si quidem, ait, turpem duxeris, pœnam habebis: sin autem formosam, communis erit. Senectutem malorum omnium portum asserebat: siquidem ad ipsam cuncta confugere. Gloriam annorum esse matrem, pulchritudinem alienum bonum, diuitias neruos rerum. Ad eum qui agros suos vorauerat, Terra (inquit) Amphiaraum absorbuit, sed terram tu. Magnum aiebat malum esse, ferre non posse malum. Arguebat eos qui homines, quasi sine sensu essent, exurerent. Dicebat autẽ iugiter, optabilius esse speciem alteri largiri suam,

ἢ ἀλλοτρίας ἀποδρέπεσθαι. καὶ γὰρ εἰς σῶμα βλάπτεσθαι καὶ εἰς ψυχήν. διέβαλλε δὲ καὶ τὸν Σωκράτην, λέγων, ὡς εἰ μὲν εἶχεν Ἀλκιβιάδου χρείαν, καὶ ἀπείχετο, μάταιος ἦν· εἰ δὲ μὴ εἶχεν, οὐδὲν ἐποίει παράδοξον. εὔκολον ἔφασκε τὴν εἰς ᾅδου ὁδόν· καταμύοντας γοῦν ἀπιέναι. τὸν Ἀλκιβιάδην μεμφόμενος ἔλεγεν, ὡς νέος μὲν ὢν, τοὺς ἄνδρας ἀπάγοι τῶν γυναικῶν· νεανίσκος δὲ γενόμενος, τὰς γυναῖκας τῶν ἀνδρῶν. ἐν Ῥόδῳ τὰ ῥητορικὰ διασκούντων Ἀθηναίων, τὰ φιλοσοφούμενα ἐδίδασκε. πρὸς οὖν τὸν αἰτιασάμενον ἔφη, Πυροὺς ἐκόμισα, καὶ κριθὰς πωλῶ. ἔλεγε τοὺς ἐν ᾅδου μᾶλλον ἂν κολάζεσθαι εἰ ὁλοκλήροις καὶ μὴ τετρημμένοις ἀγγείοις ὑδροφόρουν. πρὸς τὸν ἀδολέσχην, λιπαροῦντα συλλαβέσθαι αὐτῷ, Τὸ ἱκανόν σοι ποιήσω (φησὶν) ἐὰν παρακλήτους πέμψῃς, καὶ αὐτὸς μὴ ἔλθῃς. πλέων μετὰ πονηρῶν, λῃσταῖς περιέπεσε. τῶν δὲ, Ἀπολώλαμεν, εἰπόντων, ἐὰν γνωσθῶμεν· Ἐγὼ δὲ, (φησὶν) ἐὰν μὴ γνωσθῶμεν.

quàm alienam petulanter ambire. corpore quippe atque animo lædi qui id fecisset. Sed & Socratem in ius vocabat dicens, Nam si quidem Alcibiade vti potuit, & abstinuit, inanis fuit: sin vero non valuit, nihil magnum fecit. Facilẽ esse dicebat ad infernum viam: clausis enim oculis illuc iri. Alcibiadem culpans, dicebat illum, dum esset adolescens, viros ab vxoribus, iuuenem verò vxores à viris abduxisse. Rhodi Atheniensibus ad oratoriam se exercẽtibus, philosophiã ipse docebat. Causante quodam cur ita faceret, Frumenta (inquit) attuli, & hordeum vendo. Dicebat, eos qui essent apud inferos, magis profectò cruciandos, si integris quàm si perforatis vasis aquam ferrent. Orante illum verboso quodam vt sibi opem ferret, Satis (inquit) tibi faciam, si internuntios ad me miseris, ipse verò non veneris. Nauigans cum perditis hominibus, in latrones incidit: dicentibus illis, Peribimus, si agnoscamur, At ego (inquit) nisi agnoscamur.

τὴν δὲ οἴησιν ἔλεγε προκοπῆς ἐγκοπήν. πρὸς πλούσιον μικρολόγον, Οὐχ οὗτος (ἔφη) τὴν οὐσίαν κέκτηται, ἀλλ' ἡ οὐσία τοῦτον. ἔλεγε τοὺς μικρολόγους, τῶν μὲν ὑπαρχόντων ὡς ἰδίων ἐπιμελεῖσθαι· ὡς δὲ ἐξ ἀλλοτρίων, μηδὲν ὠφελεῖσθαι. τῇ μὲν ἀνδρείᾳ νέους ὄντας ἔφη χρῆσθαι, τῇ δὲ φρονήσει γηράσκοντας ἀκμάζειν. τοσοῦτον διαφέρειν τὴν φρόνησιν τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ὅσον τὴν ὅρασιν τῶν ἄλλων αἰσθήσεων. μὴ δεῖν ἔφασκεν ὀνειδίζειν τὸ γῆρας, εἰς ὃ (ἔφη) πάντες εὐχόμεθα ἥκειν. πρὸς τὸν βάσκανον ἐσκυθρωπακότα, Οὐκ οἶδα (ἔφη) πότερόν σοι κακὸν γέγονεν ἢ ἄλλῳ ἀγαθόν. τὴν δυσσέβειαν πονηρὸν ἔλεγεν εἶναι σύνοικον τῇ παρρησίᾳ.

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ.

τοὺς φίλους, ὁποῖοι ἂν ὦσι, συντηρεῖν· ἵνα μὴ δοκῶμεν πονηροῖς κεχρῆσθαι, ἢ χρηστοὺς παραιτεῖσθαι. οὗτος τὴν ἀρχὴν μὲν παρῃτεῖτο τὰ Ἀκαδημαϊκά, καθ' ὃν χρόνον ἤκουε Κράτητος· εἶτ' εἵλετο τὴν Κυνικὴν ἀγωγήν, λαβὼν

Elationē esse asserebat profectus impedimentum. Ad diuitem auarum, Non (inquit) hic substantiam possidet, sed ab ea ipse possidetur. Tenaces aiebat opū vt suarum habere curam, verùm ex eis vt ex alienis, nihil capere vtilitatis. Fortitudine, inquit, quū sumus iuuenes, vtimur: at quum senescere incipimus, prudentia valemus. Tantum verò prudentiam à virtutibus cæteris differre asserebat, quantum visum ab aliis sensibus. Dicebat non esse exprobrãdam senectutem, ad quam omnes peruenire cupimus. Inuido cuidam subtristi, Nescio (inquit) vtrum tibi malum, an alteri bonū contigerit. Impietatem pessimum esse dicebat contubernalem fiduciæ.

Virum domabit quamlibet ferox sitis.

Amicos qualescunque sint oportere seruari, ne videamur vel malis vti, vel deuitare bonos. Is in principio Academiæ instituta aspernabatur, quo tēpore Cratetis auditor erat: deinde Cynicū elegit institutū, sumpto pallio

τρίβωνα καὶ πήραν. καὶ τί γὰρ ἄλλο; μετεσκεύασεν αὐτὸν πρὸς ἀπάθειαν. ἔπειτα δὲ ἐπὶ τὰ Θεοδώρεια μετῆλθε διακούσας Θεοδώρου τοῦ ἀθέου κατὰ πᾶν εἶδος λόγου σοφιστεύοντος. μεθ' ὧν Θεοφράστου διήκουσε τοῦ περιπατητικοῦ. ἦν δὲ καὶ θεατρικὸς, καὶ πολὺς ἐν τῷ γελοίῳ διαφορῆσαι, φορτικοῖς ὀνόμασι κατὰ τῶν πραγμάτων χρώμενος. διὰ δὴ οὖν τὸ παντὶ εἴδει λόγου κεκρᾶσθαι, φασὶ λέγειν ἐπ' αὐτοῦ τὸν Ἐρατοσθένην, ὡς πρῶτος Βίων τὴν φιλοσοφίαν ἀνθινὰ ἐνέδυσεν. εὐφυὴς γὰρ ἦν καὶ παρῳδῆσαι· οἷά ἐστιν αὐτοῦ καὶ ταῦτα,

> Ὦ πέπον Ἀρχύτα, ψαλληγενὲς, ὀλβιότυφε,
> Τῆς ὑπάτης ἔριδος πάντων ἐμπειρότατ' ἀνδρῶν.

καὶ ὅλως καὶ μουσικὴν καὶ γεωμετρίαν διέπαιζεν. ἦν δὲ πολυτελής· καὶ διὰ τοῦτο πόλιν ἐκ πόλεως ἤμειβεν, ἐνίοτε καὶ φαντασίαν ἐπιτεχνώμενος. ἐν γοῦν Ῥόδῳ τοὺς ναύτας ἔπεισε σχολαστικὰς ἐσθῆτας

pro pallio & pera. Nã quid illum aliud ad eam animi constantiam traduxit? Demum verò se ad Theodoria transtulit, Theodori impij auditorium frequẽtans, qui omnia orationis genere vti solebat in dicendo. Post hunc verò, Theophrastum Peripateticũ audiuit. Erat autem & spectatorum studiosus, risúmque mouere auditoribus maximè peritus, grauibus nominibus aduersum res vtens. Qui verò orationẽ suam omni dicendi genere temperauerat, aiunt Eratosthenem dixisse de illo, Primus omnium Bion philosophiam vario orationis flore vestiuit. Erat illi item & faciendis versibus ingenium præcipuè accõmodatũ. Eius sunt illa quoque,

> *O tener Archyta, nitidóque beatule fastu,*
> *Litibus & cantu superas dicacibus omnes.*

Sed omnino & musicam & geometriam pro ludo habuit. Apparatus quoque magnifici ac pretiosi erat studiosus, atque ideo ex vrbe in vrbem sæpe migrabat. Interdum & præstigium aliquod arte moliebatur. Nam Rhodi nautis persuasit, vt sumpta scholari veste

ἀναγκάζειν, καὶ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ. σὺν οἷς εἰσβάλλων εἰς τὸ γυμνάσιον, περίβλεπτος ἦν. εἰώθει τε νεανίσκων τινῶν υἱοθεσίας ποιεῖσθαι, καὶ εἰς τὸ παραχρῆσθαι αὐτοῖς ἔς τε τὰς ἡδονάς, καὶ ὥστε φυλάττεσθαι ὑπ' εὐνοίας αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ φίλαυτος ἦν ἰσχυρῶς, καὶ πολὺς ἐνέκειτο τῷ Κοινὰ τὰ φίλων. παρ' ὃ καὶ οὐδεὶς μαθητὴς αὐτοῦ ἐπιγράφεται, τοσούτων αὐτῷ σχολασάντων, καίτοι τινὰς εἰς ἀναισχυντίας προῆγε. ὁ γοῦν Βιτίων, εἷς τῶν συνήθων αὐτῷ, πρὸς Μενέδημον ποτὲ λέγεται εἰπεῖν, Ἐγώ τοι, (ὦ Μενέδημε) νύκτωρ συνδέομαι Βίωνι. καὶ οὐδὲν ἄτοπον δοκῶ γε πεπονθέναι. πολλὰ δὲ καὶ ἀθεώτερα προσεφέρετο τοῖς ὁμιλοῦσι, τὸ Θεοδώρειον ἀπολαύσας.

se sequerentur, cúmque his ingressus gymnasium conspicuus fuit. Cõsueuit & adolescentes sibi adoptare, vt eis & ad voluptatem abuteretur, & ab eorum beneuolentia protegeretur. Sed & sui vehementer amans fuit, sempérque illi in ore erat, Amicorum cuncta cõmunia. Idcirco & nemo illius discipulus inscribitur, quum tot habuerit sui auditores. Quosdam verò ad impudentiã prouexit. Vnde & Butio quidam ex familiaribus suis aliquando ad Menedemũ dixisse fertur, Equidem, ô Menedeme, noctu Bioni cõiungor, nihílque indignum mihi passus videor. Multa etiam scelestius congredientibus colloquebatur. Hæc autem ex impij Theodori disciplina hauserat.

Καὶ ὕστερόν ποτε ἐμπεσὼν εἰς νόσον, (ὡς ἔφασκον οἱ ἐν Χαλκίδι. αὐτόθι γὰρ καὶ κατέστρεψε) περίαπτα λαβεῖν ἐπείσθη, καὶ μεταγινώσκειν ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησεν ἐς τὸ θεῖον. ἀπορίᾳ δὲ καὶ τῶν νοσοκομούντων δεινῶς διετίθετο·

Postremò incidens in malam valetudinem (vt dixerunt qui erant in Chalcide: illic enim & vitam finiuit) ligaturas suscipere inductus est, & pœnitentiã agere super his quæ peccarat in deum. Eorum verò inopia quibus infirmorum cura erat, dirè cruciatus est,

ἕως Ἀντίγονος αὐτῷ δύο θεράποντας ἀπέστειλε· καὶ ἠκολούθει γε αὐτῷ ἐν φορείῳ, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. ἀλλὰ καὶ ὡς κατέστρεψε, καὶ ἡμεῖς αὐτὸν οὕτως ᾐτιασάμεθα,

Βίωνα τὸν Βορυσθενίτην,
Ὃν ἔφυσεν ἡ Σκυθὶς γαῖα,
Λέγειν ἀκούομεν θεοὺς
Ὡς οὐδέν εἰσιν ὄντως.
Κ' εἰ μὲν τὸ δόγμα τοῦτ' ἔχων
Ἔμιμνεν, ἦν ἂν εἰκὸς
Λέγειν. φρονεῖν ὅπως δοκεῖ.
Κακῶς μὲν, ἀλλ' ἔδοξε.
Νῦν δ' ἐς νόσον πεσὼν μακρὰν
Καὶ, μὴ θάνῃ δεδοικὼς,
Ὁ μὴ θεοὺς εἶναι λέγων,
Ὁ νηὸν οὐδὲ βλέψας,
Ὁ πολλὰ χλευάσας βροτοὺς,
Οἳ τοῖς θεοῖς ἔθυον,
Οὐ μοῦνον ἐσχάρης ὕπερ,
Βωμῶν τε καὶ τραπέζης,
Κνίσῃ, λίπει, θυήμασι,
Θεῶν ἔδαισε ῥῖνας·
Οὐδ' εἶπε μοῦνον, Ἤλιτον,
Σύγγνωτε τοῖς πρίν· ἀλλὰ
Καὶ γραὶ δῶκεν ἀσμένως
Τράχηλον εἰς ἐπῳδὴν
Καὶ σκυτίνοις βραχίονας
Πεπεισμένος ἔδησε·
Ῥάμνον τε καὶ κλάδον δάφνης
Τ' ἀπ' θύρην ἔθηκε.

quod Antigonus duos illi famulos misit, sequutúsque est cum in cella, vt Phauorinus tradit in Omnimoda historia. Sed hic quoque vita excessit. Illum nos ita perstrinximus,

Biona Borysthenitem Scythica tellus produxit, quem dixisse audimus deos, quòd reuera sint nihil. Ac si quidem id dogma tueri perstitisset, meritò dicendus esset sensisse vt visum fuisset, etsi malè visum esset. At nunc tamen longo morbo tabescens, ac mori pertimescens, qui deos non esse dixerat, phanum non viderat, mortalibus qui illudebat, veris dum diis immolarent, non popinæ quidem ad aras ac mensę nidori, deorum hostiis admouit nares, nec, Peccaui dixit, Delictis parcite, sed & anui collum facilè porrexit excitandum, brachiáque loris persuasus deuinxit, rhamnúmque & lauri ramum ianuæ imposuit.

Ἄπαντα μᾶλλον, ἢ θανεῖν,
Ἕτοιμος ὢν ὑπεργεῖν.
Μωρὸς δ' ὃς ἤθελέν τινος
Μισθοῦ τὸ θεῖον εἶναι,
Ὡς τῶν θεῶν ὄντων ὅταν
Βίων θέλῃ νομίζειν.
Τοιγὰρ μάτην φρενῶν, ὅτ' ἦν
Ἅπας ὁ λαιμὸς ἄνθραξ,
Τὴν χεῖρα τείνας, ὧδέ πως,
Χαῖρ' εἶπε, χαῖρε Πλουτεῦ.

Γεγόνασι δὲ Βίωνες δέκα· πρῶτος, ὁ Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ συνακμάσας, οὗ φέρεται βιβλία δύο· (ἔστι δὲ Προκοννήσιος) δεύτερος, Συρακούσιος, τέχνας ῥητορικὰς γεγραφώς· τρίτος, ὁ αὐτὸς οὗτος· τέταρτος, Δημοκρίτειος, καὶ μαθηματικὸς Ἀβδηρίτης, Ἀτθίδι γεγραφὼς καὶ Ἰάδι (οὗτος πρῶτος εἶπεν εἶναί τινας οἰκήσεις ἔνθα γίνεσθαι ἓξ μηνῶν τὴν νύκτα καὶ ἓξ τὴν ἡμέραν) πέμπτος, Σολεύς, Αἰθιοπικὰ γεγραφώς· ἕκτος ῥητορικός, οὗ φέρεται ἐννέα βιβλία Μουσῶν ἐπιγραφόμενα· ἕβδομος, μελικὸς ποιητής· ὄγδοος, Μιλήσιος ἀνδριαντοποιός, οὗ μέμνηται καὶ Πολέμων· ἔνατος, ποιητὴς τραγῳδίας τῶν Ταρσικῶν λεγομένων· δέκατος, ἀγαλματοποιὸς Κλαζομένιος, ἢ Χῖος, οὗ μέμνηται καὶ Ἱππῶναξ.

cuncta perpeti magis quàm mori paratus. Stultus qui mercede volueris deos esse, quasi tunc dij essent, quũ illos Bion demum esse arbitraretur. Ergo nequicquam sapiens, quum lemnis erat carbo totus, tendénsque manum, Salue, inquit, Pluto salue.

Decem verò Biones fuere. Primus, qui Pherecydi Syro cõtemporaneus fuit: cuius duo feruntur libri: est autem Proconesius: secundus, Syracusanus, qui artes rhetoricas cõscripsit: tertius, hic ipse: quartus, ex Democriti familia, & mathematicus Abderites, qui Atticè scripsit & Ionicè. Hic primus esse dixit regiones quasdam, vbi esset sex mensium nox & totidẽ dies: quintus, Solensis, qui conscripsit Æthiopica: sextus, rhetoricus, cuius feruntur libri nouem, Musarum inscripti: septimus, lyricus poeta: octauus, Milesius sculptor, cuius & Polemo meminit: nonus poeta tragicus ex his qui Tarsici dicuntur: decimus, itidem sculptor Clazomenius, siue Chius, cuius & Hipponax meminit.

ΛΑΚΥ'ΔΗΣ.

Λακύδης Ἀλεξάνδρου, Κυρηναῖος· οὗτός ἐστιν ὁ τῆς νέας Ἀκαδημίας κατάρξας, Ἀρκεσίλαον διαδεξάμενος, ἀνὴρ σεμνότατος, καὶ οὐκ ὀλίγους ἐσχηκὼς ζηλωτούς. φιλόπονός τε ἐκ νέου, καὶ πένης μὲν, εὔχαρις δ' ἄλλως καὶ εὐόμιλος. τοῦτον φασὶ καὶ περὶ οἰκονομίαν γλυκύτατα ἐσχηκέναι. ἐπειδὰν γάρ τι προέλοι τοῦ ταμείου, σφραγισάμενος πάλιν εἴσω τὸν δακτύλιον διὰ τοῦ ὀπῆς ἐρρίπτει, ὡς μηδέποτε αὐτοῦ περιαιρεθῆναι καὶ τι βασταχθῆναι τῶν ἀποκειμένων. μαθόντα δὴ τοῦτο τὰ θεραπόντια ἀπεσφράγιζε, καὶ ὅσα ἐβούλετο, ἐβάσταζεν· ἔπειτα τὸν δακτύλιον διὰ τῆς ὀπῆς ἐνίει εἰς τὴν στοάν· καὶ τοῦτο ποιοῦντα οὐδέποτε ἐφωράθη.

Ὁ γοῦν Λακύδης ἐσχόλαζεν ἐν Ἀκαδημίᾳ ἐν τῷ κατασκευασθέντι κήπῳ ὑπὸ Ἀττάλου τοῦ βασιλέως· καὶ Λακύδειον ἀπ' αὐτοῦ προσηγορεύετο. καὶ μόνος τῶν ἀπ' αἰῶνος ζῶν παρέδωκε τὴν σχολὴν Τηλεκλεῖ καὶ Εὐάνδρῳ, τοῖς Φωκεῦσι.

LACYDES.

Lacydes, Alexãdri filius, Cyrenæus, nouæ Academiæ princeps, Arcesilaique successor fuit, vir eximiæ seueritatis; qui instituti sui non paucos habuerit æmulos. Fuit ab adolescentia sũme studiosus, & pauper quidem, sed gratus admodum atque in sermone iucundus. Aiunt eũ & circa rem familiarem felicissime se habuisse. Quum ex penu promere quicquã voluisset obsignato aditu, rursus anulum per foramen intrò iaculabatur, vt nihil inde ex reconditis rebus tolleretur. Id quum animaduertissent famuli, resignabant quæ signata erant, & quæ voluissent inde tollebant, ac deinde anulum in porticum per rimam immittebant: idque quum sæpe facerent, nunquã deprehendi potuerunt.

Lacydes igitur Academiæ scholam habebat in horto, quem Attalus rex fieri curauerat, Lacydiũmque ab ipso appellatus est, solúsque ex omni memoria viuẽs Phocensibus Telecli & Euandro scholã tradidit.

Παρὰ δὲ Εὐάνδρου διεδέξατο Ἡγησῖνος Περγαμηνὸς, ἀφ' οὗ Καρνεάδης. χαρίεν δ' εἰς τὸν Λακύδην ἀναφέρεται. Ἀττάλου γὰρ αὐτὸν μεταπεμπομένου, φασὶν εἰπεῖν, τὰς εἰκόνας πόρρωθεν δεῖν θεωρεῖσθαι. ὀψὲ δὲ αὐτῷ γεωμετροῦντι λέγει τις, Εἶτα νῦν καιρός; Εἶτα μηδὲ νῦν;

Porro Euandro successit Hegesinus Pergamenus, à quo Carneades. Lepidum verò illud ad Lacydem refertur. Attalo enim illum ad se accersente, dixisse fertur, imagines procul esse intuẽdas. Serò autem geometriæ danti operam ait quispiam, Num verò nunc tempus? An ne nunc quidẽ?

Ἐτελεύτησε δὲ σχολαρχεῖν ἀρξάμενος, τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς τετάρτης καὶ τεσσαρακοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἓξ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη. ἡ τελευτὴ δὲ αὐτῷ, παράλυσις ἐκ πολυποσίας· καὶ αὐτῷ προσεπαίξαμεν ἡμεῖς οὕτωσί,

Obiit autem quum scholam administrare cœpisset, quarto anno CXXXIIII Olympiadis, XX & VI annis in schola cõsumptis. Mortuus est autem ex paralysi, quam ex immodica potatione contraxerat. Et nos ita de illo cecinimus,

Καὶ σέο, Λακύδη, φάτιν ἔκλυον, ὡς ἄρα καὶ σὺ
Βάκχον ἑλὼν, ἀΐδην ποσσὶν ἔσυρες ἄκροις.
Ἦ σαφὲς ἦν, Διόνυσος, ὅταν πολὺς ἐς δέμας ἔλθοι
Λῦσε μέλη· διὸ δὴ μήτι Λυαῖος ἔφυ.

Fama est Lacyde pedibus quòd traxeris atras
Exceptum Bacchum Ditis adusque fores.
Scilicet hoc verũ est, penetrat quum corpora, Bacchũ
Soluere membra, ideo non satus ille fuit.

ΚΑΡΝΕΑ'ΔΗΣ.

Καρνεάδης, Ἐπικώμου ἢ Φιλοκώμου, (ὡς Ἀλέξανδρος ἐν διαδοχαῖς) Κυρηναῖος. οὗτος τὰ τῶν Στωϊ-

CARNEADES.

Carneades Epicomi, siue (vt Alexãder in Successionib⁹ tradit) Philocomi fili⁹ Cyrenæus. Hic Stoi

τῶν βιβλία ἀναγνοὺς, ἐπιμελῶς τὰ Χρυσίππου, ἐπιεικῶς αὐτοῖς ἀντέλεγε καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε κἀκεῖνο ἐπιλέγειν, Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν ἐγώ. φιλόπονος δ' ἄνθρωπος γέγονεν, εἰ καί τις ἄλλος· ἐν μὲν τοῖς φυσικοῖς ἧττον φερόμενος, ἐν δὲ τοῖς ἠθικοῖς μᾶλλον. ὅθεν καὶ ἐκόμα καὶ ἔτρεφεν ὄνυχας, ἀσχολίᾳ τῇ περὶ τοὺς λόγους. τοσοῦτον δ' ἴσχυσεν ἐν φιλοσοφίᾳ, ὥστε καὶ τοὺς ῥήτορας ἀπολύοντας ἐκ τῶν σχολῶν παρ' αὐτὸν ἰέναι, καὶ αὐτοῦ ἀκούειν. ἦν δὲ καὶ μεγαλοφωνότατος, ὥστε τὸν γυμνασίαρχον προσπέμψαι αὐτῷ μὴ οὕτω βοᾶν· τὸν δ' εἰπεῖν, Καὶ δὸς μέτρον φωνῆς. ὅθεν εὔστοχος ἑλόντα ἀμείψασθαι· φάναι γὰρ, Μέτρον ἔχεις τοὺς ἀκούοντας. δεινῶς τε ἦν ἐπιπληκτικὸς, καὶ ἐν ταῖς ζητήσεσι δυσμαχος. τό τε δεῖπνα λοιπὸν παρῃτεῖτο διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. οὗτός ποτε Μέντορος τοῦ Βιθυνοῦ μαθητοῦ ὄντος, καὶ παρ' αὐτὸν ἐλθόντος εἰς τὴν διατριβὴν, ὡς ἐπείρα αὐτοῦ τὴν παλλακὴν ὁ Μέντωρ (καθά φησι Φαβωρῖνος

corum & Chrysippi libri diligentissimè perlectis, eis modicè reluctabatur, adeoque id verecundè faciebat, vt sæpius diceret, Nisi Chrysippus esset, non essem ego. Fuit autem vehementer studiosus. Porro physicæ minus curam habuit, ethicæ se magis deuouit. Quocirca & cæsariem & vngues nutriebat, tanta erat in literas intentione. Adeo autem in philosophia valuit, tantúmque sibi in ea neruorum comparauit, vt oratores quoque in ipsius scholis ad eum audiendum conuenirent. Erat autem illi & vox maxima, & præcipuè sonora, adeo vt gymnasij princeps ad illum mitteret, ac ne ita clamaret admoneret: ad quem ille, Da vocis modum, inquit. Et ille sapientissime sanè congruéque respondit: nam, Modum habes, ait, auditores. Acriter autem inuehebatur, atque in quæstionibus erat insuperabilis. Cœnas autem ob causas prædictas declinabat. Hic aliquando quum Mentor Bithynus discipulus atque auditor pellicem suam adamaret, vt Phauorinus refert

ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ) μεταξὺ λέγων παρῴδησεν εἰς αὐτόν,

Πωλεῖταί τις δεῦρο γέρων, ἅλιος, νημερτής,
Μέντορι εἰδόμενος ἠμὲν δέμας ἠδὲ καὶ αὐδήν.
Τοῦτον σχολῆς τῆσδ' ἐκκεκηρῦχθαι λέγω.

καὶ ὃς ἀναστὰς ἔφη,

Οἱ μὲν ἐκήρυσσον, τοὶ δ' ἠγείροντο μάλ' ὦκα.

Δειλότερον δέ πως δοκεῖ περὶ τὴν τελευτὴν ἀνεστράφθαι, ὅτε συνεχὲς ἔλεγεν, Ἡ συστήσασα φύσις καὶ διαλύσει.

Μαθών τε Ἀντίπατρον φάρμακον πιόντα ἀποθανεῖν, παρωρμήθη πρὸς τὸ εὐθαρσὲς τῆς ἀπαλλαγῆς. καί φησι, Δότε οὖν κἀμοί. τῶν δὲ εἰπόντων, Τί; Οἰνόμελι, εἰπεῖν. τελευτῆσαι δ' αὐτοῦ φασιν ἔκλειψιν γενέσθαι σελήνης, συμπάθειαν (ὡς ἂν εἴποι τις) αἰνιττομένης τοῦ μεθ' ἥλιον καλλίστου τῶν ἄστρων. φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς ἀπελθεῖν αὐτὸν ἐξ ἀνθρώπων, ἔτει τετάρτῳ τῆς δευτέρας καὶ ἑξηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, βιώσαντα ἔτη πέντε πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα.

in Omni moda historia, inter dicendum ita in illum iocatus est Mentora,

Tetricus hic quidam versatur homuncio, & idem
Vanus inérsq; senex, par Mẽtori mẽbráque vocémq;
Exterminari quem schola ex nostra volo.

At ille continuò exurgens intulit,

Hi dixere quidem, surgunt sed protinus illi.

Durius autem videtur circa finẽ versatus esse, quum sæpius diceret, Quæ cõstituit natura & compegit, ea & dissoluet.

Quum autem didicisset Antipatrum veneno hausto defunctum, & ipse incitatus est ad audendum contra mortem, aítque suis, Date igitur & mihi. Qui quum dicerent, Quid? ait, Mulsum. Defuncto autem illo defectionem lunæ factam aiunt, vt compati sibi videri possit pulcherrimũ post solem sidus. Refert Apollodorus in Chronicis humanis eum excessisse rebus, Olympiadis cẽtesimæ sexagesimæ secũdæ anno quarto, quum vixisset annos octogintaquinque.

φέρονται δ' αὐτοῦ ἐπιστολαὶ πρὸς Ἀριαράθην τὸν Καππαδοκίας βασιλέα. τὰ δὲ λοιπὰ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ συνέγραψαν. αὐτὸς δὲ κατέλιπεν οὐδέν. ἔστι καὶ εἰς τοῦτον ἡμῶν τῷ λογαοιδικῷ καὶ Ἀρχεβουλείῳ μέτρῳ,

Feruntur eius epistolæ ad Ariarathem Cappadociæ regem. Reliqua ipsius conscripsere discipuli: ipse enim nihil reliquit. Est autem & in hunc nostrum epigramma logadico & Archebuleo metro,

Τί με Καρνεάδην, τί με, Μοῦσα, θέλεις ἐλέγχειν;
Ἀμαθὴς ὃς οὔτι κάτοιδεν ὅπως δέδοικε
Τὸ θανεῖν· ὅτε καὶ φθινάδα ποτ' ἔχων κακίστην
Νόσον, οὐκ ἔθελε λύσιν ἴσχειν· ἀλλ' ἀκούσας
Ὅτι φάρμακον Ἀντίπατρος πιὼν ἀπέσβη,
Δότε τοίνυν (ἔφησε) τί κἀμοὶ πιεῖν· τί μήν; τί;
Δότ' οἰνόμελι. σφόδρα τ' εἶχε πρόχειρα ταυτί,
Φύσις ἡ συνέχουσά με καὶ διαλύσεται δή.
Καὶ ὁ μηδὲν ἔλασσον ἔδυ κατὰ γῆς. ἐνῆν δὲ
Τὰ πλέω κακὰ κέρδε' ἔχοντα, μολεῖν εἰς ᾅδην.

Quid Carneadem vis, musa, vt arguam?
Qui rudis adhuc, non videbat cur metueret
Mortem. vnde quum phthisi olim laboraret, pessimo
Morbo, curam voluit admittere, sed audiens
Antipatrum hausto extinctũ pharmaco,
Date igitur (inquit) & mihi quod bibã. Quidnã? Quid?
Date mulsum mihi: nã grauiter habet hac facilis
Natura, qua me continet, dissoluetúrque ilico.
At ille nihilominus sub terrã cessit, licebátque
Plura mala lucra habẽtem migrare ad Orcum.

λέγεται καὶ τὰς ὄψεις νύκτωρ ὑποχυθῆναι, καὶ ἀγνοεῖν. κελεῦσαί τε τὸν παῖδα λύχνον ἅψαι· εἰσκομίσαντος δὲ καὶ εἰπόντος, Κεκόμικα,

Fertur ei lumina caligine offendi solita, ipso nihil aduertente, iubereque solitum puero lucernam accẽdere: quam ille quum intulisset, ac diceret, Attuli,

Οὐ καὶ σὺ (εἰπεῖν) σὺ ἀναγινώσκε.

Τούτου πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι γεγόνασι μαθηταί, ἐλλογιμώτατος δὲ Κλειτόμαχος· περὶ οὗ καὶ λεκτέον. γέγονε μέντοι καὶ ἄλλος Καρνεάδης, ἐλεγείας ποιητὴς ψυχρός.

respondere consuesse, Lege igitur.

Huiusce alij complures fuere discipuli, sed excelluit omnes Clitomachus, de quo etiam subsequenter dicendum. Fuit & alius Carneades elegiæ poeta, sed frigidus & obscurus.

ΚΛΕΙΤΟΜΑΧΟΣ.

Κλειτόμαχος, Καρχηδόνιος· οὗτος ἐκαλεῖτο μὲν Ἀσδρούβας, καὶ τῇ ἰδίᾳ φωνῇ κατὰ τὴν πατρίδα ἐφιλοσόφει. ἐλθὼν δ᾽ εἰς Ἀθήνας ἤδη τετταράκοντα ἔτη γεγονώς, ἤκουσε Καρνεάδου. κἀκεῖνος ἀποδεξάμενος αὐτοῦ τὸ φιλόπονον, γράμματά τε ἐποίησε μαθεῖν, καὶ συνήσκει τὸν ἄνδρα. ὁ δὲ εἰς τοσοῦτον ἤλασεν ἐπιμελείας, ὥστε ὑπὲρ τὰ τετρακόσια βιβλία συγγράψαι. καὶ διεδέξατο τὸν Καρνεάδην, καὶ τὰ αὐτοῦ μάλιστα διὰ τῶν συγγραμμάτων ἐφώτισεν· ἀνὴρ ἐν ταῖς τρισὶν αἱρέσεσι διαπρέψας, ἔν τε τῇ Ἀκαδημαϊκῇ καὶ Περιπατητικῇ καὶ Στωϊκῇ. καθόλου δὲ τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς ὁ Τίμων οὕτω διασύρει·

CLITOMACHVS.

Clitomachus Carthaginiensis, patria lingua Asdrubal appellabatur, in qua etiam apud suos philosophari consueuerat. Athenis autem contendit quadraginta annos natus, audiuitque Carneadem. Eius ille industriam animaduertens, literas docери fecit, ac studiosè imbuit virum. Ad tantum autem peritiæ prouectus est, vt vltra quadringenta volumina scripserit, successeritque Carneadi: cuius etiam dicta maximè illustrauit literis. Versatus est autem in tribus maximè sectis, Academicorum scilicet, Peripateticorum, atque Stoicorum. Porro Academicos ita ferè insectatur Timon,

Οὔτ' δ' Ἀκαδημαϊκῶν πλατυρημοσιώνς ἀλόγιςε.

Sed neque garrulitas Academi incondita ludi.

Ἡμεῖς δὲ τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς τοὺς ἀπὸ Πλάτωνος διηλυθότες, ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἀπὸ Πλάτωνος περιπατητικούς, ὧν ἦρξεν Ἀριστοτέλης.

Hactenus de Academicis, qui à Platone fluxere, vt diximus : veniendum iam ad Peripateticos & à Platone venientes : quorum fuit princeps Aristoteles, de quo primum dicendum.

ΔΙΟΓΈΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΊΟΥ ΠΕΡῚ βίων, δογμάτων καὶ ἀποφθεγμάτων, τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, βιβλίον ε΄ τῶν ι΄.

DIOGENIS LAERTII de vitis, dogmatis & apophthegmatis eorum qui in philosophia claruerunt, Liber V.

ἈΡΙΣΤΟΤΈΛΗΣ.

Ἀριστοτέλης, Νικομάχου καὶ Φαιστιάδος, Σταγειρίτης. ὁ δὲ Νικόμαχος ἦν ἀπὸ Νικομάχου τοῦ Μαχάονος, τοῦ Ἀσκληπιοῦ, καθά φησιν Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους· καὶ συνεβίω Ἀμύντᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ, ἰατροῦ καὶ φίλου χρείᾳ. οὗτος γνησιώτατος τῶν Πλάτωνος μαθητῶν, τραυλὸς τὴν φωνήν, ὥς φησι Τιμόθεος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ Περὶ βίων. ἀλλὰ καὶ ἰ-

ARISTOTELES.

Aristoteles Nicomachi Phæstiadisque filius, Stagirites fuit. Porro Nicomachus à Nicomacho Machaonis filio Æsculapiique nepote originē duxit, vt Hermippus in eo libro quē De Aristotele scripsit, tradit. Cōuixit autē Amyntę Macedonum regi, medicinę & amicitiæ gratia. Hic inter omnes Platonis discipulos maximè excelluit, vocéque gracili, vt Timotheus Atheniensis in libro De vitis refert, & exilibus

χνοσκελὴς (φασὶν) ἦν, καὶ μικρόμματος· ἐσθῆτί τε ἐπισήμῳ χρώμενος, καὶ δακτυλίοις, καὶ κουρᾷ. ἔσχε δὲ καὶ υἱὸν Νικόμαχον ἐξ Ἑρπυλλίδος τῆς παλλακῆς, ὥς φησι Τιμόθεος. ἀπέστη δὲ Πλάτωνος ἔτι περιόντος· ὥστε φασὶν ἐκεῖνον εἰπεῖν, Ἀριστοτέλης ἡμᾶς ἀπελάκτισε, καθάπερ εἰ τὰ πωλάρια γεννηθέντα τὴν μητέρα. φησὶ δ' Ἕρμιππος ἐν τοῖς βίοις, ὅτι πρεσβεύοντος αὐτοῦ πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ Ἀθηναίων, σχολάρχης ἐγένετο τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ σχολῆς Ξενοκράτης· ἥκοντα δὴ αὐτὸν καὶ θεασάμενον ὑπ' ἄλλῳ τὴν σχολὴν, ἑλέσθαι περίπατον τὸν ἐν Λυκείῳ καὶ μέχρι μὲν ἀλείμματος ἀνακάμπτοντα, τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν, ὅθεν Περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι. οἱ δ', ὅτι ἐκ νόσου περιπατοῦντι Ἀλεξάνδρῳ, συμπαρὼν διελέγετο ἄττα· ἐπειδὴ δὲ πλείους ἐγίνοντο ἤδη, καὶ ἐκάθισεν, εἰπών,

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν.

καὶ πρὸς θέσιν συνεγύμναζε τοὺς μαθητὰς, ἅμα

cruribus parvisque oculis fuit, veste insigni & anulis ac tonsura vtens. Natus est autem illi & filius Nicomachus ex Herpylide concubina, vt Timotheus ait. Recessit à Platone dum adhuc superuiueret. Vnde dixisse illum tradunt, Aristoteles in nos recalcitrauit, non secus atque in matrem pulli geniti. Refert Hermippus in Vitis, quũ Atheniensium legatus ad Philippum profectus esset Aristoteles, Academicę scholæ præfectum fuisse Xenocratem: quum verò reuersus esset, scholámque sub alio vidisset, elegisse in Lyceo περίπατον, illícque vsque ad vnctionem deambulando cum discipulis philosophari solitum, atque inde Peripateticum appellatum esse. Alij idcirco sic vocatum asserunt, quòd ex ægritudine conualescenti ac deambulanti Alexandro, assistens quædam disserere soleret. Vbi verò iam plures esse cœperant, sedens docebat, dicens,

Silere turpe me, & Xenocratem loqui.

Ad propositam quęstionem discipulos vnà exercebat si-

καὶ ῥητορικοὺς ἐπασκῶν. ἔπειτα μέντοι ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον, Ἀταρνέως ὄντα τύραννον, ὃν οἱ μέν φασι παιδικὰ γενέσθαι αὐτοῦ· οἱ δὲ, καὶ κηδεῦσαι αὐτῷ, δόντα τὴν θυγατέρα ἢ ἀδελφιδῆν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων. ὃς καὶ δοῦλον ΕΥ΄βούλου φησὶ γενέσθαι τὸν Ἑρμείαν, γένει Βιθυνὸν ὄντα, καὶ τὸν δεσπότην ἀνελόντα. Ἀρίστιππος δ᾽ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς, φησὶν ἐρασθῆναι τὸν Ἀριστοτέλην παλλακίδος τοῦ Ἑρμείου· τοῦ δὲ συγχωρήσαντος, ἔγημέ τε αὐτὴν, καὶ ἔθυεν, ὑπερχαίρων τῷ γυναίῳ, ὡς Ἀθηναῖοι τῇ Ἐλευσινίδι Δήμητρι. τῷ τε Ἑρμείᾳ Παιᾶνα ἔγραψεν, ὃς ἔνδον γέγραπται. ἐντεῦθέν τε γενέσθαι ἐν Μακεδονίᾳ παρὰ Φιλίππῳ, καὶ λαβεῖν μαθητὴν παρ᾽ αὐτοῦ τὸν υἱὸν Ἀλέξανδρον· καὶ αἰτῆσαι ἀναστῆσαι αὐτοῦ τὴν πατρίδα κατασκαφεῖσαν ὑπὸ Φιλίππου, καὶ τυχεῖν· οἷς καὶ νόμους θεῖναι. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ σχολῇ νομοθετεῖν, μιμούμενον Ξενοκράτην· ὥστε κατὰ δέκα ἡμέρας ἄρχοντα ποιεῖν.

mul & oratoriam docens. Deinde ad Hermiam eunuchum profectus eſt, Atarnenſium tyrannum: quē alij quidem delicias ac luſus ipſius fuiſſe tradunt, alij verò ſibi affinitate iunctum, tradita ei filia ſiue nepte, vt refert Demetrius Magneſius in libris De poëtis ac ſcriptoribus æquiuocis, qui & EVbuli ſeruum Hermiam fuiſſe ait, Bithynium genere, quem & dominũ ſuum enecaſſe. Porro Ariſtippus in primo De antiquis deliciis libro, Ariſtotelem ait Hermiæ concubinam adamaſſe, quam ille quum ſibi permiſiſſet, duxiſſe eam, & gaudio elatum immolaſſe mulieri, vt Athenienſes Eleuſinæ Cereri: Hermiæque pæana ſcripſiſſe, qui ἔνδον hoc eſt Intus, ſcriptus eſt. Hinc in Macedonia apud Philippum vixiſſe, atque ab eo Alexandrum filium erudiendum accepiſſe, petiiſſéque inſtaurari ſolum patrium à Philippo euerſum. Id vbi impetraſſet, dediſſe illi leges. In ſchola quoque leges tulit, imitando Xenocratem, vt decemdialem principem facerent.

Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει ἐπιεικῶς αὐτῷ συγγεγονέναι Ἀλεξάνδρῳ, ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας, συστήσας αὐτῷ τὸν συγγενῆ Καλλισθένην τὸν Ὀλύνθιον. ὃν καὶ παρρησιαστικώτερον λαλοῦντα τῷ βασιλεῖ, καὶ μὴ πειθόμενον αὐτῷ, φασὶν ἐπιπλήξαντα εἰπεῖν,

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις.

καὶ δὴ καὶ ἐγένετο. δόξας γὰρ Ἑρμολάῳ συμμετεσχηκέναι τῆς εἰς Ἀλέξανδρον ἐπιβουλῆς, ἐν σιδηρᾷ περιήγετο γαλεάγρᾳ, φθειριῶν καὶ ἀκόμιστος· καὶ τέλος λέοντι παραβληθεὶς, οὕτω κατέστρεψεν.

Ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης ἐλθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ τρία πρὸς τοῖς δέκα τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη, ὑπεξῆλθεν εἰς Χαλκίδα, Εὐρυμέδοντος αὐτὸν τοῦ ἱεροφάντου δίκην ἀσεβείας γραψαμένου, ἢ Δημοφίλου, (ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ) ἐπειδήπερ τὸν ὕμνον ἐποίησεν εἰς τὸν προειρημένον Ἑρμείαν· ἀλλὰ καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἀνδριάντος, τοιοῦτον,

Vbi verò Alexandro instituendo satis visus est nauasse operam, eúmque sibi deuinxisse, commendato illi cognato Callisthene Olynthio, Athenas concessit. Eum audacius quàm par erat, alloquentem regem, & minimè illi obsequentem, ab ipso increpitum asserunt versu, admonente ni talia loqui desisteret, maturè periturũ: quod & factum est. versus autem sic habet,

Qualia mi loqueris, vereor
sis nate superstes.

Nanque Hermolao in Alexandrum insidiarum socius fuisse deprehensus, cauea ferrea circumduci cœpit, pædore atque squalore oblitus: leoni postremò obiectus est: sicque excessit è vita.

Enimuero Aristoteles Athenas profectus, quum illic tredecim annis docuisset, clàm in Chalcidẽ concessit, quod ab Eurymedonte hierophanta impietatis accusatus esset, siue (vt Phauorinus ait in Omnimoda historia) à Demophilo, quòd hymnum in eum quem prædiximus Hermiam scripserit: quódque hoc epigramma statuæ quæ in Delphis est, incidi curauerit,

Τόνδε ποτ' οὐχ ὁσίως, παραβὰς μακάρων θέμιν ἁγνὴν,
Ἔκτεινεν Περσῶν τοξοφόρων βασιλεύς·
Οὔτ' φανερῶς λόγχῃ φονίοις ἐν ἀγῶνι κρατήσας,
Ἀλλ' ἀνδρὸς πίστει χρησάμενος δολίου.

Impius hunc quondam Persarum morte tyrannus
Mulctauit, violans iúsque nefásque, virum.
Nam neque collato oppressit certamine, verùm
Insidiosè hominis vsus amicitia.

ἐνταῦθα δὴ πιὼν ἀκόνιτον ἐτελεύτησεν, ὥς φησιν Εὔμηλος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν, βιοὺς ἔτη ἑβδομήκοντα. ὁ δ' αὐτός φησιν αὐτὸν καὶ Πλάτωνι τριακοντούτην συστῆναι· διαπίπτων. βεβίωκε γὰρ τρία μὲν πρὸς τοῖς ἑξήκοντα· Πλάτωνι δὲ ἑπτακαίδεκα ἔτη συνέστη. ὁ δὲ ὕμνος ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον, Ἀρετὰ πολύμοχθε γένει βροτείῳ, θήραμα κάλλιστον βίῳ, σᾶς πέρι παρθένε μορφᾶς καὶ θανεῖν ζηλωτὸς ἐν Ἑλλάδι πότμος, καὶ πόνους τλῆναι μαλεροὺς ἀκάμαντας. τοῖον ἐπὶ φρένα βάλλεις καρπὸν εἰς ἀθάνατον, χρυσοῦ τε κρεῖσσον καὶ γονέων, μαλακαυγητοῖο θ' ὕπνου. σοῦ δ' ἕνεκ' ἐκ Διὸς Ἡρακλέης Λήδας τε κοῦροι πόλλ' ἀνέτλασαν, ἔργοις σὰν ἀγρεύοντες δύναμιν.

Hic verò (vt ait EVmelus in quinto Historiarum) aconitum bibẽs, mortuus est septuagesimo ætatis anno. Idem verò refert ipsum Platoni trigenarium se in disciplinam dedisse, sed profectò fallitur. Namque septimodecimo ætatis anno Platonem audire cœpit. Est autem hymnus huiusmodi: Virtus laboriosa generi mortalium, honestissimum vitæ humanæ institamentum. Pro tua siquidem forma, ô virgo, expetenda est in Græcia mortis conditio, & grauium assiduorúmque laborum tolerantia. Talem nimirum inseris hominum animis fructum planè immortalem, & auro præstantiorem, parentibúsque ipsis, somnóque dulcissimo. Nam in gratiam tuam Iouis Hercules, & Ledæ filij, multa perpessi sunt, qui quid possent, opere declararunt.

Quin

σοῖς τε πόθοις Ἀχιλλεὺς Αἴας τ' Ἀΐδαο δόμους ἦλθον· σᾶς δ' ἕνεκα φιλίου μορφᾶς Ἀταρνέως ἔντροφος ἀελίου χήρωσεν αὐγάς. τοιγὰρ ἀοίδιμος ἔργοις ἀθάνατόν τέ μιν αὐξήσουσι μοῦσαι, μνημοσύνας θύγατρες, Διὸς ξενίου σέβας αὔξουσαι, φιλίας τε γέρας βεβαίου. ἔστι δὲ καὶ ἡμῶν εἰς τοῦτον ἡμῶν, οὕτως ἔχον,

Εὐρυμέδων ποτὲ μέλλεν Ἀριστοτέλην ἀσεβείας
Γράψασθαι, Δηοῦς μύστιδος ὢν πρόπολος.
Ἀλλὰ πιὼν ἀκόνιτον, ὑπεξέφυγε τοῦτ' ἀκονιτί.
Ἦν ἄρα νικῆσαι συκοφάσεις ἀδίκους.

Τοῦτον πρῶτόν φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, λόγον δικανικὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ συγγράψαι, ἐπ' αὐτῇ ταύτῃ τῇ δίκῃ, καὶ λέγειν ὡς Ἀθήνησιν,

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, γεννηθῆναι μὲν αὐτὸν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, παραβαλεῖν δὲ Πλάτωνι, καὶ διατρῖψαι παρ' αὐτῷ εἴκοσιν ἔτη ἑπτακαιδεκέτη συστάντα.

Quin & tui desiderio Achilles & Aiax ad inferos penetrarunt, tuæque formæ luculentissimæ gratia Atarneæ ciuem solis priuauit lumine. Quò enim clarus spectatusque rebus gestis? Hunc immortales meæ auctiorem reddent musæ, quæ Iouis hospitalis decus augere solent. In hunc est nostrum hoc epigramma,

Nuper Aristotelem, læsa vt pietate nocentem,
Detulit Eurymedon sacrificus Cereris.
Ille aconita bibens subterfugit hercle aconiti
Hoc erat iniustum vincere sacrificem.

Primam hunc orationem iudicialem pro se ipso scripsisse, quum huius criminis argueretur, Phauorinus in Omnimoda historia autor est, ac dixisse Athenis,

Et pyra nata pyris, ficúsque in ficubus extant.

Ait autem Apollodorus in Chronicis, natum illũ anno primo nonagesimænonæ Olympiadis, perrexisséque ad Platonẽ decimo septimo ætatis anno, annósque viginti apud eũ fuisse cõmoratũ.

καὶ εἰς τε Μιτυλήνην ἐλθεῖν ἐπὶ ἄρχοντος ΕΥβούλου, τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. Πλάτωνος δὲ τελευτήσαντος τῷ πρώτῳ ἔτει ἐπὶ Θεοφίλου, πρὸς Ἑρμίαν ἀπᾶραι, καὶ μεῖναι ἔτη τρία. ἐπὶ Πυθοδότου δ' ἐλθεῖν πρὸς Φίλιππον, τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἐνάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, Ἀλεξάνδρου πεντεκαίδεκα ἔτη ἤδη γεγονότος. εἰς δ' Ἀθήνας ἀφικέσθαι τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑνδεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. καὶ ἐν Λυκείῳ σχολάσαι ἔτη τρία πρὸς τοῖς δέκα, εἶτα ἀπᾶραι εἰς Χαλκίδα τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ τελευτῆσαι ἐτῶν τριῶν που καὶ ἑξήκοντα, νόσῳ· ὅτε καὶ Δημοσθένην καταστρέψαι ἐν Καλαβρείᾳ ἐπὶ Φιλοκλέους. λέγεται δὲ, διὰ τὴν Καλλισθένους πρὸς Ἀλέξανδρον σύστασιν, προσκροῦσαι τῷ βασιλεῖ· κἀκεῖνον ἐπὶ τῷ τοῦτον λυπῆσαι, Ἀναξιμένην μὲν αὐξῆσαι, πέμψαι δὲ Ξενοκράτει δῶρα. ἀπέσκωψε δ' εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα καὶ Θεόκριτος ὁ Χῖος, οὕτω ποιήσας (ὥς φησιν Ἀμβρυὼν ἐν τῷ περὶ Θεοκρίτου)

Tum verò venisse Mitylenen principe EVbulo, quarto anno centesimæoctauæ Olympiadis. Verùm Platone primo anno functo vita, sub Theophilo profectum esse ad Hermiam, mansisséque annos tres. Sub Pythodoro autem se contulisse ad Philippum secundo anno centesimænonæ Olympiadis, Alexãdro quintumdecimum iam annum ætatis agente. Athenas verò concessisse secundo anno cẽtesimę vndecimę Olympiabis, atque in Lyceo tredecim annos docuisse, ac demum perrexisse Chalcidem, tertio anno centesimę quartædecimæ Olympiadis, morbóque periisse, quũ esset annorum fermè sexagintatrium. Quo etiã tempore Demosthenes in Calabria defunctus sit sub Philocle. Fertur autem ob Callisthenis insidias in Alexãdrum, infensum fuisse regi, illúmque ad eum contristãdum Anaximenem extulisse, ac misisse Xenocrati dona. Lusit in eum epigrãmate Theocritus Chius, vt ait Ambryõ in libro De Theocriti vita, in hunc sensum,

Ἑρμείω ἀνέχου ἠδ' ΕΥ'βού-
λου ἅμα δούλου,
Σῆμα κενὸν κενόφρων τεῦ-
ξεν Ἀριστοτέλης.

Hermię eunuchi simul Eubulique sepulchrum
Mente vacans vacuũ struxit Aristoteles.

ἀλλὰ καὶ Τίμων αὐτοῦ καθή-
ψατο, εἰπὼν,

Timon quoque sic illum agit.

Οὐδ' ἄρ' Ἀριστοτέλους εἰ-
καιοσύνης ἀλεγεινῆς.

Sed neque Aristotelis leuitas miseranda loquacis.

καὶ οὗτος μὲν ὁ βίος τοῦ φιλο-
σόφου.

Hæc vita philosophi fuit.

Ἡμεῖς δὲ καὶ διαθήκαις αὐ-
τοῦ ἐνετύχομεν, οὕτω πως ἐχού-
σαις, Ἔσται μὲν εὖ· ἐὰν δέ τι
συμβαίνῃ, τάδε διέθετο Ἀρι-
στοτέλης· ἐπίτροπον μὲν εἶναι
πάντων καὶ διὰ παντὸς Ἀντί-
πατρον. ἕως δ' ἂν Νικάνωρ κα-
ταλάβῃ ἐπιμελεῖσθαι, Ἀριστο-
μένη, Τίμαρχον, Διοτέλη, Θεό-
φραστον, ἐὰν βούληται καὶ ἐνδέ-
χηται αὐτῷ, τῶν τε παιδίων καὶ
Ἑρπυλλίδος καὶ τῶν καταλε-
λειμμένων. καὶ ὅταν ὥρα ἡ τῇ
παιδὶ, ἐκδόσθαι αὐτὴν Νικά-
νορι. ἐὰν δὲ τῇ παιδὶ συμβῇ τι,
(ὃ μὴ γένοιτο, οὐδὲ ἔσται) πρὸ
τοῦ γήμασθαι, ἢ ἐπειδὰν γήμη-
ται, μήπω παιδίων ὄντων,
Νικάνωρ κύριος ἔστω καὶ περὶ
τοῦ παιδίου καὶ περὶ τῶν ἄλλων
διοικεῖν ἀξίως καὶ αὐτοῦ καὶ
ἡμῶν. ἐπιμελείσθω δὲ Νικά-
νωρ καὶ τῆς παιδὸς καὶ τοῦ παιδὸς

Cæterùm nos ipsius quoque testamenta legimus in hunc fermè modum. Bene quidem ac rite erit: quod siquid contigerit, ita legauit Aristoteles. Curatorem quidem omnium & per omnia iussit esse Antipatrũ. Quoad verò Nicanor adolescat, curatores ac tutores instituit Aristomenem, Timarchum, Hipparchum, Diotelem, & Theophrastum, si voluerit, ac si curã suscipere velit filiorum & Herpylidis, rerùmque omnium. Cùmque puella fuerit matura viro, tradi illam Nicanori: sin verò puellæ quippiam contigerit, (quod absit) vitaque prius quàm connubio iungatur, siue etiam postquam nupserit, antequam filios procreet, excesserit, Nicanor dominus esto, vt, & de puero & de cæteris dignè nobis ac sese disponat. Curet autem Nicanor & de puella & de puero

Νικομάχου, ὅπως ἂν ἀξιοῖ τὰ περὶ αὐτὴν, ὡς καὶ πατὴρ ὢν καὶ ἀδελφός. ἐὰν δέ τι πρότερον συμβαίνῃ Νικάνορι, (ὃ μὴ γένοιτο) ἢ πρὸ τοῦ λαβεῖν τὴν παῖδα, ἢ ἐπειδὰν λάβῃ, μήπω παιδίων ὄντων ἐὰν μέν τι ἐκεῖνος τάξῃ, ταῦτα κύρια ἔστω· ἐὰν δὲ βούληται Θεόφραστος εἶναι μετὰ τῆς παιδὸς, καθάπερ πρὸς Νικάνορα· εἰ δὲ μὴ, τοὺς ἐπιτρόπους βουλευομένους μετὰ Ἀντιπάτρου, καὶ περὶ τῆς παιδὸς καὶ περὶ τοῦ παιδὸς διοικεῖν ὅπως ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριστα εἶναι. ἐπιμελεῖσθαι δὲ τοὺς ἐπιτρόπους, καὶ Νικάνορα, μνησθέντας ἐμοῦ καὶ Ἑρπυλλίδος, ὅτι σπουδαία περὶ ἐμὲ ἐγένετο, τῶν τε ἄλλων, καὶ ἐὰν βούληται ἄνδρα λαμβάνειν, ὅπως μὴ ἀνάξιος ἡμῶν δοθῇ. δοῦναι δ' αὐτῇ πρὸς τοῖς πρότερον δεδομένοις, καὶ ἀργυρίου τάλαντον, ἐκ τῶν καταλελειμμένων, καὶ θεραπαίνας τρεῖς, ἐὰν βούληται, καὶ τὴν παιδίσκην ἣν ἔχει, καὶ παῖδα τὸν Πυρραῖον. καὶ ἐὰν μὲν ἐν Χαλκίδι βούληται οἰκεῖν, τὸν ξενῶνα τὸν πρὸς τῷ κήπῳ· ἐὰν δὲ ἐν Σταγείροις, τὴν πατρῴαν οἰκίαν. ὁποτέραν δ' ἂν τούτων βούληται,

Nicomacho, nihil vt illi desit, patris ac fratris vnà implens munus. Quòd si Nicanori quidpiam contigerit, (quod absit) siue priusquam puellam duxerit, siue postquam duxerit, nondum filiis natis, quæ quidem ille instituerit, ea rata sunto. Sin autem voluerit, & Theophrastus puellæ curam habeat: sin aliâs, curatores, habito cum Antipatro consilio, & de puella & de puero disponát vt eis videbitur optimum. Curam habeant tutores & Nicanor, mei & Herpyllidis memores (namque erga me studiosa plurimum fuit) cæterorúmque omnium: &, si virum accipere voluerit, curent ne indignè nobis locetur. Déníque illi præterea quæ antea acceperat, de nostra substantia talentum argenti, trésque (si voluerit) famulas, & ancillam quam habet, & Pyrrhæum puerum. At, siquidem in Chalcide habitare voluerit, hospitium quod ad hortum est: sin autem in Stagiris, paternam domum. Vtrum verò horum maluerit,

παρασκευάσωσι τοὺς ἐπιμελητὰς σκεύεσιν οἷς ἂν δοκῇ κἀκείνοις καλῶς ἔχειν, καὶ Ἑρπυλλίδι ἱκανῶς. ἐπιμελεῖσθαι δὲ Νικάνορα καὶ Μύρμηκος τοῦ παιδὸς, ὅπως ἂν ἀξίως ἡμῶν τοῖς ἰδίοις ἐπικομισθῇ, σὺν τοῖς ὑπάρχουσιν ἃ εἰλήφαμεν αὐτοῦ. εἶναι δὲ καὶ Ἀμβρακίδα ἐλευθέραν, καὶ δοῦναι αὐτῇ, ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ, πεντακοσίας δραχμὰς, καὶ τὴν παιδίσκην ἣν ἔχει. δοῦναι δὲ καὶ Θαλῇ πρὸς τῷ παιδίσκῃ ἣν ἔχει τῇ ὠνηθείσῃ, χιλίας δραχμὰς καὶ παιδίσκην. καὶ Σίμω χωρὶς τοῦ πρότερον ἀργυρίου αὐτῷ εἰς παῖδα ἄλλον, ἢ παῖδα πρίασθαι, ἢ ἀργύριον δοῦναι. Τύχωνα δὲ ἐλεύθερον εἶναι, ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ, καὶ Φίλωνα, καὶ Ὀλύμπιον, καὶ τὸ παιδίον αὐτοῦ. μὴ πωλεῖν δὲ τῶν παίδων μηδένα τῶν ἐμὲ θεραπευόντων, ἀλλὰ χρῆσθαι αὐτοῖς. ὅταν δ' ἐν ἡλικίᾳ γένωνται, ἐλευθέρους ἀφεῖναι κατ' ἀξίαν. ἐπιμεληθῆναι δὲ καὶ τῶν ἐκδεδομένων εἰκόνων παρὰ Γρυλλίωνος, ὅπως ἐπιτελεσθεῖσαι ἀνατεθῶσιν, ἥ τε Νικάνορος καὶ ἡ Προξένου,

studeant procuratores domum ita necessaria supellectile instruere, vt sibi honestè, & Herpylidi sufficienter instructa videatur. Curæ sit autem Nicanori & Myrmecem puerum non indignè nobis ad suos referri, cum eius quas cepimus facultatibus. Sit autem & Ambracis libera: quúmque puella viro tradetur, quingentas illi drachmas, ancillámque quam habeat, dari iubeo. Sed & Thaleti prętet ancillam quam habet emptã, drachmas mille & ancillulam. Simo quoque, absque priore pecunia in puerum alium, siue puerum emi, siue pecuniã dari. Tychonem esse liberum, quum puella nupserit, Philonémque, & Olympium eiúsque filiolum. Porro eorum qui mihi famulantur, puerorum nullum vendi volo, sed hæredes eis vti: quum verò adulti erũt, pro merito dimitti liberos volo. Curẽt itẽ vt consummẽtur quę Gryllioni sunt traditę exculpendæ imagines: vbi verò perfectę erunt, suis imponantur locis. Nicanoris quoque ac Proxeni

τὴν διανοούμην ἐκδοῦναι, καὶ τὴν τῆς μητρὸς τῆς Νικάνορος· καὶ τὴν Ἀριμνήστου τὴν πεποιημένην ἀναθεῖναι, ὅπως μνημεῖον αὐτοῦ ᾖ, ἐπειδὴ ἄπαις ἐτελεύτησε. καὶ τὴν τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας τὴν Δήμητρα ἀναθεῖναι εἰς Νεμέαν, ἢ ὅπου ἂν δοκῇ. ὅπου δ' ἂν ποιῶνται τὴν ταφήν, ἐνταῦθα καὶ τὰ Πυθιάδος ὀστᾶ ἀνελόντας θεῖναι, ὥσπερ αὐτὴ προσέταξεν. ἀναθεῖναι δὲ καὶ Νικάνορα σωθέντα, ἣν εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ηὐξάμην, ζῷα λίθινα τετραπήχη, Διὶ σωτῆρι καὶ Ἀθηνᾷ σωτείρᾳ ἐν Σταγείροις. τοῦτον ἴσχουσιν αὐτῷ αἱ διαθῆκαι τὸν τρόπον. λέγεται δὲ καὶ λοπάδας αὐτοῦ πλείστας εὑρῆσθαι· καὶ Λύκωνα λέγειν ὡς ἐν πυέλῳ θερμοῦ ἐλαίου λούοιτο, καὶ τοὔλαιον διαπωλοῖτο. ἔνιοι δὲ καὶ ἀσκίον θερμοῦ ἐλαίου ἐπιτιθέναι αὐτὸν τῷ στομάχῳ φασί· καὶ ὁπότε κοιμῷτο, σφαῖραν χαλκῆν βάλλεσθαι αὐτῷ εἰς τὴν χεῖρα, λεκάνης ὑποκειμένης, ἵν' ἐκπεσούσης τῆς σφαίρας εἰς τὴν λεκάνην, ὑπὸ τοῦ ψόφου ἐξέγροιτο.

quam ſculpendam cogitabam, matriſque Nicanoris: Arimneſti verò, quæ perfecta eſt, ſuo ſtatuatur loco, vt ſit ipſius monumentum, quia ſine liberis defunctus eſt. Matris quoque noſtræ Cererem in Nemea locet, aut vbicunque videbitur. Vbi verò tumulum fecerit, ibi & Pythiadis ſublata oſſa condat, ſicut ipſa præcepit, ſiſtat, & ſeruati Nicanoris votum quod pro illo vouimus. Animalia lapidea cubitorum quatuor Ioui ſeruatori, ac Mineruæ ſeruatrici, in Stagiris. Hæc teſtamentorum ipſius ſeries fuit. Fertur autem ollas plurimas repertas eſſe, Lyconémque dicere, illum in pelui calentis olei lauari ſolitum, oleúmque venundare. Quidam verem calentis olei ſtomacho illum imponere conſueuiſſe tradunt, & quum ſe ad quieſcendum componeret, æream ſphæram tenere in manu pelui ſubiecta, eo conſilio, vt quũ dormientis manu excuſſa ſphæra in ſubditum æreum vas incidiſſet, ſono illius excitus exurgeret.

Ἀναφέρεται δ' εἰς αὐτὸν καὶ ἀποφθέγματα κάλλιστα, ταυτί. ἐρωτηθεὶς τί περιγίνεται κέρδος τοῖς ψευδομένοις, ὅταν (ἔφη) λέγωσιν ἀλήθειαν, μὴ πιστεύεσθαι. ὀνειδιζόμενός ποτε ὅτι πονηρῷ ἀνθρώπῳ ἐλεημοσύνην ἔδωκεν, οὐ τὸν τρόπον (εἶπε) ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ἠλέησα. συνεχὲς εἰώθει λέγειν πρός τε τοὺς φίλους καὶ τοὺς φοιτῶντας αὐτῷ, ἔνθα ἂν καὶ ὅπου διατρίβων ἔτυχεν, ὡς ἡ μὲν ὅρασις ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἀέρος λαμβάνει τὸ φῶς, ἡ δὲ ψυχὴ ἀπὸ τῶν μαθημάτων. πολλάκις δὲ καὶ ἀποτεινόμενος, τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκεν εὑρηκέναι πυροὺς καὶ νόμους· ἀλλὰ πυροῖς μὲν χρῆσθαι, νόμοις δὲ, μή. τῆς παιδείας ἔφη τὰς μὲν ῥίζας εἶναι πικράς, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς. ἐρωτηθεὶς τί γηράσκει ταχὺ, Χάρις, ἔφη. ἐρωτηθεὶς τί ἐστιν ἐλπὶς, ἐγρηγορότος (εἶπεν) ἐνύπνιον. Διογένους ἰσχάδα αὐτῷ διδόντος, νοήσας ὅτι, εἰ μὴ λάβοι, χρείαν εἴη μεμελετηκὼς, λαβὼν, ἔφη, Διογένη, μετὰ τῆς χρείας καὶ τὴν ἰσχάδα ἀπολωλεκέναι. πάλιν δὲ διδόντος, λαβὼν καὶ μετεωρίσας,

Eius esse præclaras istas sententias legimus. Interrogatus quidnam mendaces lucrarentur, Vt quum vera (inquit) dixerint, non illis credatur. Quum ipsi probro daretur quòd flagitioso homini misericorditer tulisset opem, Non, inquit, mores miseratus sum, sed hominem. Amicis ac discipulis ista consueuerat dicere vbicunque moraretur, Aspectus quidem à circumfuso aere lumen accipit, animus autem à disciplinis liberalibus. Sæpenumero quũ in Atheniẽses inueheretur, aiebat illos frumenta & leges inuenisse, verùm frumentis quidẽ vti, non autem legibus. Studiorum liberalium amaras radices, fructus autem dulces esse asserebat. Rogatus quidnam citò consenesceret, Gratia, inquit. Quid sit spes, Vigilantis (ait) insomnium. Diogene caricam porrigente, cogitans quòd nisi acciperet, sententiam esset meditat⁹, sumẽs, Diogenem ait caricã simul cum vsu perdidisse. Rursus ab eo porrectam accipiens, atque

(ὡς τὰ παιδία) εἰπών τε Μέγας Διογένης, ἀπέδωκεν αὐτῷ. τριῶν ἔφη δεῖν παιδείᾳ, φύσεως, μαθήσεως, ἀσκήσεως. Ἀκούσας ὑπό τινος λοιδορεῖσθαι, Ἀπόντα με (ἔφη) καὶ μαστιγούτω. τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν ἐπιστολίου συστατικώτερον. οἱ δὲ τοῦτο μὲν Διογένην φασὶν ὁρίσασθαι· αὐτὸν δὲ, δῶρον εἰπεῖν εὐμορφίας· Σωκράτην δὲ, ὀλιγοχρόνιον τυραννίδα· Πλάτωνα, προτέρημα φύσεως· Θεόφραστον, σιωπῶσαν ἀπάτην· Θεόκριτον, ἐλεφαντίνην ζημίαν· Καρνεάδην, ἀδορυφόρητον βασιλείαν. ἐρωτηθεὶς τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ὅσῳ (εἶπεν) οἱ ζῶντες τῶν τεθνηκότων. τὴν παιδείαν ἔλεγεν ἐν μὲν ταῖς εὐτυχίαις εἶναι κόσμον, ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις, καταφυγήν. τῶν γονέων τοὺς παιδεύσαντας ἐντιμοτέρους εἶναι τῶν μόνον γεννησάντων. τοὺς μὲν γὰρ, τὸ ζῆν· τοὺς δὲ, τὸ καλῶς ζῆν παρασχέσθαι. πρὸς τὸν καυχώμενον ὡς ἀπὸ μεγάλης πόλεως εἴη, οὐ τοῦτο ἔφη σκοπεῖν, ἀλλ᾽ ὅστις μεγάλης πατρίδος ἄξιός ἐστιν.

puerili more in sublime eleuans, quum dixisset, Magnus Diogenes, eam illi reddidit. Tria dicebat pueris esse necessaria, Ingenium, exercitationem, disciplinam. Audierat aliquãdo se à quodam maledictis esse lacessitum: tum ille, Absentem (inquit) etiam verberet. Dicebat pulchritudinem plus quàm epistolas omnes valere ad commendationẽ. Plerique Diogenem ita statuisse asserũt: ipsum autem, donum formę dixisse. Socratem verò, modici temporis tyrannidem: Platonem, naturę priuilegium: Theophrastum, tacitam deceptionẽ: Theocritum verò, eburneum detrimẽtum: Carneadem, regnum solitarium. Rogatus quo differrent docti ab indoctis, Quo (inquit) viuentes à mortuis. Eruditionem dicebat inter prospera esse ornamentum, inter aduersa refugium. Parentes qui liberos erudiendos curassent, longè honorabiliores esse iis qui solùm genuissẽt: eos enim viuendi tantùm, illos etiam bene beatéque viuendi autores esse. Gloriãti cuidam quòd magnæ esset vrbis ciuis, Noli (inquit) hoc attẽdere, sed an dign⁹ sit magna & illustri patria

ἐρωτηθεὶς τί ἐστι φίλος, ἔφη, Μία ψυχὴ δύο σώμασιν ἐνοι-κοῦσα. τῶν ἀνθρώπων ἔλεγε, τοὺς μὲν, οὕτω φείδεσθαι ὡς ἀεὶ ζησομένους, τοὺς δὲ, οὕτως ἀνα-λίσκειν ὡς αὐτίκα τεθνηξομέ-νους. πρὸς τὸν πυθόμενον διὰ τί τοῖς καλοῖς πολὺν χρόνον ὁ-μιλοῦμεν, Τυφλοῦ, ἔφη, τὸ ἐρώτημα. ἐρωτηθεὶς τί ποτ' αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσο-φίας, ἔφη, Τὸ, ἀνεπιτάκτως ποιεῖν ἅ τινες διὰ τὸν ἀπὸ τῶν νόμων φόβον ποιοῦσιν. ἐρω-τηθεὶς πῶς ἂν προκόπτοιεν οἱ μαθηταὶ ἔφη, Ἐὰν τοὺς προέ-χοντας διώκοντες, τοὺς ὑστεροῦν-τας μὴ ἀναμένωσι. πρὸς τὸν εἰ-πόντα ἀδολέσχην, ἐπειδὴ πολ-λὰ αὐτοῦ κατήντλησε, Μήτι σου κατεφλυάρησα; μὰ Δί', εἶ-πεν, οὐ γάρ σοι προσεῖχον. πρὸς τὸν αἰτιασάμενον ὡς εἴη μὴ ἀ-γαθῷ ἔρανον δεδωκὼς (φέρε-ται γὰρ καὶ οὕτω) Οὐ τῷ ἀνθρώ-πῳ (φησὶν) ἔδωκα, ἀλλὰ τῷ ἀνθρωπίνῳ. ἐρωτηθεὶς πῶς ἂν τοῖς φίλοις προσφεροίμε-θα, ἔφη, Ὡς ἂν εὐξαίμεθα αὐτοὺς ἡμῖν προσφέρεσθαι. τὴν δικαιοσύνην ἔφη ἀρετὴν ψυχῆς, διανεμητικὴν τοῦ κατ' ἀξίαν.

Rogatus quid sit amicus, Vna (inquit) anima in duobus corporibus habitans. Homines plerosque dicebat ita esse parcos, acsi semper victuri essent: alios tam prodigos, acsi continuo morituri. Percontanti cur honesta forma præstantibus diutius congredimur, Cæci (inquit) huiuscemodi interrogatio est. Rogatus quid ex philosophia lucratus fuisset, Hoc (inquit) vt iniussus ea faciam quæ plerique per legum metum faciant. Interrogatus quo pacto discipuli egregie proficerent, Si excellentiores, ait, prosequentes, tardiores non morentur. Loquaci homini quum illum improbè probris multis obtudisset, dicenti, Num te satis obtudi? Hercle (inquit) non tibi animum aduerti. Causanti cur stipem non bono homini dedisset, (nam & ita contigisse ferunt) Non, inquit, homini dedi, sed humanitati. Rogatus erga amicos quales esse debeamus, Quales (inquit) eos erga nos esse optamus. Iustitiam dicebat virtutem animi vnicuique secundum dignitatem distribuentem.

κάλλιστον ἐφόδιον τῷ γήρᾳ τὴν παιδείαν ἔλεγε. φησὶ δὲ Φαβωρῖνος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων, ὡς ἑκάστοτε λέγοι, ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ζ'. τῶν ἠθικῶν ἐστί. καὶ ταῦτα μὲν εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται.

Συνέγραψε δὲ πάμπλειστα βιβλία, ἃ ἀκόλουθον ἡγησάμην ὑπογράψαι, διὰ τὴν περὶ πάντας λόγους τἀνδρὸς ἀρετήν. Περὶ δικαιοσύνης, α', β', γ', δ'· περὶ ποιητῶν, α', β', γ'. περὶ φιλοσοφίας, α', β', γ'· Πολιτικοῦ, α', β'· Περὶ ῥητορικῆς, Γρύλλος, α'· Νήρινθος, α'· Σοφιστής, α'· Μενέξενος, α'· Ἐρωτικός, α'· Συμπόσιον, α'· περὶ πλούτου, α'· Προτρεπτικός, α'· Περὶ ψυχῆς, α'· περὶ εὐχῆς, α'· περὶ εὐγενείας, α'· περὶ ἡδονῆς, α'· Ἀλέξανδρος, ἢ ὑπὲρ ἀποίκων, α'· περὶ βασιλείας, α'· περὶ παιδείας, α'· περὶ τἀγαθοῦ, α', β', γ'· Τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος, α', β', γ'. Τὰ ἐκ τῆς πολιτείας, α', β'· Οἰκονομικός, α'· περὶ φιλίας, α'· περὶ τοῦ πάσχειν, ἢ πεπονθέναι, α'· περὶ ἐπιστημῶν, α'· περὶ ἐριστικῶν, α', β'·

Disciplinam optimum esse dicebat viaticum ad senectutem. Refert Phauorinus in secundo Commentariorum, illum crebrò dicere solitum, O amici, amicus nemo. Et ista quidem ad illum referuntur.

Conscripsit autem incõplura volumina, quæ, vt summa ingenij illius vis, ac præcipua circa omne orationis genus exercitatio clarius eluceat, subnectenda necessariò existimaui. De iustitia libros quatuor. De poetis tres, De philosophia tres, De republica duo, De rhetorica, Gryllus, vnum, Nerinthus, vnum, Sophista, vnum, Menexenus, vnum, Amatorius, vnum, Conuiuium, vnum, De diuitiis vnum, Exhortationum vnum, De anima vnum, De precatione vnum, De nobilitate vnum, De voluptate vnum, Alexander seu De colonis, vnum, De regno vnum, De doctrina vnum,. De bono tres, De Platonis legibus tres, De eiusdem repub. duos, OEconomicus vnũ, De amicitia vnum, Quid sit tolerare siue tolerantia vnum, De disciplinis vnum, De his quæ in contentionem cadunt duos,

Λύσεις ἐριστικαὶ, δ΄. Διαιρέσεις σοφιστικαὶ, δ΄. περὶ ἐναντίων, α΄. περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν, α΄. περὶ ἰδίων, α΄. Ὑπομνήματα ἐπιχειρητικοῦ, γ΄. Προτάσεις περὶ ἀρετῆς, α΄, β΄, γ΄. Ἐνστάσεις, α΄. περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων, ἢ κατὰ πρόσθεσιν, α΄. περὶ παθῶν ὀργῆς, α΄. Ἠθικῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄. περὶ στοιχείων, α΄, β΄, γ΄. περὶ ἐπιστήμης, α΄. περὶ ἀρχῆς, α΄. Διαιρέσεις ἑπτακαίδεκα. Διαιρετικῶν, α΄. Ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως, α΄, β΄. περὶ κινήσεως, α΄, β΄. Προτάσεις, α΄. Προτάσεις ἐριστικαὶ, δ΄. Συλλογισμοὶ, α΄. Προτέρων ἀναλυτικῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄, θ΄. Ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων, α΄, β΄. περὶ προβλημάτων, α΄. Μεθοδικὰ, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄. περὶ τοῦ βελτίονος, α΄. περὶ τῆς ἰδέας, α΄. Ὅροι πρὸ τῶν τοπικῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄. Συλλογισμῶν, α΄, β΄. Συλλογιστικὸν, καὶ ὅροι, α΄. περὶ τοῦ αἱρετοῦ καὶ τοῦ συμβεβηκότος, α΄. Τὰ πρὸ τῶν τόπων, α΄. Τοπικὸν πρὸς τοὺς ὅρους, α΄, β΄. Πάθη, α΄. Διαιρετικὸν, α΄. Μαθηματικὸν, α΄. Ὁρισμοὶ τρισκαίδεκα.

Solutiones eorum quæ in contentionē veniunt, quatuor, Diuisiones sophisticæ quatuor, De contrariis vnū, De speciebus & generibus vnum, De propriis vnum, Commentaria ἐπιχειρηματικοῦ tres, Propositiones de virtute tres, Obiectiones, vnū, De his quæ quot modis dicuntur, siue secundum propositum vnum; De elementis tres, De scientia vnum, De perturbationibus iræ vnum, Moralium quatuor, De principio vnum, Diuisiones XVII, Diuisibilium vnum, De interrogatione & responsione duo, De motu vnum, Propositiones vnum, Propositiones contentiosæ quatuor, Syllogismi vnum, Priorum analyticorum nouem, Posteriorum analyticorū maiorum duo, De quæstionibus ad disciplinā pertinentibus octo, De meliore vnum, De idea vnū, Termini topicorum septem, Syllogismorum duo, συλλογιστικὸν & diffinitiones, vnum, De eligibili & accidenti vnum, De iis quæ ante locos sunt vnum, Topicorum ad diffinitiones duo, Perturbationum vnum, Diuisibilium vnum, Mathematicus vnum, Diffinitiones XIII,

Ἐπιχειρημάτων, α΄, β΄· περὶ ἡδονῆς, α΄· Προτάσεις, α΄· περὶ ἑκουσίου, α΄· περὶ καλοῦ, α΄· Θέσεις ἐπιχειρητικαὶ, πέντε καὶ εἴκοσι· Θέσεις φιλικαὶ, β΄· Θέσεις περὶ ψυχῆς, α΄· Πολιτικὰ, β΄· Πολιτικῆς ἀκροάσεως, ὡς ἡ Θεοφράστου, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄· περὶ δικαίων, α΄, β΄· Τεχνῶν συναγωγὴ, α΄, β΄· Τέχνης ῥητορικῆς, α΄, β΄· Τέχνη, α΄· Ἄλλη τέχνη, α΄, β΄· Μεθοδικὸν, α΄· Τέχνης τῆς Θεοδέκτου εἰσαγωγῆς, α΄· Πραγματείας τέχνης ποιητικῆς, α΄, β΄· Ἐνθυμήματα ῥητορικά· περὶ μεγέθους, α΄· Ἐνθυμημάτων διαιρέσεις, α΄· περὶ λέξεως, α΄, β΄· περὶ συμβουλείας, α΄· Συναγωγῆς, α΄, β΄· περὶ φύσεως, α΄, β΄, γ΄· Φυσικὸν, α΄· περὶ τῆς Ἀρχύτου φιλοσοφίας, α΄, β΄, γ΄· περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους, α΄· Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου, καὶ τῶν Ἀρχυτείων, α΄· πρὸς τὰ Μελίσσου, α΄· πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος, α΄· πρὸς τοὺς Πυθαγορείους, α΄· πρὸς τὰ Γοργίου, α΄· πρὸς τὰ Ξενοκράτους, α΄· Πρὸς τὰ Ζήνωνος, α΄· περὶ τῶν Πυθαγορείων, α΄·

Epicherematum duo, De voluptate vnũ, Propositionum vnum, De voluntario vnum, De pulchro vnum, Quæstiones epicherematicæ xxv, Quæstiones de amicitia, duo, Quæstiones de anima, vnũ, Politicorum duo, Politicæ auditionis (sicut Theophrasti) octo, De iustis duo Artium introductio, duo: Artis rhetoricæ duo, Ars vnum, Alia ars, duo, Methodicũ vnum, Artis Theodectis introductionis vnum, Artis poeticæ libros duos, Enthymemata rhetorica, De magnitudine vnum, Enthymematum diuisiones, vnum, De dictione duo, De consilio vnum, Collectionis duo, De natura tres, Physicon vnum, De Archytæ philosophia tres, De Speusippi Xenocratisque philosophia vnum, Ex Timæi Archytæque disciplinis sumpta, vnum, Aduersus Melissi dicta vnum, Aduersus Alcmæonis dicta vnum, Aduersus Pythagoricos vnum, Aduersus Gorgiam vnum, Aduersus Xenocratem vnum, Aduersus Zenonis scita vnum, De Pythagoricis vnũ

περὶ ζώων, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄, θ΄· Ἀνατομῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄· Ἐκλογὴ ἀνατομῶν, α΄· Ὑπὲρ τῶν συνθέτων ζώων, α΄· Ὑπὲρ τῶν μυθολογουμένων ζώων, α΄· Ὑπὲρ τοῦ μὴ γεννᾶν, α΄· περὶ φυτῶν, α΄, β΄· φυσιογνωμονικὸν, α΄· Ἰατρικὰ, β΄· περὶ μονάδος, α΄· Σημεῖα χειμώνων, α΄· Ἀστρονομικὸν, α΄. Ὀπτικὸν, α΄· περὶ κινήσεως, α΄· περὶ μουσικῆς, α΄· Μνημονικὸν, α΄· Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄· Ποιητικὰ, α΄· Φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον, ὀκτὼ πρὸς τοῖς τριάκοντα· Ἐπιτεθεαμένων προβλημάτων, α΄, β΄· Ἐγκυκλίων, α΄, β΄· Μηχανικὸν, α΄· Προβλήματα ἐκ τῶν Δημοκρίτου, α΄, β΄· Περὶ τῆς λίθου, α΄· Διηγήματα, α΄, β΄· Παραβολαί, α΄· Ἄτακτα δεκαδύο· Ἐξηγημένα κατὰ γένος, τέσσαρα καὶ δέκα· Ὀλυμπιονῖκαι, α΄· Πυθιονῖκαι μουσικῆς, α΄· Πυθικὸς, α΄· Πυθιονικῶν ἔλεγχοι, α΄· Νῖκαι Διονυσιακαί, α΄· Περὶ τραγῳδιῶν, α΄· Διδασκαλίαι, α΄· Παροιμίαι, α΄· Νόμος συστατικὸς, α΄· Νόμων, α΄, β΄, γ΄, δ΄· Κατηγοριῶν, α΄·

De animalibus, nouem, Anatomorum octo, Electio anatomorum vnum, De compositis animalibus vnum, De fabulosis animalibus vnum, De non gignendo vnum, De plantis duo, Physiognomicon vnum, Medicinalia, duos, De monade vnum, Signa tempestatum, vnum, Astronomicon speculatiuus vnum, De motu vnum, De Musica vnum, Memoriale vnum, Homericarum ambiguitatum, sex, Poetica, vnum, Naturalium secundum elementa, triginta octo, Inspectorum problematum duos, Liberalium disciplinarum duos, Mechanicus vnum, Problematum ex Democrito sex, De lapide vnum, Parabolæ vnum, Inordinata XII. Exposita generatim XIIII, Iura vnum, Olympionice, vnum, Pythionicæ musices vnum, Pythicus, vnum, Pythionicorum argumenta, vnum, Dionysiacæ victoriæ vnum, De tragœdiis vnum, Doctrinæ vnum, Prouerbia, vnum, Lex commendatitia, vnum, Legum quatuor, Prædicamentorum vnum,

Περὶ ἑρμηνείας, α΄. Πολιτεῖαι πόλεων δυοῖν δεούσαιν ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν, καὶ ἰδίᾳ δημοκρατικαί, ὀλιγαρχικαί, ἀριστοκρατικαί, καὶ τυραννικαί. Ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον· Σηλυμβρείων ἐπιστολαί· Πρὸς Ἀλέξανδρον τέτταρες ἐπιστολαί· Πρὸς Ἀντίπατρον, ἐννέα· Πρὸς Μέντορα, α΄· Πρὸς Ἀρίστωνα, α΄· Πρὸς Ὀλυμπιάδα, α΄· Πρὸς Ἡφαιστίωνα, α΄· Πρὸς Θεμισταγόραν, μία· Πρὸς Φιλόξενον, α΄· Πρὸς Δημόκριτον, ἔπη, ὧν ἀρχή, Ἁγνὲ θεῶν πρέσβισθ' ἑκατηβόλε· Ἐλεγεῖα, ὧν ἀρχή, Κλυτοτέχνου μητρὸς θύγατερ. γίνονται οἱ πᾶσαι, μυριάδες στίχων τέτταρες καὶ τετταράκοντα, πρὸς τοῖς πεντακισχιλίοις καὶ διακοσίοις ἑβδομήκοντα. καὶ τοσαῦτα μὲν αὐτῷ πεπραγμάτευται βιβλία.

Βούλεται δὲ ἐν αὐτοῖς τάδε. διττὸν εἶναι τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον· τὸν μέν, πρακτικόν· τὸν δέ, θεωρητικόν. καὶ τοῦ πρακτικοῦ, τόν τε ἠθικόν, καὶ πολιτικόν· οὗ τά τε περὶ πόλιν καὶ τὰ περὶ οἶκον ὑπογεγράφθαι· τοῦ δὲ θεωρητικοῦ, τόν τε φυσικὸν καὶ λογικόν·

De interpretatione vnum. Respublicæ vrbiũ C LVIII. Seorsúmque ad Philippum De populari, paucorúmque & optimatum & tyrannorum rep. epistolæ. Selymbriorum epistolæ ad Alexandrum quatuor, Ad Antipatrum nouem, ad Mentorem vnam, ad Aristonem vnam, ad Olympiadem vnam, ad Hephæstionem vnam, ad Themistagoram vnam, ad Philoxenum vnam, ad Democritum versus, quorum initium est, Sancte deûm. Elegiæ, quarum est initium, Formosæ matris filia. sunt in summa versus omnes plus minus quadragesies quinquies] mille, trecenti & triginta. Hæc librorum illius series, hic numerus, in quibus quid agat summatim exponendum est.

Duplicem esse philosophiæ rationem, alteram versari circa actus, appellarique πρακτικὴν, alteram in intelligentia & speculatione consistere, & θεωρητικὴν dici. Ad actionem pertinere Ethicen & Politicê, qua in parte tum de publica, tum de familiari re agi. Ad intelligentiam Physicen Logicénque referri.

τὴν λογικὴν, οὐχ ὁλομερῶς, ἀλλ' ὡς ὄργανον προηκριβωμένην. καὶ τούτου διττοὺς ὑποθέμενος σκοποὺς, τό τε πιθανὸν, καὶ τὸ ἀληθὲς, διεσάφησε. δύο δὲ πρὸς ἑκάτερον δυνάμεσιν ἐχρῆτο, διαλεκτικῇ μὲν καὶ ῥητορικῇ, πρὸς τὸ πιθανόν· ἀναλυτικῇ δὲ καὶ φιλοσοφίᾳ, πρὸς τὸ ἀληθὲς· οὐδὲν ὑπολειπόμενος οὔτε τῶν πρὸς εὕρεσιν, οὔτε τῶν πρὸς κρίσιν, οὔτε μὴν τῶν πρὸς χρῆσιν. πρὸς μὲν οὖν τὴν εὕρεσιν, τά τε τοπικὰ καὶ μεθοδικὰ, παρέδωκε προτάσεων πλῆθος· ἐξ ὧν πρὸς τὰ προβλήματα πιθανῶν ἐπιχειρημάτων οἷόν τε εὐπορεῖν· πρὸς δὲ τὴν κρίσιν, τὰ ἀναλυτικὰ πρότερα καὶ ὕστερα. διὰ μὲν οὖν τῶν προτέρων τὰ λήμματα κρίνεται, διὰ δὲ τῶν ὑστέρων ἡ συναγωγὴ ἐξετάζεται. πρὸς δὲ τὴν χρῆσιν, τά τε ἀγωνιστικὰ, καὶ τὰ περὶ ἐρωτήσεως, ἐριστικά τε, καὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων τε καὶ συλλογισμῶν, καὶ τῶν ὁμοίων τούτοις. κριτήριον δὲ τῆς ἀληθείας, τῶν μὲν κατὰ φαντασίαν ἐνεργημάτων, τὴν αἴσθησιν ἀπεφήνατο·

Porrò Logicen instrumentum esse exactissimum. Eius quum geminam destinationem ac scopum subiecisset, verisimile ac verum, ad vtranque duarum maximè rerum viribus nititur. Nanque ad verisimile seu probabile, oratoria & dialectica, ad verũ autem analytica & philosophia vsus est, nihil omnino omittens eorum quæ vel ad inuentionem, vel ad iudicium, vel etiam ad vsum pertinerent. Enimuero ad inuentionis adminicula, atque ad eas res quæ speculationi & arti inseruiunt, propositionum multitudinem tradidit, ex quibus quæstiones probabiliũ epicherematũ elicere affatim licet. Porro ad iudicandum analytica priora & posteriora conscripsisse, prioribus assumptionũ iudicia permittens, posterioribus collectionis examen tradens. Cæterum ad iudicandũ ea quæ sub certamen cadunt, quæque in interrogatione versantur & contentione sophisticorum argumentorum, atque syllogismis atque his similibus. Veritatis verò iudicium earum quidem quę secundum imaginationem sunt actionum sensum definiuit:

τῶν δὲ ἠθικῶν τῶν περὶ πόλιν καὶ περὶ οἶκον καὶ περὶ νόμους, τὸν νοῦν. τέλος δὲ ἓν ἐξέθετο, χρῆσιν ἀρετῆς ἐν βίῳ τελείῳ· ἔφη δὲ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν συμπλήρωμα ἐκ τριῶν ἀγαθῶν εἶναι· τῶν περὶ ψυχὴν, ἃ δὴ καὶ πρῶτα τῇ δυνάμει καλεῖ· ἐκ δευτέρων δὲ, τῶν περὶ σῶμα, ὑγιείας, καὶ ἰσχύος, καὶ κάλλους, καὶ τῶν παραπλησίων· τῶν δὲ ἐκτὸς, πλούτου, καὶ εὐγενείας καὶ δόξης, καὶ τῶν ὁμοίων. τὴν τε ἀρετὴν μὴ εἶναι αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν. προσδεῖσθαι γὰρ τῶν τε περὶ σῶμα καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν· ὡς κακοδαιμονήσοντος τοῦ σοφοῦ, κἂν ἐν πόνοις ᾖ, κἂν ἐν πενίᾳ καὶ τοῖς ὁμοίοις. τὴν μέντοι κακίαν, αὐτάρκη πρὸς κακοδαιμονίαν, κἂν ὅτι μάλιστα παρῇ αὐτῇ τὰ ἐκτὸς ἀγαθὰ, καὶ τὰ περὶ σῶμα. τάς τε ἀρετὰς ἔφη μὴ ἀκολουθεῖν. ἐνδέχεσθαι γὰρ, φρόνιμόν τινα, καὶ ὁμοίως δίκαιον ὄντα, ἀκόλαστον καὶ ἀκρατῆ εἶναι. ἔφη δὲ τὸν σοφὸν, μὴ εἶναι μὲν ἀπαθῆ, μετριοπαθῆ δέ. τήν τε φιλίαν

moralium verò, vbi de re publica ac domestica, & vbi de legibus agitur, mentem. finem autẽ vnum exposuit, virtutis vsum in vita perfecta. Felicitatem ait plenitudinem ex tribus maximè bonis constantem, iis nimirum quæ in animo sunt, quæ & priora viribus appellat: iis quæ ad corpus attinent, vt sunt bona valetudo, fortitudo, pulchritudo: cæteráque his similia: atque iis quæ extrinsecus veniũt, diuitiis, nobilitate, & claritudine, atque in hunc modũ cæteri, quibus tertium locum assignauit. Virtutem ad beatam vitam sibi minimè sufficere dixit: quippe corporis bonis exterioribusque indigere. Miserũ atque infelicem fore sapientẽ, siue doloribus afficiatur, siue inopia, & cęteris huiusmodi incõmodis prematur. Vitium autem ad miseriã atque infelicem vitam sufficere, quantumlibet corporis affluat bonis. Virtutes ait non se inuicẽ sequi. Fieri enim posse vt prudens quispiam ac iustus, idémque intemperans atque incontinens sit. Sapientem quidem non omnino perturbationibus vacare, verùm perturbari modicè dixit: Amicitiam, æquitatem

ὡρίζετο ἰσότητα εὐνοίας ἀντίστροφον. ταύτης δὲ τὴν μὲν εἶναι συγγενικήν, τὴν δὲ, ἐρωτικήν, τὴν δὲ, ξενικήν. εἶναι δὲ καὶ τὸν ἔρωτα μὴ μόνον συνουσίας, ἀλλὰ καὶ φιλοσοφίας. καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ τὸν σοφὸν, καὶ πολιτεύσεσθαι, γαμήσειν τε μὴν καὶ βασιλεῖ συμβιῶναι. βίων τε τριῶν ὄντων, θεωρητικοῦ, πρακτικοῦ, ἡδονικοῦ, τὸν θεωρητικὸν προέκρινεν. εὔχρηστα δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν. ἔν τε τοῖς φυσικοῖς αἰτιολογικώτατος πάντων ἐγένετο, ὥστε καὶ περὶ τῶν ἐλαχίστων τὰς αἰτίας ἀποδιδόναι. διόπερ καὶ οὐκ ὀλίγα βιβλία συνέγραψε φυσικῶν ὑπομνημάτων. τὸν δὲ θεὸν ἀσώματον ἀπέφαινε, καθὰ καὶ ὁ Πλάτων. διατείνει δὲ αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν μέχρι τῶν οὐρανίων, καὶ εἶναι ἀκίνητον αὐτόν· τὰ δ' ἐπίγεια, κατὰ τὴν πρὸς ταῦτα συμπάθειαν οἰκονομεῖσθαι. εἶναι δὲ παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ ἄλλο πέμπτον, ἐξ οὗ τὰ αἰθέρια συνεστάναι. ἀλλοίαν δ' αὐτοῦ τὴν κίνησιν εἶναι κυκλοφορητικὴν γάρ.

æquitatem esse definiuit reciprocæ beneuolentiæ. Eius tres species esse tradidit: Esse quippe aliam cognationis, aliã amatoriam, tertiam hospitalem. Amorem non modò congressionis, verùm & philosophiæ esse. Amaturum quoque sapientem, neque accessurum ad rempublicam, ducturúmque vxorem, & cum rege vnà victurum. Tribus autem generibus vitę cõstitutis, primo quod in speculatione, sequenti quod in actu, & tertio quod in voluptate consistit: speculatiuum genus semper prætulit. Liberales disciplinas ad apprehensionem virtutis multũ conferre sensit. In descriptione rerum naturalium præter cæteros rationem maximè sequutus est, adeo vt minimarum quarumque rerum reddiderit causas. Vnde & naturalium Commentariorum complura scripsit volumina. Deum (sicut & Plato) incorporalem diffiniuit, eiúsque prouidẽtiam ad cælestia vsque pertingere, ipsũ verò immobilem esse. Porro terrena omnia ad cælestium congruentiam ordinémque disponit. Præter elementa ista quatuor esse & quintum aliud, ex quo cælestia consistant, eiúsque motum orbicularem esse varium:

καὶ τὴν ψυχὴν δὲ ἀσώματον, ἐντελέχειαν οὖσαν τὴν πρώτην σώματος γὰρ φυσικοῦ καὶ ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. διττὴ δ' αὐτή ἐστι κατ' αὐτόν. λέγει δ' ἐντελέχειαν, ἧς ἐστιν εἶδός τι ἀσώματον· ἡ μὲν, κατὰ δύναμιν, ὡς ἐν τῷ κηρῷ ὁ Ἑρμῆς ἐπιτηδειότητα ἔχων ἐπιδέξασθαι τοὺς χαρακτῆρας· καὶ ὁ ἐν τῷ χαλκῷ ἀνδριάς. καθ' ἕξιν δὲ λέγεται ἐντελέχεια, ἡ τοῦ συντετελεσμένου. Ἑρμοῦ ἢ ἀνδριάντος. σώματος δὲ φυσικοῦ, ἐπεὶ τῶν σωμάτων τὰ μέν ἐστι χειρόκμητα, ὡς τὰ ὑπὸ τεχνιτῶν γινόμενα, οἷον πύργος, πλοῖον· τὰ δὲ, ὑπὸ φύσεως, ὡς φυτὰ, καὶ τὰ τῶν ζώων. ὀργανικοῦ δὲ εἶπε, τουτέστι πρός τι κατεσκευασμένου, ὡς ἡ ὅρασις πρὸς τὸ ὁρᾶν, καὶ ἡ ἀκοὴ πρὸς τὸ ἀκούειν. δυνάμει δὲ ζωὴν ἔχοντος, οἷον ἐν ἑαυτῷ. τὸ δυνάμει δὲ, διττὸν ἢ καθ' ἕξιν ἢ κατ' ἐνέργειαν. κατ' ἐνέργειαν μὲν, ὡς ὁ ἐγρηγορὼς λέγεται ψυχὴν ἔχειν· καθ' ἕξιν δ', ὡς ὁ καθεύδων. ἵν' οὖν καὶ οὗτος ὑποπίπτῃ, τὸ δυνάμει προσέθηκε.

Animam item incorpoream, primámque esse ἐντελέχειαν, corporis nempe naturalis & organici potentia vitam habentis. Est autē ea iuxta illum duplex. Entelechiam verò appellat, cuius sit species quædam incorporea: altera ex his quidem secundum potentiam, vt est Mercurius in cera, informis quidem, sed idoneus ad percipienda lineamēta, sicut item in ære statua. Secundum verò habitum Entelechia dicitur, ea quæ est consummatæ ac perfectæ Mercurij statuæ. Naturalis autem corporis dixit. nam sunt corpora alia quidem manu & arte elaborata, vt sunt quę ab artificibus fiūt, puta turris atque nauis: alia verò sic à natura prodeunt, vt arbores & animalium corpora. Porro organici dixit, hoc est, ad aliquid parati & conditi, vt est ad vidēdum oculus, aurisque ad audiendum. virtute autem vitā habentis, vtputa in seipso. Virtute autem vel potentia minus est secundum efficaciā. Secūdum actionē autē, vt vigilas habere animā dicitur. Secundū habitū autem, vt dormiens. vt igitur & hic intelligatur, adiecit potētia.

πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα περὶ πολλῶν ἀπεφήνατο, ἅπερ μακρὸν ἂν εἴη καταριθμεῖσθαι. τοῖς γὰρ ὅλοις φιλοπονώτατος ἐγένετο καὶ εὑρετικώτατος, ὡς δῆλον ἐκ τῶν προγεγραμμένων συγγραμμάτων, ἃ τὸν ἀριθμὸν ἐγγὺς ἥκει τετρακοσίων, τὰ ὅσα γε ἀναμφίλεκτα. πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται συγγράμματα αὐτοῦ, καὶ ἀποφθέγματα ἀγράφου φωνῆς εὐστοχήματα.

Γεγόνασι δὲ Ἀριστοτέλεις ὀκτώ· πρῶτος αὐτὸς οὗτος· δεύτερος, ὁ πολιτευσάμενος Ἀθήνησιν, οὗ καὶ δικανικοὶ φέρονται λόγοι χαρίεντες· τρίτος, περὶ Ἰλιάδος πεπραγματευμένος· τέταρτος, Σικελιώτης ῥήτωρ, πρὸς τὸν Ἰσοκράτους Πανηγυρικὸν ἀντιγεγραφώς· πέμπτος, ὁ ἐπικληθεὶς Μῦθος, Αἰσχίνου τοῦ Σωκρατικοῦ γνώριμος· ἕκτος, Κυρηναῖος, γεγραφὼς περὶ ποιητικῆς· ἕβδομος, παιδοτρίβης, οὗ μέμνηται Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πλάτωνος βίῳ· ὄγδοος, γραμματικὸς ἄσημος, οὗ φέρεται τέχνη περὶ πλεονασμοῦ.

Multa igitur eiusmodi & alia & de aliis multis in hunc modum philosophatus est, quæ perlongum esset numerare. Cũctis enim in rebus summo studio atque industria fuit, inuentionisque incredibili copia viguit, vt ex iis quæ suprà annotauimus voluminibus constat, quæ ad quadringẽtorum numerum ferè perueniunt, de quibus nihil ambigitur. Nam sunt & alia complura quæ ipsi ascribuntur volumina atque sententiæ.

Verumenimuero octo fuere Aristoteles. Primus hic ipse, secundus, qui Athenis remp. administrauit, cuius etiã iudiciales leguntur orationes, sanè quàm elegantes: tertius, qui Iliadẽ Homeri scripsit: quartus, Siculus orator, qui ad Panegyricum Isocratis rescripsit: quintus, qui cognominatus est Mythus, Æschinis Socratici necessarius: sextus, Cyrenaicus, qui De poetica scripsit: septimus, pædotriba, cuius meminit Aristoxenus in Platonis vita: octauus, grammaticus obscurus & ignobilis, cui⁹ de pleonasmo ars legitur.

Τοῦ δὴ Σταγειρίτου γεγόνασι μὲν πολλοὶ γνώριμοι, διαφέρων δὲ μάλιστα Θεόφραστος· περὶ οὗ λεκτέον.

Huius autem Stagiritæ philoſophi complures quidem fuere diſcipuli, ſed omnibus maximè præcelluit Theophraſtus, de quo modò dicendum eſt.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

Θεόφραστος Ἐρέσιος, Μελάντα κναφέως υἱός, ὥς φησιν Ἀθηνόδωρος ἐν ὀγδόῃ περιπάτων. οὗτος πρότερον μὲν ἤκουσε Λευκίππου τοῦ πολίτου ἐν τῇ πατρίδι, εἶτ' ἀκούσας Πλάτωνος, μετέστη πρὸς Ἀριστοτέλην. κἀκείνου εἰς Χαλκίδα ὑποχωρήσαντος, αὐτὸς διεδέξατο τὴν σχολὴν Ὀλυμπιάδι τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ. φέρεται δ' αὐτοῦ καὶ δοῦλος φιλόσοφος ὄνομα Πομπύλος, καθά φησι Μυρωνιανὸς Ἀμαστριανὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὁμοίων ἱστορικῶν κεφαλαίων.

THEOPHRASTVS.

Theophraſtus Ereſius Melanti, vt Athenodorus in octauo Deambulationum libro ait, fullonis filius, primò quidem in patria Leucippi ciuis ſui auditor fuit: inde quum Platonem audiſſet, ſe ad Ariſtotelem contulit. Eo item in Chalcidem profecto, illi in ſcholæ regimine ſucceſſit Olympiade CXIIII. Fertur ipſius quoque ſeruus, Pompylus nomine, philoſophus fuiſſe, vt refert Myronianus Amaſtrianus in primo Similium hiſtoricorum capitum.

Ὁ δὲ Θεόφραστος γέγονεν ἀνὴρ συνετώτατος καὶ φιλοπονώτατος. καὶ καθά φησι Παμφίλη ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ τῶν ὑπομνημάτων, διδάσκαλος Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ. ἄλλως τε καὶ εὐεργετικὸς καὶ φιλόλογος. Κάσανδρος γοῦν αὐτὸν ἀπεδέχετο, καὶ Πτολεμαῖος ἔπεμψεν ἐπ' αὐτόν.

Fuit autem Theophraſtus vir ſummæ prudentiæ, ſtudiíque ſingularis, atque (vt ſcribit Pamphila trigeſimo Commentariorum libro) Menandrum ipſum comicum inſtituit. Erat item beneficus in primis, & maximè affabilis. Eum Caſſander ſuſcepit, Ptolemæúſque ad illum miſit.

τοσούτης δ' ἀποδοχῆς ἠξιοῦτο παρὰ Ἀθηναίοις, ὥστε Ἀγνωνίδης τολμήσας ἀσεβείας αὐτὸν γράψασθαι, μικροῦ καὶ προσῶφλεν. ἀπήντων τε εἰς τὴν διατριβὴν αὐτοῦ μαθηταὶ πρὸς δισχιλίους. οὗτος τά τε ἄλλα, καὶ περὶ δικαστηρίου τοιαῦτα διείλεκται ἐν τῇ πρὸς Φανίαν τὸν περιπατητικὸν ἐπιστολῇ, ΟΥ' γὰρ ὅτι πανήγυριν, ἀλλ' οὐδὲ συνέδριον ῥᾴδιον, οἷόν τις βούλεται, λαβεῖν. αἱ δ' ἀναγνώσεις ποιοῦσιν ἐπανορθώσεις· τὸ δ' ἀναβάλλεσθαι πάντα καὶ ἀμελεῖν, οὐκέτι φέρουσιν αἱ ἡλικίαι. ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ σχολαστικὸν ὠνόμακε. τοιοῦτος δὲ ὤν, ὅμως ἀπεδήμησε πρὸς ὀλίγον καὶ οὗτος, καὶ πάντες οἱ λοιποὶ φιλόσοφοι, Σοφοκλέους τοῦ Ἀμφικλείδου νόμον εἰσενεγκόντος, Μηδένα τῶν φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ· εἰ δὲ μή, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. ἀλλὰ αὖθις ἐπανῆλθον εἰς νέωτα, Φίλωνος τὸν Σοφοκλέα γραψαμένου παρανόμων. ὅτε καὶ τὸν νόμον μὲν ἄκυρον ἐποίησαν Ἀθηναῖοι, τὸν δὲ Σοφοκλέα πέντε ταλάντοις ἐζημίωσαν

Adeo autem Atheniensibus acceptus fuit, vt quũ illũ Agnonides impietatis accusare ausus esset, parum abfuerit quin ipse ob eam rem crimen ipsum in se retorqueret. Accurrebant ad illum audiendum discipuli ad duo millia. Hic in epistola an Phaniam Peripateticum, inter cætera, de iudicio quoque ita loquutus est: Tantum abest (inquit) vt populi frequentiam conuocem, vt ne consessum quidẽ eiusmodi admittam, qualem abiectissimus quisque. Porro recitationes emendationis autores sunt. Protelare autem omnia atque negligere non iam ferũt ætates. In ea epistola scholasticũ nominat. Quum tamen esset huiusmodi, secessit ad tempus & ipse vt philosophi reliqui Quippe Sophocles Amphiclidæ filius legem tulerat, vti nequis philosophorũ præesset scholæ, nisi id senatus ac plebs decreuisset; qui secus faceret, capitale esset. Verùm sequẽti anno denuo reuersi sunt, quum à Philone Sophocli dies dict⁹ esset. Quo tempore Athenienses ea lege abrogata, Sophoclẽ talentis quinque multarunt,

κάθοδόν τε τοῖς φιλοσόφοις ἐψηφίσαντο, ἵνα καὶ Θεόφραστος κατέλθῃ, καὶ ἐν τοῖς ὁμοίοις ᾖ. Τοῦτον, Τύρταμον λεγόμενον, Θεόφραστον, διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον, Ἀριστοτέλης μετωνόμασεν· οὗ καὶ τοῦ υἱέος Νικομάχου φησὶν ἐρωτικῶς διατεθῆναι, καίπερ ὄντα διδάσκαλον, Ἀρίστιππος ἐν τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς. λέγεται δ' ἐπ' αὐτοῦ τε καὶ Καλλισθένους τὸ ὅμοιον εἰπεῖν Ἀριστοτέλην, ὅπερ Πλάτωνα (καθὰ προείρηται) φασὶν εἰπεῖν ἐπί τε Ξενοκράτους καὶ αὐτοῦ τούτου. φάναι γὰρ, τοῦ μὲν Θεοφράστου καθ' ὑπερβολὴν ὀξύτητος πᾶν τὸ νοηθὲν ἐξερμηνεύοντος, τοῦ δὲ νωθροῦ τὴν φύσιν ὑπάρχοντος, ὡς τῷ μὲν χαλινοῦ δέοι, τῷ δὲ, κέντρου. λέγεται δ' αὐτὸν καὶ ἴδιον κῆπον σχεῖν μετὰ τὴν Ἀριστοτέλους τελευτὴν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, ὃς ἦν καὶ γνώριμος αὐτῷ, τοῦτο συμπράξαντος.

Φέρεται δ' αὐτοῦ ἀποφθέγματα ταυτὶ χρειώδη. θᾶττον ἔφη πιστεύειν δεῖν ἵππῳ ἀχαλίνῳ, ἢ λόγῳ ἀσυντάκτῳ. πρὸς δὲ τὸν ἐν τῷ συμποσίῳ σιωπῶντα τὸ ὅλον, ἔφη,

decreuerúntque philosophis reditum, vt & Theophrastus remaneret, scholámque vt antea regeret. Eum, quũ antea Tyrtamo illi nomen esset, ob diuinam eloquutionem, Aristoteles Theophrastum appellauit. Cuius & filium Nicomachum (tametsi is præceptor esset) amauit, vt Aristippus in IIII De antiquis deliciis meminit.

Fertur Aristoteles dixisse de Theophrasto & Callisthene idē quod de se & Xenocrate Plato (vt prædiximus) dixerat. Dixisse enim quòd hic pro excellenti acumine ingenii cuncta facillimè assequeretur & exponeret, ille tardus & obtusus esset ingenio: hunc fræno, illum egere calcaribus. Dicitur & priuatim hortũ post Aristotelis discessum possedisse, Demetrio Phalereo familiari suo in hoc sibi cooperante.

Nobiles sunt & huius illæ sententiæ: Citius credēdum dicebat infræni equo quàm verbo incōposito. Ad illum qui in conuiuio penitus tacebat. Siquidem (ait)

Εἰ μὲν ἀμαθὴς εἶ, φρονίμως ποιεῖς· εἰ δὲ πεπαίδευσαι, ἀφρόνως. συνεχές τε ἔλεγε, Πολυτελὲς ἀνάλωμα εἶναι τὸν χρόνον.

Ἐτελεύτα δὴ γηραιὸς, βιοὺς ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα, ἐπειδὴ τῶν ὀλίγον ἀνῆκε τῶν πόνων. καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτὸν,

> Οὐκ ἄρα τοῦτο μάταιον ἔπος μερόπων τινὶ λέχθη,
> Ῥήγνυσθαι σοφίης τόξον ἀνιέμενον.
> Δὴ γὰρ καὶ Θεόφραστος ἕως ἐπόνει μὲν, ἄπηρος
> Ἦν δέμας, εἶτ' ἀνεθεὶς κάτθανε πηρομελής.

φασὶ δ' αὐτὸν ἐρωτηθέντα ὑπὸ τῶν μαθητῶν εἴ τι ἐπισκήπτει, εἰπεῖν, ἐπισκήπτειν μὲν ἔχειν οὐδὲν, πλὴν ὅτι πολλὰ τῶν ἡδέων ὁ βίος διὰ τὴν δόξαν καταψεύδεται. ἡμεῖς γὰρ ὁπότε ἀρχόμεθα ζῆν, τότε ἀποθνήσκομεν. οὐδὲν οὖν ἀλυσιτελέστερόν ἐστι φιλοδοξίας. ἀλλ' εὐτυχεῖτε, καὶ ἤτοι τὸν λόγον ἀφετε, (πολὺς γὰρ ὁ πόνος) ἢ καλῶς αὐτοῦ προέστητε (μεγάλη γὰρ ἡ δόξα) τὸ δὲ κενὸν τοῦ βίου, πλεῖον τοῦ συμφέροντος. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκέτ' ἐνδέχεται βουλεύσασθαι τί πρακτέον, ὑμεῖς δ' ἐπισκέψασθε τί ποιητέον.

imperitus es, prudentes facis: sin verò peritus, imprudenter. Habebat & illud semper in ore, Sumptus pretiosissimus tempus est.

Obiit senex, ætatis anno LXXXV, quum modicè à labore quieuisset. In quem etiã est nostrum epigrãma,

> *Haud vanè quidam, Study, si fortè relaxes.*
> *Rumpi arcum dixit, quisquis homo ille fuit:*
> *Nam vegetus Theophrastus erat firmúsque labore.*
> *Laxauit postquam membra labore, obiit.*

Aiũt, illum, quum rogaretur à discipulis, num quippiam illis mandare vellet, dixisse, nihil quidem quod imperaret se habere, nisi quòd multa dulcia gloriæ ostentu vita mentitur: nos verò quum viuere incipimus, tunc morimur. Nihil enim est inanius amore gloriæ. Sed este felices, verbũmque istud aut omittite, (grandis enim labor est) aut illi intendite (magna enim illi gloria prouenit.) Porro vitæ vanitas amplior quam vtilitas est. Verum mihi quidem non iam quid agendum sit consulere suppetit, vos autem quid faciendum erit deliberabitis.

ταῦτα (φασὶν) εἰπὼν ἀπέπνευσε, καὶ αὐτὸν (ὡς ὁ λόγος) Ἀθηναῖοι πανδημεὶ παρέπεμψαν ποσί, τὸν ἄνδρα τιμήσαντες. Φαβωρῖνος δέ φησι γηράσαντα αὐτὸν ἐν φορείῳ περιφέρεσθαι. καὶ τοῦτο λέγειν Ἕρμιππον, παρατιθέμενον ἱστορεῖν Ἀρκεσίλαον τὸν Πιταναῖον, ἐν οἷς ἔφασκε πρὸς Λακύδην τὸν Κυρηναῖον.

Καταλέλοιπε δὲ βιβλία καὶ αὐτὸς ὅτι μάλιστα παμπλήθεστα, ἃ καὶ αὐτὰ ἄξιον ἡγησάμην ὑπογράψαι, διὰ τὸ πάσης ἀρετῆς πεπληρῶσθαι. ἔστι δὲ τάδε. Ἀναλυτικῶν προτέρων, α΄, β΄, γ΄· Ἀναλυτικῶν ὑστέρων, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄· Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν, α΄· Ἀναλυτικῶν ἐπιτομή, α΄· Ἀνηγμένων τόπων, α΄, β΄· Ἀγωνιστικῶν τῶν περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους θεωρίας· περὶ αἰσθήσεων, α΄· πρὸς Ἀναξαγόραν, α΄· περὶ τῶν Ἀναξαγόρου, α΄· περὶ τῶν Ἀναξιμένους, α΄· περὶ τῶν Ἀρχελάου, α΄· περὶ ἁλῶν, νίτρου, στυπτηρίας, α΄· περὶ τῶν λιθουμένων, α΄, β΄· περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν, α΄· Ἀκροάσεως, α΄, β΄· περὶ ἀνέμων, α΄· Ἀρετῶν διαφοραί, α΄·

Ista dicētem exhalasse animam tradunt. Eum verò (vt fama est) Athenienses pedibus omnes prosequuti, publicè honorauerunt. Refert Phauorinus, illum iā vetulum lectica circumferri solitum: idque dicere Hermippum: cúmque id ex Arcesilai Pitanæi historia sumpsisse inter ea verba quę ad Lacydem Cyrenensem habuit.

Reliquit autem & ipse ingenij sui complura monumēta, & ipsa dignissima sum arbitratus quæ adnotarem. Sunt autē ista, Priorum analyticorum tres, Posteriorum analyticorum septem, De solutione syllogismorum vnum, Analyticorum epitome, vnū, Deductorum locorum duo, Speculationes eorum quæ circa contentiosam orationē versantur, De sensibus vnū, Ad Anaxagoram vnum, De Anaxagora vnum, De Anaximene vnum, De Archelao vnum, De sale nitro aluminis, vnum, De iis quę durantur in lapides duo, De indiuisibilibus lineis vnum, Auditionis duo, De ventis vnū, Virtutē differētiæ vnum, De regno vnum,

περὶ βασιλείας, α΄· περὶ παιδείας βασιλέως, α΄· περὶ βίων, α΄, β΄, γ΄· περὶ γήρως, α΄· περὶ τῆς Δημοκρίτου ἀστρολογίας, α΄· Τῆς μεταρσιολεσχίας, α΄· περὶ τῶν εἰδώλων, α΄· περὶ χυμῶν, χροῶν, σαρκῶν, α΄· περὶ τοῦ διακόσμου, α΄· περὶ τῶν ἀνθρώπων, α΄· Τῶν Διογένους συναγωγή, α΄· Διορισμῶν, α΄, β΄, γ΄· Ἐρωτικός, α΄· Ἄλλο περὶ ἔρωτος, α΄· περὶ εὐδαιμονίας, α΄· περὶ εἰδῶν, α΄, β΄· περὶ ἐπιλήψεως, α΄· περὶ ἐνθουσιασμοῦ, α΄· περὶ Ἐμπεδοκλέους, α΄· Ἐπιχειρημάτων, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ϛ΄, ζ΄, η΄, θ΄, ι΄, ια΄, ιβ΄, ιγ΄, ιδ΄, ιε΄, ιϛ΄, ιζ΄, ιη΄· Ἐνστάσεων, α΄, β΄, γ΄· περὶ ἑκουσίου, α΄· Ἐπιτομὴ τῆς Πλάτωνος πολιτείας, α΄, β΄· περὶ ἑτεροφωνίας ζώων τῶν ὁμογενῶν, α΄· περὶ τῶν ἀθρόων φαινομένων, α΄· περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν, α΄· περὶ τῶν ζώων ὅσα λέγεται φρονεῖν, α΄· περὶ τῶν ἐν ξηρῷ διατριβόντων, α΄· περὶ τῶν τὰς χρόας μεταβαλλόντων, α΄· περὶ τῶν φωλευόντων, α΄· περὶ ζώων, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ϛ΄, ζ΄· περὶ ἡδονῆς, ὡς Ἀριστοτέλης, α΄· περὶ ἡδονῆς, [illegible] Θέσεις, κδ΄·

De regis instituto vnum, De vitis tres, De senectute vnum, De Democriti astrologia vnum, De iis quæ in sublimi fiunt vnum, De imaginibus vnum, De succis, cute, & carnibus vnum, Περὶ διακόσμου vnũ, De hominibus vnum, Dictorum Diogenis collectio, vnum, Diffinitionũ tres, Amatorius vnum, Alius de amore, vnum, De felicitate vnum, De specieb. duo, De caducis vnũ, De afflatione dei vnum, De Empedocle vnũ, De epicherematis x v i i i, Controuersiarum tres, De voluntario vnum, Abbreuiatio reip. Platonis duo, De diuersitate vocis animalium eiusdem generis vnum, De iis quæ subitò apparent, vnum, De iis quę morsui & vulneri patent, vnum, De animalibus quæ sapere dicuntur, vnum, De iis quæ in sicco morantur, duo, De iis quæ colores immutant, vnum, De iis quæ latibula & fossas faciunt, vnum, De animalibus, septẽ, De voluptate, sicut Aristoteles, vnũ, alius De voluptate, vnũ. Quęstiones xxiiii,

περὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, α΄· περὶ ἰλίγγων καὶ σκοτώσεων, α΄· περὶ ἱδρῶτος, α΄· περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως, α΄· Καλλισθένης, ἢ περὶ πένθους, α΄· περὶ κόπων, α΄· περὶ κινήσεως, α΄, β΄, γ΄· περὶ λίθων, α΄· περὶ λοιμῶν, α΄· περὶ λειποψυχίας, α΄· Μεγαρικός, α΄· περὶ μελαγχολίας, α΄· περὶ μετάλλων, α΄, β΄· περὶ μέλιτος, α΄· περὶ τῶν Μητροδώρου συναγωγῶν, α΄· Μεταρσιολογικῶν, α΄, β΄· περὶ μέθης, α΄· Νόμων, κατὰ στοιχεῖον, κδ΄· Νόμων ἐπιτομῆς, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄, θ΄, ι΄· πρὸς τοὺς ὁρισμούς, α΄· περὶ ὀδμῶν, α΄· περὶ οἴνου καὶ ἐλαίου· πρώτων προτάσεων, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄, θ΄, ι΄, ια΄, ιβ΄, ιγ΄, ιδ΄, ιε΄, ις΄, ιζ΄, ιη΄· Νομοθετῶν, α΄, β΄, γ΄· Πολιτικῶν α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄· Πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιρούς, α΄, β΄, γ΄, δ΄· Πολιτικῶν ἐθῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄· περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας, α΄· Προβλημάτων συναγωγῆς, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄· περὶ παροιμιῶν, α΄· περὶ πήξεων καὶ τήξεων, α΄· περὶ πυρός, α΄, β΄· περὶ πνευμάτων, α΄· περὶ παραλύσεως, α΄· περὶ πνιγμοῦ, α΄· περὶ παραφροσύνης, α΄· περὶ παθῶν, α΄·

De calido & frigido vnum, De vertigine & obtenebratione vnum, De sudore vnum, De affirmatione & negatione vnum, Callisthenes, siue De luctu, vnum, De laboribus vnũ, De motu tres, De lapidis vnum, De pestilentiis vnum, De exanimatione vnum, Megaricus, vnum, De atra bile vnum, De metallis duo, De melle vnum, De Metrodori collectis vnum, De sublimibus duo, De ebrietate vnum, Legum secundum elementa XXIIII. Legum epitome, decem, Ad diffinitiones vnum, De odoribus vnum, De vino & oleo primarum propositionũ XVIII, Legiferorum tres, Politicorum tres, Politicon ad tempora quatuor, Ciuilium consuetudinum quatuor, De optima republica vnum, Problematum collectionis quinque, De prouerbiis vnum, De concretionibus & liquefactionibus vnum, De igne duo, De spiritibus vnum, De paralysi vnum, De suffocatione vnum, De amentia vnum, De passionibus vnum,

Περὶ σημείων, α΄. Σοφισμάτων, α΄, β΄. Περὶ συλλογισμῶν λύσεως, α΄. Τοπικῶν, α΄, β΄. Περὶ τιμωρείας, α΄, β΄. περὶ τριχῶν, α΄. περὶ τυραννίδος, α΄. περὶ ὕδατος, α΄, β΄, γ΄. περὶ ὕπνου, καὶ ἐνυπνίων, α΄. περὶ φιλίας, α΄, β΄, γ΄. περὶ φιλοτιμίας, α΄, β΄. περὶ φύσεως, α΄, β΄, γ΄. περὶ φυσικῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄, θ΄, ι΄, ια΄, ιβ΄, ιγ΄, ιδ΄, ιε΄, ις΄, ιζ΄, ιη΄. περὶ φυσικῶν ἐπιτομῆς, α΄, β΄. φυσικῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄. Πρὸς τοὺς φυσικούς, α΄. περὶ φυσικῶν ἱστοριῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄, θ΄, ι΄. φυσικῶν αἰτιῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄. περὶ χυλῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄. περὶ ψεύδους ἡδονῆς, α΄. περὶ ψυχῆς θέσις μία. περὶ τῶν ἀτέχνων πίστεων, α΄. περὶ τῶν ἁπλῶν διαπορημάτων, α΄. Ἁρμονικῶν, α΄. περὶ ἀρετῆς, α΄. Ἀφορμαὶ ἢ ἐναντιώσεις, α΄. περὶ ἀποφάσεως, α΄. περὶ γνώμης, α΄. περὶ γελοίου, α΄. Δειλινῶν, α΄, β΄. Διαιρέσεις, α΄, β΄. περὶ τῶν διαφορῶν, α΄. περὶ τῶν ἀδικημάτων, α΄. περὶ διαβολῆς, α΄. περὶ ἐπαίνου, α΄. περὶ ἐμπειρίας, α΄. Ἐπιστολῶν, α΄, β΄, γ΄. περὶ τῶν αὐτομάτων ζῴων, α΄. περὶ ἐκκρίσεως, α΄. Ἐγκώμια θεῶν, α΄. περὶ ἑορτῶν, α΄.

De signis vnum, Sophismatum duo, De syllogismorum solutione vnum, Topicorum duo, De cruciatu duo, De pilis vnum, De tyrannide vnum, De aqua tres, De somno & insomniis vnum, De amicitia tres, De liberalitate duo, De natura tres, De naturalibus XVIII. De naturaliũ abbreuiatione duo, Naturaliũ octo, Aduersus Physicos vnum, De naturalibus historiis, decem, Naturaliũ causarum, octo, De humoribus, quinque, De mendacio voluptatis vnum, De anima quæstio vna, De indubitata fide vnum, De simplicibus dubitationibus vnum, Harmoniacon vnum, De virtute vnum, Occasiones, siue contradictiones, vnum, De negatione vnum, De sententia vnum, De ridiculo vnum, Meridianorum duo, Diuisiones duæ. De differentiis vnum, De iniuriis vnum, De laude vnum, De experientia vnum, Epistolarum tres, De fortuitis animalibus vnum, De selectione vnum, Laudes deorum vnum, De solemnitatibus vnum,

περὶ ἀτυχίας, α'· περὶ ἐνθυμημάτων, α'· περὶ εὑρημάτων, α', β'· Ἠθικῶν σχολῶν, α'· Ἠθικοὶ χαρακτῆρες, α'· περὶ θορύβου, α'· περὶ ἱστορίας, α'· περὶ κρίσεως συλλογισμῶν, α'· περὶ κολακείας, α'· περὶ θαλάττης, α'· πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας, α'· περὶ κωμῳδίας, α'· περὶ μετεώρων, α'· περὶ λέξεως, α'· Λόγων συναγωγή, α'· Λύσεις, α'· περὶ μουσικῆς, α', β', γ'· περὶ μέτρων, α'· Μεγακλῆς, α'· περὶ νόμων, α'· περὶ παρανόμων, α'· Τῶν Ξενοκράτους συναγωγῆς, α'· Ὁμιλητικός, α'· περὶ ὅρκου, α'· παραγγέλματα ῥητορικῆς, α'· περὶ πλούτου, α'· περὶ ποιητικῆς, α'· προβλήματα πολιτικά, ἠθικά, φυσικά, ἐρωτικά, α'· περὶ παροιμιῶν, α'· προβλημάτων συναγωγῆς, α'· περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν, α'· περὶ παραδείγματος, α'· περὶ προθέσεως καὶ διηγήματος, α'· περὶ ποιητικῆς ἄλλο, α'· περὶ τῶν σοφῶν, α'· περὶ συμβουλῆς, α'· περὶ σολοικισμῶν, α'· περὶ τέχνης ῥητορικῆς, α'· περὶ

De felicitate vnum, De enthymematis vnum, De inuentis duo, Scholarum moralium vnum, Morales figuræ, vnum, De tumultu vnum, De historia vnum, De iudicio syllogismorũ vnũ, De mari vnum, De assentatione vnũ, ad Cassandrũ De regno vnum, De comœdia vnum, De meteoris vnum, De dictione vnum, Verborũm collectio, vnum, Solutiones, vnum, De musica tres, Naturalium opinionũ XVII, Naturalium epitome, vnum, De gratia vnum, Morales figuræ vnum, De falso & vero vnum, Historia eorum quæ de deo dicuntur, sex, De diis tres, De mensuris vnum, Megacles, vnũ, De legibus vnum, De iniquis legibus vnum, Xenocraticorum collectanea, vnum, Confabulationes vnum, De iuramento vnum, Oratoria præcepta vnum, De diuitiis vnum, De poetica vnum, Problemata ciuilia, Naturalia, Amatoria, Moralia, vnum, Prouerbiorum vnum, Problematum collectio, vnũ, De problematibus naturalibus vnum, De exemplari vnum, De propositione & narratione vnum, De poetica alius, vnum, De sapientibus vnum, De consiliis vnum, de solœcismis vnum, De arte oratoria vnum, De

τεχνῶν ῥητορικῶν, εἴδη ιζ'· περὶ ὑποκρίσεως, α'· Ὑπομνημάτων Ἀριστοτελικῶν ἢ Θεοφραστείων, α', β', γ', δ', ε', ϛ'· φυσικῶν δοξῶν, α', β', γ', δ', ε', ϛ', ζ', η', θ', ι', ια', ιβ', ιγ', ιδ', ιε', ιϛ'· φυσικῶν ἐπιτομῆς, α'· περὶ χάριτος, α'· Χαρακτῆρες ἠθικοί· περὶ ψεύδους, καὶ ἀληθοῦς, α'· Τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας, α', β', γ', δ', ε', ϛ'· περὶ θεῶν, α', β', γ'· Ἱστορικῶν γεωμετρικῶν, α', β', γ', δ'· Ἐπιτομῶν Ἀριστοτέλους περὶ ζώων, α', β', γ', δ', ε', ϛ'· Ἐπιχειρημάτων, α', β'· Θέσεις, γ'· περὶ βασιλείας, α', β'· περὶ αἰτιῶν, α'· περὶ Δημοκρίτου, α'· περὶ διαβολῆς, α'· περὶ γενέσεως, α'· περὶ ζώων φρονήσεως καὶ ἤθους, α'· περὶ κινήσεως, α', β'· περὶ ὄψεως, α', β', γ', δ'· πρὸς ὅρους, α', β'· περὶ τοῦ δεδόσθαι, α'· περὶ μείζονος καὶ ἐλάττονος, α'· περὶ τῶν μουσικῶν, α'· περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας, α'· πρὸς τοὺς ἐξ Ἀκαδημίας, α'· Προτρεπτικός, α'· Πῶς ἂν ἄριστα πόλεις οἰκοῖντο, α'· Τὰ ὑπομνήματα, α'· περὶ ῥύακος τοῦ ἐν Σικελίᾳ, α'· περὶ τῶν ὁμολογουμένων, α'· περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν, α'· Τίνες οἱ τρόποι τοῦ ἐπίστασθαι, α'· περὶ τοῦ ψευδομένου, α', β', γ'· Τὰ πρὸ τῶν τόπων, α'· πρὸς Αἰσχύλον, α'· Ἀστρολογικῆς ἱστορίας, α', β', γ', δ', ε', ϛ'· Ἀριθμητικῶν

artibus oratoriis species septem, De simulatione vnum, Commentariorum Aristotelicorũ siue Theophrasticorum septem, Historicorum geometricorũ quatuor, Epitome Aristotelis, De animalibus sex, De diis epicherematũ duo, Quęstiones tres, De regno duo, De causis vnum, De Democrito vnum, De calumnia vnum, De generatione vnum, De animaliũ prudentia & moribus vnum, De motu duo, De visu quatuor, Ad terminos duo, De eo quod est dari vnũ, De maiore & minore vnum, De musicis vnũ, De diuina felicitate vnum, Ad eos qui erant ex Academia vnum, Exhortatorius vnum. Quo pacto ciuitates optimè inhabitentur vnum, Cõmentaria vnum, De riuo qui erat in Sicilia, vnum, De concessis vnum, Qui sint modi sciendi, vnum, De falso tres, Antetopica vnum, Astrologicę historię sex, Arithmeticarum

ἱστοριῶν περὶ αὐξήσεως, α΄· Ἀκίχαρος, α΄· περὶ δικανικῶν λόγων, α΄· περὶ διαβολῆς, α΄· Ἐπιστολαὶ αἱ ἐπὶ τῷ Ἀστυκρέοντι, Φανίᾳ, Νικάνορι· περὶ εὐσεβείας, α΄· Εὐιάδος, α΄· περὶ καιρῶν, α΄, β΄· περὶ οἰκείων λόγων, α΄· περὶ παίδων ἀγωγῆς, α΄· Ἄλλο διάφορον, α΄· περὶ παιδείας, ἢ περὶ ἀρετῶν, ἢ περὶ σωφροσύνης, α΄· προτρεπτικὸς, α΄· περὶ ἀριθμῶν, α΄· Ὁριστικὰ περὶ λέξεως συλλογισμῶν, α΄· περὶ οὐρανοῦ, α΄· πολιτικῶν, α΄, β΄· περὶ φύσεως, περὶ καρπῶν, περὶ ζώων, ἃ γίνονται στίχων, μ΄. β΄ ω΄ ν΄. τοσαῦτα μὲν οὖν καὶ τῷ δὲ τὰ βιβλία.

Εὕρομεν δ' αὐτοῦ καὶ διαθήκας τοῦτον ἐχούσας τὸν τρόπον, Ἔσται μὲν εὖ. ἐὰν δέ τι συμβῇ, τάδε διατίθεμαι. τὰ μὲν οἴκοι ὑπάρχοντα πάντα δίδωμι Μελάντι καὶ Παγκρέοντι τοῖς υἱοῖς Λέοντος. ἀπὸ δὲ τῶν παρ' Ἱππάρχου συμβεβλημένων, τάδε μοι βούλομαι γενέσθαι· τὰ περὶ τὸ μουσεῖον καὶ τὰς θεὰς συντελεσθῆναι, κἄν τι ἄλλο δύνηται περὶ αὐτὰς ἐπικοσμηθῆναι πρὸς τὸ κάλλιον· ἔπειτα τὴν Ἀριστοτέλους εἰκόνα τεθῆναι εἰς τὸ ἱερὸν,

historiarum argumentum vnum, Acicharus vnum, De iudicialibus orationibus vnum, Epistolę ad Astycreõtem, Phaniam, & Nicanorẽ, De pietate vnum, Euiadis vnum, De temporibus vnum, De propriis orationibus vnum, De liberis educandis vnum, Alius differẽs de eadẽ re, vnum, De disciplina, seu De virtutib⁹ siue De frugalitate vnum, Exhortatorius vnum, De numeris, vnum, Diffinitiones de dictione syllogismorum vnum, De cęlo vnum, Politici duo, De natura vnũ, De fructibus & animalibus, quæ in summa cõplexa sunt versibus mille supra cẽtum octogintaduobus. Tot ab eo volumina elaborata sũt.

Legi autem & ipsius testamẽtum in hæc verba; Bene quidẽ (vt spero) erit: cæterùm & siquid secus contigerit, ista statuo. Domesticam omnẽ supellectilẽ Melanthi & Pãcreonti Leontis filiis trado. Porro ex iis quæ ab Hipparcho suppeditata sunt, ita mihi fieri volo: quæ circa scholam sunt atque spectacula perfici, vel siquid circa ea in melius possit ornari. Dehinc Aristotelis imaginem eo in templo collocari,

καὶ τὰ λοιπὰ ἀναθήματα, ὅσα πρότερον ὑπῆρχεν ἐν τῷ ἱερῷ· εἶτα τὸ στωΐδιον οἰκοδομηθῆναι τὸ πρὸς τῷ μουσείῳ μὴ χεῖρον ἢ πρότερον· ἀνατεθῆναι δὲ καὶ τοὺς πίνακας, ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοί εἰσιν, εἰς τὴν κάτω στοάν. ἐπισκευασθῆναι δὲ καὶ τὸν βωμόν, ὅπως ἔχῃ τὸ τέλειον καὶ τὸ εὔσχημον. βούλομαι δὲ καὶ τὴν Νικομάχου εἰκόνα συντελεσθῆναι ἰσίω· τὸ μὲν τῆς πλάσεως ἔχει Πραξιτέλης, τὸ δὲ ἄλλο ἀνάλωμα ἀπὸ τούτου γινέσθω. σταθῆναι δὲ ὅπου ἂν δοκῇ τοῖς καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελουμένοις τῶν ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένων. καὶ τὰ μὲν περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τὰ ἀναθήματα, τοῦτον ἐχέτω τὸν τρόπον. τὸ δὲ χωρίον τὸ ἐν Σταγείροις ἡμῖν ὑπάρχον, δίδωμι Καλλίνῳ· τὰ δὲ βιβλία πάντα, Νηλεῖ. τὸν δὲ κῆπον, καὶ τὸν περίπατον, καὶ τὰς οἰκίας τὰς πρὸς τῷ κήπῳ πάσας, δίδωμι τῶν γεγραμμένων φίλων ἀεὶ τοῖς βουλομένοις συσχολάζειν καὶ συμφιλοσοφεῖν ἐν αὐταῖς, ἐπειδήπερ οὐ δυνατὸν ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπιδημεῖν, μήτε ἐξαλλοτριοῦσι, μήτε ἐξιδιαζομένου μηδενός,

ac donaria reliqua, quæque antea in templo erant. Deinde porticum, quę secundum scholam erat, exædificari priore non deteriorem; tabulásque, in quibus orbis situs sunt, in inferiore porticu reponi, aram quoque construi, ita vt neque perfectio neque honestas desideretur. Volo autem & Nicomachi imaginem absolutè perfici. Opus quidem Praxiteli iniunctum est. Reliqua verò impensę ab eo fieri. Statui autem illam iubeo vbicunque illis visum fuerit, quibus cura erit rerum cæterarum, quique testamento inscripti sunt. Ac de templo quidem ac donariis in hunc modum statuo. Fundum verò quem Stagiris habemus, Callino lego, librósque omnes Neleo. Hortum autem & deambulationem, ædésque omnes horto adiacentes amicis inscriptis lego, quíque voluerit in eo vnà vacare literis, atque simul philosophari, quando quidem fieri non potest vt quiuis semper peregrinetur: ea tamen lege, vt neque illum alienent, neque vt propriũm quisquam possideat,

ἀλλ' ὡς ἂν ἱερὸν κοινῇ κεκτημένοις, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους οἰκείως καὶ φιλικῶς χρωμένοις, ὥσπερ προσῆκον καὶ δίκαιον. ἔστωσαν δὲ οἱ κοινωνοῦντες, Ἵππαρχος, Νηλεύς, Στράτων, Καλλῖνος, Δημότιμος, Δημάρατος, Καλλισθένης, Μελάντης, Παγκρέων, Νίκιππος. ἐξεῖναι δὲ βουλομένῳ φιλοσοφεῖν καὶ Ἀριστοτέλει, τῷ Μειδίου καὶ Πυθιάδος υἱῷ, καὶ μετέχειν τούτων· καὶ αὐτοῦ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τοὺς πρεσβυτάτους, ὅπως ὅτι μάλιστα προαχθῇ κατὰ φιλοσοφίαν. θάψαι δὲ καὶ ἡμᾶς ὅπου ἂν δοκῇ μάλιστα ἁρμόττον εἶναι τοῦ κήπου, μηδὲν περίεργον περὶ τὴν ταφὴν μήτε περὶ τὸ μνημεῖον ποιοῦντας. ὅπως δὲ συνείρηται, μετὰ τὰ περὶ ἡμᾶς συμβάντα, περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ μνημεῖον, καὶ τὸν κῆπον, καὶ τὸν περίπατον, θεραπευόμενα, συνεπιμελεῖσθαι καὶ Πομπύλον τοῦτον ἐποικοῦντα αὐτόν, καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἐπιμέλειαν ποιούμενον ὥσπερ καὶ πρότερον· τῆς δὲ λυσιτελείας ἐπιμελεῖσθαι αὐτοὺς τοὺς ἔχοντας ταῦτα. Πομπύλῳ δὲ καὶ Θρέπτῃ

sed veluti sacrum quiddam communiter ab hominibus possideatur, quique se inuicē amicè ac familiariter vtantur, sicuti congruum ac iustum est. Sint autem qui illo communiter vtantur, Hipparchus, Neleus, Strato, Callinus, Demoticus, Demaratus, Callisthenes, Melantis, Pancreon, & Nicippus. Licere autem, si philosophari velit, & Aristoteli Midiæ Pythiadisq; filio, horum esse participē. Ipsiusque curam diligētissime habere maiores natu, vt quammaximè ad philosophiam instituatur, nósque sepelire in horti parte quę eis maximè commoda videbitur, nihil superfluū circa funus tumulúm ve faciendo. Vt autem dictum est, posteaquam nobis rectè curata sunt omnia, quū phanum & monumentum & hortus & ambulatoriū reparata & refecta erunt, vnà & Pompylū hunc, qui inhabitat, ea curare volo, aliarúmque rerum quemadmodum prius, curā habere, illiusque commodis prospicere qui ista habent. Pompylo autē & Threptæ

dudum

πάλαι μὲν ἠλευθέρωσα, καὶ ἡμῖν πολλὰς χρείας παρεσχημένοις, εἴ τι πρότερον ἔχουσι παρ' ἡμῶν, καὶ εἴ τι αὐτοὶ ἐκτήσαντο, καὶ ἃ νῦν παρ' Ἱππάρχου αὐτοῖς συντέταχα, δισχιλίας δραχμάς, ἀσφαλῶς οἶμαι δεῖν αὐτοῖς ὑπάρχειν ταῦτα, καθάπερ καὶ αὐτοῖς διελέχθην Μέλαντι καὶ Παγκρέοντι πλεονάκις, καὶ πάντα μοι συνεπετίθεντο. δίδωμι δ' αὐτοῖς καὶ Σωματάλην, καὶ τὴν παιδίσκην. τῶν δὲ παίδων, Μόλωνα μὲν, Κίμωνα, καὶ Παρμένοντα, ἤδη ἐλευθέρους ἀφίημι· Μάνην δὲ καὶ Καλλίαν παραμείναντας ἔτη τέτταρα ἐν τῷ κήπῳ, καὶ συνεργασαμένους καὶ ἀναμαρτήτους γενομένους, ἀφίημι ἐλευθέρους. τῶν δὲ οἰκηματικῶν ἀποδιδόντας Πομπύλῳ ὅσα ἂν δοκῇ τοῖς ἐπιμεληταῖς καλῶς ἔχειν, τὰ λοιπὰ ἐξαργυρίσαι. δίδωμι δὲ καὶ Καρίωνα Δημοτίμῳ, Δόνακα δὲ Νηλεῖ, Εὔβιον δ' ἀποδόσθαι. δότω δ' Ἵππαρχος Καλλίνῳ τρισχιλίας δραχμάς. Μέλαντι δὲ καὶ Παγκρέοντι εἰ μὴ ἑωρῶμεν Ἵππαρχον καὶ πρότερον χρείαν παρεσχημένον ἡμῖν, καὶ νῦν ἐν τοῖς ἰδίοις

dudum libertis, qui magno nobis vsui fuerunt, siquid antea à nobis præstitum est, & quæ illi acquisierunt, & quæ nunc illis ac Hipparcho dari constitui, drachmas bis mille, tutò ac firmiter hæc illis possidenda censeo, sicut & ipsis Melanti & Pancreonti sæpius dixi, cunctáque mihi annuerunt. Do autem illis & Somatalem & ancillam. Ex pueris autem Molonē quidem & Cimonem, & Parmenontem, iam nunc liberos dimitto. Manem verò & Calliam, quum annos quatuor in horto perseuerauerint, in cultu & labore se ita gerentes vt culpari iustè non possint, liberos dimitti iubeo. domesticæ verò suppellectilis quum Pompylo quantum visum fuerit curatoribus sufficere, datum fuerit, quod reliquum erit, constare. Demotimo Carionado, Donacémque Neleo, EVbium venum dari placet. Dabit autem Hipparchus Callino drachmas ter mille: Melanti verò & Pancreonti, nisi Hipparchum intueremur, & antea nobis fuisse perutilem, & nunc in suis rebus

μάλα νεναυαγηκότα, προσεπιλαβεῖν αὐ μετὰ Μέλαντος καὶ Παγκρέοντος ἐξάγειν αὐτά. ἐπειδὴ δὲ οὔτε ἐκείνοις ἑώρων ῥᾴδιον ὄντα συνοικονομεῖν, λυσιτελέστερον τι αὐτοῖς ὑπελάμβανον εἶναι τεταγμένον τι λαβεῖν παρὰ Ἱππάρχου· δότω Ἵππαρχος Μέλαντι καὶ Παγκρέοντι, ἑκατέρῳ, τάλαντον, διδόναι δ' Ἵππαρχον καὶ τοῖς ἐπιμεληταῖς εἰς τὰ ἀναλώματα, τὰ ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένα, κατὰ τοὺς ἑκάστου καιροὺς τῆς δαπάνης. οἰκονομήσαντα δὲ ταῦτα Ἵππαρχον ἀπηλλάχθαι τῶν συμβολαίων τῶν πρὸς ἐμὲ πάντων. καὶ εἴ τι ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος συμβέβληκεν Ἵππαρχος ἐν Χαλκίδι, Ἱππάρχου τοῦτό ἐστιν. ἐπιμεληταὶ δὲ ἔστωσαν τῶν ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένων, Ἵππαρχος, Νηλεύς, Στράτων, Καλλῖνος, Δημότιμος, Καλλισθένης, Κτήσαρχος. αἱ διαθῆκαι κεῖνται ἀντίγραφα τῷ Θεοφράστου δακτυλίῳ σεσημασμέναι, μία μὲν παρὰ Ἡγησίᾳ Ἱππάρχου· μάρτυρες, Κάλλιππος Παλληνεύς, Φιλόμηλος Εὐωνυμεύς, Λύσανδρος Ὑβάδης, Φιλίων Ἀλωπεκῆθεν. τὴν δ' ἑτέραν ἔχει Ὀλυμπιόδωρος·

magnum pertulisse naufragium, mādaremus profectò ea cum Melāte & Pancreōte educere. Quoniam verò non illis facilè fore animaduerti, cū illo vnà dispensare ac exequi, cōmodiúsque illis arbitrat' sum, siquid ab Hipparcho cōstitutum acceperint. Dabit autem Hipparchus Melāti & Pācreōti, vtrique, talentum, daturus & curatoribus ad ea quæ in testamento scripta sunt perficienda sumptus necessarios, suo quæque tempore. Quæ quum impleuerit omnia, absolutus erit ac liberà debito omni, & omnibus quæ contraxerat mecū instrumentis. Quòd siquid meo nomine Hipparcho in Chalcide prouenit emolumenti, hoc totum eius erit. Curatores autem earū rerū quæ testamento inscriptæ sunt, hi erunt, Hipparchus, Neleus, Strato, Callinus, Demotimus, Callisthenes, Ctesarchus. Porro testamēti exemplaria Theophrasti anulo signata apud Hegesiā condita sunt. Hipparchi testes Callippus Pelaneus, Philomel' Euonymeus, Lysander Hybæus, Philion Alopecēsis. Testamentū alterū accepit Olympiodorus:

μάρτυρες δ' οἱ αὐτοί. τὴν δ' ἑτέραν ἔλαβον Ἀδείμαντος, ἀπηνέγκατο δὲ Ἀνδροσθένης ὁ υἱός· μάρτυρες, Ἀείμνηστος Κλεοβούλου, Λυσίστρατος Φείδωνος Θάσιος, Στράτων Ἀρκεσιλάου Λαμψακηνὸς, Θήσιππος Θησίππου ἐκ Κεραμέων, Διοσκουρίδης Διονυσίου Ἐπικηφίσιος. ὧδε ἔχουσιν αὐτῷ καὶ αἱ διαθῆκαι.

Ἀκοῦσαι δ' αὐτοῦ καὶ Ἐρασίστρατον τὸν ἰατρὸν, εἰσὶν οἱ λέγουσι. καὶ εἰκός.

testes iidem fuero. Alterum accepit Adimanthus: tulit autem Androsthenes filius: testes Aimnestus Cleobuli filius, Lysistratus, Phidonus Thasius, Strato Arcesilai filius Lampsacenus, Thesippus Thesippi filius è figulis, Dioscorides Dionysij Epicephisius. Hæc series testamentorum illius fuit.

Sunt qui dicant Erasistratum medicum huius fuisse auditorem & fieri potest.

Successit autem illius schola Strato.

ΣΤΡΑΤΩΝ.

Διεδέξατο δ' αὐτοῦ τὴν σχολὴν Στράτων Ἀρκεσιλάου, Λαμψακηνὸς, οὗ καὶ ἐν ταῖς διαθήκαις ἐμνημόνευσεν. ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, καὶ φυσικὸς ἐπικληθεὶς ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην παρ' ὁντινοῦν ἐπιμελέστατα διατετριφέναι. ἀλλὰ καὶ καθηγήσατο Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου, καὶ ἔλαβε (φασὶ) παρ' αὐτοῦ τάλαντα ὀγδοήκοντα. σχολαρχεῖν δ' (καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς) ἤρξατο τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ καὶ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι, τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη ὀκτωκαίδεκα.

STRATO.

Strato Arcesilai filius Lampsacenus (cuius in testamento mentionem fecit Theophrastus) vir eloquentissimus fuit. Physicus autem idcirco appellatus est, quòd in ea speculatione præ cæteris diligentissimè versatus est. Fuit autem & præceptor Ptolemęi Philadelphi, à quo talentis LXXX donatum aiunt. Enimuero schola præfici cœpit (vt Apollodorus in Chronicis refert) Olympiade CXXIII, eámque annos XVIII, tenuit.

Φέρεται δ' αὐτοῦ καὶ βιβλία τάδε· περὶ βασιλείας, τρία· περὶ δικαιοσύνης, τρία· περὶ τἀγαθοῦ, γ'· περὶ θεῶν, γ'· περὶ ἀρχῆς, γ'· περὶ βίων, περὶ εὐδαιμονίας, περὶ φιλοσοφίας, περὶ ἀνδρείας, περὶ τοῦ κενοῦ, περὶ οὐρανοῦ, περὶ τοῦ πνεύματος, περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης, περὶ ζωογονίας, περὶ μίξεως, περὶ ὕπνου, περὶ ἐνυπνίων, περὶ ὄψεως, περὶ αἰσθήσεως, περὶ ἡδονῆς, περὶ χρωμάτων, περὶ νόσων, περὶ κρίσεων, περὶ δυνάμεων, περὶ τῶν μεταλλικῶν μηχανημάτων, περὶ λιμοῦ καὶ σκοτώσεων, περὶ κούφου καὶ βαρέος, περὶ ἐνθουσιασμοῦ, περὶ χρόνου, περὶ τροφῆς καὶ αὐξήσεως, περὶ τῶν ἀπορουμένων ζῴων, περὶ τῶν μυθολογουμένων ζῴων, περὶ αἰτιῶν, λύσεις ἀπορουμένων, Τόπων προοίμια, περὶ τοῦ συμβεβηκότος, περὶ τοῦ ὅρου, περὶ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον, περὶ ἀδίκου, περὶ τοῦ προτέρου γένους, περὶ τοῦ ἰδίου, περὶ τοῦ μέλλοντος, περὶ τοῦ προτέρου καὶ ὑστέρου, εὑρημάτων ἔλεγχοι δύο. ὑπομνήματα διστάζεται. Ἐπιστολαί, ὧν ἀρχή, ΣΤΡΑΤΩΝ ΑΡΣΙΝΟΗ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Feruntur eius De regno libri tres, De iustitia tres, De bono tres, De diis tres, De magistratibus tres seu duo, De vitis, De felicitate, De regia philosophia, De fortitudine, De inani, De cælo, De spiritu, De natura humana, De generatione animalium, De concubitu, De somno, de insomniis, De visu, De sensu, De voluptate, De coloribus, De morbis, De iudiciis, De viribus, De metallicis machinis, De fame, De obtenebrationibus, De leui & graui, De afflatione, De tempore, De cibo & incremento, De animalibus, de quibus dubitatur, De fabulosis animalibus, De causis, Ambiguorum solutio, Locorum principia, De accidenti, De diffinitione, Quid sit magis & minus, De iniusto, De priore & posteriore, Inuentorum elenchi duo. de Commentariis ambigitur. Epistolæ, quarum est initiũ, STRATO ARSINOAE SALVTEM, quadringentæ quinquaginta.

Τοῦτόν φασιν οὕτω γενέσθαι λεπτὸν, ὡς ἀναισθήτως τελευτῆσαι. καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχον,

Λεπτὸς ἀνὴρ δέμας ἦν, εἰ μὴ προσέχῃς, τοῦτο χρισμοῖς,
Στράτωνα τοῦτόν φημί σοι Λαμψακηνὸν
Λάμψακος ὅν ποτ' ἔφυσεν. ἀεὶ δὲ νόσοισι παλαίων
Θνήσκει λαθὼν, οὐδ' ᾔσθετο θανάτου.

Γεγόνασι δὲ Στράτωνες ὀκτώ. πρῶτος, Ἰσοκράτους ἀκροατής· δεύτερος, αὐτὸς οὗτος· τρίτος, ἰατρὸς, μαθητὴς Ἐρασιστράτου, ὡς δέ τινες, τρόφιμος· τέταρτος, ἱστορικὸς, Φιλίππου καὶ Περσέως τῶν Ῥωμαίοις πολεμησάντων γεγραφὼς πράξεις· ἕκτος, ποιητὴς ἐπιγραμμάτων· ἕβδομος, ἰατρὸς ἀρχαῖος, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν· ὄγδοος, περιπατητικὸς, βεβιωκὼς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Τοῦ δ' οὖν φυσικοῦ φέρονται καὶ διαθῆκαι, τοῦτον ἔχουσαι τὸν τρόπον, Τάδε διατίθεμαι, ἐάν τι πάσχω. τὰ μὲν οἴκοι καταλείπω πάντα Λαμπυρίωνι, καὶ Ἀρκεσιλάῳ. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀθήνησιν ὑπάρχοντός μοι ἀργυρίου, πρῶτον μὲν οἱ

Hunc aiunt fuisse adeo tenuem vt sine sensu moreretur. In quem hoc scripsimus epigramma,

Corpus erat tenuis, si non vnguentum
racla fuissent,
Stratona dico (si nescis)
Lampsacenum:
Qui morbis semper fuerat luctatus acerbis,
Tandem sine vllo sensu
mortis occidit.

Fuerunt autem Stratones octo. Primus, Isocratis auditor: secundus, hic ipse: tertius, medicus, Erasistrati discipulus, siue (vt quidā aiunt) alumnus: quartus, historicus, Philippi & Persei, qui aduersus Romanos pugnauerunt, gestorū scriptor: sextus, poeta epigrāmatum: septimus, antiquus medicus, vt ait Aristocles: octauu, Peripateticus, qui vixit Alexandriæ.

Porrò Physici istius feruntur testamenta in hunc modum, Ista, siquid sinistre accidat, dispono. Ea quidem quæ domi sunt Lampyrioni & Arcesilao relinquo omnia. Porro ex pecunia quam Athenis habeo, primum quidem

ἐπιμεληταὶ τὰ περὶ τὴν ἐκφορὰν ἐπιμεληθήτωσαν, καὶ ὅσα νομίζεται μετὰ τὴν ἐκφοράν, μηθὲν περίεργον ποιοῦντες μήτ' ἀνελεύθερον. ἐπιμεληταὶ δ' ἔστωσαν τῶν κατὰ τὴν διαθήκην οἵδε, Ὀλυμπικὸς, Ἀριστείδης, Μνησιγένης, Ἱπποκράτης, Ἐπικράτης, Γοργύλος, Διοκλῆς, Λύκων, Ἀθάνης. καταλείπω δὲ τὴν μὲν διατριβὴν Λύκωνι, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων οἱ μὲν εἰσὶ πρεσβύτεροι, οἱ δὲ, ἄσχολοι. καλῶς δ' ἂν ποιοῖεν καὶ οἱ λοιποὶ συγκατασκευάζοντες τοῦτο. καταλείπω δ' αὐτῷ καὶ τὰ βιβλία πάντα, πλὴν ὧν αὐτοὶ γεγράφαμεν, καὶ τὰ σκεύη πάντα, κατὰ τὸ συσσίτιον, καὶ τὰ στρώματα, καὶ τὰ ποτήρια. δότωσαν δὲ οἱ ἐπιμεληταὶ Ἐπικράτει πεντακοσίας δραχμὰς, καὶ τῶν παίδων ἕνα ὃν ἂν δοκῇ. Ἀρκεσιλάῳ δὲ πρῶτον μὲν Λαμπυρίων καὶ Ἀρκεσίλαος, ἀράθωσαν τὰς συνθήκας ἃς ἔθετο Δάϊππος ὑπὲρ Ἱραίου· καὶ μηδὲν ὀφειλέτω μήτε Λαμπυρίωνι, μήτε τοῖς Λαμπυρίωνος κληρονόμοις, ἀλλ' ἀπηλλάχθω παντὸς τοῦ συμβολαίου. δότωσαν δ' αὐτῷ καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ ἀργυρίου πεντακοσίας δραχμὰς, καὶ τῶν παίδων ἕνα, ὃν ἂν δοκιμάζῃ Ἀρκεσίλαος,

curatores iusta, & quæ post funus fieri solenne est, diligentèr curabũt, nihil neque superfluè neque illiberaliter agentes. Erunt autem testamenti curatores, Olympicus, Aristides, Mnesigenes, Hippocrates, Epicrates, Gorgylus, Diocles, Lycon, Athanes. Scholam quidem Lyconi relinquo, nanque alij sunt vel seniores vel occupati. Rectè autem facient reliqui, si hoc ipsum suo iudicio firmauerint. Libros illi omnes, præterquam quos ipsi scripsimus, relinquo, vasa etiam omnia conuiuij stramentáque & pocula. Dent autem Epicrati curatores drachmas quingentas, & vnum ex pueris quemcunque Arcesilaus iudicabit. Primùm quidem Lampyrion & Arcesilaus pacta tollant quę pro Hiręo Daipp⁹ statuit, nihilque debeat, neque Lampyrioni neque Lampyrionis hæredibus, sed liber sit ab omni chirographo. Dent illi curatores drachmas quingentas, & ex pueris vnum, quemcunque probarit Arcesilaus,

ἐπειδὴ πολλὰ συμπεπόνηκεν ἡμῖν, καὶ παρέσχημαι χρείας, ἔχῃ βίον ἱκανὸν, καὶ εὐσχήμων ᾖ. ἀφίημι δὲ καὶ Διόφαντον ἐλεύθερον, καὶ Διοκλέα, καὶ Ἄβουν. Σιμμίαν δὲ ἀποδίδωμι Ἀρκεσιλάῳ. ἀφίημι δὲ καὶ Δρόμωνα ἐλεύθερον. ἐπειδὰν δὲ παραγένηται Ἀρκεσίλαος, λογισάσθω Ἱραῖος μετ' Ὀλυμπικοῦ καὶ Ἐπικράτους καὶ ἄλλων ἐπιμελητῶν τὸ γεγονὸς ἀνάλωμα εἰς τὴν ἐκφοράν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ νομιζόμενα. τὸ δὲ περιὸν ἀργύριον κομισάσθω Ἀρκεσίλαος παρὰ Ὀλυμπικοῦ, μηδὲν ἐνοχλῶν αὐτὸν κατὰ τοὺς καιροὺς καὶ τοὺς χρόνους. ἀρέσθω δὲ καὶ τὰς συνθήκας Ἀρκεσίλαος, ἃς ἔθετο Στράτων πρὸς Ὀλυμπικὸν καὶ Ἀμεινίαν, τὰς κειμένας παρὰ Φιλοκράτει Τισαμενοῦ. τὰ δὲ περὶ τὸ μνημεῖον ποιείτωσαν ὡς ἂν δοκῇ Ἀρκεσιλάῳ καὶ Ὀλυμπικῷ καὶ Λύκωνι. καὶ αἵδε μὲν εἰσὶν αἱ φερόμεναι αὐτοῦ διαθῆκαι, καθά που συνήγαγε καὶ Ἀρίστων ὁ οἰκεῖος.

vt is qui nobiscum multum laborauit, magnóque nobis vsui fuit, habeat vnde viuere honestè possit. Diophantum præterea dimitto liberum, & Dioclem & Abum. Simmiam autem Arcesilao reddo. Sed & Dromonem liberum relinquo. Vbi verò Arcesilaus aduenerit, computet Hiræus cũ Olympico & Epicrate cæterisque curatoribus, funeris aliorúmque solemnium sumptus. Quod autem pecuniæ reliquum erit, accipiat Arcesilaus ab Olympico, nihil ei molestiæ exhibẽs per tempora & annos. Tollat autem & pacta Arcesilaus quę cõposuit Strato cum Olympico & Aminia, cõdita penes Philocratem Tisameni filium. Monumentum verò faciant, vt videbitur Arcesilao & Olympico & Lyconi. Atque hæc quidem (vt fertur) testamenti illius summa fuit, sicut ipsum collegit Aristo eius necessarius.

Αὐτὸς δὲ ὁ Στράτων ἀνὴρ γέγονε (καθάπερ καὶ ἄνω δεδήλωται) πολλῆς τῆς ἀποδοχῆς ἄξιος,

Cæterùm Strato ipse (sicut & suprà declaratum est) vir insignis & summa admiratione dignus fuit,

ἐξητακὼς ἐν παντὶ λόγων εἴδει, καὶ μάλιστα γε ἐν τῷ καλουμένῳ φυσικῷ, ὅπερ εἶδος ἀρχαιότερόν τε καὶ σπουδαιότερον.

in omni orationis genere versatus, sed physicæ maximè studiis excellens, quod genus & antiquius est, & multorum præclara ingenia exercuit. Successit in eius locum Lycon.

ΛΥΚΩΝ.

LYCON.

Τοῦτον διεδέξατο Λύκων Ἀστυάνακτος, Τρωαδεύς, φραστικὸς ἀνήρ, καὶ περὶ παίδων ἀγωγῆς ἄκρως συντεταγμένος. ἔφασκε γὰρ δεῖν παρεζεῦχθαι τοῖς παισὶ τὴν αἰδῶ καὶ φιλοτιμίαν, ὡς τοῖς ἵπποις μύωπα καὶ χαλινόν.

Lycon Astyanactis filius, Troadēsis, vir eloquēs, educandis instituendisque pueris maximè idone' fuit. Aiebat enim adiungi necessariò pueris pudorem & laudis studium, velut equis calcar atque frænum.

Τὸ δ' ἐκφραστικὸν αὐτοῦ καὶ περιγεγονὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ φαίνεται κἀνθάδε. φησὶ γὰρ οὕτω τὸ ἔργον ἐπὶ παρθένου πενιχρᾶς, Βαρὺ γὰρ φορτίον πατρὶ κόρη, διὰ σπάνιν προικὸς ἐκτρέχουσα τὸν ἀκμάζοντα τῆς ἡλικίας καιρόν. διὸ δή καί φασιν Ἀντίγονον ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἦν ὥσπερ μήλου τὴν εὐωδίαν καὶ χάριν ἀλλοσέ που μετενεγκεῖν, ἀλλ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἀνδρός, καθάπερ ἐπὶ τοῦ δένδρου, τῶν λεγομένων ἕκαστον ἔδει θεωρεῖσθαι. τοῦτο δέ, ὅτι ἐν μὲν τῷ λέγειν γλυκύτατος ἦν παρ' ὃ καί τινες τὸ γάμμα αὐτοῦ τῷ ὀνόματι προσετίθεσαν·

Porro ipsius loquutio & interpretationis copia hinc apparet. Ait enim in virginem pauperem, hoc modo, Graue onus est patri puella, præ dotis inopia excurrēs in flore ætatis. Vnde & Antigonum de illo hoc dixisse ferunt, Possibile non esse suaueolentiam mali atque gratiā aliorsum trāsferri, sed in ipso homine velut in arbore, singula quæ dicerentur oportere inspici. Cæterum quia in dicendo erat suauissimus, idcirco quidam etiam ipsius nomini G literam adiiciebant, vt esset Glycon, quod dulcedinem sonat.

ἐν δὲ τῷ γράφειν ἀνόμοιος
αὑτῷ. ἀμέλει γοῦν καὶ ἐπὶ τῶν
μεταγινωσκόντων ἐπειδὴ μὴ
ἔμαθον ὅτε καιρὸς, καὶ εὐχο-
μένων, τοῦτ' ἐκομψεύετο τὸν
τρόπον. ἔλεγε γὰρ αὐτοὺς κατηγο-
ρεῖν, ἀδυνάτῳ [illegible] εὐ-
χῇ μετάνοιαν ἀργίας ἀνόρ-
θοῦντας. τούς τε βουλευομένους
ὀρθῶς, διαπίπτειν ἔφασκε τῷ
λογισμῷ, οἱονεὶ στρεβλῷ κα-
νόνι βασανίζοντας ὀρθὴν
φύσιν, ἢ ταραττομένῳ ὕδατι
πρόσωπον ἢ κατόπτρῳ
διεστραμμένῳ. καὶ ἐπὶ μὲν τὸν ἐκ
τῆς ἀγορᾶς στέφανον πολλοὺς
ἀπαντᾶν, ἐπὶ δὲ τὸν Ὀλυμπια-
κὸν ὀλίγους, ἢ οὐδένα. Πολλά-
κις τε πολλὰ συμβουλεύσας
Ἀθηναίοις, τὰ μέγιστα αὐτοὺς
ὠφέλησε.

Ἦν δὲ καὶ καθαριώτατος τὴν
στολὴν, ὡς ἀνυπερβλήτῳ χρῆ-
σθαι μαλακότητι ἱματίων, κα-
θά φησιν Ἕρμιππος.
ἀλλὰ καὶ γυμναστικώτατος
ἐγένετο, καὶ εὐέκτης τὸ σῶμα,
τήν τε πᾶσαν σχέσιν ἀθλητι-
κὴν ἐπιφαίνων, ὠτοκατεαγὴς
καὶ ἀλειμματικὸς ὤν, καθά φησιν Ἀν-
τίγονος ὁ Καρύστιος. διὸ καὶ
καὶ παλαῖσαι λέγεται τά τε ἐν
τῇ πατρίδι Ἰλιεῖα, καὶ σφαιρίσαι.

Porro in describendo sui
dissimilis erat. In hos verò,
qui quoniam dum tempus
esset non didicerant, pœni-
tentia ducerentur, idque
reuocare cupiebant, in hūc
modum iocabatur. Dice-
bat enim eos qui ignauiæ
suæ seram pœnitentiā vo-
to sarcire quærerent, im-
possibili seipsos arguere:
qui autem vellent, planè
eos aiebat excidisse ratio-
ne, veluti distorta regula
naturam recti explorantes,
seu faciem perturbata aqua
vel speculo peruerso. Quin
& ad forensem quidem co-
ronam complures profici-
sci, verùm ad Olympiacam,
aut paucos aut neminem.
Sæpe Atheniensibus con-
sulens, magno illis emolu-
mento fuit.

Erat verò mundissimus
cultu, adeo vt vestium in-
credibili mollitie ac nitore
vteretur, vt Hermippus re-
fert: sed exercitatissimus
ac valido sanóque corpore
effectus est, omnémque a-
thletarum habitū præfere-
bat, quū (autore Antigono
Carystio) antea fractiori &
graciliori esset corpore.
Quocirca & in patria lu-
ctatus fertur, more patrio,
atq. pilæ ludo se exercuisse.

ὡς οὐκ ἄλλος τις, ἦν φίλος τοῖς περὶ Εὐμένη καὶ Ἄτταλον, οἳ καὶ πλεῖστα ἐπεχορήγουν αὐτῷ. ἐπειράθη δ' αὐτὸν σχεῖν καὶ Ἀντίοχος, ἀλλ' οὐκ ἔτυχεν. οὕτω δὲ ἦν ἐχθρὸς Ἱερωνύμῳ τῷ περιπατητικῷ, ὡς μόνον μὴ ἀπαντᾶν πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ἐτήσιον ἡμέραν, περὶ ἧς ἐν τῷ Ἀρκεσιλάου βίῳ διειλέγμεθα. ἀφηγήσατο δὲ τῆς σχολῆς ἔτη τετταράκοντα, Στράτωνος αὐτὸν ἐν ταῖς διαθήκαις καταλιπόντος, κατὰ τὴν ἑβδόμην καὶ εἰκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Πανθοίδου διήκουσε τοῦ διαλεκτικοῦ.

Ἐτελεύτησε δὲ γεγονὼς ἔτος τέταρτον καὶ ἑβδομηκοστὸν, νόσῳ ποδαγρικῇ καταπονηθείς. καὶ ἔστιν καὶ ἡμῶν εἰς αὐτόν,

Οὐ μὰ τὸν, οὐδὲ Λύκωνα παρήσομεν, ὅττι ποδαλγὴς
Κάτθανε. θαυμάζω τοῦτο μάλιστα δ' ἐγώ.
Τὴν οὕτως Ἀίδαο μακρὴν ὁδὸν, ὃς πρὶν ὁ ποσσὶν
Ἀλλοτρίοις βαδίσας, ἔδραμε νυκτὶ μιῇ.

Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Λύκωνες. πρῶτος, Πυθαγορικός: δεύτερος, αὐτὸς οὗτος: τρίτος,

Erat autem Attalo & Eumeni in primis charus, atque inter paucos amicissimus, qui & illum sæpenumero regia magnificentia donabant. Tentauit & Antiochus illum habere apud se, sed spe sua frustratus est. Adeo autem inimicus erat Hieronymo Peripatetico, vt solus anniuersario die ad illum non proficisceretur, de quo in Arcesilai vita diximus. Porro scholæ principatum tenuit annos duos supra quadraginta, quum illum sibi successorem in testamento Strato reliquisset, Olympiade CXXVII. Quin & Panthœdi quoque dialectici auditor fuit.

Obiit autem annos natus septuaginta quattuor, afflictus podagræ morbo. In quem nostrum est epigramma,

Prætereunda mihi non sunt
& facta Lyconis,
Fecerat infirmum quem
valetudo pedis.
Nanque pede alterius semper quum nixus adiret,
Tam longam miror nocte volasse viam.

Fuerunt & alij Lycones. Primus, Pythagoricus: secundus, hic ipse: tertius,

ἐπῶν ποιητής· τέταρτος, ἐπιγραμμάτων ποιητής.

Τοῦ δὲ φιλοσόφου καὶ διαθήκαις περιετύχομεν ταῖσδε. Τάδε διατίθεμαι περὶ τῶν κατ' ἐμαυτόν, ἐὰν μὴ δυνηθῶ τὴν ἀρρωστίαν ταύτην ὑπενεγκεῖν· τὰ μὲν ἐν οἴκῳ πάντα δίδωμι τοῖς ἀδελφοῖς, Ἀστυάνακτι καὶ Λύκωνι, καὶ οἶμαι δεῖν ἀποδοθῆναι ἀπὸ τούτων ὅσα κεκέχρημαι Ἀθήνησι παρά τινος ἔχων ἢ ἐκπεπραχώς· καὶ ἂν εἰς τὴν ἐκφορὰν ἀναλωθῇ, καὶ εἰς τἄλλα τὰ νομιζόμενα. τὰ δὲ ἐν ἄστει καὶ ἐν Αἰγίνῃ, δίδωμι Λύκωνι, διὰ τὸ καὶ τοὔνομα φέρειν ἡμῶν, καὶ συνδιατετριφέναι πλείω χρόνον ἀρεστῶς πάνυ, καθάπερ δίκαιον ἦν τὸν υἱοῦ τάξιν ἐσχηκότα. τὸν δὲ περίπατον καταλείπω τῶν γνωρίμων τοῖς βουλομένοις, Βούλωνι, Καλλίνῳ, Ἀρίστωνι, Ἀμφίωνι, Λύκωνι, Πύθωνι, Ἀριστομάχῳ, Ἡρακλείῳ, Λυκομήδει, Λύκωνι τῷ ἀδελφιδῷ. προστησάσθωσαν δ' αὐτοὶ ὃν ἂν ὑπολαμβάνωσι διαμενεῖν ἐπὶ τοῦ πράγματος, καὶ συνέξειν μάλιστα δυνήσεσθαι. συγκατασκευαζέτωσαν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ γνώριμοι, καὶ ἐμοῦ καὶ τοῦ τόπου χάριν.

versificator: quartus, epigrammatum poeta.

Huius quoque philosophi testamentum huiusce reperimus. Ista equidē statuo de rebus meis, si quidem hunc morbum ferre nequiuero. Ea quidem quæ domi sunt, omnia Astyanacti & Lyconi fratribus do, atque ex his reddendum censeo quæ Athenis possedi à quouis sumpta, siue exacta, quæq; in funus cæterisque solennibus impensa fuerint. Quæ verò in vrbe & Ægina habeo, Lyconi præcipuè do, quòd is nomen ferat nostrum, mecúmque diutissimè atque cū summo amore sit commoratus, sicut dignum erat, quippe qui filij tenebat locum. Porro peripatum amicis ac necessariis relinquo, Buloni, Callino, Aristoni, Amphioni, Lyconi, Pythoni, Aristomacho, Heraclio, Lycomedi, Lyconi fratrueli. Præficiāt autē ipsi, quemcūque permansurum in schola, maximéque vtilem futurum, existimauerint. Eis verò consentiāt & reliqui familiares, & mei & loci gratia.

Περὶ δὲ τῆς ἐκφορᾶς καὶ καύσεως ἐπιμεληθήτωσαν Βούλων καὶ Κάλλινος μετὰ τῶν συνήθων, ὅπως μήτ' ἀνελεύθερος γένηται μήτε περίεργος. τῶν δὲ ἐν Αἰγίνῃ μοι γενομένων μερῶν μετὰ τὴν ἐμὴν ἀπόλυσιν καταχωρισάτω Λύκων τοῖς νεανίσκοις εἰς ἐλαιοχρηστίαν, ὅπως καὶ ἐμοῦ καὶ τοῦ τιμήσαντος ἐμὲ μνήμη γένηται διὰ τῆς χρείας αὐτῆς ἡ προσήκουσα· καὶ ἀνδριάντα ἡμῶν ἀναθέτω· τὸν δὲ τόπον, ὅπως ἁρμόττων ᾖ τῆς στάσεως, ἐπιβλεψάτω καὶ συμπραγματευθήτω Διόφαντος καὶ Ἡρακλείδης Δημητρίου. ἀπὸ δὲ τῶν ἐν ἄστει, Λύκων ἀποδότω πᾶσι παρ' ὧν ἀπείληφα μετὰ τὴν ἀποδημίαν τὴν ἐκείνου. προσαναλούσθωσαν δὲ Βούλων καὶ Κάλλινος, καὶ ὅσ' ἂν εἰς τὴν ἐκφορὰν ἀναλωθῇ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ νομιζόμενα. κομισάσθω δὲ ταῦτα ἀπὸ τῶν ἐν οἴκῳ κοινῇ καταλελειμμένων ἀμφοτέροις ὑπ' ἐμοῦ. τιμησάτω δὲ καὶ τοὺς ἰατροὺς Πασίθεμιν καὶ Μειδίαν, ἀξίους ὄντας. καὶ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν τὴν περὶ ἐμὲ, καὶ τὴν τέχνην, καὶ μείζονος ἔτι τιμῆς. δίδωμι δὲ τῷ Καλλίνου παιδίῳ θηρικλείων ζεῦγος,

Cæterùm funus & crematio curæ erit Buloni & Callino & amicis cæteris, vti ne illiberalis neu superflua sit. Eas verò quæ mihi erant in Ægina partes, post discessum meum diuidat Lycon adolescentibus, in vsum olei, vt ex eo mei & eius qui me honorauerit vtilitate paretur iusta memoria: statuámque nostram locet eo loco vbi conuenienter stare eam perspexerit. Cooperetur autem vnà & Diophantus & Heraclides Demetrij filius. Ex his autem quæ in vrbe sunt, reddat Lycō omnibus quæ prædixi præsens post ipsius discessum, sequantúrque Bulon & Callinus, & quæcunque in funere ac solennibus cæteris impensa fuerint. Tollat autem ea ex his rebus domesticis, quæ ambobus communiter à me relicta sunt. Honoret item & medicos Pasithemin & Midam, dignos profectò magno & honore & pretio, ob summam in me diligentiam & artem. Lego & Callini filio pateras duas,

καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ῥοιάκην ζεῦγος, ψιλοτάπιδα, ἀμφίταπον, περίστρωμα, προσκεφάλαιά δύο τὰ βέλτιστα τῶν καταλειπομένων, ὡς ἂν τὸ ἐφ' ὅσον ἥκει πρὸς τιμὴν, καὶ τούτων φαινώμεθα μὴ ἀμνημονοῦντες. περὶ δὲ τῶν θεραπευόντων ἐμαυτὸν οὕτως διατίθεμαι. Δημητρίῳ μὲν ἐλευθέρῳ πάλαι ὄντι ἀφίημι τὰ λύτρα, καὶ δίδωμι πέντε μνᾶς, καὶ ἱμάτιον καὶ χιτῶνα, ἵνα πολλὰ πονήσας μετ' ἐμοῦ, βίον εὐσχήμονα ἔχῃ. Κρίτωνι δὲ Καλχηδονίῳ, καὶ τούτῳ τὰ λύτρα ἀφίημι, καὶ δίδωμι τέτταρας μνᾶς. καὶ τὸν Μικρὸν ἀφίημι ἐλεύθερον· καὶ θρεψάτω Λύκων αὐτὸν καὶ παιδευσάτω, ἀπὸ τοῦ νῦν χρόνου ἓξ ἔτη. καὶ Χάρητα ἀφίημι ἐλεύθερον· καὶ θρεψάτω Λύκων αὐτόν. καὶ δύο μνᾶς αὐτῷ δίδωμι, καὶ τὰ ἐμὰ βιβλία τὰ ἀνεγνωσμένα· τὰ δ' ἀνέκδοτα, Καλλίνῳ, ὅπως ἐπιμελῶς αὐτὰ ἐκδῷ. δίδωμι δὲ καὶ Σύρῳ ἐλευθέρῳ ὄντι τέτταρας μνᾶς, καὶ τὴν Μηνοδώραν δίδωμι· καὶ εἴ τι μοι ὀφείλει, ἀφίημι αὐτῷ. καὶ Ἱλαρᾷ πέντε μνᾶς,

vxoríque illius gemmas duas, tapetásque, alterum villosum, alterum purum, & sagum & duo puluinaria ex omnibus quæ reliqua sunt optima: vt quantum ad honoris rationem attinet, ne istorum obliti videamur. De his autem qui mihi seruierunt, sic statuo. Demetrio quidem iam diu libero redemptionis pretium remitto, & quinque minas do, & pallium & tunicam, vt qui mecum diu & multum laborauit, honestè vitã exigat. Critoni autem Chalcedonensi similiter redemptionis pretia relaxo, & minas quatuor itidem dari iubeo. Micrum liberum dimitto, ac eum Lyco nutriat, & annos sex ab hoc tempore deinceps erudiat. Charetem itidem dimitto liberum, nutriátque illum Lyco: duásque illi minas do, & libros meos relictos. Eos verò qui necdum editi sunt, Callino, vt illos edat diligenter. Sed & Syro libero minas quatuor lego, & Menodoram do, & siquid mihi debet, relaxo. Hilaræ item quinque minas,

καὶ ἀμφίταπον, καὶ δύο προσκεφάλαια, καὶ περίστρωμα, καὶ κλίνην ἣν ἂν βούληται. ἀφίημι δὲ ἐλευθέραν καὶ τὴν τοῦ Μικροῦ μητέρα, καὶ Νοήμονα, καὶ Δίωνα, καὶ Θέωνα, καὶ ΕΥφράνορα, καὶ Ἑρμείαν· καὶ Ἀγάθωνα, δύο ἔτη παραμείναντα, ἀφεῖσθαι ἐλεύθερον· καὶ τοὺς φορεαφόρους, Ὠφελίωνα καὶ Ποσειδώνιον, τέτταρα ἔτη παραμείναντας. δίδωμι δὲ καὶ Δημητρίῳ καὶ Κρίτωνι καὶ Σύρῳ, κλίνην ἑκάστῳ, καὶ στρώματα τῶν καταλειπομένων, ἃ ἂν φαίνηται Λύκωνι καλῶς ἔχειν. ταῦτα ἔστω αὐτοῖς, ἀποδείξασιν ὀρθῶς ἐφ᾽ ὧν ἕκαστοι τεταγμένοι εἰσί. περὶ δὲ τῆς ταφῆς, ἐάν τε αὐτοῦ βούληται Λύκων θάπτειν, ἐάν τε ἐν οἴκῳ, οὕτω ποιείτω. πέπεισμαι γὰρ αὐτὸν οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ συνορᾶν τὸ εὔσχημον. ταῦτα δὲ πάντα οἰκονομήσαντι κυρία ἔστω ἡ δόσις τῶν ἐνταῦθα. μάρτυρες, Καλλῖνος Ἑρμιονεύς, Ἀρίστων Κεῖος, ΕΥφρόνιος Παιανιεύς.

ΟΥ'τω μέντοι αὐτῷ συνετῶς τὸ πάντα πράττοντι, τά τε περὶ παιδείαν καὶ πάντας λόγους,

& tapetē villosum, & duos puluinos & peristroma, & lectum quencunque voluerit. Liberam item dimitto Micri matrem & Noemonem, & Dionem, & Theonem, & EVphranorem, & Hermiam: & Agathonem, vbi biennij tempus impleuerit, dimitti liberum iubeo, & lecticarios Ophelionem quoque & Possidonium, quum annos quatuor peregerint, inde liberari volo. Demetrio præterea & Critoni, & Syro singulis lectum & stragulam vestem ex residuis relinquo, vt Lyconi conuenire videbitur. Ista illis donabuntur, qui profectò ostenderunt quàm solicitè sibi commissa peregerint: de sepultura verò videbit Lycon, siue me hic siue domi sepeliri maluerit. Certò enim mihi persuasum est, illum quod conueniat honestúmque sit nihilo segnius cernere quàm nos. Quum verò pro veritate præstiterit hæc omnia, rata sit illi eorum quę hic sunt omniū largitio. Testes Callinus Hermioneus, Ariston Chi⁹ EVphroni⁹ Pęaniēsis.

Adeo autem sapienter ille gessit omnia quæ pertinent ad eruditionem & studia humanitatis,

ἰδεῖν ἔστι καὶ τὰ τῆς διαθήκης ἔχουσάν τινα καὶ σφόδρα οἰκονομικῶς τε καὶ ἐπιμελῶς ἴσχει· ὥστε κἀν ταῦτα ζηλωτός.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ.

Δημήτριος Φανοστράτου, Φαληρεύς. οὗτος ἤκουσε μὲν Θεοφράστου. δημηγορῶν δὲ παρ' Ἀθηναίοις, τῆς πόλεως ἐξηγήσατο ἔτη δέκα, καὶ εἰκόνων ἠξιώθη χαλκῶν ἑξήκοντα πρὸς ταῖς τριακοσίαις· ὧν αἱ πλείους ἐφ' ἵππων ἦσαν καὶ ἁρμάτων καὶ συνωρίδων, συντελεσθεῖσαι ἐν οὐδὲ τριακοσίαις ἡμέραις, τοσοῦτον ἐσπουδάσθη. ἄρξασθαι δ' αὐτὸν τῆς πολιτείας φησὶ Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς ὁμωνύμοις, ὁπότε φεύγων Ἀλέξανδρον εἰς Ἀθήνας ἧκεν Ἅρπαλος. πολλὰ δὲ καὶ κάλλιστα τῇ πατρίδι ἐπολιτεύσατο. καὶ γὰρ προσόδοις καὶ κατασκευαῖς ηὔξησε τὴν πόλιν, καίπερ οὐκ εὐγενὴς ὤν. ἦν γὰρ ἐκ τῆς Κόνωνος οἰκίας, (ὡς Φαβωρῖνος ἐν πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων φησὶν) ἀλλ' ἀστῇ καὶ εὐγενεῖ συνῴκει Λαμίᾳ τῇ ἐρωμένῃ, (καθάπερ ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ φησίν·)

vt ad testamenta quoque sua nihilominus diligentiā prudentiámque pertenderit, ita vt in ea quoque parte sit studiosè imitandus.

DEMETRIVS.

Demetrius, Phanostrati filius, Phalereus, auditor quidem fuit Theophrasti: cæterùm quum apud Athenienses cōcionaretur, vrbi præfuit annos decem, æreísque statuis honoratus est trecētis sexaginta, quarum plures equestres erant, & in curribus ac bigis stabant, summóque studio intra trecentos dies consummatæ erant. Cœpisse autem rempub. administrare eo tempore quo Harpalus Alexandrum fugiens Athenas venit, Demetrius Magnesius in Æquiuocis testatur. Diu autem atque præclarè remp. administrauit. Nanque & reditibus & ædificiis ciuitatem auxit, & quidem quum adhuc satis illustris non esset. Erat enim (vt Phauorinus in primo Cōmētariorū ait) ex Cononis familia, verùm vrbana ac nobili. Lamia amica (vt idē ait in primo) vtebatur:

ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Κλέωνός φησιν αὐτὸν παρῃρῆσθαι ἐν τῷ δευτέρῳ. Δίδυμος δ' ἐν Συμποσιακοῖς, καὶ Χαριτοβλέφαρον, καὶ Λαμπιτὼ καλεῖσθαί φησιν αὐτὸν ἀπό τινος ἑταίρας. λέγεται δὲ, ἀποβαλόντα αὐτὸν τὰς ὄψεις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, κομίσασθαι αὖθις παρὰ τοῦ Σαράπιδος· ὅθεν καὶ τοὺς παιᾶνας ποιῆσαι τοὺς μέχρι νῦν ᾀδομένους.

Σφόδρα δὲ λαμπρὸς ὢν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ὅμως ἐπεσκοτίσθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ πάντα διαβιβρώσκοντος φθόνου. ἐπιβουλευθεὶς γὰρ ὑπό τινων, δίκην θανάτου, οὐ παρὼν ὦφλεν. οὐ μὴν ἐκυρίευσαν τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν ἰὸν ἀπήρευξαν εἰς τὸν χαλκόν, κατασπάσαντες αὐτοῦ τὰς εἰκόνας, καὶ τὰς μὲν ἀποδόμενοι, τὰς δὲ βυθίσαντες, τὰς δὲ κατακόψαντες εἰς ἀμίδας (λέγεται γὰρ καὶ τοῦτο) μία δὲ μόνη σώζεται ἐν ἀκροπόλει. Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, τοῦτο ποιῆσαι τοὺς Ἀθηναίους, κελεύσαντος τοῦ βασιλέως. ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐπέγραψαν παρανομίας, ὥς φησι Φαβωρῖνος. [illegible]

sed & à Cleone sese perpessum esse in secundo tradit. Porro Didymus in Symposiacis ipsum & Χαριτοβλέφαρον, & Λαμπιτὼ à meretrice quadam appellarum ait. Fertur, quum Alexandriæ amisisset oculos, à Serapide illos rursus accepisse. Quocirca & pæanas (qui nunc etiam canuntur) fecisse.

Verùm quum apud Athenienses clarissimus esset, & ipse tamē ab ea quæ cuncta consumit invidia, tentatus est. Quippe insidias passus à quibusdam, mortis sententiam absens excepit. Nō tamē eius corpore potiti sunt, verū ipsius deiicientes imagines, ærugine ex industria fœdatas, alias quidem vendiderunt, alias summerserunt, aliasque in frusta conciderunt. Quippe & hoc fertur. Vna autem sola in arce servata est. Fecisse autē hoc Athenienses Demetrio iubente rege, Phauorinus autor est in Omnimoda historia. Sed & imperij ipsius administrationem (vt Phauorinus idē ait) impietatis accusarunt. Enimuero Hermippus eum tradit post

Cassandri

Κασσάνδρου θάνατον φοβηθεὶς Ἀντίγονον, παρὰ Πτολεμαῖον ἐλθὼν τὸν Σωτῆρα καὶ χρόνον ἱκανὸν διατρίβοντα συνεβούλευε τῷ Πτολεμαίῳ περὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ τὴν βασιλείαν τοῖς ἐξ Εὐρυδίκης περιθεῖναι παισί. τοῦ δὲ οὐ πεισθέντος, ἀλλὰ παραδόντος τὸ διάδημα τῷ ἐκ Βερενίκης, μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἀξιωθῆναι πρὸς τούτου παραφυλάττεσθαι ἐν τῇ χώρᾳ μέχρι τι δόξει περὶ αὐτοῦ. ἐνταῦθα ἀθυμότερον διῆγε· καί πως ὑπνώττων, ὑπ' ἀσπίδος τὴν χεῖρα δηχθεὶς, τὸν βίον κατέστρεψε. καὶ θάπτεται ἐν τῷ Βουσείριτι νομῷ, πλησίον Διοσπόλεως. καὶ αὐτῷ ἐπεγράψαμεν ἡμεῖς,

Παρ' ἡμῖν ἀνεῖλεν ἀσπὶς τὸν σοφὸν Δημήτριον,
ἰὸν ἔχουσα πολὺν ἄσμηκτον,
οὐ στίλβουσα φῶς ἀπ' ὀμμάτων, ἀλλ' ἀΐδην μέλανα.

Ἡρακλείδης δ' ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Σωτίωνος διαδοχῶν, τῷ Φιλαδέλφῳ τὴν βασιλείαν θέλειν ἐγχωρῆσαι τὸν Πτολεμαῖον· τὸν δ' ἀποτρέψαι, φάμενον, ἂν ἄλλῳ δῷς, οὐχ ἕξεις.

Cassandri necem Antigoni metu se ad Ptolemæum Soterem contulisse, multúmque illic temporis moratū, inter cætera consuluisse regi vt filiis, quos ex Eurydice susceperat, impartiretur regnum. Illo non obtēperāte, sed ei quem ex Berenice genuerat, diadema tradente, ab hoc ipso post patris mortem fuisse asseruatum in prouincia, quoad aliquid de illo statuisset. Hic ille mœstior vixit: ac veluti dormitans ab aspide manum morsus ex vita migrauit: sepultúsq. est in Busirite regione prope Dioſpolin. Ei quoque nos fecimus epigramma in hunc modum,

Occidit aspis sapientem nostrum Demetrium
Virus habens tetri plurimum:
Non flammam ex oculis coruscās, sed atros inferos.

Porro Heraclides in Epitome successionum Sotionis, Ptolemæū ait Philadelpho cōcedere voluisse regnum, illúmque prohibuisse, dicendo, Si alteri dederis, ipse non habebis.

ἐκινδύνευσε δ' ἐν ταῖς Ἀθήναις, (μανθάνω γὰρ καὶ τοῦτο) Μένανδρος ὁ κωμικὸς παρ' ὀλίγον ἐλθεῖν κριθῆναι δι' οὐδὲν ἄλλο ἢ ὅτι φίλος ἦν αὐτῷ· ἀλλ' αὐτὸν παρῃτήσατο Τελεσφόρος ὁ ἀνεψιὸς τοῦ Δημητρίου.

Quum verò accusaretur Athenis Menander comicus, (nam & hoc audio) parùm abfuit quin capitis exciperet sententiam, ob aliud nihil nisi quod amicus huius esset. Purgauit autem eum Telesphorus Demetrij gener.

Πλήθει δὲ βιβλίων καὶ ἀριθμῷ στίχων σχεδὸν ἅπαντας παρελήλακε τοὺς κατ' αὐτὸν Περιπατητικούς, εὐπαίδευτος ὢν καὶ πολύπειρος παρ' ὁντινοῦν· ὧν ἐστι τὰ μὲν, ἱστορικά· τὰ δὲ, πολιτικά, τὰ δὲ, περὶ ποιητῶν· τὰ δὲ, ῥητορικά, δημηγοριῶν τε καὶ πρεσβειῶν. ἀλλὰ μὴν καὶ λόγων Αἰσωπείων συναγωγαὶ καὶ ἄλλα πλείω. ἔστι δὲ, τὰ περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας, α', β', γ', δ', ε'. περὶ τῶν Ἀθήνησι πολιτῶν, α', β'. περὶ δημαγωγίας, α', β'. περὶ πολιτικῆς, α', β'. περὶ νόμων, α'. περὶ ῥητορικῆς, α', β'. Στρατηγικῶν, α', β'. περὶ Ἰλιάδος, α', β'. περὶ Ὀδυσσείας, α', β', γ', δ'. Πτολεμαῖος, α'. Ἐρωτικὸς, α'. Φαιδώνδας, α'. Μαίδων, α'. Κλέων, α'. Σωκράτης, α'. Ἀριστόμαχος, α'. Ἀρταξέρξης, α'. Ὁμηρικὸς, α'.

Verùm & librorum multitudine ac versuum numero omnes fermè sui temporis Peripateticos superauit, doctissimus atque peritissimus omnium. Sunt autem ipsius monumenta, partim historica, partim politica, poetica alia, alia rhetorica, concionum ac legationum, sed & orationum Æsopiarum collectiones, & complura alia. Sunt autem, De legibus Atheniensium libri quinque, De ciuibus Atheniensibus duo, De ratione ducendi populum duo, De rep. duo, De legibus vnum, De rhetorica duo, De re militari duo, De Iliade duo, De Odyssea quatuor, Ptolemæus vnum, Amatorius vnum, Phædondas vnum, Mædon vnum, Cleon vnū, Socrates vnum, Aristomachus vnum, Artaxerxes vnū, Homeris vnū,

Ἀριστείδης, α΄ Ἀριστόμαχος, α΄ Προτρεπτικὸς, α΄ Ὑπὲρ τῆς πολιτείας, α΄ περὶ τῆς δεκαετίας, α΄ περὶ τῶν Ἰώνων, α΄ πρεσβευτικὸς, α΄ περὶ πίστεως, α΄ περὶ χάριτος, α΄ περὶ τύχης, α΄ περὶ μεγαλοψυχίας, α΄ περὶ γάμου, α΄ περὶ τοῦ δοκοῦ, α΄ περὶ εἰρήνης, α΄ περὶ νόμων, α΄ περὶ ἐπιτηδευμάτων, α΄ περὶ καιροῦ, α΄ Διονύσιος, α΄ Χαλκιδικὸς, α΄ Ἀθηναίων καταδρομὴ, α΄ περὶ Ἀντιφάνους, α΄ προοίμιον ἱστορικὸν, α΄ Ἐπιστολαὶ, α΄ Ἐκκλησία ἔνορκος, α΄ περὶ γήρως, α΄ Δίκαια, α΄ Αἰσωπείων, α΄ χρειῶν, α΄ χαρακτὴρ δὲ φιλόσοφος, εὐτονίᾳ ῥητορικῇ καὶ δυνάμει κεκραμένος.

Οὗτος, ἀκούσας ὅτι τὰς εἰκόνας αὐτοῦ κατέστρεψαν Ἀθηναῖοι, Ἀλλ' οὐ τὴν ἀρετὴν, ἔφη, δι' ἣν ἐκείνας ἀνέστησαν. ἔλεγε μὴ μικρὸν εἶναι μέρος τὰς ὀφρῦς· ὅλῳ γοῦν ἐπισκοτῆσαι δύνασθαι τῷ βίῳ. οὐ μόνον τὸν πλοῦτον ἔφη τυφλὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὁδηγοῦσαν αὐτὸν τύχην. ὅσον ἐν πολέμῳ δύνασθαι σίδηρον, τοσοῦτον ἐν πολιτείᾳ ἰσχύειν λόγον.

Aristides vnum, Aristomachus vnum, Exhortatorius vnum, Pro rep. vnum, De decennio vnum, De Ionibus vnum, De legatione vnum, De fide vnum, De gratia vnum, De fortuna vnũ, De magnificentia vnũ, De legibus vnum, De nuptiis vnum, De trabe vnum, De pace vnum, De studiis vnũ, De tempore vnum, Dionysius vnum, Chalcidicus vnum, Atheniensium incursio vnum, De Antiphane vnum, Prooemium historiarum vnum, Epistolæ vnum, Concio iurata vnum, De senectute vnum, Iura vnum, Æsopiarum vnum, Sententiarum vnum. Porro stilus ipse philosophicus, oratorio robore viribusque permixtus.

Hic vbi comperit Athenienses imagines suas euertisse: At (inquit) virtutem illi non euerterunt, cuius gratia illas erexerant. Aiebat non esse paruum aut negligendum membrum supercilia: posse enim vitam omnem obscurare. Nõ modò diuitias cęcas asserebat, verùm & illarum autorem, fortunam. Quantũ in bello posset ferrum, tantum in rep. eloquentiam valere.

ἰδών ποτε νεανίσκον ἄσωτον, ἰδού, ἔφη, τετράγωνος Ἑρμῆς ἔχων σύρμα, κοιλίαν, αἰδοῖον, πώγωνα. τῶν τετυφωμένων ἀνδρῶν ἔφη τὸ μὲν ὕψος δεῖν περιαιρεῖν, τὸ δὲ φρόνημα καταλείπειν. τοὺς νέους ἔφη δεῖν, ἐπὶ μὲν τῆς οἰκίας τοὺς γονεῖς αἰδεῖσθαι· ἐν δὲ ταῖς ὁδοῖς, τοὺς ἀπαντῶντας· ἐν δὲ ταῖς ἐρημίαις, ἑαυτούς. τοὺς φίλους ἐπὶ μὲν τὰ ἀγαθὰ παρακαλουμένους ἀπιέναι· ἐπὶ δὲ τὰς συμφορὰς, αὐτομάτους. τοσαῦτα καὶ εἰς τοῦτον ἀναφέρεσθαι δοκεῖ.

Quum vidisset aliquando iuuenem luxuriosum, Ecce (inquit) quadratam statuam habens syrma, ventrem, pudenda, barbam. Hominum fastu turgidorum aiebat circumcidi oportere altitudinem, sensumq. relinquere. Iuuenes asserebat oportere domi quidem parentes, in itineribus autem obuios, in solitudine verò seipsos reuereri. Amicos dicebat secundis in rebus adesse aduocatos: in calamitatibus autem, sua sponte atque inuocatos.

Γεγόνασι δὲ Δημήτριοι ἀξιόλογοι, εἴκοσι· πρῶτος, Καρχηδόνιος ῥήτωρ, καὶ Θρασυμάχου πρεσβύτερος· δεύτερος, αὐτὸς οὗτος· τρίτος, Βυζάντιος Περιπατητικός· τέταρτος, καλούμενος γραφικὸς, καὶ σαφὴς διηγήσασθαι· (ἦν δὲ καὶ ὁ αὐτὸς ζωγράφος) πέμπτος, Ἀσπένδιος, μαθητὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Σολέως· ἕκτος, Καλατιανὸς, ὁ γεγραφὼς περὶ Ἀσίας καὶ Εὐρώπης εἴκοσι βίβλους· ἕβδομος, Βυζάντιος, ἐν τρισκαίδεκα βιβλίοις γεγραφὼς τὴν Γαλατῶν διάβασιν ἐξ Εὐρώπης εἰς Ἀσίαν

Fuerunt autem Demetrij memorabiles, viginti. Primus, Chalcedonius orator, Thrasymacho antiquior: secundus, hic ipse: tertius, Byzantius Peripateticus: quartus, qui cognominatus est γραφικὸς, apertus atque ad disserendum facilis, idémque ipse pictor: quintus, Aspendius, Apollonij Solensis discipulus: sextus, Calantianus, qui de Asia & EVropa scripsit libros viginti: septimus, Byzantius, qui tredecim libris Gallorū ex EVropa in Asiā transitū

καὶ ἐν ἄλλοις ὀκτὼ τὰ περὶ Ἀντίοχον καὶ Πτολεμαῖον, καὶ τὴν Λιβύην ὑπ' αὐτῶν διοικουμένην· ὄγδοος, ὁ διατρίψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σοφιστὴς, τέχνας γεγραφὼς ῥητορικάς· ἔνατος, Ἀδραμυττηνὸς, γραμματικὸς, ἐπικληθεὶς Ἰξίων, διὰ τὸ ἀδικῆσαί τι δοκεῖν περὶ τὴν Ἥραν· δέκατος, Κυρηναῖος γραμματικὸς, ὁ ἐπικληθεὶς Στάμνος, ἀνὴρ ἀξιόλογος· ἑνδέκατος, Σκήψιος, πλούσιος καὶ εὐγενὴς ἄνθρωπος, καὶ φιλόλογος ἄκρως (οὗτος καὶ Μητρόδωρον προεβίβασε τὸν πολίτην)· δωδέκατος, γραμματικὸς, Ἐρυθραῖος, πολιτογραφηθεὶς ἐν Τήμνῳ· τρεισκαιδέκατος, Βιθυνὸς Διφίλου τοῦ Στωϊκοῦ υἱὸς, μαθητὴς δὲ Παναιτίου τοῦ Ῥοδίου· τεσσαρεσκαιδέκατος, ῥήτωρ Σμυρναῖος.

Καὶ οὗτοι μὲν λογικοί. ποιηταὶ δὲ· πρῶτος, ἀρχαίαν κωμῳδίαν πεποιηκώς· δεύτερος, ἐποποιὸς, οὗ μόνα σώζεται ταῦτα πρὸς τοὺς φθονεροὺς εἰρημένα τάδε,

Ζῶντα ἀτιμάσαντες, ἐπιποθοῦσι θανόντα.

& octo aliis Antiochi & Ptolemæi gesta, Libyæque sub ipsis administrationem conscripsit: octauus, sophista, qui moratus Alexandriæ, artes oratorias scripsit: nonus, Adramyttinus grammaticus, Ixion appellatus, quòd Iunonem in aliquo iniuriis affecisse videretur: decimus, Cyrenæus grãmatic⁹, cognomẽto Strannus, vir sanè memorabilis: vndecimus, Sceptius, vir diues ac nobilis, & in primis studiosus: (hic etiam Metrodorum ciuem promouit) duodecimus, grammaticus Erythræus, ciuis adscriptus in Mno. decimus tertius, Bithynius Diphyli Stoici filius, discipulusque Panætij Rhodij: decimus quartus, orator Smyrnæus.

Atque isti quidem prosa oratione scripserunt. poetæ autem hi: Primus, qui comœdiam scripsit: secundus, epicus poeta, cuius illa sola habentur quæ aduersus inuidos scripsit.

Oderunt viuum, quem mox post funera quærent.

Καί ποθ' ὑπὲρ τύμβοιο καὶ ἀπνόου εἰδώλοιο
Ἄστεα νεῖκος ἐπῆλθεν, ἔειν δ' ἐστήσατο λαός.

τρίτος, Ταρσικός, σατυρογράφος· τέταρτος, ἰάμβους γεγραφώς, πικρὸς ἀνήρ· πέμπτος, ἀνδριαντοποιός, οὗ μέμνηται Πολέμων· ἕκτος, Ἐρυθραῖος, ποικιλογράφος ἄνθρωπος, καὶ ἱστορικὰ καὶ ῥητορικὰ πεποίηκε βιβλία.

Et super exanimi nonnunquam
umbra atque sepulchro
Contendere urbes ample populique potentes.

tertius, ex Tarso, satyricus; quartus, iambicus, vir amarulentus: quintus, sculptor, cuius Polemo meminit: sextus, Erythræus, varius scriptor, qui historicos & oratoricos conscripsit libros.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ.

Ἡρακλείδης Εὐθύφρονος, Ἡρακλεώτης, τοῦ Πόντου, ἀνὴρ πλούσιος. Ἀθήνησι δὲ παρέβαλε πρῶτον μὲν Σπευσίππῳ· ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων διήκουσε, καὶ τὰ Πλάτωνος ἐζηλώκει· καὶ ὕστερον ἤκουσεν Ἀριστοτέλους, ὥς φησι Σωτίων ἐν Διαδοχαῖς. οὗτος ἐσθῆτί τε μαλακῇ ἐχρῆτο, καὶ ὑπέρογκος ἦν τὸ σῶμα, ὥστε αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν μὴ Ποντικὸν, ἀλλὰ Πομπικὸν καλεῖσθαι, πρᾷός τε ἦν τὸ βάδισμα καὶ σεμνός.

Φέρεται δ' αὐτοῦ συγγράμματα κάλλιστά τε καὶ ἄριστα. Διάλογοι, ὧν ἠθικὰ μὲν, περὶ

HERACLIDES.

Heraclides Euthyphronis filius, Heracleotes, è Ponto, vir diues, Athenas concessit. Vbi primùm quidem Speusippo se in disciplinam dedit, Pythagoreórumque auditor fuit, Platonémque imitari nitebatur. Postremò (vt Sotion in Successionibus ait) Aristotelem audiuit. Hic mollicula veste vtebatur, tumétiq. fuit corpore, adeò vt illum Attici non iam Ponticum, sed Pompicum vocarent. Porro incessu mitis erat & verendus.

Feruntur ingenij illius monumenta præclara atque optima. Dialogi, quorum quæ ad mores instituendos faciunt, sunt hæc. De

δικαιοσύνης γ΄ ἓν δέ, περὶ
σωφροσύνης· περὶ τε εὐσε-
βείας α΄· καὶ περὶ ἀνδρείας α΄·
κοινῶς τε περὶ ἀρετῆς α΄· π-
ερὶ εὐδαιμονίας α΄· περὶ ἀρ-
χῆς α΄ καὶ Νόμων α΄· καὶ τῶν
συγγενῶν τούτοις· περὶ ὀνομά-
των α΄· Συνθῆκαι α΄· ἀκού-
σιος ἐρωτικὸς, καὶ Κλεινίας,
α΄. φυσικὰ δὲ, περὶ νοῦ. περὶ
ψυχῆς, καὶ κατ' ἰδίαν, περὶ
ψυχῆς, καὶ περὶ φύσεως, περὶ
εἰδώλων, πρὸς Δημόκριτον
περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ, α΄· περὶ τῶν
ἐν ᾅδου· περὶ βίων, α΄ β΄·
αἰτίαι περὶ νόσων, α΄· πε-
ρὶ τἀγαθοῦ, α΄· πρὸς τὰ
Ζήνωνος, α΄· πρὸς τὰ
Μήτρωνος, α΄. γραμματι-
κὰ δὲ, περὶ τῆς Ὁμήρου
καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας, α΄ β΄·
περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμή-
ρου, α΄ β΄· καὶ μουσικὰ δὲ,
περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ
Σοφοκλεῖ, α΄ β΄ γ΄· περὶ μου-
σικῆς, α΄ β΄· λύσεων Ὁμη-
ρικῶν, α΄ β΄· Θεωρηματι-
κὸν, α΄· περὶ τῶν τριῶν τρα-
γῳδοποιῶν, α΄· Χαρακτῆ-
ρες, α΄· περὶ ποιητικῆς καὶ
τῶν ποιητῶν, α΄· περὶ στο-
χασμοῦ, α΄· Προειδήσεων,
α΄· Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις,

iustitia tres, vnum, De temperantia, De pietate, De fortitudine, communitérque De virtute vnum, De felicitate vnum, De principio vnum, De legibus vnũ, déque his affinibus, De nominibus vnum, Pacta vnum, Inuitus amatorius, & Clinias vnum. Naturales verò, De mente, De anima, seorsúmque De anima, & de natura, De imaginibus seu simulacris. Aduersus Democritum, De cælis vnum, De his quæ sunt apud inferos, De vitis duo, De causis morborum vnum, De bono vnum, Aduersus Zenonem vnũ, Aduersus Metronem vnum. Grammatici verò, De Homeri & Hesiodi ætate duo, De Archilocho & Homero duo. Musici verò de his qui apud Euripidem & Sophoclem reperiuntur, duo, De musica duo, Solutionũ Homericarum duo, Theorematicus vnum, De tribus tragicis vnum, Figuræ vnum, De poetica & poeticis vnum, De coniectura vnum, De præscientia vnũ, Heracliti enarrationes quatuor, in Democritum

ἐξηγήσεις, α΄. λύσεων ἐριστικῶν, α΄, β΄. Ἀξίωμα, α΄. περὶ εἰδῶν, α΄. λύσεις, α΄. Ὑποθῆκαι, α΄. Πρὸς Διονύσιον, α΄. ῥητορικὰ γ΄, περὶ τοῦ ῥητορεύειν, ἢ Πρωταγόρας. ἱστορικά, περὶ Πυθαγορείων, καὶ Περὶ εὑρημάτων. τούτων τὰ μὲν κωμικῶς πέπλακεν, ὡς τὸ περὶ ἡδονῆς, καὶ περὶ σωφροσύνης· τὰ δὲ, τραγικῶς, ὡς τὸ περὶ τῶν καθ᾽ ᾅδου, καὶ τὸ περὶ εὐσεβείας, καὶ τὸ περὶ ἐξουσίας. ἔστι δ᾽ αὐτῷ καὶ μεσότης τις ὁμιλητικὴ φιλοσόφων τε καὶ στρατηγικῶν καὶ πολιτικῶν ἀνδρῶν πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένων. ἀλλὰ καὶ γεωμετρικὰ ἔστιν αὐτοῦ καὶ διαλεκτικά. ἄλλως τε καὶ ἐν ἅπασι ποικίλος τε καὶ διηρημένος τὴν λέξιν ἐστὶ, καὶ ψυχαγωγεῖν ἱκανῶς δυνάμενος.

Δοκεῖ δὲ καὶ τὴν πατρίδα τυραννουμένην ἐλευθερῶσαι, τὸν μόναρχον κτείνας, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν ὁμωνύμοις. ὃς καὶ τοιόνδε ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ· θρέψαι αὐτὸν δράκοντα ἐκ νέου, καὶ αὐξηθέντα, ἐπειδὴ τελευτᾶν ἔμελλε,

enarrationes, vnum, Solutionum, quæ in contentionem veniunt, duo, Proloquium vnum, De speciebus vnum, Solutiones vnum, Monita ad Dionysium; vnum, Rhetorici duo, De oratoris officio siue Protagoras. Historici, De Pythagoreis, & De inuentis. Ex his alia quidem comice finxit, sicuti De voluptate & pudicitia: alia tragice, sicut De iis quæ sunt apud inferos, & De pietate, & De potestate. Obseruat autē sæpenumero & mediocritatem in dicendo quandam, veluti philosophis, & ducibus, ciuibúsque viris adinuicem loquētibus. Extāt illius scripta & De geometria & De dialectica. Est autem in omni genere orationis varius, & dictione distinctus, maximámque habet capiendi animos atque oblectandi vim.

Sunt qui asserant illum & patriam à tyranno liberasse, eo necato (vt ait Demetrius Magnesius in ὁμωνύμοις) qui de illo tale aliquid tradit, Nutrisse eum à puero draconem, & quum iam moriturus esset, iussisse cuidam ex necessariis,

κελεῦσαι τινὶ τῶν πιστῶν αὐτοῦ τὸ σῶμα κατακρύψαι, τὸν δὲ δράκοντα ἐπὶ τῆς κλίνης θεῖναι, ἵνα δόξειεν εἰς θεοὺς μεταβεβηκέναι. ἐγένετο δὲ πάντα. καὶ μεταξὺ παραπεμπόντων τὸν Ἡρακλείδην τῶν πολιτῶν, καὶ εὐφημούντων, ὁ δράκων ἀκούσας τῆς ἐπιβοῆς, ἐξέδυ τῶν ἱματίων, καὶ διετάραξε τοὺς πλείστους. ὕστερον μέντοι ἐξεκαλύφθη πάντα, καὶ ὤφθη Ἡρακλείδης οὐχ οἷος ἐδόκει, ἀλλ' οἷος ἦν. καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχον,

Ἤθελες ἀνθρώποισι λιπεῖν φάτιν, Ἡρακλείδη,
Ὥς ῥα θανὼν ἐγένου ζωὸς ἅπας δράκων.
Ἀλλὰ διεψεύσθης σεσοφισμένε. δὴ γὰρ ὁ μὲν θὴρ
Ἦν δράκων, σὺ δὲ θὴρ οὐ σοφὸς ὢν ἑάλως.

Ταῦτα δέ φησι καὶ Ἱππόβοτος. Ἕρμιππος δὲ λιμοῦ κατασχόντος τὴν χώραν φησὶν αἰτεῖν τοὺς Ἡρακλεώτας τῆς Πυθίας λύσιν. τὸν δ' Ἡρακλείδην διαφθεῖραι χρήμασι τούς τε θεωροὺς καὶ τὴν προειρημένην, ὥστ' ἀνειπεῖν ἀπαλλαγήσεσθαι τῶν κακῶν, εἰ ζῶν μὲν Ἡρακλείδης

vt eius corpus occuleret, draconémque supponeret lectulo, vt putaretur ad deos migrasse: factúmque est vt ille mandauerat. Interea quum Heraclidem efferent ciues, atque laudibus prosequerentur, audito clamore draco ex vestibus prodiit, perturbauítque plurimos. Tandem verò aperta sunt omnia, visúsque est Heraclides, non qualis putari voluit, sed qualis erat. Est & in hunc nostrum epigramma,

Mirum Heraclides quid tantum optaueris amens,
Post mortem nobis vt crederere draco.
Falsus at es, (mihi crede) fuit nam bellua verè
Ille draco, sed eras bellua, non sapiens.

Hæc Hippobotus quoque ait. Cæterum Hermippus Heracleotas tradit, quum fames vastaret prouinciam, incommodi absolutionem ex Pythia quæsisse. Porro Heraclidem theoros, & quam memorauimus Pythiam quoque corrupisse pecuniis, vt dicerent tum demum eos leuandos incommodis, si & viuum Heraclidem

ὁ Εὐθύφρονος χρυσῷ στεφάνῳ στεφανώσειν αὐτὸν ἀποθανόντα, ὡς ἥρωα τιμῶν. ἐκομίσθη ὁ δῆθεν χρησμός, καὶ οὐδὲν ὤναντο οἱ πλάσαντες αὐτόν. αὐτίκα γὰρ ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανούμενος ὁ Ἡρακλείδης, ἀπόπληκτος ἐγένετο, οἱ δὲ θεωροὶ καταλευσθέντες διεφθάρησαν. ἀλλὰ καὶ ἡ Πυθία τὴν αὐτὴν ὥραν κατιοῦσα εἰς τὸ ἄδυτον, καὶ ἐπιστᾶσα ἑνὶ τῶν δρακόντων δηχθεῖσα, παραχρῆμα ἀπέπνευσε. καὶ τὰ μὲν περὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ τοσαῦτα.

Euthyphronis filium, aurea corona honorarent, & vita functum, vt heroem venerarentur. At vbi oraculum delatum est, nihil eos qui hanc scenam finxerant, inde esse lucratos. Cōtinuò enim coronatum in theatro Heraclidem stupidum atque tactum fidere esse, theoros verò denuo lutos interiisse, Pythiamque ipsa hora quum ascendisset in adytum, draconis morsu continuò efflasse animam. atque ista quidem de ipsius morte.

φησὶ δ' Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς καὶ τραγῳδίας αὐτὸν ποιεῖν, καὶ Θέσπιδος αὐτὰς ἐπιγράφειν. Χαμαιλέων τέ τὰ παρ' ἑαυτοῦ φησὶ κλέψαντα αὐτόν, τὰ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου γράψαι. ἀλλὰ καὶ Αὐτόδωρος Ἐπικούρειος ἐπιτιμᾷ αὐτῷ, τοῖς περὶ δικαιοσύνης ἀντιλέγων. ἔτι καὶ Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος ἢ Σπίνθαρος, (ὡς ἔνιοι) γράψας τὸν Παρθενοπαῖον, ἐπέγραψε Σοφοκλέους. ὁ δὲ πιστεύσας, εἴς τι τῶν ἰδίων συγγραμμάτων ἐχρῆτο μαρτυρίοις ὡς Σοφοκλέους.

Tradit autem Aristoxenus musicus illum tragoedias etiam scripsisse, Thespidisque illas prenotasse titulo. Chamaeleon quoque ait illa sua furatum de Homero & Hesiodo scripsisse. Autodorus quoque Epicureus illum arguit, contradicens iis quae ille De iustitia scripsit. Insuper & Dionysius Metathemenus, seu (vt alij volunt) Spintharus Parthenopeum scribens, Sophocli inscripsit. Ille ita credens, in quibusdam Commentariis suis eius testimoniis veluti Sophoclis vtitur.

ἀγνοοῦντος δ' ὁ Διονύσιος
ἐμήνυσεν αὐτῷ τὸ γεγονός· τοῦ
δ' ἀρνουμένου καὶ ἀπιστοῦντος,
ἐπέστειλεν ἰδεῖν τὴν παρα-
στιχίδα· καὶ εἶχε πάγκαλος.
Ἔνιοι δ' τὸν Σωσίθεον Διονύ-
σιον. ὡς δ' ἔτι ἀπιστῶν ἔλε-
γε, κατὰ τύχην ἐνδέχεσθαι
οὕτως ἔχειν, πάλιν ἀντεπέστει-
λεν ὁ Διονύσιος, ὅτι καὶ ταῦτα
εὑρήσεις,

Γέρων πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται
πάγῃ.

Ἁλίσκεται μὲν, μετὰ χρόνον δ'
ἁλίσκεται.

καὶ πρὸς τούτοις, Ἡρακλείδης
γράμματα οὐκ ἐπίσταται, οὐδ'
ᾐσχύνθη.

Γεγόνασι δ' Ἡρακλεῖδαι
τεσσαρεσκαίδεκα· πρῶτος,
αὐτὸς οὗτος· δεύτερος, πολί-
της αὐτοῦ, πυρρίχας καὶ φλυα-
ρίας συντεταγμένος· τρίτος,
Κυμαῖος, γεγραφὼς Περσικὰ
ἐν πέντε βιβλίοις· τέταρτος,
Κυμαῖος, ῥήτωρ τέχνας γεγρα-
φώς· πέμπτος, Καλλατιανὸς ἢ
Ἀλεξανδρεὺς, γεγραφὼς τὴν
Διαδοχὴν ἐν ἓξ βιβλίοις. καὶ
Λεμβευτικὸν λόγον, ὅθεν καὶ
Λέμβος ἐκαλεῖτο· ἕκτος, Ἀ-
λεξανδρεὺς, γεγραφὼς τὰ
Περσικὰ ἰδιώματα· ἕβδομος,

id sentiens Dionysius, illo negante & diffitente, misit ex exemplari videndos versus: & ita per omnia habebant. Amabat autem iste Dionysium: verùm ille neque ita fidē accommodans, fortè aiebat & fieri posse vt ita se haberet: rursus ad illū scripsit Dionysius, Hęc profectò comperies,

Laqueo vetustam non prehendes simiam:
Prendes quidem illam, quanuis ęgrè illā denique.

Et ad hæc, Heraclides literas ignorat, nec erubescit.

Fuerunt autem XIIII Heraclidæ. Primus, hic ipse: secundus, conterraneus huius, qui pyrrhichas nugásque composuit: tertius, Cumanus, qui Persica quinque libris absoluit: quartus, Cumanus orator qui artes rhetoricas scripsit: quintus, Callitianus siue Alexandrinus, qui sex libris Successionem explicuit, orationémque Lembeuticam, vnde & Lembus vocabatur: sextus, Alexandrinus, Persicarum proprietatum scriptor: septimus,

διαλεκτικὸς Βαργυλιήτης, κατ' Ἐπικούρου γεγραφώς· ὄγδοος, ἰατρὸς τῶν ἀπὸ Ἱκεσίου· ἔνατος, ἰατρὸς Ταραντῖνος ἐμπειρικός· δέκατος, ποιητικός, παραινέσεις γεγραφώς· ἑνδέκατος, ἀνδριαντοποιὸς, Φωκαεὺς· δωδέκατος, ἐπιγραμμάτων ποιητής, ἀστεῖος· τρισκαιδέκατος, Μάγνης, Μιθριδατικὰ γεγραφώς· τεσσαρεσκαιδέκατος, ἀστρολογούμενα συγγεγραφώς.

dialecticus Bargyleites qui contra Epicurum scribit: octauus, medicus Nicesius: nonus, medicus Tarentinus empiricus: decimus, poeticus, qui praecepta cōscripsit: vndecimus, sculptor Phocensis: duodecimus, argutus epigrammatum poeta: decimus tertius, Magnesius, qui scripsit Mithridatica: decimus quartus, qui conscripsit De astrologia.

264a

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ ΠΕΡΙ βίων, δογμάτων καὶ ἀποφθεγμάτων, τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, βιβλίον ς' τῶν ι'.

DIOGENIS LAERTII de vitis, dogmatis & apophtegmatis eorum qui in philosophia claruerunt,

Liber VI.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Ἀντισθένης, Ἀντισθένους, Ἀθηναῖος. ἐλέγετο δ' οὐκ εἶναι ἰθαγενής· ὅθεν πρὸς τὸν ὀνειδίζοντα εἰπεῖν, Καὶ ἡ μήτηρ τῶν θεῶν, Φρυγία ἐστίν. ἐδόκει γὰρ εἶναι Θρᾴττης μητρός. ὅθεν καὶ ἐν Ταναγραίᾳ τῇ μάχῃ εὐδοκιμήσας, ἔδωκε λέγειν Σωκράτει, ὡς οὐκ ἂν ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων οὕτω γεγόνοι γενναῖος. καὶ αὐτὸς δὲ τοὺς Ἀθηναίους, ἐπὶ τῷ γηγενεῖς εἶναι σεμνυνομένους, ἐκφαυλίζων, ἔλεγε μηδὲν εἶναι κοχλιῶν καὶ ἀττελέβων εὐγενεστέρους.

ANTISTHENES.

Antisthenes Antisthenis filius, Atheniensis fuit. Dicebatur autem non esse indigena. Quod quum sibi probro daretur, dixisse fertur, Et Deũ mater Phrygia est. videbatur enim illius mater ex Thracia. Vnde quum in Tanagrensi pugna fortiter se gessisset, autor fuit Socrati vt diceret, Ex duobus Atheniensibus ita fortem nunquã natum esse. Ipse quoq. Atheniẽsibus, quòd indigenę essent gloriãtibus, exprobrãs, dicebat, illos brucis & cochleis nihilo nobiliores.

ΟΥ͂τος κατ' ἀρχὰς μὲν ἤκουσε Γοργίου τοῦ ῥήτορος. ὅθεν τὸ ῥητορικὸν εἶδος ἐν τοῖς διαλόγοις ἐπιφέρει, καὶ μάλιστα ἐν τῇ ἀληθείᾳ καὶ τοῖς προτρεπτικοῖς. φησὶ δ' Ἕρμιππος ὅτι προῄρητο ἐν τῇ τῶν Ἰσθμίων πανηγύρει ψέξαι τε καὶ ἐπαινέσαι Ἀθηναίους, Θηβαίους, Λακεδαιμονίους· εἶτα μέντοι παραιτήσασθαι, ἰδόντα πλείστους ἐκ τῶν πόλεων ἀφιγμένους. ὕστερον δὲ παρέβαλε Σωκράτει, καὶ τοσοῦτον ὤνατο αὐτοῦ ὥστε παρῄνει τοῖς μαθηταῖς γενέσθαι αὐτοῦ πρὸς Σωκράτην συμμαθητάς. οἰκῶν τε ἐν Πειραιεῖ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τοὺς τετταράκοντα σταδίους ἀνιών, ἤκουσε Σωκράτους. παρ' οὗ καὶ τὸ καρτερικὸν λαβών, καὶ τὸ ἀπαθὲς ζηλώσας, κατῆρξε πρῶτος τοῦ κυνισμοῦ.

Hic initio quidem Gorgiam audiuit oratorem. Vnde & in dialogis oratorium dicendi genus exprimit, maximéque in veritate & exhortatione. Hermippus autem ait illum in celebritate Isthmia vituperare ac laudibus efferre solitum Athenienses, Thebanos, & Lacedæmonios, deinde id vitasse, intuentem plurimos ex vrbe confluere. Postremò Socrati sese addixit, tãtumque cum illo profecit, vt moneret discipulos, vt sui sub Socrate essent condiscipuli. Commorántque in Pireo quotidie, quadraginta stadiis emensis audiebat Socratem, à quo & tolerantiam addiscens, tranquillitatis illius imitator effectus, Cynicam primus sectam instituit, princépsque in ea fuit.

Καὶ ὅτι ὁ πόνος ἀγαθόν, συνέστησε διὰ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους καὶ τοῦ Κύρου· τὸ μὲν ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων· τὸ δὲ ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἑλκύσας. πρῶτός τε ὡρίσατο λόγον, εἰπών, Λόγος ἐστὶν ὁ τὸ τί ἦν ἢ ἔστι δηλῶν. ἔλεγέ τε συνεχές, Μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην. καί, χρὴ τοιαύταις

Quòdque labor bonum esset, magni Herculis ac Cyri exemplo persuadebat, id à Græcis, hoc à barbaris, mutuatus, primusque definiuit sermonem, dicens, Sermo est qui quicquid sit aut fuerit, exprimit. Dicebat autem identidẽ, Insania potius quàm voluptate afficiar. & illud, Cũ eiusmodi

πλησιάζειν γυναιξὶν, αἳ χάριν εἴσονται. πρὸς τὸ Ποντικὸν μειράκιον μέλλον φοιτᾶν αὐτῷ, καὶ πυθόμενον τίνων αὐτῷ δεῖ, φησὶ, Βιβλιαρίου καινοῦ, καὶ γραφείου καινοῦ, καὶ πινακιδίου καινοῦ· τὸν νοῦν παρεμφαίνων. πρὸς δὲ τὸν ἐρόμενον ποίαν γήμῃ, ἔφη, Ἂν μὲν καλὴν ἕξεις, κοινήν· ἂν δὲ αἰσχρὰν, ἕξεις ποινήν. ἀκούσας ποτὲ ὅτι Πλάτων αὐτὸν κακῶς λέγει, Βασιλικὸν (ἔφη) καλῶς ποιοῦντα, κακῶς ἀκούειν. μυούμενός ποτε τὰ Ὀρφικὰ, τοῦ ἱερέως εἰπόντος ὅτι οἱ ταῦτα μυούμενοι πολλῶν ἀγαθῶν ἐν ᾅδου μετίσχουσι, Τί οὖν (ἔφη) οὐκ ἀποθνήσκεις; ὀνειδιζόμενός ποτε ὡς οὐκ εἴη ἐκ δύο ἐλευθέρων, Οὐδὲ γὰρ ἐκ δύο (ἔφη) παλαιστικῶν, ἀλλὰ παλαιστικός εἰμι. ἐρωτώμενος διὰ τί ὀλίγους ἔχει μαθητὰς, ἔφη, Ὅτι ἀργυρέᾳ αὐτοὺς ἐκβάλλω ῥάβδῳ. ἐρωτηθεὶς διὰ τί πικρῶς τοῖς μαθηταῖς ἐπιπλήττει, Καὶ οἱ ἰατροὶ, φησὶ, τοῖς κάμνουσιν. ἰδών ποτε μοιχὸν φεύγοντα, Ὦ δυστυχὴς (εἶπε) πηλίκον κίνδυνον ὀβολοῦ διαφυγεῖν ἐδύνασο.

mulieribus consuetudinem habendam, quæ beneficio beneficium retalient. Pontico adolescenti, quum se illi in disciplinam dare vellet, rogarétque, quanam re sibi opus esset, Libro (inquit) nouo & stilo nouo, nouáque tabella: animum significans. Interroganti cuiusmodi vxoré duceret, Si (inquit) formosam duxeris, communem habiturus es: si deformem, pœnã. Quum audisset Platonem aliquando sibi maledicere, Regium (inquit) est malè audire, quum benefeceris. Quumque aliquando Orphicis mysteriis initiaretur, diceretque sacerdos, eiusmodi initiatos bonis plurimis apud inferos perfrui, Cur igitur, ait, ipse nõ moreris? Probro ei dabatur aliquando, quòd non esset ex duobus liberis genitus. Neque (inquit) ex duobus luctatoribus, & tamen luctator sum. Interrogatus cur paucos haberet discipulos, Quòd, inquit, argentea illos virga eiicio. Rogatus item cur in discipulos acriter inueheretur, Et medici, inquit, in languidos. Quum vidisset aliquando fugienté mœchum, O, inquit, infelix, quantum periculi vno obolo vitare potuisti!

κρεῖττον ἔλεγε (καθά φησιν Ἑκάτων ἐν ταῖς χρείαις) εἰς κόρακας ἢ εἰς κόλακας ἐμπεσεῖν· οἱ μὲν γὰρ νεκρούς, οἱ δὲ ζῶντας ἐσθίουσιν. ἐρωτηθεὶς τί μακαριώτατον ἐν ἀνθρώποις, ἔφη, εὐτυχοῦντα ἀποθανεῖν. γνωρίμου ποτὲ πρὸς αὐτὸν ἀποδυρομένου, ὡς εἴη τὰ ὑπομνήματα ἀπολωλεκώς, ἔδει γὰρ (ἔφη) ἐν τῇ ψυχῇ αὐτὰ καὶ μὴ ἐν τοῖς χάρταις καταγράφειν. ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτως ἔλεγε τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι. τοὺς βουλομένους ἀθανάτους εἶναι, ἔφη δεῖν ζῆν εὐσεβῶς καὶ δικαίως. τότ' ἔφη τὰς πόλεις ἀπόλλυσθαι, ὅταν μὴ δύνωνται τοὺς φαύλους ἀπὸ τῶν σπουδαίων διακρίνειν. ἐπαινούμενός ποτε ὑπὸ πονηρῶν, ἔφη, Ἀγωνιῶ μή τι κακὸν εἴργασμαι. ὁμονοούντων ἀδελφῶν συμβίωσιν, παντὸς ἔφη τείχους ἰσχυροτέραν εἶναι. τοιαῦτα ἔφη δεῖν ποιεῖσθαι ἐφόδια, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συγκολυμβήσει. ὀνειδιζόμενός ποτε ἐπὶ τῷ πονηροῖς συγγενέσθαι, Καὶ οἱ ἰατροί, φησί, μετὰ τῶν νοσούντων εἰσίν, ἀλλ' οὐ πυρέττουσιν. ἄτοπον ἔφη, τοῦ μὲν σίτου τὰς αἴρας ἐκλέγειν,

Præstare dicebat (vt Hecaton ait) necessitate vrgente in coruos quàm in assentatores incidere: illos quippe, mortuos; istos, viuentes deuorare. Rogatus quidnam apud homines esset beatissimum, Felicē, inquit, mori. Familiari quodam apud se deplorante quòd perdidisset Commētaria, Oportebat, inquit, ista animo potius quàm chartis inscribere. Sicuti rubigo ferrū, ita inuidiam inuidos consumere aiebat. Eos qui caperént immortales esse, oportere dicebat piè viuere ac iustè. Ciuitas tunc interire aiebat, quum bonos discernere nequeunt à malis. Quum aliquando à malis laudaretur, Misere, inquit, metuo ne fortè mali quippiam fecerim. Fratrum qui essent cōcordes, conuictum omni muro dixit esse fortiorem. Ea dicebat paranda viatica, quæ cum naufragio simul enatarent. Probro illi dabatur aliquando quòd cōgrederetur malis: At medici, inquit, inter ægrotos versantur, neque tamen febricitāt. Absurdum esse dicebat, triticū purgare lolio,

καὶ ἐν τῷ πολέμῳ τοὺς ἀχρείους· ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ τοὺς φθονεροὺς μὴ παραιτεῖσθαι. Ἐρωτηθεὶς τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη, Τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν. Εἰπόντος αὐτῷ τινὸς παρὰ πότον, ᾆσον, Σύ μοι, φησὶν, αὔλησον. Διογένει χιτῶνα αἰτοῦντι, πτύξαι προσέταξε θοἰμάτιον. Ἐρωτηθεὶς τί τῶν μαθημάτων ἀναγκαιότατον, ἔφη, Τὸ κακὰ ἀπομαθεῖν. Παρεκάλει τε κακῶς ἀκούοντας καρτερεῖν μᾶλλον ἢ εἰ λίθοις τις βάλλοιτο. Ἔσκωπτε Πλάτωνα ὡς τετυφωμένον. Πομπῆς οὖν γενομένης ἵππον θεασάμενος φρυακτὴν, φησὶ πρὸς τὸν Πλάτωνα, ἐδόκεις μοι καὶ σὺ ἵππος ἂν εἶναι λαμπρυντής. Τοῦτο δὲ ἐπεὶ καὶ συνεχὲς ὁ Πλάτων ἵππον ἐπῄνει. Καί ποτ' ἐλθὼν πρὸς αὐτὸν νοσοῦντα, καὶ θεασάμενος λεκάνην ἔνθα ὁ Πλάτων ἐμημέκει, ἔφη, Χολὴν μὲν ὁρῶ ἐνταῦθα, τῦφον δὲ οὐχ ὁρῶ. Συνεβούλευεν Ἀθηναίοις τοὺς ὄνους ἵππους ψηφίσασθαι. Ἄλογον δὲ ἡγουμένων, ἀλλὰ μὴν καὶ στρατηγοί, φησί, γίνονται παρ' ὑμῖν μηδὲν μαθόντες, μόνον δὲ χειροτονηθέντες. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Πολλοί σε ἐπαινοῦσι,

bellúmque inutili militē: rem verò publicam inuidis non exhaurire. Rogatus quidnam ex philosophia lucratus esset, Mecum, ait, colloqui posse. Cuidam ipsi in conuiuio dicenti, Cane, Tu (inquit) tibias infla. Diogeni tunicam petenti, pallium explicari iussit. Interrogatus quænam esset disciplina magis necessaria, Mala (inquit) dediscere. Eos hortabatur qui maledictis incesserentur, tolerare, magis quàm si lapidibus se quispiam ageret. Platonem insimulabat vt fastu turgidum. Quum ergo fieret pompa, inspiciens hinnientem frementémque equum, ad Platonem cōuersus, Tu (inquit) iudicio meo præclarus fuisses equus. Venerat aliquandò ad eum mala valetudine affectum, & quum vas cerneret vbi Plato vomuerat, Bilem (inquit) video, fastum verò non video. Atheniensibus consulebat, asinos vt equos deligerent. Quod quum illi ab omni ratione alienum dicerent, At, inquit, apud vos duces erunt qui nihil didicerunt, sólúmque designati sunt. Dicenti ipsi cuidam, Multi te laudant,

Τί γὰρ, ἔφη, κακὸν πεποίηκα; στρέψαντος αὐτοῦ τὸ διερρωγὸς τοῦ τρίβωνος εἰς τὸ προφανὲς, Σωκράτης ἰδὼν, φησὶν, Ὁρῶ σου διὰ τοῦ τρίβωνος τὴν φιλοδοξίαν. ἐρωτηθεὶς ὑπό του, (καθά φησι Φανίας ἐν τῷ περὶ τῶν Σωκρατικῶν) τί ποιῶν καλὸς κἀγαθὸς ἔσοιτο, ἔφη, Εἰ τὰ κακὰ ἃ ἔχεις, ὅτι φευκτά ἐστι, μάθοις παρὰ τῶν εἰδότων. πρὸς τὸν ἐπαινοῦντα τρυφὴν, Ἐχθρῶν παῖδες, ἔφη, τρυφήσαιεν. πρὸς τὸ παρασχηματίζον αὑτὸ τῷ πλάστῃ μειράκιον, Εἰπέ μοι, φησὶν, εἰ φωνὴν λάβοι ὁ χαλκὸς, ἐπὶ τίνι ἂν σεμνυνθείη; τοῦ δ' εἰπόντος, Ἐπὶ κάλλει· Οὐκ αἰσχύνῃ οὖν, ἔφη, τὰ ὅμοια γεγηθὼς ἀψύχῳ; Ποντικοῦ νεανίσκου πολυωρήσειν αὐτοῦ ἐπαγγελλομένου, εἰ τὸ πλοῖον ἀφίκοιτο τῶν ταρίχων, λαβὼν αὐτὸν καὶ θύλακον κενὸν, πρὸς ἀλφιτόπωλιν ἧκε, καὶ σαξάμενος ἀπῄει. τῆς δὲ αἰτούσης τὸ διάφορον, Ὁ νεανίσκος, ἔφη, δώσει ἐὰν τὸ πλοῖον αὐτοῦ τῶν ταρίχων ἀφίκηται. οὗτος καὶ Ἀνύτῳ τῆς φυγῆς αἴτιος ἡγεῖσθαι, καὶ Μελήτῳ τοῦ θανάτου. Ποντικοῖς γὰρ νεανίσκοις,

Quid enim (ait) mali feci? Quum pallij discissam partem conuersam in conspectum dedisset, intuitus Socrates, Video (inquit) per pallium tuam vanitatem. Interrogatus à quodam (vt ait Phanias in libro de Socraticis) quidnam faciendo bon⁹ & honestus euaderet, Si mala (inquit) quæ habes, ab iis qui nouerunt, didiceris esse fugienda. Cuidam delicias laudanti, Inimici (ait) delicatè viuant. Adolescenti qui se fictori suo conformabat, Dic (ait) si vocem æs acciperet, quanam in re gloriaretur? illo dicente, In pulchritudine; Non igitur, inquit, erubescis qui cum inanimi gloriaris? Pontico adolescente pollicente illum sibi fore curæ, si nauis applicaret qua salsamenta vehebatur, sumpto illo & vase nouo, abiit ad eam quæ farinam venundabat, & oneratus abibat. Illa verò pretium petente, Hic, inquit, adolescens dabit, si salsamentorũ ipsius nauis applicuerit. Ipse Anyto exilij, & Melito mortis, autor fuisse videtur. Nanque Ponticis iuuenib⁹,

κατὰ κλέος τοῦ σωκράτους ἀφιγμένους, περιτυχὼν, ἀπήγαγεν αὐτοὺς πρὸς τὸν Ἄνυτον, εἰπὼν ὡς ἤδη σοφώτερον εἴη τοῦ σωκράτους· ἐφ' ᾧ διαγανακτήσαντας τοὺς περιεστῶτας ἐκδιῶξαι αὐτόν. εἰ δέ που θεάσαιτο γυναῖκα κεκοσμημένην, ἀπῄει ἐπὶ τὴν οἰκίαν αὐτῆς, καὶ ἐκέλευε τὸν ἄνδρα ἐξαγαγεῖν ἵππον καὶ ὅπλα· ὥστε εἰ μὲν ἔχοι ταῦτα, ἐᾶν τρυφᾶν (ἀμύνεσθαι γὰρ τούτοις) εἰ δὲ μὴ, περιαιρεῖν τὸν κόσμον. Ἤρεσκεν αὐτῷ καὶ τάδε. διδακτὴν ἀπεδείκνυε τὴν ἀρετὴν, καὶ τοὺς αὐτοὺς εὐγενεῖς τοὺς καὶ ἐναρέτους. αὐτάρκη γὰρ τὴν ἀρετὴν πρὸς εὐδαιμονίαν, μηδενὸς προσδεομένην, ὅτι μὴ Σωκρατικῆς ἰσχύος. τήν τε ἀρετὴν, τῶν ἔργων εἶναι, μήτε λόγων πλείστων δεομένην μήτε μαθημάτων. αὐτάρκη τε εἶναι τὸν σοφόν· πάντα γὰρ αὐτοῦ εἶναι τὰ τῶν ἄλλων. τήν τε ἀδοξίαν, ἀγαθὸν, καὶ ἴσον τῷ πόνῳ. καὶ τὸν σοφὸν οὐ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους πολιτεύεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς. γαμήσειν τε τεκνοποιίας χάριν, ταῖς εὐφυεστάταις συνιόντα γυναιξὶ,

ob Socratis gloriam solicitatis, quum incidisset, eos ad Anytum abduxit, dicens illum moribus sapientiorē esse quàm Socratem: quā ex re indignatos circumstātes effugasse illum. Sicubi verò ornatam offendisset mulierem, ad domum illius proficiscebatur, iubebátque virum eius equum proferre & arma, vt si quidem hæc illi essent, deliciis vacare sineret (his enim iniurias propelleret) sin aliâs, cultum amoueret. Quæ autem illi placuere, ista sunt. Docibilem esse virtutem. Eosdem esse nobiles ac studiosos. Sufficere virtutem ad beatā vitam, nullo indigentem, nisi Socratis viribus. Virtutem quoque operum esse, neque verbis multis neque disciplinis indigentem: sapientémque sibi ipsi sufficere: ipsius enim esse quæ aliorum sunt omnia. Gloriæ priuationem bonum esse labori simile. Sapientem non secundum constitutas leges victurum, sed iuxta virtutis normam, ducturumque vxorem procreandorum liberorum causa, formosissimis quibusque congressurum mulieribus,

καὶ ῥαθυμεῖσθαι δεῖ· μόνον γὰρ εἰδέναι τὸν σοφὸν τίνων χρὴ ἐρᾶν. ἀναγράφει δ' αὐτοῦ καὶ Διοκλῆς ταυτί. τῷ γὰρ σοφῷ ξένον οὐδὲν, οὐδ' ἄπορον. ἀξιέραστος ὁ ἀγαθός. οἱ σπουδαῖοι, φίλοι. συμμάχους ποιεῖσθαι τοὺς εὐψύχους ἅμα καὶ δικαίους. ἀναφαίρετον ὅπλον, ἀρετή. κρεῖττόν ἐστι μετ' ὀλίγων ἀγαθῶν πρὸς ἅπαντας τοὺς κακοὺς, ἢ μετὰ πολλῶν κακῶν πρὸς ὀλίγους μάχεσθαι. προσέχειν τοῖς ἐχθροῖς· πρῶτοι γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων αἰσθάνονται. τὸ δίκαιον περὶ πλείονος ποιεῖσθαι τοῦ συγγενοῦς. ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ αὐτὴ ἀρετή. τἀγαθὰ, καλά· τὰ κακὰ, αἰσχρά. τὰ πονηρὰ πάντα, νόμιζε ξενικά. τεῖχος ἀσφαλέστατον, φρόνησιν· μήτε γὰρ καταρρεῖν, μήτε προδίδοσθαι. τείχη κατασκευαστέον ἐν τοῖς αὑτῶν ἀναλώτοις λογισμοῖς.

Διελέγετο δ' ἐν τῷ Κυνοσάργει γυμνασίῳ μικρὸν ἄπωθεν τῶν πυλῶν· ὅθεν τινὲς καὶ τὴν Κυνικὴν ἐντεῦθεν ὀνομασθῆναι· αὐτός τε ἐπεκαλεῖτο Ἁπλοκύων. καὶ πρῶτος ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα, (καθά φησι Διοκλῆς)

atque amatorum. Solum quippe scire sapientem, quaenam sint amanda. Inscribit illi Diocles & ista: Sapienti peregrinum aut nouum nihil: neque indignus est qui ametur vir bonus. Studiosi amici. Propugnatores faciunt qui animosi & iusti sunt. Virtutem arma esse quae tolli non possint. Praestat cum paucis bonis aduersus malos omnes, quàm cum multis malis aduersus paucos pugnare. Solicitè obseruandos inimicos: primi enim peccata sentiunt. Iustum virum pluris faciendum quàm propinquum. Viri ac mulieris virtus eadem. Bona pulcra, mala, esse turpia. Iniqua omnia aliena puta atque peregrina. Murum tutissimum prudentiã esse: neque enim decidere neque prodi. Moenia struenda in nostris animis quae capi nõ possunt.

Differebat autem in gymnasio quod Κυνόσαργες appellatur, nõ lõgè à portis ciuitatis: vnde quidã Cynicã sectam appellatam volunt, ipséque cognominabatur Ἁπλοκύων: ac primus pallium (vt ait Diocles) duplicauit,

καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρῆτο· βακτηρίαν τε ἀνέλαβε καὶ πήραν. πρῶτος δὲ, ὥς Νεάνθης φησὶν, ἁπλῶσαι θοἰμάτιον. Σωσικράτης δ᾽ ἐν τρίτῃ διαδοχῶν, Διόδωρον τὸν Ἀσπένδιον, καὶ πώγωνα καθεῖναι, καὶ βάκτρῳ καὶ πήρᾳ χρῆσθαι. τοῦτον μόνον ἐκ πάντων Σωκρατικῶν Θεόπομπος ἐπαινεῖ. καί φησι δεινόν τε εἶναι, καὶ δι᾽ ὁμιλίας ἐμμελοῦς ὑπαγαγέσθαι πάνθ᾽ ὁντινοῦν. δῆλον δ᾽ ἐκ τῶν συγγραμμάτων, κἀκ τοῦ Ξενοφῶντος συμποσίου. δοκεῖ δὲ καὶ τῆς ἀνδρωδεστάτης Στωϊκῆς κατάρξαι. ὅθεν καὶ Ἀθήναιος ὁ ἐπιγραμματοποιὸς φησὶν οὕτω περὶ αὐτῶν,

Ὦ Στωϊκῶν μύθων εἰδήμονες, ὦ πανάριστα
Δόγματα τοῖς ἱεραῖς ἐνθέμενοι σελίσι,
Τὰν ἀρετὰν ψυχᾶς ἀγαθὸν μόνον· ἅδε γὰρ ἀνδρῶν
Μούνα καὶ βιοτὰν ῥύσατο καὶ πόλιας.
Σαρκὸς δ᾽ ἡδυπάθημα, φίλον τέλος ἀνδράσιν ἄλλοις,
Ἡ μία τῶν Μνήμης ἤνυσε θυγατέρων.

ipsóque solo vtebatur, baculúmque sumpsit ac peram. Primus autem (vt Neanthes tradit) simplicis quoque pallij vsum habuit. Porro Sosicrates in Successionum tertio, Diodorum Aspendium & barbam demisisse, & baculo & pera vsum esse ait. Hunc solum ex omnibus Socraticis Theopompus laudat, dicens fuisse acutissimum, & ex suauitate colloquij quemlibet capere ac ducere quò vellet. Liquet id autem ex libris suis, atque ex illo Xenophontis Symposio: videtúrque & grauioris sectæ Stoicæ princeps fuisse. Quocirca & Athenæus poeta epigrammatum sic de illis ait,

Stoicidæ, spectata cohors, qui insignia sacris
Mandatis melius dogmata vestra libris,

Vnum animi summum virtutem culmen habere.
Vrbes quòd seruet sola, quòd ipsa homines.

Carnis at illecebras aliis, sibi finis vt esset
Vnica perfecit filia Mnemosynes.

ἦτος ἡγήσατο καὶ τῆς Διογένους ἀπαθείας, καὶ τῆς Κράτητος ἐγκρατείας, καὶ τῆς Ζήνωνος καρτερίας, αὐτὸς ὑποθέμενος τῇ πόλει τὰ θεμέλια. ὁ δὲ Ξενοφῶν ἥδιστον μὲν εἶναι περὶ τὰς ὁμιλίας φησὶν αὐτὸν, ἐγκρατέστατον δὲ περὶ τἄλλα.

Φέρονται δ' αὐτοῦ συγγράμματα, τόμοι δέκα. πρῶτος, ἐν ᾧ περὶ λέξεως ἢ περὶ χαρακτήρων· Αἴας, ἢ Αἴαντος λόγος· Ὀδυσσεὺς, ἢ περὶ Ὀδυσσέως· Ὀρέστου ἀπολογία περὶ τῶν δικογράφων, Ἰσογραφὴ ἢ Λυσίας ἢ Ἰσοκράτης, πρὸς τὸν Ἰσοκράτους ἀμάρτυρον. τόμος δεύτερος, ἐν ᾧ περὶ ζώων φύσεως, περὶ παιδοποιίας, ἢ περὶ γάμου, ἐρωτικός· περὶ τῶν σοφιστῶν φυσιογνωμονικός, περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀνδρείας προτρεπτικὸς, πρῶτος, δεύτερος, τρίτος· περὶ Θεόγνιδος, δ', ε'. τόμος γ', ἐν ᾧ περὶ ἀγαθοῦ, περὶ ἀνδρείας, περὶ νόμου, ἢ περὶ πολιτείας, περὶ νόμου, ἢ περὶ καλοῦ καὶ δικαίου, περὶ ἐλευθερίας καὶ δουλείας, περὶ πίστεως, περὶ ἐπιτρόπου, ἢ περὶ τοῦ πείθεσθαι, περὶ νίκης οἰκονομικός. τόμος δ', ἐν ᾧ Κῦρος, Ἡρακλῆς ὁ μείζων, ἢ περὶ ἰσχύος.

Hic & Diogeni tranquillitatis, & Crateti continētiæ & Zenoni tolerantiæ dux & autor fuit. Ipse qui ciuitati fundaméta subiecit. Enimuero Xenophon suauissimum in colloquio fuisse ait, atque in rebus aliis cótinentissimum.

Feruntur & ipsius scripta tomi x. Primus in quo De dictione siue De figuris, Aiax siue Aiacis oratio, Vlysses siue De Vlysse, Orestis defensio, De causidicis Isographe siue Desias siue Isocrates, Aduersus Isocratis ἀμάρτυρον. In secundo tomo De animalium natura, De procreatione filiorum siue De nuptiis, amatorius, De Sophistis, φυσιογνωμονικός, Exhortatatorius primus, secundus, tertius, De Theognide quinque, Tomus tertius, in quo De bono, De iustitia, De fortitudine, De lege siue De republica, De lege, siue honesto & iusto, De libertate & seruitute, De fide & curatore, De interrogatione, De victoria. Oeconomicus. In quarto tomo Cyrus, Hercules maior siue De fortitudine.

τόμος ε', ἐν ᾧ Κῦρος ἢ περὶ βασιλείας, Ἀσπασία, τόμος ς'. ἐν ᾧ ἀλήθεια, περὶ τοῦ διαλέγεσθαι ἀντιλογικὸς, σάθων περὶ τοῦ ἀντιλέγειν, α', β', γ'. περὶ διαλέκτου. τόμος ζ', ἐν ᾧ περὶ παιδείας ἢ ὀνομάτων, α', β', γ', δ', ε'. περὶ τοῦ ἀποθνῄσκειν, περὶ ζωῆς καὶ θανάτου, περὶ τῶν ἐν ᾅδου, περὶ ὀνομάτων χρήσεως, ἢ ἐριστικὸς, περὶ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως, περὶ δόξης καὶ ἐπιστήμης, α', β', γ', δ'. περὶ φύσεως, α', β'. ἐρώτημα περὶ φύσεως, β'. δόξαι, ἢ ἐριστικός· περὶ τοῦ μανθάνειν προβλήματα. τόμος η', ἐν ᾧ περὶ μουσικῆς, περὶ ἐξηγητῶν, περὶ ὁμήρου, περὶ ἀδικίας καὶ ἀσεβείας, περὶ κάλχαντος, περὶ κατασκόπου. περὶ ἡδονῆς. τόμος θ', ἐν ᾧ περὶ ὀδυσσείας, περὶ τῆς ῥάβδου· Ἀθηνᾶ, ἢ περὶ Τηλεμάχου, περὶ Ἑλένης καὶ πηνελόπης, περὶ πρωτέως, κύκλωψ ἢ περὶ ὀδυσσέως, περὶ οἴνου χρήσεως, ἢ περὶ μέθης, ἢ περὶ τοῦ κύκλωπος· περὶ κίρκης, περὶ Ἀμφιαράου, περὶ τοῦ Ὀδυσσέως καὶ πηνελόπης, καὶ περὶ τοῦ κυνός. τόμος ι', ἐν ᾧ Ἡρακλῆς ἢ μίδας, Ἡρακλῆς, ἢ περὶ φρονήσεως,

In quinto tomo, Cyrus siue De regno, Aspasia. In sexto tomo, in quo veritas, De differendo ἀντιλογικός, Sathon De contradictione, tres, de loquutione. In septimo tomo, De disciplina siue De nominibus quinque, De moriendo, De vita & morte, De iis quæ sunt apud inferos, De vsu nominum siue Contentiosus, De interrogatione & responsione, De opinione & scientia quatuor, De natura duo, Interrogatio de natura duo, Opiniones siue Contentiosus, De addiscẽdo problemata. In octauo tomo, De musica, De expositoribus, De Homero, De iniustitia & impietate, De Calchante, De exploratore, De voluptate. In nono tomo, De Odyssea, De virga Mineruæ siue De Telemacho, Helena & Penelope, De Protheo, Cyclops siue De Vlysse, De vini vsu siue De ebrietate, siue De Cyclope, De Circe, De Amphiarao, De Vlysse & Penelope. De cane. In decimo tomo Hercules siue Midas, Hercules siue De prudẽtia,

ἢ ἰσχύος, Κῦρος ἢ ἐρώμενος, Κῦρος ἢ κατάσκοποι, Μενέξενος ἢ περὶ τοῦ ἄρχειν, Ἀλκιβιάδης, Ἀρχέλαος, ἢ περὶ βασιλείας. καὶ ταῦτα μὲν ἃ συνέγραψεν. ὁ Τίμων δὲ διὰ τὸ πλῆθος ἐπιτιμῶν αὐτῷ, παντοφυῆ φλέδονα φησὶν αὐτόν.

Ἐτελεύτησε δὲ ἀρρωστίᾳ, ὅτε καὶ Διογένης εἰσιὼν πρὸς αὐτόν, ἔφη, Μή τι χρεία φίλου; καί ποτε παρ' αὐτὸν ξιφίδιον ἔχων εἰσῆλθε. τοῦ δ' εἰπόντος, Τίς ἂν ἀπολύσῃ με τῶν πόνων; δείξας τὸ ξιφίδιον, ἔφη, Τοῦτο. καὶ ὅς, Τῶν πόνων, εἶπεν, οὐ τοῦ ζῆν. ἐδόκει γάρ πως μαλακώτερον φέρειν τὴν νόσον ὑπὸ φιλοζωΐας. καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχον,

Τὸν βίον ἦσθα κύων Ἀντίσθενες, ὧδε πεφυκὼς
Ὥστε δακεῖν κραδίην ῥήμασιν, οὐ στόμασιν.
Ἀλλ' ἔθανες φθισικός. τάχ' ἐρεῖ τις ἴσως, Τί δὲ τοῦτο;
Πάντως εἰς ἀΐδην δεῖ τιν' ὁδηγὸν ἔχειν.

Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Ἀντισθένεις, τρεῖς· Ἡρακλείτειος, εἷς·

siue de fortitudine, Dominus siue Amans, Dominus siue Exploratores, Menexenus siue De imperio, Alcibiades, Archelaus siue De regno. Atque ista quidem scripsit. Timon autem ob multitudinem eorum quæ scripsit increpans illum, ingeniosum nugatorem eũ dixit.

Obiit morbo, quo tempore Diogenes ingressus ad illum dixit, Num amico opus est? Aliquando item intrauerat sicam habens, ad quem ille quum diceret, Quis me doloribus absoluet? ille ostensa sica, Hæc, ait: & ille, Doloribus dixi, non vita. Videbatur enim fermè mollius perferre morbum præ amore vitæ. Est autem nostrum epigramma in Antisthenem ita se habens,

In vita canis acer eras Antisthenes, vt tu
Morderes verbis, haud tamen ore homines.
Mortuus es phthisicus: verùm quis fortè rogabit,
Nonne ducem ad manes prorsus habere opus est?

Fuerunt autem & alij Antisthenes tres. Vnus e schola Heracliti: alius,

τρίτος, Ἐφέσιος, καὶ Ῥόδιός τις ἱστορικός. ἐπειδὴ δὲ τοὺς ἀπ' Ἀριστίππου διεληλύθαμεν καὶ Φαίδωνος, νῦν ἑλκύσωμεν τοὺς ἀπ' Ἀντισθένους κυνικούς τε καὶ Στωϊκούς. καὶ ἐχέτω δή.

Ephesius tertius, Rhodius quidam historicus. Quoniã verò eos qui ab Aristippo fluxere ac Phædone transegimus, age, nunc illos qui ab Antisthene venerunt, Cynicos ac Stoicos, hoc ordine adiiciamus.

ΔΙΟΓΕ'ΝΗΣ.

Διογένης, Ἱκεσίου τραπεζίτου, Σινωπεύς. φησὶ δὲ Διοκλῆς, δημοσίαν αὐτοῦ τὴν τράπεζαν ἔχοντος τοῦ πατρὸς, καὶ παραχαράξαντος τὸ νόμισμα, φυγεῖν. Εὐβουλίδης δ' ἐν τῷ περὶ Διογένους, αὐτὸν Διογένη φησὶ τοῦτο πρᾶξαι, καὶ συναλᾶσθαι τῷ πατρί. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς περὶ αὑτοῦ φησιν ἐν τῷ Πορδάλῳ, ὡς παραχαράξαι τὸ νόμισμα. ἔνιοι δ' ἐπιμελητὴν γενόμενον ἀναπεισθῆναι ὑπὸ τῶν τεχνιτῶν, καὶ ἐλθεῖν εἰς Δελφοὺς, ἢ εἰς τὸ Δήλιον, ἐν τῇ πατρίδι Ἀπόλλωνος, πυνθάνεσθαι εἰ ταῦτα πράξει ἅπερ ἀναπείθεται. τοῦ δὲ συγχωρήσαντος τὸ πολιτικὸν νόμισμα, οὐ συνεὶς, τὸ κέρμα ἐκιβδήλευσε καὶ φωραθεὶς, ὡς μέν τινες, ἐφυγαδεύθη, ὡς δέ τινες, ἑκὼν ὑπεξῆλθε, φοβηθείς.

DIOGENES.

Diogenes, Icesii mẽsarij filius, Synopeus fuit. Fugisse illum, quum pater eius publicè mensam haberet, ac pecuniam adulterasset, Diocles autor est. Porro EVbulides in libro De Diogene, Diogenem ipsum hoc fecisse ait, & cum patre vnà pulsum fuisse. Ipse quoque in Podalo de seipso ait, falso signare monetã. Quidam verò eum quum curator effectus esset, persuasum ab opificibus aiunt venisse Delphos, atque Delũ in patriam Apollinis, percontatúmque esse an id ageret quod ei suaderetur. quod quũ sibi permissũ esset, euentũ rei nõ intelligẽs, de ciuili moneta æs adulterasse, deprehensúmque (vt quidã volũt) exilio damnatum esse, vt autem alij putant, metu perterritum sponte patriam liquisse.

ἔνιοι δέ φασι παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτὸν λαβόντα τὸ νόμισμα, διαφθεῖραι· καὶ τὸν μὲν, δεθέντα ἀποθανεῖν· τὸν δὲ, φυγεῖν, ἐλθεῖν τε εἰς Δελφοὺς καὶ πυνθανόμενον οὐκ εἰ παραχαράξαι, ἀλλὰ τί ποιήσας ἐνδοξότατος ἔσται, οὕτω λαβεῖν τὸν χρησμὸν τοῦτον.

Γενόμενος δ' Ἀθήνησιν, Ἀντισθένει παρέβαλε. τοῦ δὲ διωθουμένου, διὰ τὸ μηδένα προσίεσθαι, ἐξεβιάζετο τῇ προσεδρείᾳ. καί ποτε τὴν βακτηρίαν ἐπανατειναμένου, αὐτῷ τὴν κεφαλὴν ὑποσχών, Παῖε, εἶπεν, οὐ γὰρ εὑρήσεις οὕτω σκληρὸν ξύλον ᾧ με ἀπείρξεις, ἕως ἄν τι φαίνῃ λέγων. τοὐντεῦθεν διήκουεν αὐτοῦ, καὶ, ἅτε φυγὰς ὢν ὥρμησεν ἐπὶ τὸν εὐτελῆ βίον. μῦν θεασάμενος διατρέχοντα (καθά φησι Θεόφραστος ἐν τῷ Μεγαρικῷ) καὶ μήτε κοίτην ἐπιζητοῦντα, μήτε σκότος εὐλαβούμενον, ἢ ποθοῦντά τι τῶν δοκούντων ἀπολαυστῶν, πόρον ἐξεῦρε τῆς περιστάσεως, τρίβωνα διπλώσας πρῶτος, κατά τινας, διὰ τὸ ἀνάγκην ἔχειν, καὶ ἐνεύδειν αὐτῷ.

Sunt qui dicant illũ à patre acceptam pecuniam adulterasse: atque illum quidem in carcere diem obiisse, hunc autem effugisse: profectumque Delphos sciscitatum esse vtrum pecuniam falso signaret, & quid faciens clarissimus futurus esset, atque ita hoc oraculum cepisse.

Quum verò Athenas concessisset, conuenit Antisthenem. hunc ille quum repelleret (quippe ex constituto suo neminem recipiebat) vicit perseuerantia sua: illo siquidem aliquando intentante baculum, subiecto capite, Cæde, (inquit) non enim ita durum baculum reperies, qui me abs te, quandiu aliquid dixeris, arcere possit. Hinc iam auditor illius factus est, ac veluti profugus ex patria, se ad victum simplicem contulit, Conspecto (vt Theophrastus ait in Megarico) mure discurrẽte, qui neque cubiculum inquireret, neque tenebras reuereretur, neque aliquid eorũ quæ ad vescẽdum idonea viderentur appeteret, & ipse casus suos consolatus est. Pallium (vt quidam volunt) primus duplicatum in vsu habuit, ob necessarium vsum, vtque illo se dormiens obuolueret:

πήραν ἐκομίσατο, ἔνθα αὐτῷ τὰ σιτία ἦν. καὶ παντὶ τόπῳ ἐχρῆτο εἰς πάντα, ἀριστῶν τε καὶ καθεύδων καὶ διαλεγόμενος. ὅτε καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκε, (δεικνὺς τὴν τοῦ Διὸς στοὰν) καὶ τὸ πομπεῖον αὐτῷ κατεσκευακέναι ἐνδιαιτᾶσθαι. βακτηρίᾳ δ' ἐπηρείσατο ἀσθενήσας· ἔπειτα μέντοι καὶ διὰ παντὸς ἐφόρει, οὐ μὴν ἐν ἄστει, ἀλλὰ καθ' ὁδὸν αὐτῇ τε καὶ τῇ πήρᾳ, καθά φησιν Ὀλυμπιόδωρος ὁ Ἀθηναίων προστάτης, καὶ Πολύευκτος ὁ ῥήτωρ, καὶ Λυσανίας ὁ Αἰσχρίωνος. ἐπιστείλας δέ τινι οἰκίδιον αὐτῷ προνοήσασθαι, καὶ βραδύνοντος, τὸν ἐν τῷ Μητρῴῳ πίθον ἔσχεν οἰκίαν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς διασαφεῖ. καὶ θέρους μὲν ἐπὶ ψάμμου ζεστῆς ἐκυλινδεῖτο, χειμῶνος δ' ἀνδριάντας κεχιονισμένους περιελάμβανε, πανταχόθεν ἑαυτὸν συνασκῶν. δεινός τε ἦν κατασοβαρεύσασθαι τῶν ἄλλων. καὶ τὴν μὲν Εὐκλείδου σχολὴν ἔλεγε χολήν· τὴν δὲ Πλάτωνος διατριβὴν, κατατριβήν. τοὺς δὲ Διονυσιακοὺς ἀγῶνας, μεγάλα θαύματα μωροῖς ἔλεγε. καὶ τοὺς δημαγωγοὺς, ὄχλου διακόνους.

perámque tulit, in qua & cibos ferebat, omnique ad omnia vtebatur loco, & prandens & dormiens & loquens. Quocirca & Athenienses aiebat (Iouis porticũ ostendẽs) sibi condidisse palatium vbi vesceretur. At baculo quidem primum innitebatur quum infirmus esset, deinceps autem eum semper ferebat, non quidem in vrbe, sed iter agens, vnà cum pera, vt refert Athenodorus Atheniensium princeps, & Polyeuctus rhetor, & Lysinias Æschrionis filius. Quum autem ad quẽdam scripsisset vt sibi pararet cellulam, & ille tardius id exequeretur, doliũ quod in Metroo erat, pro domo habuit, sicut & ipse in epistolis testatur. Atque æstate quidem sese in feruida arena volutabat, hyeme verò statuas niue perfusas complectebatur, omni ex parte seipsum ad laborum tolerãtiam exercens. Acer item erat in despiciendis aliis. Vnde & EVclidis scholam, alludens ad nomen, χολὴν, *id est bilem*, appellabat: & Platonis auditoriũ, cõsumptionẽ: Dionysiaca certamina, magna miracula stultorum dicebat: oratores, Turbæ ministros.

Ἔλεγε δὲ καὶ ὡς ὅταν μὲν
ἴδοι κυβερνήτας ἐν τῷ βίῳ καὶ
ἰατροὺς καὶ φιλοσόφους, συνε-
τώτατον εἶναι τῶν ζώων τὸν ἄν-
θρωπον· ὅταν δὲ πάλιν ὀνει-
ροκρίτας καὶ μάντεις καὶ τοὺς
προσέχοντας τούτοις, ἢ τοὺς
ἐπὶ δόξῃ καὶ πλούτῳ πεφυση-
μένους, οὐδὲν ματαιότερον νο-
μίζειν ἀνθρώπου. συνεχές τ' ὂν
νομίζειν ἔλεγε, εἰς τὸν βίον
παρεσκευάσθαι δεῖν λόγον
ἢ βρόχον. καί ποτε κατανοή-
σας Πλάτωνα ἐν δείπνῳ πολυτελεῖ ἁπτόμενον
ἐλαίας, Τί (φη-
σίν) ὁ σοφὸς εἰς Σικελίαν
πλεύσας τῶν τραπεζῶν τού-
των χάριν, νῦν παρακειμέ-
νων οὐκ ἀπολαύεις; καὶ ὅς,
Ἀλλὰ νὴ τοὺς θεοὺς (φησὶ)
Διόγενες, κἀκεῖ τὰ πολλὰ
ἐλαίας ἤσθιον καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγ-
[illegible]. ὁ δέ, Τί οὖν ἔδει πλεῖν
εἰς Συρακούσας; ἢ τότε ἡ Ἀττι-
κὴ οὐκ ἔφερεν ἐλαίας; Φαβωρῖ-
νος δέ φησιν ἐν Παντοδαπῇ
ἱστορίᾳ Ἀρίστιππον εἰπεῖν τοῦτο.
καί ποτε ἰσχάδας ἐσθίων ἀ-
πήντησεν αὐτῷ, καί φησί, Ἔξεστί
σοι μεταλαβεῖν. τοῦ δὲ λαβόντος
καὶ φαγόντος, ἔφη, Μεταλα-
βεῖν εἶπον, οὐ καταφαγεῖν.

Dicebat autem quum intueretur in vita gubernatores, medicos atque philosophos, animalium omnium sapientissimū hominem esse: quum autem contra inspiceret somniorum interpretes, coniectores, vates, vel huiusmodi cæteros, vel qui gloriæ aut diuitiis addicti essent, tunc demū nihil se stultius existimare homine. Aiebat arbitrari se, in vita sæpius parandum verbum quàm laqueum. Intuitus aliquando Platonem in conuiuio magnifico gustantem oleas, Quid (inquit) sapiens vir in Siciliam huiusmodi mēsarum gratia profectus, appositis modò non frueris? Et ille, At herde (inquit) Diogenes, & illic oleis & reliquis eiusmodi vt plurimum vescebar. Et ille, Quid (inquit) Syracusas nauigare oportebat, an tunc Attica oleas non ferebat? Phauorinus in Omnimoda historia Aristippum hoc dixisse tradit. Et præterea aliquando caricas comedens obuiauit illi, dixitque, Licet tibi degustare: qui quum acceptas edisset, Degustare, dixi, non Deuorare.

Calcans

[illegible] φίλους [illegible] Διονυσίου, ἔφη, Πατῶ τὴν Πλάτωνος κενοσπουδίαν. πρὸς ὃν ὁ Πλάτων, ὅσον ὦ Διόγενες [illegible] τύφον [illegible], δοκῶν μὴ τετυφῶσθαι. οἱ δὲ, φασὶ τὸν Διογένην εἰπεῖν, Πατῶ τὸν Πλάτωνος τῦφον· τὸν δὲ φάναι, ἑτέρῳ γε τύφῳ, Διόγενες. Σωτίων δ' ἐν τῷ τετάρτῳ φησὶ τοῦτο πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν τὸν Πλάτωνα τὸν κύνα. [illegible] οἶνον ποτὲ [illegible] ἰσχάδας. ὁ δὲ, κεράμιον ὅλον ἔπεμψεν αὐτῷ. [illegible] Σὺ (φησὶν) ἐὰν ἐρωτηθῇς δύο καὶ δύο πόσα [illegible] ἀποκρινῇ. οὕτως οὔτε [illegible] τὰ αἰτούμενα δίδως, οὔτε πρὸς τὰ ἐρωτώμενα ἀποκρίνῃ. ἔσκωπτε δὴ ὡς ἀπέραντολόγον. ἐρωτηθεὶς ποῦ τῆς Ἑλλάδος ἴδοι ἀγαθοὺς ἄνδρας, Ἄνδρας μὲν (εἶπεν) οὐδαμοῦ, παῖδας δ' ἐν Λακεδαίμονι. σπουδαιολογουμένῳ ποτὲ αὐτῷ ὡς οὐδεὶς προσῄει, ἐπιτερετίζειν. [illegible] ὡς ἐπὶ μὲν φλυαρίας ἀφικνουμένων [illegible], ἐπὶ δὲ τὰ σπουδαῖα βραδέως καὶ ὀλιγώρως.

Calcans ipsius aliquando stratum, præsentibus Dionysij amicis quos ille inuitarat, dixit, Calco Platonis inane studium: ad quem Plato, Quanto (inquit) ô Diogenes, fastu tumes, dum superbiam te calcare putas? Alij Diogenem hoc dixisse ferũt, Calco Platonis fastũ: illúmque respondisse, At fastu alio, Diogenes. Porrò Sotion in quarto refert hoc illi dixisse Platonem Cynicum. Vinum aliquando postularat ab eo Diogenes atque caricas: at ille lagenam integram misit: ad quem Diogenes inquit, Si quidem rogatus fueris, Duo & duo quot sunt, respondes, Viginti: ita neque secundum ea quæ posceris das, neque ad quæ rogaris, respondes: notabat autem illum vt verbosum. Interrogatus vbinam Græciæ viros vidisset bonos, Viros quidem (ait) nusquam, sed Lacedæmone pueros vidi. Quũ seriò quandoque loqueretur, nemóque ipsi intenderet, sese ad sonum musicum contulit: congregatis autẽ ad se plurimis, exprobrauit quòd ad inepta studiosè concurrerent, ad ea verò quæ grauia essent & vtilia, negligenter conuenirent.

ἔλεγέ τε περὶ μὲν τοῦ παρορύττειν καὶ λακτίζειν, ἀγωνίζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους· περὶ δὲ καλοκἀγαθίας, οὐδένα. τούς τε γραμματικοὺς ἐθαύμαζε, τὰ μὲν τοῦ Ὀδυσσέως κακὰ ἀναζητοῦντας, τὰ δ' ἴδια ἀγνοοῦντας. καὶ μὴν καὶ τοὺς μουσικοὺς τὰς μὲν ἐν τῇ λύρᾳ χορδὰς ἁρμόττεσθαι, ἀνάρμοστα δὲ ἔχειν τῆς ψυχῆς τὰ ἤθη. τοὺς μαθηματικοὺς ἀποβλέπειν μὲν πρὸς τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, τὰ δ' ἐν ποσὶ πράγματα παρορᾶν. τοὺς ῥήτορας τὸ δίκαια μὲν ἐσπουδακέναι λέγειν, πράττειν δὲ οὐδαμῶς. ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς φιλαργύρους ψέγειν μὲν τὸ ἀργύριον, ὑπεραγαπᾶν δέ. κατεγίνωσκε δὲ καὶ τῶν ἐπαινούντων μὲν τοὺς δικαίους, ὅτι χρημάτων ἐπάνω εἶεν, ζηλούντων δὲ τοὺς πολυχρηματίας. ἐκίνει δ' αὐτὸν καὶ τὸ θύειν μὲν τοῖς θεοῖς ὑπὲρ ὑγιείας, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ θυσίᾳ κατὰ τῆς ὑγιείας δειπνεῖ. ἄγασθαι δὲ καὶ τῶν δούλων, εἰ λαβροφαγοῦντας ὁρῶντες τοὺς δεσπότας, μηδὲν ἁρπάζοιεν τῶν ἐσθιομένων. ἐπῄνει τοὺς μέλλοντας γαμεῖν, καὶ μὴ γαμεῖν· καὶ τοὺς μέλλοντας καταπλεῖν, καὶ μὴ καταπλεῖν.

Dicebátque de fodiendo & calcitrando certare homines, vt autem boni & probi fierent, curare neminem. Grāmaticos admirabatur, quòd quum Vlyssis mala requirerent, sua ignorarent. Musicos itidem in ius vocabat, quòd quum lyræ chordas congruè aptarent, animi mores inconcinnos haberent. Sed & mathematicos carpebat, quòd solem & lunam & sidera intuentes, quæ ante pedes essent, negligerent. Oratores item, quòd studerent iusta dicere, non autem & facere. Auaros quoque, quòd pecuniam vituperarent, ac summè diligerent. Reprehendebat eos qui iustos quidē, quòd pecunias contemnerent, laudabant: pecuniosos verò imitari satagebant. Stomachabatur eis qui pro bona valetudine sacra facerent, inter sacrificia contra sanitatem cœnarent. Seruos mirabatur, qui quum edaces dominos cernerent, nihil diriperent ciborū. Laudabat eos qui vxores ducturi fuissent, & non ducerent: & qui nauigaturi essent, non nauigarent:

καὶ τοὺς μέλλοντας πολιτεύεσθαι καὶ μὴ πολιτεύεσθαι· καὶ τοὺς παιδοτροφεῖν, καὶ μὴ παιδοτροφεῖν· καὶ τοὺς παρασκευαζομένους συμβιοῦν τοῖς δυνάσταις, καὶ μὴ προσιόντας. ἔλεγε δὲ καὶ δεῖν τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς φίλους ἐκτείνειν μὴ συγκεκαμμένοις τοῖς δακτύλοις. φησὶ δὲ Μένιππος ἐν τῷ Διογένους πράσει, ὡς ἁλοὺς καὶ πωλούμενος ἠρωτήθη τί οἶδε ποιεῖν· ἀπεκρίνατο, ἀνδρῶν ἄρχειν. καὶ πρὸς τὸν κήρυκα, Κήρυσσε, ἔφη, εἴ τις ἐθέλει δεσπότην αὑτῷ πρίασθαι. κωλυθεὶς καθίζεσθαι, οὐδέν, ἔφη, διαφέρει· καὶ γὰρ τοὺς ἰχθῦς ὅπως ἂν κέωνται πιπράσκεσθαι. θαυμάζειν τ' ἔφη εἰ χύτραν μὲν καὶ λοπάδα ὠνούμενοι κομπούμεθα, ἄνθρωπον δὲ μόνῃ τῇ ὄψει ἀρκεῖσθαι. ἔλεγε τῷ Ξενιάδῃ τῷ πριαμένῳ αὐτόν, δεῖν πείθεσθαι αὑτῷ, εἰ καὶ δοῦλος εἴη· καὶ γὰρ ἰατρὸς ἢ κυβερνήτης εἰ δοῦλος εἴη, πεισθῆναι ἂν αὐτῷ. Εὔβουλος δέ φησιν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Διογένους πράσει, οὕτως ἄγειν τοὺς παῖδας τοῦ Ξενιάδου, μετὰ τὰ λοιπὰ μαθήματα, ἱππεύειν, τοξεύειν, σφενδονᾶν, ἀκοντίζειν.

quique accessuri ad rempub. minimè accederent: & qui pueros habituri in deliciis, se continerent: & qui se componerent ad conuiuendum regibus, neque tamen accederent. Dicebat manus ad amicos non complicatis digitis extendi oportere. Refert Hermippus in Auctione Diogenis, quòd captus ac venditus, quum rogaretur quid sciret agere, responderit, Scire se viris imperare: atque ad praeconem, Praedica (inquit) Quisnam dominum sibi emere vult? Sedere prohibitus, Nihil (inquit) refert: nam & pisces quomodolibet iaceant, emi. Mirari dicebat, quum ollam quidem ac operculum nō sine tactu ac tinnitu emamus, solo in homine emendo aspectu contenti sumus. Dicebat Xeniadae emptori suo, ipsū sibi (quamuis esset seruus) obtemperare oportere: nam & medicus & gubernator, etsi seruus, vtique ipsi pareatur. EVbulus verò in libro qui inscribitur Diogenis auctio, ita filios Xeniadae instituisse ait, post disciplinas reliquas, equitare, arcus intendere, fundas rotare, atque iaculari.

ἔπειτα ἐν τῇ παλαίστρᾳ οὐκ ἐπέτρεπε τῷ παιδοτρίβῃ ἀθλητικῶς ἄγειν, ἀλλ' αὐτὸ ἐρυθήματος χάριν καὶ εὐεξίας. κατεῖχον δὲ οἱ παῖδες πολλὰ ποιητῶν καὶ συγγραφέων, καὶ τῶν αὐτοῦ Διογένους· πᾶσάν τε ἔφοδον σύντομον, πρὸς τὸ εὐμνημόνευτον, ἐπήσκει. ἐν οἴκῳ τε ἐδίδασκε διακονεῖν ἀλιτῇ τροφῇ χρωμένοις, καὶ ὕδωρ πίνοντας. ἐν χρῷ κουρίας τε καὶ ἀκαλλωπίστους εἰργάζετο, καὶ ἀχίτωνας, καὶ ἀνυποδήτους, καὶ σιωπηλούς, καθ' αὑτοὺς βλέποντας ἐν ταῖς ὁδοῖς. ἐξῆγε δ' αὐτοὺς καὶ ἐπὶ κυνηγεσία. οἱ δὲ καὶ αὐτοῦ Διογένους ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, καὶ πρὸς τοὺς γονέας αἰτητικῶς εἶχον. ὁ δ' αὐτός φησι παρὰ τῷ Ξενιάδῃ καὶ γηράσαι αὐτόν, καὶ θανόντα ταφῆναι πρὸς τῶν υἱῶν αὐτοῦ. ἔνθα καὶ πυνθανομένου τοῦ Ξενιάδου πῶς αὐτὸν θάψειεν, ἔφη, Ἐπὶ πρόσωπον· τοῦ δ' ἐρωμένου διὰ τί; Ὅτι μετ' ὀλίγον, εἶπε, μέλλει τὰ κάτω ἀναστρέφεσθαι. τοῦτο δὲ διὰ τὸ ἐπικρατεῖν ἤδη τοὺς Μακεδόνας, ἢ ἐκ ταπεινῶν ὑψηλοὺς γίνεσθαι.

Deinde in palæstra nō permittebat pædotribæ eos in morem athletarum exercere, sed id roboris tantum & bonæ valetudinis gratia. Tenebant verò pueri, poetarum ac scriptorum aliorũ ipsiusque Diogenis plura memoriter: omnémque illis doctrinæ rationem, vt facile memoria teneretur, breuiter collectam insinuabat. Domi quoque ministrare docebat cibo leui ac vili contentos & aqua. Tonderi ad cutem iubebat, incompositósque deducebat, ac sine tunicis & calceis tacitos, ac se tantùm in via induentes, educebátque eos & ad venationes. Contrà illi Diogenis curam habebant, parentibúsque commendabant. Senuisse ipsum apud Xeniadem, idem ipse autor est, ac vita functum à filiis eius fuisse sepultum. Vbi percontante Xeniade quomodo se sepeliri mallet, In faciem inquit: illo causam interrogāte, Quoniam (inquit) post paulum inferiora conuertenda sunt. Dixit autem hoc quia Macedones iã obtinerent, atque ex humilibus sublimes fierent.

[illegible] τινὰς αὐτὸν εἰς οἶκον πολυτελῆ, καὶ κωλύοντος πτύσαι, ἐπειδὴ ἐχρέμψατο, εἰς τὴν ὄψιν αὐτοῦ ἔπτυσεν, εἰπὼν χείρονα τόπον μὴ εὑρηκέναι. οἱ δὲ τοῦτο Ἀριστίππου φασί. φωνήσας ποτέ, Ἰὼ ἄνθρωποι, συνελθόντων, καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ, εἰπών, Ἀνθρώπους ἐκάλεσα, οὐ καθάρματα· ὥς φησιν Ἑκάτων ἐν τῷ [illegible] τῶν χρειῶν. φασὶ δὲ καὶ Ἀλέξανδρον εἰπεῖν ὡς εἰ μὴ Ἀλέξανδρος μὴ ἐγεγόνει, ἠθέλησεν ἂν Διογένης γενέσθαι. ἀναπήρους ἔλεγεν οὐ τοὺς κωφοὺς καὶ τυφλούς, ἀλλὰ τοὺς μὴ ἔχοντας πήραν. εἰσελθών ποτε ἡμιξύρητος εἰς νέων συμπόσιον (καθά φησι Μητροκλῆς ἐν ταῖς χρείαις) πληγὰς ἔλαβε. μετὰ δὲ γράψας τὰ ὀνόματα εἰς λεύκωμα τῶν πληξάντων, περιῄει ἐξημμένος [illegible] ὕβρει [illegible] καταγινωσκομένους καὶ ἐπιπληττομένοις. ἔλεγεν ἑαυτὸν κύνα εἶναι τῶν ἐπαινουμένων, ἀλλὰ μηδένα τολμᾶν τῶν ἐπαινούντων συνεξιέναι ἐπὶ τὴν θήραν. πρὸς τὸν εἰπόντα, Πύθια νικῶ ἄνδρας,

Quum se quispiam in domum magnifico instructam apparatu induxisset, & spuere vetaret, postea quam excreauit, in illius faciē sputa cōiecit, deteriorem locum vbi spueret se non inuenisse dicens. alij Aristippo id applicant. Quum clamasset aliquando, Heus homines, conuenissentque, plurimi, baculo illos agebat, dicens, Homines, non purgamēta, vocaui. ait hoc Hecato in primo De sententiis. Alexandrum dixisse ferunt, quod nisi Alexander esset, Diogenem se esse voluisset. Debiles dicebat, non surdos aut cæcos, sed qui peram nō haberent. Ingressus aliquādo semitonso capite conuiuium iuuenum, quemadmodum scribit Metrocles in Sententiis, plagas retulit: postea nomina illorum qui se ceciderant inscribēs, circuibat in Leucome, da præ se ferens. Ita illis vicem contumeliæ reddidit, dum reprehendendos & obiurgandos omnibus exposuit. Dicebat se canem esse laudatorum, verum laudantiū neminē secū ad venādū exire audere. Dicēte quodā viros se in Pythia vincere,

Ἐγὼ μὲν οὖν, εἶπεν, ἄνδρας, σὺ δὲ ἀνδράποδα. πρὸς τοὺς εἰπόντας, γέρων εἶ, καὶ λοιπὸν ἄνες· Τί δὲ, ἔφη, εἰ δόλιχον ἔδραμον, πρὸς τῷ τέλει ἔδει με ἀνεῖναι καὶ μὴ μᾶλλον ἐπιτεῖναι; κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον, οὐκ ἔφη παρέσεσθαι· μηδὲ γὰρ πρώην αὐτῷ χάριν ἐγνωκέναι. γυμνοῖς ποσὶ χιόνα ἐπάτει, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἄνω προείρηται. καὶ ὠμὰ δὲ κρέα ἐπεχείρησε φαγεῖν, ἀλλ' οὐ διῴκησε. κατέλαβέ ποτε Δημοσθένην τὸν ῥήτορα ἐν πανδοκείῳ ἀριστῶντα. τοῦ δ' ὑποχωροῦντος, Τοσούτῳ, ἔφη, μᾶλλον ἔσῃ ἐν τῷ πανδοκείῳ. ξένων δέ ποτε θεάσασθαι θελόντων Δημοσθένην, τὸν μέσον δάκτυλον ἐκτείνας, Οὗτος ὑμῖν, ἔφη, ἐστὶν ὁ Ἀθηναίων δημαγωγός. ἐκβεβληκότος τινὸς ἄρτον καὶ αἰσχυνομένου ἀνελέσθαι, βουλόμενος αὐτὸν νουθετῆσαι, κεράμου τράχηλον δήσας, ἔσυρε διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ. μιμεῖσθαι ἔλεγε τοὺς χοροδιδασκάλους. καὶ γὰρ ἐκείνους ὑπὲρ τόνον ἐνδιδόναι, ἕνεκα τοῦ τοὺς λοιποὺς ἅψασθαι τοῦ προσήκοντος τόνου. τοὺς πλείστους ἔλεγε παρὰ δάκτυλον μαίνεσθαι.

Ego viros equidem, inquit, tu mancipia. Quũ diceretur ipsi, Senex es, iam quiesce à labore, Quid enim (ait) si in stadio currerem, ad finem oporteret cursum remittere, & non magis intendere? Vocatus ad cœnam, affuturum se negauit, neque enim sibi priore die gratiam habitam. Nudis pedibus calcabat niuem & alia quæ prædicta sunt: crudas item carnes edere conatus est, sed in eo non perstitit. Offendit aliquãdo Demosthenem oratorem in diuersorio prandentem: illo autem cedente, Tanto (inquit) magis in diuersorio futurus es. Peregrinis aliquãdo Demosthenem videre cupientibus, medium intendens digitum, Hic (ait) vobis est ille Atheniensium orator. Panẽ eiiciente quodã & resumere erubescente, castigare illum volens, vrcei collum per figuli trahe[b]at officinam. Imitari se dicebat chori magistros. Illos enim tonum excedere, vt reliqui cõgruum tonum arriperent. Plurimos aiebat insanire præter digitum.

ἐὰν μέν τις τὸν μέσον προτείνας πορεύηται, δόξει μαίνεσθαι· ἐὰν δὲ τὸν λιχανόν, οὐκ ἔτι. τὰ πολλοῦ ἄξια τοῦ μηδενὸς ἔλεγε πιπράσκεσθαι, καὶ ἔμπαλιν. ἀνδριάντα γοῦν τρισχιλίων πιπράσκεσθαι, χοίνικα δὲ ἀλφίτων, δύο χαλκῶν. τῷ πριαμένῳ αὐτὸν Ξενιάδῃ φησίν, ἄγε ὅπως τὸ προσταττόμενον ποιήσῃς· τοῦ δ' εἰπόντος,

Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί·

εἰ δὲ ἰατρὸν ἐπρίω νοσῶν, οὐκ ἄν, ἔφη, αὐτῷ ἐπείθου; ἀλλ' εἶπες ἂν ὡς ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί; ἤθελέ τις παρ' αὐτῷ φιλοσοφεῖν· ὁ δὲ οἱ σαπέρδην δοὺς, ἐποίησεν ἀκολουθεῖν. ὡς δ' ὑπ' αἰδοῦς ῥίψας ἀπῆλθε, μετὰ χρόνον συντυχὼν αὐτῷ καὶ γελάσας, λέγει, Τὴν σὴν καὶ ἐμὴν φιλίαν σαπέρδης διέλυσε. Διοκλῆς δ' οὕτως ἀναγράφει. εἰπόντος τινὸς αὐτῷ, Ἐπίταττε ἡμῖν Διόγενες, ἀπαγαγὼν αὐτὸν ἡμιωβολίου τυρὸν ἐδίδου φέρειν. ἀρνουμένου δέ, Τὴν σήν, ἔφη, καὶ ἐμὴν φιλίαν ἡμιωβόλιον τυρίον διέλυσε. θεασάμενός ποτε παιδίον ταῖς χερσὶ πῖνον, ἐξέρριψε τῆς πήρας τὴν κοτύλην

Si quis igitur medium digitum prætendens pergat, insanire videbitur: sin autem indicem, non ita. Quæ sunt pretiosissima, ea minimo venire, & contra. Nam statuam tribus millibus emi, farinæ verò chœnicē duobus æreis. Et qui se emerat Xeniadę dixit, vide vt quod præcipitur facias: dicente illo,

Sursum sacrorum fluminum fluunt fontes.

At si medicum (ait) æger emisses, non illi obtemperasses, sed diceres Ἄνω ποταμῶν. volebat quispiam apud eum philosophari, cui ille pernam dedit, ac sequi se iussit. Vt autem ille præ verecundia abiecto quod ferebat abscessit, pòst aliquantulum occurrens illi ridens ait, Tuam & meam amicitiam perna dissoluit. enimuero Diocles eam rem ita describit. Dixerat illi quidam, Impera nobis Diogenes: at ille abducto casei frustum ferendum dedit. illo renuente, Meam (inquit) ac tuam amicitiam modicum casei dissoluit. Intuitus aliquando puerum concaua bibentem manu, cotylam pera productā abiecit,

εἰπών, Παιδίον με νενίκηκεν εὐτελείᾳ. ἐξέβαλε δὲ καὶ τὸ τρυβλίον, ὁμοίως παιδίον θεασάμενος, ἐπειδὴ κατέαξε τὸ σκεῦος, τῷ κοίλῳ ἄρτῳ τοῦ ψωμίου τὴν φακῆν ὑποδεχόμενον. συνελογίζετο δὲ καὶ οὕτως· Τῶν θεῶν ἐστι πάντα· φίλοι δὲ οἱ σοφοὶ τοῖς θεοῖς· κοινὰ δὲ τὰ τῶν φίλων· πάντα ἄρα ἐστὶ τῶν σοφῶν. θεασάμενός ποτε γυναῖκα ἀσχημονέστερον τοῖς θεοῖς προσπίπτουσαν, βουλόμενος αὐτῆς περιελεῖν τὴν δεισιδαιμονίαν, (καθά φησι Ζωίλος ὁ Περγαῖος) προσελθὼν εἶπεν, ΟΥ κ εὐλαβῇ ὦ γύναι μή ποτε θεοῦ ὄπισθεν ἑστῶτος, (πάντα γάρ ἐστιν αὐτοῦ πλήρη) ἀσχημονήσῃς; τῷ Ἀσκληπιῷ ἀνέθηκε πλήκτην, ὃς τοὺς ἐπὶ στόμα πίπτοντας ἐπιτρέχων συνέτριβεν. εἰώθει δὲ λέγειν τὰς τραγικὰς ἀρὰς αὐτῷ συνηντηκέναι. εἶναι γοῦν ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος, πτωχός, πλανήτης, βίον ἔχων τοὐφ' ἡμέραν. ἔφασκε δὲ ἀντιτιθέναι τύχῃ μὲν θάρσος, νόμῳ δὲ φύσιν, πάθει δὲ λόγον. ἐν τῷ Κρανείῳ ἡλιουμένῳ αὐτῷ Ἀλέξανδρος ἐπιστάς φησιν, Αἴτησόν με ὃ θέλεις, καὶ ὅς·

dicens, Puer me vilitate superauit. Proiecit & catinum eodem studio, quum vidisset puerum vasculo fracto, concauo pane lenticulã suscipientem. Ratiocinabatur autem in hunc modum: Omnia deorum sunt: diis autem amici sapientes sunt. Sunt autem amicorũ cũcta cõmunia: omnia igitur sapientum sunt. Inspexerat mulierem inhonestius diis procidentem, eius superstitionem auferre volens (vt Zoilus Pergæus ait) accurrit dicens, Non vereris mulier ne forte stante post tergum deo (cuncta enim plena ipso sunt) inhoneste te habeas? Asclepio percussorem sacrauit, qui procumbentes in faciem accurrens contereret. Solebat etiam dicere imprecationes tragicas sibi occurrisse, esse enim sine domo, sine ciuitate, priuatum patria, pauperem, palãtem, vitam in dies habentem. Aiebat se obiicere fortunæ quidem cõfidẽtiam, naturam legi, perturbationi rationem. Ad solem sedẽti in Craneo ipsi assistẽs Alexãder, ait, Pete a me quod vis: at ille inquit,

τοιαύτην μοι φησὶ μὴ
ἀ τις ἀναγινώσκοντος, ἐν
ῷς τῷ τέλει τῦ βιβλίου ἄ-
γραφον παραδεικνὺς, Θαῤ-
ῥεῖτε (ἔφη) ἄνδρες· γῆν ὁρῶ.
ῳ τὸν συλλογισάμενον ὅτι
ατα ἔχει, ἁψάμενος τῶ
πώπου, Ἐγὼ μὲν (ἔφη) οὐχ
. ὁμοίως καὶ πρὸς τὸν
ινα ὅτι κίνησις οὐκ ἔστιν,
ας περιεπάτει. πρὸς δὲ
οντα περὶ τῶν μετεώρων,
αῖος, ἔφη, πάρει ἀπὸ τοῦ
ῦ; ἀνάγου εὐνούχου μοχθηροῦ ἐ-
άψαντος ἐπὶ τὴν οἰ-
μηδὲν εἰσίτω κακόν. Ὁ
ριος, ἔφη, τῆς οἰκίας
εἰσέλθοι; τοὺς μύρῳ τοὺς
δας ἀλειψάμενος ἔφη, ἀ-
ῦ δὲ κεφαλῆς εἰς τὸν ἀέρα
αι τὸ μύρον, ἀπὸ δὲ τῶν
δῶν, εἰς τὴν ὄσφρησιν. ἀ-
ντων Ἀθηναίων μυη-
αι αὐτὸν, καὶ λεγόντων ὡς
δὲ προεδρίας οἱ μεμυη-
οι τυγχάνουσι, Γελοῖον, ἔ-
εἰ Ἀγησίλαος μὲν καὶ Ἐ-
ας ἐν τῷ βορβόρῳ
ξουσι, οἱ εὐτελεῖς δέ τινες
μυημένοι ἐν ταῖς μακά-
νήσοις ἔσονται. πρὸς τοὺς
ντας ἐπὶ τὴν τράπε-
μῦς, Ἰδοὺ, φησὶ, καὶ Διογένης παρασίτους τρέφει.

Noli mihi vmbram facere. Legerat quidam diutissimè, cúmque ad finem libri nihil vltra scriptum esse ostenderet, Bono (inquit) este animo viri, terram intueor. Ratiocinanti cuidam & concludenti illum habere cornua, manu frontem palpans, Equidem (inquit) illa non video. Itidem & dicente ipsi quodam non esse motum, exurgens ambulabat. Ad eum qui de cælestibus disserebat, Quando (inquit) de cælo venisti? Spadone quodam scelerato domui suæ inscribente, Nihil ingrediatur mali. Dominus (ait) domus quonam ingreditur? Vnguento inungens pedes, dixit, à capite quidem in aerem ascendere vnguentum, sed à pedibus in olfactum. Rogantibus Atheniensibus vt initiaretur, atque dicentibus quòd apud inferos ij qui initiati sunt, præsident, Perridiculum est (inquit) si quidem Agesilaus & Epaminondas in cœno degent, viles autē quique initiati in beatorū insulis erunt. Muribus ad ipsius mensam subrepentibus, Ecce, (inquit) & Diogenes parasitos nutrit.

Πλάτωνος εἰπόντος αὐτὸν κύνα, Ναί, ἔφη· ἐγὼ γὰρ ἐπανῆλθον ἐπὶ τοὺς πεπρακότας. ἐκ τοῦ βαλανείου ἐξιών, τῷ μὲν πυθομένῳ εἰ πολλοὶ ἄνθρωποι λούονται, ἠρνήσατο· τῷ δ', εἰ πολὺς ὄχλος, ὡμολόγησε. Πλάτωνος ὁρισαμένου, ἄνθρωπός ἐστι ζῷον δίπουν, ἄπτερον, καὶ εὐδοκιμοῦντος, τίλας ἀλεκτρυόνα εἰσήνεγκεν εἰς τὴν σχολὴν αὐτοῦ καί φησιν, οὗτός ἐστιν ὁ Πλάτωνος ἄνθρωπος· ὅθεν τῷ ὅρῳ προσετέθη τὸ πλατυώνυχον. πρὸς τὸν πυθόμενον ποίᾳ ὥρᾳ δεῖ ἀριστᾶν, Εἰ μὲν πλούσιος, ἔφη, ὅταν θέλῃ· εἰ δὲ πένης, ὅταν ἔχῃ. ἐν Μεγάροις ἰδὼν τὰ μὲν πρόβατα τοῖς δέρμασιν ἐσκεπασμένα, τοὺς δὲ παῖδας αὐτῶν γυμνούς, ἔφη, Λυσιτελέστερόν ἐστι Μεγαρέως εἶναι κριὸν ἢ υἱόν. πρὸς τὸν ἐντινάξαντα αὐτῷ δοκόν, εἶτα εἰπόντα, φύλαξαι· Πάλιν γάρ με, ἔφη, παίειν μέλλεις; ἔλεγε τοὺς μὲν δημαγωγοὺς, ὄχλου διακόνους· τοὺς δὲ στεφάνους, δόξης ἐξανθήματα. λύχνον μεθ' ἡμέραν ἅψας, ἄνθρωπον, φησί, ζητῶ. εἱστήκει ποτὲ καταντλούμενος·

Platone canem ipsum appellante, Sanè, inquit, nam equidem ad venditores remeaui. Et balneis exiens percontari an multi homines lauarent, negauit: ac roganti num turba multa, cõfessus est. Platone item diffiniente, Homo est animal bipes sine pennis, quum placeret ista eius diffinitio, nudatum pennis ac plumas gallum gallinaceum in eius inuexit scholam, dicens, Hic Platonis homo est: vnde adiectum est diffinitioni, latis vnguibus. Interroganti quãnam hora prandere oportet, Si diues (inquit) est, quando vult: si pauper, quum potest. Apud Megarenses intuitus oues pellibus tectas, illorum autem filios nudos, ait, Præstat Megarensis arietem esse quàm filium.
Ad eum qui se trabe contulerat, ac postea dicebat, Caue: Num (inquit) iterum me ferire vis? Aiebat oratores quidem plebis ministros, coronas autem gloriæ bullas. Lucernam interdiu accendens, Hominem, aiebat, quæro. Stabat aliquando manantibus perfusus vndis:

τῶν δὲ περιεστώτων ἐλεούντων, παρὼν Πλάτων ἔφη, Εἰ βούλεσθε αὐτὸν ἐλεῆσαι, ἀπόστητε· ἐνδεικνύμενος φιλοδοξίαν αὐτοῦ. ἐντρίψαντος αὐτῷ κόνδυλόν τινος, Ἡράκλεις, ἔφη, οἷόν με χρῆμα ἐλάνθανε, τὸ μετὰ περικεφαλαίας περιπατεῖν. ἀλλὰ καὶ Μειδίου κονδυλίσαντος αὐτὸν, καὶ εἰπόντος, τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ, τῇ ἑξῆς πυκτικοὺς λαβὼν ἱμάντας, καὶ καταλοήσας αὐτὸν, ἔφη, τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ. Λυσίου τοῦ φαρμακοπώλου πυθομένου εἰ θεοὺς νομίζει, πῶς δ', εἶπεν, οὐ νομίζω, ὅπου καὶ σὲ θεοῖς ἐχθρὸν ὑπολαμβάνω; οἱ δὲ, Θεόδωρον εἰπεῖν τοῦτο. ἰδών τινα περιρραινόμενον, ἐπεῖπεν, Ὦ κακόδαιμον, οὐκ ἐπίστασαι ὅτι ὥσπερ τῶν ἐν γραμματικῇ ἁμαρτημάτων περιρραινόμενος οὐκ ἂν ἀπαλλαγείης, οὕτως οὐδὲ τῶν ἐν τῷ βίῳ; ἐνεκάλει τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῆς τύχης, αἰτεῖσθαι λέγων αὐτοὺς ἀγαθὰ τὰ αὐτοῖς δοκοῦντα, καὶ οὐ τὰ κατ' ἀλήθειαν. πρὸς δὲ τοὺς περὶ τὰ ὀνείρατα ἐπτοημένους ἔλεγεν, ὡς ὑπὲρ ὧν μὲν πράττουσιν ὕπαρ, οὐκ ἐπιστρέφονται,

his verò qui circunstabant illum miserantibus, Plato (nam & is aderat) Si vultis, inquit, illum misereri, abite: gloriæ illius cupiditatem significans. Colaphũ à quopiam accipiens, Hercle (ait) nesciebam me galea armato capite ambulare. Midia quoque ipsum colaphis cædente ac dicente, Tria millia tibi in mensa posita sunt: postridie sumpto pugilũ cæstu, cæsôque ipso, dixit, Tria millia tibi in mensa sunt posita. Lysia pharmacopola sciscitante an deos esse crederet, Quomodo (inquit) non credo, qui te diis inimicum puto? Alij Theodorum hoc dixisse ferunt. Quendam intuitus se vndis spargentem, ait, O infelix, an ignoras quoniam vt in grammatica erratis aspersus non absolueris, ita nec vitæ criminibus euades liber? Culpabat maximè si qui fortunam causarentur, dicens homines quæ sibi bona viderentur, non quæ re vera bona essent, postulare. Eis verò qui terrerentur ad somnia, dicebat, Ea quidem quæ vigilantes agitis, non curamini:

ἐφ' ὧν δὲ καθεύδοντες φαντάζονται, πολυπραγμονοῦσιν. Ὀλυμπίασι τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος, Νικᾷ Διώξιππος ἄνδρας· Οὗτος μὲν δὴ ἀνδράποδα, ἄνδρας δὲ ἐγώ. Ἠγαπᾶτο δὲ καὶ πρὸς Ἀθηναίων. μειρακίου γοῦν τὸν πίθον αὐτοῦ συντρίψαντος, τῷ μὲν πληγὰς ἔδωκαν, ἐκείνῳ δ' ἄλλον παρέσχον. φησὶ δὲ Διονύσιος ὁ Στωϊκὸς ὡς μετὰ Χαιρώνειαν συλληφθεὶς ἀπήχθη πρὸς Φίλιππον. καὶ ἐρωτηθεὶς τίς εἴη, Κατάσκοπος, ἔφη, τῆς σῆς ἀπληστίας. ὅθεν θαυμασθεὶς ἀφείθη. Ἀλεξάνδρου ποτὲ πέμψαντος ἐπιστολὴν πρὸς Ἀντίπατρον εἰς Ἀθήνας διά τινος Ἀθλίου, παρὼν ἔφη, Ἄθλιος παρ' ἀθλίου δι' ἀθλίου πρὸς ἄθλιον. Περδίκκου ἀπειλήσαντος, εἰ μὴ ἔλθοι πρὸς αὐτὸν, ἀποκτενεῖν, ἔφη, Οὐδὲν μέγα· καὶ γὰρ κάνθαρος καὶ φαλάγγιον τοῦτ' ἂν πράξειεν. ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἀπειλεῖν ἠξίου, ὡς εἰ καὶ χωρὶς ἐμοῦ ζῶν εὐδαιμόνως ζήσεται. ἐβόα πολλάκις λέγων τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ῥᾴδιον ὑπὸ τῶν θεῶν δεδόσθαι,

quæ verò dormientes imaginamini, ea curiosè disquiritis. In Olympia pronuntiante præcone, Dioxippus viros vicit, Hic (ait) mancipia, sed ego viros. Amabatur autem & ab Atheniensibus. Nam adolescenti, quum dolium illius contriuisset, plagas intulerunt, illique aliud dederunt. Refert Dionysius Stoicus, illum post Charoneam deprehensum, abductum esse ad Philippum: à quo quis esset interrogatus, Explorator, inquit, insatiabilis auiditatis tuæ: ex quo admirationi habitus, liber dimissus est. Miserat aliquando Alexander epistolam Athenas ad Antipatrum per Athliam quendam, quum adesset Diogenes, Athlias, inquit, per Athlium ad Athlium. Perdicca comminante nisi ad se veniret, illum se occisurum, Nihil (inquit) magni facies: nam & cantharus & phalangium id facerent. Illud autem non dubitabat contra minari ac dicere, quòd & absque se viueret, feliciter victurus esset. Clamabat autem sæpius hominum vitam facilè à diis dari,

ἀποκρύπτεσθαι δ' αὐτὸν ζητούντων μελίπηκτα καὶ μύρα καὶ τὰ παραπλήσια. ὅθεν πρὸς τὸν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου ὑποδούμενον, Οὔπω (εἶπε) μακάριος εἶ, ἂν μή σε καὶ ἀπομύξῃ. τοῦτο δ' ἔσται πηρωθέντι σε τὰς χεῖρας. Θεασάμενός ποτε τοὺς ἱερομνήμονας τῶν ταμιῶν τινα φιάλην ὑφῃρημένον ἀπάγοντας, ἔφη, Οἱ μεγάλοι κλέπται τὸν μικρὸν ἄγουσι. Θεασάμενός ποτε μειράκιον λίθους βάλλον ἐπὶ σταυρόν, Εὖγε, εἶπε, τεύξῃ γὰρ τοῦ σκοποῦ. Πρὸς τὰ περιστάντα μειράκια, καὶ εἰπόντα, Βλέπωμεν μὴ δάκῃ ἡμᾶς, Θαρρεῖτε, ἔφη, παιδία, κύων τεῦτλα οὐκ ἐσθίει. Πρὸς τὸν ἐπὶ τῇ λεοντῇ θρυπτόμενον, Παῦσαι, ἔφη, τὰ τῆς ἀρετῆς σκεπάσματα καταισχύνων. Πρὸς τὸν μακαρίζοντα Καλλισθένην, καὶ λέγοντα ὡς πολυτελῶν παρ' Ἀλεξάνδρῳ μετέχει, Κακοδαίμων μὲν οὖν ἐστιν, εἶπεν, ὃς καὶ ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ ὅταν Ἀλεξάνδρῳ δοκῇ. Χρημάτων δεόμενος, ἀπαιτεῖν ἔλεγε τοὺς φίλους, οὐκ αἰτεῖν. Ἐπ' ἀγορᾶς ποτε χειρουργῶν, εἴθε (ἔφη) καὶ τὴν κοιλίαν ἦν παρατρίψαντα μὴ πεινῆν.

verùm occultari illum quærentibus mulsum, vnguenta, & his similia. Vnde & ei qui à famulo calciabatur, Nondum (ait) beatus es, nisi te etiam abstergat: hoc autem erit, si mancus fueris. Quum vidisset aliquando magistratus qui *ἱερομνήμονες* dicebantur, quendam ex ærario phialam furatum abducentes, Magni (inquit) fures paruum ducunt. Intuens aliquando adolescentem lapides in crucem iacientem, EVge (inquit) scopo potieris. Circunstantibus se adolescentibus, atque dicentibus, Caueblmus ne mordeas nos: Bono (inquit) estote animo filioli, canis betis non vescitur. Glorianti cuidam quòd leonis pelle tegeretur, Desine, inquit, virtutis ornamenta pudefacere. Beatus dicebatur Callisthenes, quòd magnificis ab Alexãdro apparatibus exciperetur: at ille, Infelix (inquit) est, quòd prãdeat ac cœnet quum Alexandro videtur. Quum pecuniis egeret, eas se ab amicis repetere nõ petere dicebat. Quandoquidem foro manibus operans, Vtinã, aiebat, liceret sic perfricato ventre non esurire.

μειράκιον θεασάμενος μετὰ σατραπῶν ἐπὶ δεῖπνον ἀπιὸν, ἀποσπάσας ἀπήγαγε πρὸς τοὺς οἰκείους, καὶ ἐκέλευσε τηρεῖν. πρὸς τὸ κεκοσμημένον μειράκιον πυθόμενόν τι, οὐ φῆ πρότερον λέξειν αὐτῷ, εἰ μὴ ἀνασυράμενος δείξει πότερον γυνή ἐστιν ἢ ἀνήρ. πρὸς τὸ κοτταβίζον ἐν τῷ βαλανείῳ μειράκιον φησὶν, Ὅσῳ βέλτιον, τοσούτῳ χεῖρον. ἐν δείπνῳ προσερρίπτουν αὐτῷ τινὲς ὀστάρια ὡς κυνί· καὶ ὃς ἀπαλλαττόμενος προσούρησεν αὐτοῖς ὡς κύων. τοὺς ῥήτορας καὶ πάντας τοὺς ἐνδοξολογοῦντας, τρισανθρώπους ἀπεκάλει, ἀντὶ τοῦ τρισαθλίους. τὸν πλούσιον ἀμαθῆ, πρόβατον εἶπε χρυσόμαλλον. θεασάμενος ἐπὶ ἀσώτου οἰκίᾳ ἐπιγεγραμμένον, πράσιμος, Ἤδειν, εἶπεν, ὅτι οὕτω κραιπαλῶσα ῥᾳδίως ἐξεμέσεις τὸν κεκτημένον. πρὸς τὸ καταιτιώμενον μειράκιον τὸ πλῆθος τῶν ἐνοχλούντων, Παῦσαι γὰρ, ἔφη, καὶ σὺ τὰ δείγματα τοῦ παθητικοῦ περιφέρων. πρὸς τὸ ῥυπαρὸν βαλανεῖον, Οἱ ἐνθάδε, ἔφη, λουόμενοι, ποῦ λούονται; παχέος κιθαρῳδοῦ πρὸς πάντων μεμφομένου...

Adolescẽtem intuitus cum satrapis ad cœnam obeuntem, abductum ad suos retem, obseruaríque iussit. Composito adolescenti quippiam roganti nõ prius se affirmauit responsurum, quàm apertè exploraret virne esset an mulier. Plaudenti lasciuius in balneo adolescenti, Quãto (inquit) melius, tanto deterius. Inter cœnandum ossa illi quidam vt cani iactabant, at ille propius accedẽs, permingebat vt canis. Oratores atque omnes in dicendo gloriam quærentes, Ter homines, pro eo quod est Ter infelices, appellabat. Diuitem indoctum, ouem aureo vellere dicebat. Quũ vidisset prodigi cuiusdam domui inscriptum Venalis, Sciebam, inquit, quòd præ nimia crapula facilè dominum euomeres. Causanti adolescenti perturbantium se multitudinem, Desiste, inquit, & tu perturbationis indicia proferre. Ingressus sordidum balneum, Qui hic se lauant, ait, vbi lauantur? Quum rudẽm pinguémque citharœdum omnes causarentur,

αὐτὸς μόνος ἐπῄνει. ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί, ἔφη, Ὅτι τηλικοῦτος ὢν κιθαρῳδεῖ, καὶ οὐ λῃστεύει. τὸν κιθαρῳδὸν ἀεὶ καταλειπόμενον ὑπὸ τῶν ἀκροατῶν ἠσπάσατο, χαῖρε ἀλέκτωρ. τοῦ δ' εἰπόντος, Διὰ τί; Ὅτι (ἔφη) ᾄδων πάντας ἐγείρεις. μειρακίου διαδεικνυμένου πληρώσας τὸ προκόλπιον ἀντικρὺς θέρμων ἔκαμπτε. τοῦ δὲ πλήθους εἰς αὐτὸν ἀφορῶντος, θαυμάζειν ἔφη πῶς ἐκεῖνον ἀφέντες αὐτὸν ὁρῶσι. λέγοντος δὲ αὐτῷ τινος ἰσχυρῶς δεισιδαίμονος, μιᾷ πληγῇ τὴν κεφαλήν σου διαρρήξω, ἐγὼ δέ γε, εἶπε, πταρὼν ἐξ ἀριστερῶν τρέμειν σε ποιήσω. Ἡγησίου παρακαλοῦντος χρῆσαί τι αὐτῷ τῶν συγγραμμάτων, Μάταιος, ἔφη, τυγχάνεις, ὦ Ἡγησία, ὃς ἰσχάδας μὲν γραπτὰς οὐκ αἱρῇ, ἀλλὰ τὰς ἀληθινάς· ἄσκησιν δὲ παρεὶς τὴν ἀληθινὴν, ἐπὶ τὴν γεγραμμένην ὁρμᾷς. πρὸς τὸν ὀνειδίσαντα αὐτῷ τὴν φυγὴν, ἀλλὰ τούτου γε ἕνεκα, εἶπεν, ὦ κακόδαιμον, ἐφιλοσόφησα, καὶ πάλιν, εἰπόντος τινὸς, Σινωπεῖς σου φυγὴν κατέγνωσαν, Ἐγὼ δέ γε, εἶπεν, ἐκείνων μονήν.

solus ipse laudabat: rogatus quamobrem, ait, Quod talis quum sit, cithara se, non latrociniis exerceret. Citharœdum, qui semper ab auditoribus desereba-tur, ita salutabat, Salue galle: illo autem dicente, Cur ita? Quia, inquit, canens omnes excitas. Quum adolescentem plurimi inspicerent, ille sinum lupinis cōplens se incuruabat: multitudine in eum conuersa, mirari se dixit quomodo illo dimisso se intuerentur. Dicente quodam vehementer superciliosio, Vno ictu caput tibi perfringam, At ego, inquit, à sinistris adstans te tremere faciam. Hegesia se deprecante vt sibi librorum aliquid exponeret, Stultus, inquit, es Hegesia, qui caricas quidem non scriptas eligis, sed veras: vera autem exercitatione neglecta, te ad scripta confers. Ei qui ipsi exilium exprobrabat, At huius, inquit, miser, causa philosophatus sum. Alio rursus dicente, Sinopei te exilij condemnant, Et ego illos, inquit, mansione.

θεασάμενός ποτε Ὀλυμπιονίκην πρόβατα νέμοντα, Ταχέως, εἶπεν, ὦ βέλτιστε, μετέβης ἀπὸ τῶν Ὀλυμπίων ἐπὶ τὰ Νέμεα. ἐρωτηθεὶς διὰ τί οἱ ἀθληταὶ ἀναίσθητοί εἰσιν, ἔφη, ὅτι κρέασιν ὑείοις καὶ βοείοις ἀνῳκοδόμηνται. ᾔτει ποτὲ ἀνδριάντα· ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί τοῦτο ποιεῖ, Μελετῶ, εἶπεν, ἀποτυγχάνειν. αἰτῶν τινα (καὶ γὰρ τοῦτο πρῶτον ἐποίησε διὰ τὴν ἀπορίαν) ἔφη, Εἰ μὲν καὶ ἄλλῳ δέδωκας, δὸς κἀμοί· εἰ δὲ μηδενί, ἀπ' ἐμοῦ ἄρξαι. ἐρωτηθεὶς ποτὲ ὑπὸ τοῦ τυράννου ποῖος ἂν εἴη ἀμείνων χαλκὸς εἰς ἀνδριάντα, ἔφη, Ἀφ' οὗ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἐχαλκεύθησαν. ἐρωτηθεὶς πῶς χρῆται Διονύσιος τοῖς φίλοις, ἔφη, Ὡς θυλάκοις, τοὺς μὲν πλήρεις κρημνῶν, τοὺς δὲ κενοὺς ῥίπτων. νεογάμου ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν, Ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν, ἐπέγραψε, Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. τὴν φιλαργυρίαν εἶπε μητρόπολιν πάντων τῶν κακῶν.

Intuitus aliquando Olympionicen oues pascentem, Quàm cito (inquit) ô præclare, ab Olympiis ad Nemea te contulisti? Rogatus cuius rei gratia athletæ nihil sentiunt, Quia, inquit, suillis ac bubulis carnibus extructi sunt. Petebat aliquando statuam: rogatus cur hoc faceret, Vt me, inquit, non potiri assuefaciã. Quum postularet quempiã (quippe & hoc primum fecit propter inopiam) dicebat, Si quidem & alij dedisti, mihi da: si verò nemini, à me incipe. Interrogatus aliquando à tyranno cuiusmodi ære præstaret statuã sculpere, Quo, inquit, Harmodius & Aristogiton facti sunt. Rogatus quomodo Dionysius amicis vteretur, Vt vasculis, ait: dum plena sunt, suspendit, & abiicit vacua. Inscripserat quidam domui suæ, vxore nuper ducta, Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, nihil ingrediatur mali; inscripsit ipse, Post bellum auxilium. Cupiditatem [illegible] cem omnium malorũ dixit.

Prodigum

ἄσωτόν ποτε θεασάμενος ἐν παν-
δοκείῳ ἐλάας ἐσθίοντα, ἔφη, εἰ
οὕτως ἠρίστας, οὐκ ἂν οὕτως
ἐδείπνεις. τοὺς ἀγαθοὺς ἄν-
δρας, θεῶν εἰκόνας εἶναι. τὸν
ἔρωτα, σχολαζόντων ἀσχολίαν.
ἐρωτηθεὶς τί ἄθλιον ἐν βίῳ,
ἔφη, γέρων ἄπορος. ἐρωτη-
θεὶς τί τῶν θηρίων κάκιστα δά-
κνει, ἔφη, τῶν μὲν ἀγρίων, συ-
κοφάντης· τῶν δ' ἡμέρων, κόλαξ.
ἰδών ποτε δύο κενταύρους κά-
κιστα ἐζωγραφημένους, ἔφη,
πότερος τούτων χείρων ἐστί;
τὸν πρὸς χάριν λόγον, ἔφη
μελιτίνην ἀγχόνην εἶναι. τὴν
γαστέρα, χάρυβδιν ἔλεγε τοῦ
βίου. ἀκούσας ποτὲ ὅτι Δι-
δύμων ὁ μοιχὸς συνελήφθη,
ἄξιος, ἔφη, ἐκ τοῦ ὀνόματος
κρέμασθαι. ἐρωτηθεὶς διὰ τί
τὸ χρυσίον χλωρόν ἐστιν, ἔφη,
ὅτι πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβου-
λεύοντας. ἰδὼν γυναῖκα ἐν
φορείῳ, ΟΥ' κατὰ τὸ θηρίον,
ἔφη, ἡ γαλεάγρα. ἰδὼν δρα-
πέτην ἐπὶ φρέατι καθήμενον,
ἔφη, Μειράκιον, βλέπε μὴ
ἐμπέσῃς. ἰδὼν ἱματιοκλέ-
πτην ἐν τῷ βαλανείῳ, ἔφη,
Ἐπ' ἀλειμμάτιον ἢ ἐπ' ἄλλο ἱ-
μάτιον; ἰδών ποτε γυναῖκας
ἀπ' ἐλαίας ἀπηγχονισμένας

Prodigum quendam intui-
tus oleas in diuersorio ede-
tem, Si sic prandisses, ait, nõ
ita cœnares. Bonos viros i-
magines deorum esse. A-
morem, vacãtium occupa-
tionem. Rogatus quidnam
esset in vita miserum, Senex
ait, egenus. Quænam per-
niciosissimè morderet bel-
lua, Ex feris (inquit) ob-
trectator: ex cicuribus au-
tem, adulator. Intuitus ali-
quando cẽtauros duos pes-
sime pictos, ait, Vter horum
deterior est? Sermonem ad
gratiam instructum, mel-
leũ esse laqueũ dixit. Ven-
trem, vitæ Charybdin ap-
pellabat. Audiens Didymo-
nem mœchum fuisse com-
prehensum, Dignus est, in-
quit, ex ipso nomine suspẽ-
di. Rogatus cur pallens es-
set aurũ, Quia, inquit, mul-
tos habet insidiatores. Mu-
lierem in lectica intuẽns,
non secundum feram ait
esse caueam. Fugitiuum ser-
uum ad puteum sedentem
quum vidisset, Caue (in-
quit adolescens, ne excidas.
Cernens vestimẽtorum fu-
rem in balneis, Num, in-
quit, ad vnguentulum, an
verò ad aliud vestimen-
tum? Quum vidisset ali-
quandò mulieres ex oliuæ
arbore pendere suffocatas,

Εἴθε γάρ, ἔφη, πάντα τὰ δένδρα τοιοῦτον καρπὸν ἤνεγκεν. ἰδὼν λωποδύτην, ἔφη,

--τίπτε σὺ ὧδε φέριστε,
Ἤ τινα συλήσων νεκύων κατατεθνηώτων;

ἐρωτηθεὶς εἰ παιδισκάριον ἢ παιδάριον ἔχοι, ἔφη, ΟΥ. τοῦ δ' εἰπόντος, Ἐὰν οὖν ἀποθάνῃς, τίς σε ἐξοίσει; ἔφη, Ὁ χρῄζων τῆς οἰκίας. μειράκιον εὔμορφον ἀφυλάκτως ἰδὼν κοιμώμενον, νύξας, Ἐπέγειραι, ἔφη,

Μή τίς τοι εὕδοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.

πρὸς τὸν πολυτελῶς ὀψωνοῦντα,

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ' ἀγοράζεις;

Πλάτωνος περὶ ἰδεῶν διαλεγομένου, καὶ ὀνομάζοντος τραπεζότητα καὶ κυαθότητα, Ἐγώ, εἶπον, ὦ Πλάτων, τράπεζαν μὲν καὶ κύαθον ὁρῶ· τραπεζότητα δὲ καὶ κυαθότητα, οὐδαμῶς. καὶ ὅς, Κατὰ λόγον, ἔφη· οἷς μὲν γὰρ κύαθος καὶ τράπεζα θεωρεῖται, ὀφθαλμοὺς ἔχεις· ᾧ δὲ τραπεζότης καὶ κυαθότης βλέπεται, νοῦν οὐκ ἔχεις.

Vtinam (inquit) arbores cæteræ fructum huiuſmodi ferrent. Intuitus ſepulcrorum violatorem, ait,

--ſed hic quid, vir bone, quæris?
An aliquem è vita functis ſpoliare laboras?

Rogatus num ſeruulum aut ancillam haberet, negauit: dicente, Si ergo mortem obieris, quiſnam te ad ſepulcrum efferet? Quidomo, inquit, indiget. Quum animaduerteret formoſum adoleſcentem, incuſtoditè obdormientem, manu pungens, Surge, inquit,

Ne quis te à tergo ſtertentem cuſpide figat.

Ad eum qui pretioſa parabat opſonia,

Nate, mihi haud longæuus eris.

Platone de ideis differente, & nominante menſalitatem & cyathitatem, Equidem (inquit) ô Plato, menſam & cyathum video, menſalitatem verò & cyathitatem non video. & ille, Rectè (inquit) quibus enim cyathus menſaque conſpicitur, oculos habes: quo autem menſalitas & cyathitas intelligitur, animũ nõ habes.

ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, ποῖός τίς σοι, Διόγενες, δοκεῖ Σωκράτης; εἶπε, Μαινόμενος. Ἐρωτηθεὶς ποίῳ καιρῷ δεῖ γαμεῖν, ἔφη, Τοὺς μὲν νέους μηδέπω, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδέποτε. Ἐρωτηθεὶς τί θέλοι κονδύλου λαβεῖν, περικεφαλαίαν, ἔφη. Μειράκιον ἰδὼν καλλωπιζόμενον, ἔφη, Εἰ μὲν πρὸς ἄνδρας, ἀτυχεῖς· εἰ δὲ πρὸς γυναῖκας, ἀδικεῖς. Ἰδών ποτε μειράκιον ἐρυθριῶν, Θάρρει, ἔφη· τοιοῦτόν ἐστι τῆς ἀρετῆς τὸ χρῶμα. Δυοῖν ποτε νομικοῖν ἀκούσας, τοὺς δύο κατέκρινεν, εἰπὼν, τὸν μὲν κεκλοφέναι, τὸν δὲ μὴ ἀπολωλεκέναι. Ἐρωτηθεὶς ποῖον οἶνον ἡδέως πίνει, ἔφη, τὸν ἀλλότριον. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Πολλοί σου καταγελῶσιν, Ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, οὐ καταγελῶμαι. Πρὸς τὸν εἰπόντα κακὸν εἶναι τὸ ζῆν, Οὐ τὸ ζῆν, εἶπεν, ἀλλὰ τὸ κακῶς ζῆν. Πρὸς τοὺς συμβουλεύοντας τὸν ἀποδράντα αὐτοῦ δοῦλον ζητεῖν, Γελοῖον, ἔφη, εἰ Μάνης μὲν χωρὶς Διογένους ζῇ, Διογένης δὲ χωρὶς Μάνου οὐ δύναται. Ἀριστῶν ἐλάας, πλακοῦντος εἰσενεχθέντος, ῥίψας φησίν,

Interroganti cuidam qualis sibi videretur Socrates, Furens, respondit. Rogatus à quodam quo tempore ducenda sit vxor, Iuuenibus (inquit) nondum, senibus verò nunquam. Interrogatus quidnam vellet vt colaphum acciperet, Galeam, inquit. Adolescentem intuens se componentem, Si quidem, inquit, ad viros, frustra: sin autem ad mulieres, nequiter. Videns adolescẽtulum rubore perfusum, Confide, ait, filii huiusmodi est virtutis color. Quum duos aliquando audisset legisperitos, ambos damnauit dicens, alterum quidem furatum esse, alterum verò non perdidisse. Rogatus cuiusmodi vinum libentius biberet, Alienum, inquit. Dicente sibi quodam, Plures te irrident, At ego, inquit, non irrideor. Dicenti malum esse viuere, Non, inquit, viuere malum est, sed malè viuere. Consulentibus vt fugitiuum quæreret seruum, Ridiculum (inquit) est, si Manes absque Diogene viuat: Diogenes absque Mane non possit. Prandebat oleas, inuectam verò inter prandendum placentam proiecit, dicens,

Ὦ ξεῖνε, τυράννοις ἐκποδὼν μεθίστασο.

καί ποτε,

μάστιξεν δ' ἐλάαν.

ἐρωτηθεὶς ποταπὸς εἴη κύων, ἔφη, Πεινῶν, Μελιταῖος· χορτασθεὶς δὲ, Μολοττικός. οὓς ἐπαινοῦντες οἱ πολλοὶ οὐ τολμῶσι διὰ τὸ πόνον συνεξιέναι αὐτοῖς ἐπὶ τὴν θήραν· οὕτως οὐδὲ ἐμοὶ δύνασθε συμβιοῦν, διὰ τὸ φόβον τῶν ἀλγηδόνων. ἐρωτηθεὶς εἰ σοφοὶ πλακοῦντα ἐσθίουσι, πάντ', εἶπεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι. ἐρωτηθεὶς διὰ τί προσαίταις μὲν ἐπιδιδόασι, φιλοσόφοις δὲ οὔ, ἔφη, ὅτι χωλοὶ μὲν καὶ τυφλοὶ γενέσθαι ἐλπίζουσι· φιλοσοφῆσαι δὲ, οὐδέποτε. φιλάργυρον ᾔτει· τοῦ δὲ βραδύνοντος, ἄνθρωπε, εἶπεν, εἰς τροφήν σε αἰτῶ, οὐκ εἰς ταφήν. ὀνειδιζόμενός ποτε ἐπὶ τῷ παραχαράξαι τὸ νόμισμα, ἔφη, Ἦν ποτε χρόνος ἐκεῖνος ὅτ' ἤμην ἐγὼ τοιοῦτος ὁποῖος σὺ νῦν· ὁποῖος δ' ἐγὼ νῦν, σὺ οὐδέποτε. καὶ πρὸς ἄλλον ἐπὶ τῷ αὐτῷ ὀνειδίσαντα, Καὶ γὰρ ἐνεούρουν θᾶττον ἀλλὰ νῦν, οὔ.

Longè à tyrannis temet, hospes, auferas.

Et aliquando,

--celeres agitabat equos.

Rogatus qualis esset canis, Esuriens, (inquit) Melitæus, satiatus verò, Molossicus. Quosdam permulti laudãt, neque tamen ob laborem audent cum eis vnà ad venationẽ egredi: ita ne mihi quidem ob dolorum metũ congredi atque vnà viuere potestis. Rogatus an sapiẽtes placentis vescerentur, Omnibus, (inquit) sicut & homines cæteri. Interrogatus cur mendicis largirentur homines, non autem philosophis, Quia claudi (inquit) ac cæci fieri potius quam philosophos euadere se sperant. Poscebat quiddam ab auaro, atque illo tergiuersante, Ad cibũ (inquit) homo te postulo, non ad sepulcrum. Exprobranti quòd aliquando falso pecuniam signasset, Tempus (inquit) fuit quum talis eram qualis tu modò: qualis autem ego modò sum, nunquam tu eris. Alteri sibi idem exprobranti, Atqui (inquit) emingebam tum celerius, modò non ita.

εἰς Μύνδον ἐλθὼν, καὶ θεασάμενος μεγάλας τὰς πύλας, μικρὰν δὲ τὴν πόλιν, ἄνδρες Μύνδιοι, ἔφη, κλείσατε τὰς πύλας, μὴ ἡ πόλις ὑμῶν ἐξέλθῃ. θεασάμενός ποτε πορφυροκλέπτην πεφωραμένον, ἔφη,

Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος
καὶ μοῖρα κραταιή.

Κρατεροῦ ἀξιοῦντος πρὸς αὐτὸν ἀπιέναι, Ἀλλὰ βούλομαι, ἔφη, ἐν Ἀθήναις ἅλα λείχειν, ἢ παρὰ Κρατερῷ τῆς πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαύειν. Ἀναξιμένει τῷ ῥήτορι παχεῖ ὄντι προσελθὼν, Ἐπίδος καὶ ἡμῖν, ἔφη, τοῖς πτωχοῖς τῆς γαστρός. καὶ γὰρ αὐτὸς κουφισθήσῃ, καὶ ἡμᾶς ὠφελήσεις. διαλεγομένου ποτὲ αὐτοῦ, τάριχον προτείνας, περιέσπασε τοὺς ἀκροατάς. ἀγανακτοῦντος δὲ, Τὴν Ἀναξιμένους, ἔφη, διάλεξιν ὀβολοῦ τάριχος διέλυσεν. ὀνειδιζόμενός ποτε ὅτι ἐν ἀγορᾷ ἔφαγεν, ἐν ἀγορᾷ γὰρ, ἔφη, καὶ ἐπείνησα. ἔνιοι δὲ τούτου φασὶν ἐκεῖνο καὶ τὸ, ὅτι Πλάτων θεασάμενος αὐτὸν λάχανα πλύνοντα, προσελθὼν ἡσυχῆ εἴποι αὐτῷ, Εἰ Διονύσιον ἐθεράπευες, οὐκ ἂν λάχανα ἔπλυνες.

Myndum profectus quum videret magnificas portas, & vrbem modicam, Viri, inquit, Myndii, portas claudite, ne vrbs vestra egrediatur. Quũ vidisset aliquãdo hominem in purpuræ furto deprehẽsum, inquit,

Purpureum (te) cepit fatum
violentaque parca.

Cratereo precante vt ad se ille proficisceretur, At malo (inquit) sal Athenis lingere, quàm apud Craterum frui magnificè instructa mensa. Anaximenem cõueniẽs pingui aqualiculo rhetorem, Impartire (inquit) & nobis pauperibus ventrem: quippe & ipse ab onere leuaberis, & nobis emolumento eris. Disserente illo aliquando, pernam prætendens, auditores in se cõuertit. indignante illo, Disputationem (inquit) Anaximenis oboli pretium dissoluit. Quũ illi probro daretur quod in foro manducaret, In foro enim (ait) esurio. Quidam & illud huius esse aiunt, quòd intuitus illũ Plato lauantẽ olera, accedens tacitè illi dixerit, Si Dionysio obsequutus esses, olera profectò non lauisses:

ἐπὶ δὲ τὸ οὖς ὑποκρίνασθαι ὁμοίως ἡσυχῇ, Καὶ σὺ εἰ λάχανα ἔπλυνες, οὐκ ἂν Διονύσιον ἐθεράπευες. πρὸς τὸν εἰπόντα, Οἱ πλεῖστοί σου καταγελῶσι· Κἀκείνων τυχὸν, εἶπεν, οἱ ὄνοι· ἀλλ' οὔτ' ἐκεῖνοι τῶν ὄνων ἐπιστρέφονται, οὔτ' ἐγὼ ἐκείνων. θεασάμενός ποτε μειράκιον φιλοσοφοῦν, Εὖγε, εἶπεν, ὅτι τοὺς τοῦ σώματος ἐραστὰς ἐπὶ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος μετάγεις. θαυμάζοντός τινος τὰ ἐν Σαμοθράκῃ ἀναθήματα, ἔφη, πολλῷ ἂν εἴη πλείω εἰ καὶ οἱ μὴ σωθέντες ἀνετίθεσαν· οἱ δὲ τοῦτο Διαγόρου φασὶ τοῦ Μηλίου. εὐμόρφῳ μειρακίῳ ἀπιόντι εἰς συμπόσιον, ἔφη, χείρων ἐπανήξεις· τοῦ δ' ἐπανελθόντος καὶ τῇ ἑξῆς εἰπόντος, Καὶ ἀπῆλθον, καὶ χείρων οὐκ ἐγενόμην, ἔφη, χείρων μὲν οὔ, Εὐρυτίων δέ. δύσκολον ᾔτει τοῦ δ' εἰπόντος, Ἐὰν με πείσῃς, ἔφη, Εἴ σε ἐδυνάμην πεῖσαι, ἔπεισα ἄν σε ἀπάγξασθαι. ἐπανῄει ἐκ Λακεδαίμονος εἰς Ἀθήνας· πρὸς οὖν τὸν πυθόμενον, ποῖ καὶ πόθεν; Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος, εἶπεν, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν. ἐπανῄει ἀπὸ Ὀλυμπίων· πρὸς οὖν τὸν πυθόμενον εἰ ὄχλος ἦν πολὺς, Πολὺς μὲν, εἶπεν, ὁ ὄχλος·

illúmque ad aurem item respondisse, Et si lauares olera, Dionysio non esses obsequutus. Dicenti cuidã, Multi te irrident, Et illos (inquit) fortè asini: sed non illi asinos curant, neque ego illos, respondit. Conspecto adolescentulo philosophante; Eia, inquit, amatores corporis ad animæ pulcritudinem traducis. Admirante quodam ea quæ in Samothracia sunt donaria: Longè, ait, plura essent, si & qui seruati non sunt, ea dedicassent. alij Diagoræ Medo hoc assignant. Formoso adolescenti ad conuiuium eunti, Deterior, inquit, remeabis: illo redeunte & postridie ipsi dicente, Et abij & deterior effectus non sum, Deterior, inquit. Postulabat ab EVrytio difficile quiddam: illo dicente, Si mihi persuaseris, Equidem (inquit) si persuadere possim, suasissem vti te suffocares. Reuertebatur ex Lacedæmone Athenas, interrogabatur quò & vnde veniret, A viris, inquit, ad mulieres. Rediens ab Olympiis quum rogaretur an multa ibi turba fuerit, Turba, inquit, multa,

ὀλίγους δ' ἀνθρώπους. τοὺς ἀσώτους εἶπε παραπλησίους εἶναι συκαῖς ἐπὶ κρημνῷ πεφυκυίαις· ὧν τοῦ καρποῦ μὴ ἄνθρωπος ἀπογεύεται, κόρακες δὲ καὶ γῦπες ἐσθίουσι. Φρύνης Ἀφροδίτην χρυσῆν ἀναθείσης ἐν Δελφοῖς, τοῦτον ἐπιγράψαι, Τῆς ἀπὸ τῆς Ἑλλήνων ἀκρασίας. Ἀλεξάνδρου ποτὲ ἐπιστάντος αὐτῷ, καὶ εἰπόντος, Ἐγώ εἰμι Ἀλέξανδρος ὁ μέγας βασιλεύς, Κἀγώ, φησί, Διογένης ὁ κύων. ἐρωτηθεὶς τί ποιῶν κύων καλεῖται, ἔφη, Τοὺς μὲν διδόντας σαίνων, τοὺς δὲ μὴ διδόντας ὑλακτῶν, τοὺς δὲ πονηροὺς δάκνων. ἀπὸ συκῆς ὀπώραν ἐτρύγα· τοῦ δὲ φύλακος εἰπόντος, Ἀπ' αὐτοῦ πρῴην ἄνθρωπος ἀπήγξατο, Ἐγὼ οὖν, φησίν, αὐτὴν καθαρῶ. ἰδὼν Ὀλυμπιονίκην εἰς ἑταίραν πυκνότερον ἀτενίζοντα, Ἴδε, ἔφη, κριὸν ἀρειμάνιον, ὡς ὑπὸ τοῦ τυχόντος κορασίου τραχηλίζεται. τὰς εὐμόρφους ἑταίρας ἔλεγε θανασίμῳ μελικράτῳ παραπλησίας εἶναι. ἀριστῶντι αὐτῷ ἐν ἀγορᾷ οἱ περιεστῶτες συνεχὲς ἔλεγον, Κύον. ὁ δέ, Ὑμεῖς, εἶπεν, ἐστὲ κύνες, οἵ με ἀριστῶντα περιεστήκατε.

ſed homines pauci. Luxurioſos dicebat ſimiles ficubus quæ per præcipitia naſcuntur, quarum fructus homo non guſtat, coruí autem & vultures comedunt. Phryne ſcortum Venerem auream Delphis obtulit, quam ille ita inſcripſit, Ex Græcorum intemperantia. Alexandro quoque illi aſſiſtente & dicente, Ego ſum Alexander magnus ille rex, At ego, inquit Diogenes canis. Rogatus quidnam faciens canis vocaretur, Quòd eis, inquit, blandior qui dant, in eos verò qui non dant, oblatro, malos autē mordeo. Ex ficu quadam poma legebat: cuſtode dicente, Hic ante paucos dies homo ſuſpenſus eſt, Ego, inquit, illam purgabo. Olympionicen intuens in ſcortum frequenter intendentem, Ecce (inquit) vt aries Martius à puella vulgári per collum captus abducitur. Formoſa ſcorta lethali mulſo non diſſimilia dicebat. Prandenti in platea, qui circumſtabant identidem acclamabant, Canis: at ille, Vos autē canes eſtis, qui prādentem circūſtatis.

δύο μαλακῶν περικρυπτομένων αὐτὸν, ἔφη, Μὴ εὐλαβεῖσθε· κύων τεῦτλα οὐ τρώγει. περὶ παιδὸς πεπορνευκότος ἐρωτηθεὶς πόθεν εἴη, Τεγεάτης, ἔφη. ἀφυῆ παλαιστὴν θεασάμενος ἰατρεύοντα, Τί τοῦτο; ἦ ἵνα οὓς ποτέ σε νικήσαντας νῦν καταβάλῃς; θεασάμενος υἱὸν ἑταίρας λίθον εἰς ὄχλον βάλλοντα, Πρόσεχε, ἔφη, μὴ τὸν πατέρα πλήξῃς. δείξαντος αὐτῷ παιδαρίου μάχαιραν, ἣν εἰλήφει παρὰ ἐραστοῦ, Ἡ μὲν μάχαιρα, ἔφη, καλή· ἡ δὲ λαβὴ, αἰσχρά. ἐπαινούντων τινῶν τὸν ἐπιδόντα αὐτῷ, ἔφη, Ἐμὲ δ' οὐκ ἐπαινεῖτε τὸν ἄξιον λαβεῖν; ἀπαιτούμενος ὑπό τινος τριβώνιον, ἔφη, Εἰ μὲν ἐχαρίσω, ἔχω· εἰ δὲ ἔχρησας, χρῶμαι. ὑποβολιμαίου τινὸς εἰπόντος αὐτῷ ὅτι χρυσὸν ἔχει ἐν τῷ ἱματίῳ, Ναὶ, ἔφη, διὰ τοῦτο αὐτῷ ὑποβεβλημένος κοιμῶμαι. ἐρωτηθεὶς τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη, Καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, τὸ γοῦν πρὸς πᾶσαν τύχην παρεσκευάσθαι. ἐρωτηθεὶς πόθεν εἴη, Κοσμοπολίτης, ἔφη. θυόντων τινῶν

Quum duo molles se ab eo subducerent, Nolite, inquit, vereri: canis betas non comedit. De puero stuprato cuias esset rogatus, Tegeates, inquit. Quum vidisset ignauum luctatorem medicinam profitentem, Quid hoc, inquit, num & eos qui te aliquando vicerunt, nunc ipse deiicies? Quum scorti filium in turbas iactantem lapides cerneret, Caue (ait) ne patrem ferias. Puero ostentanti sibi gladium quem ab amatore acceperat, Gladius, inquit, pulcher est, sed capulus fœdus. Laudantibus quibusdam eum qui illi erogauerat, Me autem, inquit, non laudatis qui accipere merui? Quum à quodam pallium exigeretur, Si quid (ait) donasti, habeo: sin autem exuisti, vtor. Supposititio quodam dicente, Aurum habet in pallio, Ita sanè, inquit: idcirco illo supposito obdormio. Rogatus quid ex philosophia lucratus fuisset, Etsi nihil aliud (inquit) vel hoc ipsum quòd ad omnem fortunam paratus sum. Interrogatus vnde esset, Mundanus, ait. Sacrificantibus quibusdam

τοῖς θεοῖς ὑπὲρ υἱὸν φῦναι, ἔφη, περὶ δὲ τοῦ ποῖον ἐκβῆναι, οὐ θύετε; ἔρανόν ποτε αἰτούμενος, πρὸς τὸν ἐρανάρχην ἔφη,

Τοὺς ἄλλους ἐνάριζ', ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.

τὰς ἑταίρας, ἔφη βασιλέων εἶναι βασιλίσσας. αἰτεῖν γὰρ ὅ,τι ἂν δόξῃ αὐταῖς. ψηφισαμένων Ἀθηναίων Ἀλέξανδρον Διόνυσον, κἀμέ, ἔφη, Σάραπιν ποιήσατε. πρὸς τὸν ὀνειδίζοντα ὡς εἰς τόπους ἀκαθάρτους εἰσίοι, Καὶ γὰρ ὁ ἥλιος, ἔφη, εἰς τοὺς ἀποπάτους, ἀλλ' οὐ μιαίνεται. ἐν ἱερῷ δειπνῶν, μεταξὺ ῥυπαρῶν ἄρτων παρατεθέντων, ἄρας αὐτοὺς ἔρριψεν, εἰπὼν εἰς ἱερὸν μηδὲν δεῖν ῥυπαρὸν εἰσιέναι. πρὸς τὸν εἰπόντα, Οὐδὲν εἰδὼς φιλοσοφεῖς, ἔφη, Εἰ καὶ προσποιοῦμαι σοφίαν, καὶ τοῦτο φιλοσοφεῖν ἐστί. πρὸς τὸν συνιστάντα τὸν παῖδα, καὶ λέγοντα ὡς εὐφυέστατος εἴη καὶ τὸ ἦθος κράτιστος, Τί οὖν, εἶπε, ἐμοῦ χρῄζει; τοὺς λέγοντας μὲν τὰ σπουδαῖα, μὴ ποιοῦντας δέ, ἔλεγε μηδὲν διαφέρειν κιθάρας· καὶ γὰρ ταύτην μήτε ἀκούειν μήτε αἰσθάνεσθαι.

ut filium edito imperarent, Ut (inquit) bonum impetretis, non immolatis? Quum stipem aliquando posceret, ægrotanti ait,

Tu reliquos spolia, sed ab
Hectore contine dextras.

Scorta dicebat regum esse reginas: petere enim quodcunque eis videretur. Atheniensibus Alexandrum Liberum patrem decernentibus, Et me (inquit) Sarapin facite. Exprobranti quòd loca immunda introiret, Et sol, inquit, in secessus abit, neque inquinatur. In phano cœnans, inter panes sordidos appositos, sublatos abiecit, dicens, In sacrum nihil oportere sordidum ingredi. Dicente quodam cur nihil sciens philosopharetur, Et si (inquit) philosophiam simulo, hoc ipsum philosophari est. Laudabatur puer ad illum adductus, quòd ingenio excelleret, essetque optimis moribus, Quid ergo inquit me indiget? Qui recta dicerent, eos citharæ similes aiebat: hanc enim nihil audire, neque sentire.

εἰς θέατρον εἰσῄει ἐναντίος τοῖς ἐξιοῦσιν· ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί, Τοῦτο, ἔφη, παντὶ τῷ βίῳ ἐπιτηδεύω ποιεῖν. ἰδών ποτε νεανίσκον θηλυνόμενον, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, χείρονα τῆς φύσεως περὶ σαυτοῦ βουλευόμενος; ἡ μὲν γάρ σε ἄνδρα ἐποίησε, σὺ δὲ σεαυτὸν βιάζῃ γυναῖκα εἶναι. ἰδὼν ἄφρονα ψαλτήριον ἁρμοζόμενον, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, τοὺς μὲν φθόγγους τῷ ξύλῳ προσαρμόττων, τὴν δὲ ψυχὴν εἰς τὸν βίον μὴ ἁρμόττων; πρὸς τὸν εἰπόντα, Ἀνεπιτήδειός εἰμι πρὸς φιλοσοφίαν, Τί οὖν, ἔφη, ζῇς, εἰ τοῦ καλῶς ζῆν μὴ μέλει σοι; πρὸς τὸν καταφρονοῦντα τοῦ πατρὸς, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, καταφρονῶν τούτου δι' ὃν μέγα φρονεῖς; ἰδὼν εὐπρεπῆ νεανίσκον ἀπρεπῶς λαλοῦντα, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, ἐξ ἐλεφαντίνου κολεοῦ μολυβδίνην ἕλκων μάχαιραν; ὀνειδιζόμενος ὅτι ἐν καπηλείῳ πίνει, Καὶ ἐν κουρείῳ, φησὶ, κείρομαι. ὀνειδιζόμενος ὅτι παρ' Ἀντιπάτρου τριβώνιον ἔλαβεν, ἔφη,

Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

Theatrum ingrediebatur ex aduerso exeuntium: rogatus cur ita faceret, Hoc (ait) in omni vita facere studeo. Videns aliquando adolescentulum effœminari, Non pudet (ait) deterius quàm naturam ipsam, de teipso statuere? illa enim te virum fecit, tu te cogis mulierē fieri. Intuens quēdam parum cordatum aptare psalterium, Non erubescis (inquit) qui sonos ligno aptes, animum ad vitam non componas? Dicenti cuidam, Idoneus ad philosophiam non sum, Quid ergo, (inquit) viuis, si vt bene viuas nulla tibi cura est? Contemnentē quodam patrem, Non pudet (ait) eum contemnere, qui tibi vt magnum sapias est autor? Videns decorum adolescentem indecorè loquentem, Non erubescis (ait) ex eburnea vagina plumbeum educere gladium? Quum illi probro daretur, quòd in caupona biberet, Et in tonstrina tondeor, inquit. Vitio vertebatur illi quòd ab Antipatro accepisset palliolum, tum illi inquit,

Reiicienda deum non sunt insignia dona.

πρὸς τὸν ἐμβαλόντα αὐτῷ δοκὸν, εἶτα εἰπόντα, φύλαξαι, παίσας αὐτὸν τῇ βακτηρίᾳ, εἶπε, φύλαξαι. πρὸς τὸν λιπαροῦντα τῇ ἑταίρᾳ; τί θέλεις, ἔφη, τυχεῖν, ὦ ταλαίπωρε, οὗ τὸ ἀποτυχεῖν ἄμεινόν ἐστι; πρὸς τὸν μυριζόμενον, βλέπε, εἶπε, μὴ ἡ τῆς κεφαλῆς σου εὐωδία δυσωδίαν σοι τοῦ βίου παράσχῃ. τοὺς μὲν οἰκέτας ἔφη δεσπόταις, τοὺς δὲ φαύλους ἐπιθυμίαις δουλεύειν. ἐρωτηθεὶς διὰ τί ἀνδράποδα ἐκλήθη, ὅτι, φησὶ, τοὺς πόδας ἀνδρῶν εἶχον, τὴν δὲ ψυχὴν ὁποίαν σὺ νῦν ὁ ἐξετάζων. ἄσωτον ᾔτει μνᾶν· πυθομένου δὲ διὰ τί τοὺς μὲν ἄλλους ὀβολὸν ζητεῖ, αὐτὸν δὲ μνᾶν, ὅτι, εἶπε, παρὰ μὲν τῶν ἄλλων πάλιν ἐπιζῶ λαβεῖν, παρὰ δὲ σοῦ, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται εἰ πάλιν λήψομαι. ὀνειδιζόμενος ὅτι αἰτεῖ, Πλάτωνος μὴ αἰτοῦντος, Κἀκεῖνος, εἶπεν, αἰτεῖ ἀλλ'

Ἄγχι σχὼν κεφαλὴν, ἵνα μὴ πευθοίαθ' οἱ ἄλλοι.

ἰδὼν τοξότην ἀφυῆ, παρὰ τὸν σκοπὸν ἐκάθισεν, εἰπὼν, ἵνα μὴ πληγῶ. τοὺς ἐρῶντας ἔφη πρὸς ἡδονὴν ἀτυχεῖν.

Quum illi quidam trabem impegisset, ac diceret, Caue: virga illum cædens, ait, Caue. Supplicante quodam meretrici, Quid (ait) vis, miser, ab illa quum præstet frustrari? Vnguentis delibuto, Vide, ait, ne fragrantia capitis fœtorem vitæ præstet. Seruos quidem dominis, malos autem cupiditatibus seruire dicebat. Rogatus cur mancipia Ἀνδράποδα sint appellata, Quia pedes, inquit, habent virorum, animum autem quem tu nunc habes qui hoc interrogas. A prodigo petebat minam: à quo quum rogaretur cur ab aliis obolum, ab se peteret minam, Quia (inquit) ab aliis omnibus denuo me accepturum spero, abs te verò an rursus accepturus sim, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται hoc est, *In genibus diuum positum est*. Quum probro daretur quòd Platone non petente, ipse peteret, Et ille, inquit, petit:

Sed caput admouens, reliqui
ne fortè resciscant.

Sagittarium intuitus imperitũ, iuxta scopum cõsedit, dicens, Ne fortè me feriat. Eos qui ad voluptatẽ aspicerẽt, falli ac frustrari dixit.

ἐρωτηθεὶς εἰ κακὸς ὁ θάνατος, πῶς, εἶπε, κακός, οὗ παρόντος οὐκ αἰσθανόμεθα; πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστάντα, καὶ εἰπόντα, Οὐ φοβῇ με; Τί γὰρ, εἶπεν, εἶ, ἀγαθὸν, ἢ κακόν; τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἀγαθόν· Τίς οὖν, εἶπε, τὸ ἀγαθὸν φοβεῖται; τὴν παιδείαν εἶπε, τοῖς μὲν νέοις, σωφροσύνην, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, παραμυθίαν, τοῖς δὲ πένησι, πλοῦτον, τοῖς δὲ πλουσίοις, κόσμον εἶναι. πρὸς Διδύμωνα τὸν μοιχὸν ἰατρεύοντά ποτε κόρης ὀφθαλμὸν, Ὅρα (φησὶ) μὴ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς παρθένου ἰατρεύων, τὴν κόρην φθείρῃς. εἰπόντος τινὸς ὅτι ὑπὸ τῶν φίλων ἐπιβουλεύεται, Καὶ τί δεῖ πράττειν, ἔφη, εἰ δεήσει τοῖς φίλοις καὶ τοῖς ἐχθροῖς ὁμοίως χρῆσθαι; ἐρωτηθεὶς τί κάλλιστον ἐν ἀνθρώποις, ἔφη, Παρρησία. εἰσελθὼν εἰς διδασκαλεῖον, καὶ μούσας μὲν ἰδὼν πολλὰς, μαθητὰς δὲ ὀλίγους, Σὺν θεοῖς, ἔφη, διδάσκαλε πολλοὺς μαθητὰς ἔχεις. εἰώθει δὲ πάντα ποιεῖν ἐν τῷ μέσῳ, καὶ τὰ Δήμητρος καὶ τὰ Ἀφροδίτης. καὶ τοιούτους τινὰς ἠρώτα λόγους. Εἰ τὸ ἀριστᾶν μηδέν ἐστιν ἄτοπον, οὐδ' ἐν ἀγορᾷ [illegible].

Interrogatus an mala esset mors, Quonam (inquit) modo mala, quam præsentem non sentimus? Alexandro stante atque interrogante, Num me times? Quid enim (inquit) es, bonum an malum? dicente Bonum: Quis ergo (ait) bonum timet? Disciplinā iuuenibus quidem sobrietatem, senioribus solatium, pauperibus diuitias, diuitibus ornatum esse dixit. Didymoni mœcho curanti aliquando puellæ oculū, Vide (inquit) ne virginis oculum curans, puellam corrumpas. Dicente quodam amicos illi insidiari, Et quid (ait) agere oportet, si amicis & inimicis æquè vtendum erit? Rogatus quid esset inter homines optimum, Libertas, inquit. Ingressus aliquando scholam, quum videret musas multas paucósque discipulos, Cum diis (inquit) præceptor, multos habes discipulos. Solebat autē omnia palàm facere, & quæ ad Cererem & quæ ad Venerēm pertinent: atque huiusmodi conclusiunculis vtebatur. Si prandere nihil mali est, neque in foro prandere malum est;

κ ἐστὶ δὲ ἄτοπον τὸ ἀριστᾶν· οὐδ' ἐν ἀγορᾷ ἐστιν ἄτοπον. Χειρουργῶν τε ἐν τῷ μέσῳ συνεχὲς, εἴθε ἦν, ἔλεγε, καὶ τὴν κοιλίαν παρατρίψαντα τοῦ λιμοῦ παύσασθαι. Φέρεται δὲ καὶ ἄλλα εἰς αὐτὸν, ἃ μακρὸν ἂν εἴη καταλέγειν, πολλὰ ὄντα.

Διττὴν δὲ ἔλεγεν εἶναι τὴν ἄσκησιν· τὴν μὲν, ψυχικὴν· τὴν δὲ, σωματικὴν ταύτην, καθ' ἣν ἐν γυμνασίᾳ συνεχεῖς γινόμεναι φαντασίαι, εὐλυσίαν πρὸς τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα παρέχονται. εἶναι δὲ ἀτελῆ τὴν ἑτέραν χωρὶς τῆς ἑτέρας, οὐδὲν ἧττον εὐεξίας καὶ ἰσχύος ἐν τοῖς προσήκουσι γενομένης, ὡς περὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα. παρετίθετο δὲ τεκμήρια τοῦ ῥᾳδίως ἀπὸ τῆς γυμνασίας ἐν τῇ ἀρετῇ καταγίνεσθαι. ὁρᾶν τε γὰρ ἔν τε ταῖς τέχναις ταῖς βαναύσοις καὶ ταῖς ἄλλαις, οὐ τὴν τυχοῦσαν ὀξυχειρίαν τοὺς τεχνίτας ἀπὸ τῆς μελέτης πεποιημένους. τούς τε αὐλητὰς καὶ τοὺς ἀθλητὰς, ὅσον ὑπερφέρουσιν ἑκάτεροι τῇ ἰδίᾳ πονήσει τῇ συνεχεῖ. καὶ ὡς οὗτοι, εἰ μετενήνεγκαν τὴν ἄσκησιν καὶ ἐπὶ τὴν ψυχὴν, οὐκ ἂν

non est autem malũ prandere, nec in foro quidem prandere malũ est. Quúmque ante ora omnium obnixè operaretur, Vtinam liceret (aiebat) perfricato ventre, à fame conquiescere. Referuntur in eum & alia, quæ quum sint multa, prolixum esset & omnia prosequi.

Dicebat autẽ duplicem esse exercitationẽ, alteram esse animi, alteram corporis: hanc secundum quam in exercitio perpetuæ quæ fiunt imaginationes præstãt ad virtutis opera quædam adminicula. Porro alterã sine altera esse imperfectã, nihilominus bona habitudine & robore inter ea quæ cõpetunt adnumerato, quippe quæ veluti circa corpus, ita & circa animã sint. Adiiciebátque argumenta, quòd ad virtutem facilè exercitio proficiatur. Cernere enim se in artibus mechanicis & aliis opifices ex consuetudine operis nõ minimam operandi celeritatem fuisse consequutos. Athletas item, & tibicines inter sese eminere tãto interuallo, quãto maiore studio & labore versati fuerũt. Atque si quidẽ ita isti exercitationem ad animũ transtulissent, nequaquãm

ἀνωφελῶς καὶ ἀτελεῖς ἐμόχθουν. οὐδέ γε μὴν ἔλεγε τὸ παράπαν ἐν τῷ βίῳ χωρὶς ἀσκήσεως κατορθοῦσθαι, δυνατὴν δὲ ταύτην πᾶν ἐκνικῆσαι. δέον οὖν, ἀντὶ τῶν ἀχρήστων πόνων τοὺς κατὰ φύσιν ἑλομένους, ζῆν εὐδαιμόνως, παρὰ τὴν ἄνοιαν κακοδαιμονοῦσι. καὶ γὰρ αὐτὴ τῆς ἡδονῆς ἡ καταφρόνησις ἡδυτάτη προμελετηθεῖσα. καὶ ὥσπερ οἱ συνεθισθέντες ἡδέως ζῆν, ἀηδῶς ἐπὶ τοὐναντίον μετίασιν· οὕτω οἱ τοὐναντίον ἀσκηθέντες, ἥδιον αὐτῶν τῶν ἡδονῶν καταφρονοῦσι. τοιαῦτα διελέγετο καὶ ποιῶν ἐφαίνετο, ὄντως νόμισμα παραχαράττων, μηδὲν οὕτω τοῖς κατὰ νόμον ὡς τοῖς κατὰ φύσιν διδούς· τὸν αὐτὸν χαρακτῆρα τοῦ βίου λέγων διεξάγειν ὅνπερ καὶ Ἡρακλῆς, μηδὲν ἐλευθερίας προκρίνων. πάντα τῶν σοφῶν εἶναι λέγων, καὶ τοιούτοις λόγοις χρώμενος οἵους ἄνω προειρήκαμεν· πάντα τῶν θεῶν ἐστί· φίλοι δὲ τοῖς σοφοῖς οἱ θεοί· κοινὰ δὲ τὰ τῶν φίλων· πάντα ἄρα τῶν σοφῶν. περί τε τοῦ νόμου, ὅτι χωρὶς αὐτοῦ οὐχ οἷόν τε πολιτεύεσθαι.

inutiliter aut imperfectè laborarent. Nihil dicebat in vita omnino absque exercitatione perfici, eam verò omnia exuperare posse. Quũ igitur repudiatis inutilibus laboribus naturales insequi, ac viuere beatè debeamus, per summam dementiã infelices sumus. Nanque ipsius quoque cõtemptus voluptatis, si nos assuefecerimus, iucundissimus fit. Et sicut hi qui consueuerunt voluptuosè viuere, molestè inde se auelli patiuntur; ita qui aliter exercitati sunt, facillimè ipsas contemnunt voluptates. Talia docebat atque etiamnum reipsa præstabat, monetas reuera adulterans, quòd nihil minus naturalibus quàm legitimis deferret. Eandem vitæ formam quam Hercules se viuere affirmans, nihil libertati præferens, omniáque sapientum esse dicens; eiusmodi rationibus, quas suprà allegauimus vsus. Omnia, inquiens, deorum sunt: amici autem sunt sapientibus dij: sunt autem amicorum omnia cõmunia: omnia igitur sapiẽtum sunt. Ac de lege, quòd sine ipsa geri resp. non possit.

οὔτε γὰρ, φησὶν, ἄνευ πόλεως ὄφελός τι εἶναι ἀστεῖον· ἀστεῖον δὲ ἡ πόλις· νόμου δὲ ἄνευ πόλεως οὐδὲν ὄφελος· ἀστεῖον ἄρα ὁ νόμος. εὐγενείας δὲ καὶ δόξας καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα διέπαιζε, προκοσμήματα κακίας εἶναι λέγων· μόνην τε ὀρθὴν πολιτείαν εἶναι τὴν ἐν κόσμῳ. ἔλεγε δὲ καὶ κοινὰς εἶναι δεῖν τὰς γυναῖκας, γάμον μηδὲν ὀνομάζων, ἀλλὰ τὸν πείσαντα τῇ πεισάσῃ συνεῖναι· κοινοὺς δὲ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς υἱέας. μηδέν τε ἄτοπον εἶναι ἐξ ἱεροῦ τι λαβεῖν, ἢ τῶν ζῴων τινὸς γεύσασθαι· μηδ᾽ ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων κρεῶν ἅψασθαι, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐθῶν· καὶ τῷ ὀρθῷ λόγῳ πάντα ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων εἶναι λέγων. καὶ γὰρ ἐν τῷ ἄρτῳ κρέας εἶναι, καὶ ἐν τῷ λαχάνῳ ἄρτον, καὶ τῶν σωμάτων τῶν λοιπῶν ἐν πᾶσι διά τινων ἀδήλων πόρων καὶ ὄγκων εἰσκρινομένων καὶ συνατμιζομένων, ὡς δῆλον ἐν τῷ Θυέστῃ ποιεῖ, εἴγε αὐτοῦ αἱ τραγῳδίαι, καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου ἐκείνου γνωρίμου, ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ, ὅν φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ

Nā ſine ciuitate nihil conferre quod vrbanum eſt: vrbs verò ciuitas eſt: lex verò abſque ciuitate ad nihilum vtilis eſt: igitur vrbana lex. Nobilitatē verò & gloriam, & huiuſmodi cætera ridebat, dicens, Malitiæ eſſe velamenta. Solam rectam eſſe remp. quæ eſſet habēda in honore. Dicebat & mulieres cōmunes eſſe oportere, nuptias nihil eſſe arbitratus, ſed vt quiſque cuique perſuaſiſſet, ita illi coiret, communéſque idcirco filios fieri. Nihil eſſe iniquum duxit ex templo quippiā accipere, aut quoduis guſtare animal, ne iniuſtum quidem eſſe humanis veſci carnibus: idque ex aliarum gentium cōſuetudine liquere: atque hac recta ratione omnia in omnibus & per omnia eſſe dicens. Nanque & in pane carnes eſſe, & in olere panē, quū panis & corpora reliqua, in omnibus per occultos quoſdam meatus ac tumores ingerantur, atque vnà euaporent, ſicut & in Thyeſte manifeſtū eſt. ſi quidē ipſius ſūt tragœdiæ, & non Philiſci Aeginetæ ipſi familiaris, ſiue Paſiphōtis Luciani, quem ſcribit Phauorinus in Omnimoda

κυρεῖα, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ συγγράψαι.) μουσικῆς τε καὶ γεωμετρικῆς καὶ ἀστρολογίας καὶ τῶν τοιούτων ἀμελεῖν, ὡς ἀχρήστων καὶ οὐκ ἀναγκαίων.

Εὐστοχώτατος δ' ἐγένετο ἐν ταῖς ἀπαντήσεσι τῶν λόγων, ὡς δῆλον ἐξ ὧν προειρήκαμεν. καὶ πρᾶσιν ἤνεγκε γενναιότατα. πλέων γὰρ εἰς Αἴγιναν, καὶ πειραταῖς ἁλοὺς, ὧν ἦρχε Σκίρπαλος, εἰς Κρήτην ἀπαχθεὶς ἐπιπράσκετο. καὶ τοῦ κήρυκος ἐρωτῶντος τί οἶδε ποιεῖν, ἔφη, ἀνθρώπων ἄρχειν. ὅτε καὶ δείξας τινὰ Κορίνθιον εὐπάρυφον, τὸν προειρημένον Ξενιάδην, ἔφη, Τούτῳ με πώλει· οὗτος δεσπότου χρήζει. ὠνεῖται δὴ αὐτὸν ὁ Ξενιάδης· καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὴν Κόρινθον, ἐπέστησε τοῖς ἑαυτοῦ παιδίοις, καὶ πᾶσαν ἐνεχείρισε τὴν οἰκίαν. Ὁ δὲ οὕτως αὐτὴν ἐν πᾶσι διετίθει, ὥστε ἐκεῖνος περιιὼν, Ἀγαθὸς, ἔλεγε, δαίμων εἰς τὴν οἰκίαν μου εἰσελήλυθε. φησὶ δὲ Κλεομένης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ παιδαγωγικῷ, τοὺς γνωρίμους λυτρώσασθαι

historia, post obitum eius scripsisse.) Musicæ verò, & geometriæ, & astrologiæ, cæterorúmque similium fuisse negligentem, veluti inutilium, & quæ minimè essent necessaria.

Fuit autem promptissimus ad obuiandum iis quę dicerentur, vt ex superioribus liquet. Quin & sui auctionem firmissimè pertulit. Nam quum in Aeginam nauigaret, atque a piratis comprehensus, quorum princeps erat Scirpalus, in Cretam deductus, venditus esset, præcone interrogante quid sciret facere, respondit, scire se hominibus dominari. Vnde quũ indicasset digito Corinthium quendam habitu ingenuo prætereuntẽ, Xeniadẽ, quem prædiximus, Huic, inquit, me vẽde: hic enim domino indiget. Emit igitur illum Xeniades, Corinthúmque secum adducens, filiis præceptorem dedit, & toti domui præfecit. Is verò ita se gessit in omnibus, vt sursum ac deorsum cursitans ille diceret, Bonus genius domũ meum ingressus est. Refert Cleomenes in libro qui Pædagogus inscribitur, necessarios suos illum redimere voluisse,

αὐτὸν θελῆσαι· τὸν δὲ ἀνοήτους αὐτοὺς εἰπεῖν· οὐδὲ γὰρ τοὺς λέοντας δούλους εἶναι τῶν τρεφόντων, ἀλλὰ τοὺς τρέφοντας τῶν λεόντων. δούλου γὰρ τὸ φοβεῖσθαι· τὰ δὲ θηρία, φοβερὰ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι. θαυμαστὴ δέ τις ἦν περὶ τὸν ἄνδρα πειθώ, ὥστε πάνθ' ὁντινοῦν ῥᾳδίως αἱρεῖν τοῖς λόγοις. λέγεται γοῦν Ὀνησίκριτόν τινα Αἰγινήτην πέμψαι εἰς Ἀθήνας δυοῖν ὄντοιν υἱοῖν τὸν ἕτερον Ἀνδροσθένην· ὃν ἀκούσαντα τοῦ Διογένους, αὐτόθι προσμεῖναι. τὸν δὲ ἐπ' αὐτὸν καὶ τὸν ἕτερον ἀποστεῖλαι τὸν πρεσβύτερον, Φιλίσκον τὸν προειρημένον· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Φιλίσκον κατασχεθῆναι. τὸ τρίτον αὐτὸν ἀφικόμενον, μηδὲν ἧττον συνεῖναι τοῖς παισὶ φιλοσοφοῦντα, τοιοῦτόν τι φίλτρον προσῆν τοῖς Διογένους λόγοις.

Ἤκουσε δ' αὐτοῦ καὶ Φωκίων ὁ ἐπικληθεὶς χρηστὸς, καὶ Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς, καὶ ἄλλοι πλείους ἄνδρες πολιτικοί.

Λέγεται δὲ πρὸς τὰ ἐνενήκοντα ἔτη βιοὺς τελευτῆσαι. περὶ δὲ τοῦ θανάτου διάφοροι λέγονται λόγοι. οἱ μὲν γὰρ βοὸς πόδα φαγόντα ὠμὸν, χολερικῶς ληφθῆναι, καὶ ὧδε τελευτῆσαι. οἱ δὲ, τὸ πνεῦμα συγκρατήσαντα

voluisse, illum, verò eos fatuos dixisse. Neque enim leones seruos esse nutrientium, sed è conuerso illos seruire leonibus. Nam serui timere est, feras verò hominibus terrori esse. Erat autem viro mirabilis persuadēdi vis, adeo vt quemlibet oratione facilè caperet. Fertur denique Onesicritus quidam Æginensis Athenas misisse alterum ex duobus liberis suis, Androsthenem nomine: cúmque quum audisset Diogenem, illic perstitisse: misisse itidē quem prędiximus Philiscū, qui erat maior natu, ipsúmque itidem detentum fuisse. Postremò verò ipsum aduenisse, atque vnà cum filiis philosophatū esse: tāta Diogenis sermonibus suauitas inerat.

Audiuit ipsum & Phociō qui cognominatus est Bonus, & Stilpo Megarensis, & cōplures alij ciuiles viri.

Fertur nonaginta fermè annorū obiisse diem. Porro de ipsius morte varia habetur opinio. Sunt enim qui dicāt illum quū bouis pedē crudū comedisset, bilē sibi cōsciuisse, atque ita periisse:

ὧν ἐστι καὶ Κερκίδας ὁ Μεγαλοπολίτης, ἢ Κρὴς, λέγων ἐν τοῖς μελιάμβοις οὕτως,

ΟΥ μὰν ὁ πάρος γ' ἔα Σινωπεὺς τῆνος

Ὁ βακτροφόρας, διπλοείματος, αἰθεριβόσκας,

Ἀλλ' ἀνέβα χεῖλος ποτ' ὀδόντας ἐρείσας,

Καὶ τὸ πνεῦμα συνδακών. ἦν γὰρ ἀλαθέως

Διογένης Ζανὸς γόνος, οὐράνιός τε κύων.

ἄλλοι φασὶ πολύπουν κυσὶ συμμερίσασθαι βουλόμενον, οὕτω δηχθῆναι τοῦ ποδὸς τὸν τένοντα, καὶ καταστρέψαι. οἱ μέντοι γνώριμοι αὐτοῦ, (καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς) εἴκαζον τὴν τοῦ πνεύματος συγκράτησιν. ἐτύγχανε μὲν γὰρ διάγων ἐν τῷ κρανείῳ τῷ πρὸ τῆς Κορίνθου γυμνασίῳ. κατὰ τὸ ἔθος, ἧκον οἱ γνώριμοι, καὶ αὐτὸν καταλαμβάνουσιν ἐγκεκαλυμμένον, οὐδ' εἴκασαν αὐτὸν κοιμώμενον. οὐδὲ γὰρ ἦν τις νυσταλὸς καὶ ὑπνηλός. ὅθεν ἀποπετάσαντες τὸν τρίβωνα, ἔκπνουν αὐτὸν καταλαμβάνουσι. καὶ ὑπέλαβον τοῦτο πρᾶξαι, βουλόμενον λοιπὸν ὑπεξελθεῖν τοῦ βίου. ἔνθα καὶ στάσις (ὥς φασιν) ἐγένετο τῶν γνωρίμων, τί-

ex quibus est Cercidas Megalopolita, siue Cretēsis: dicens in Meliambis sic,

Non enim patitur priscus ille Sinopeus,

Baculifer ille, & duplicatus, sub diuo pastus,

Tandem qui sublatus est, quū labris dentes obfirmasset.

Et spiritum continuisset. erat enim verè

Diogenes Iouis filius & cælestis canis.

Alij dicunt quum polypum canibus partiri voluisset, morsum in cruris neruo, ac ex eo defunctum esse. Ipsius tamen necessarij (vt in Successionibus ait Antisthenes) id potius approbant, quòd spiritum continendo animam exhalauerit. Degebat enim in Cranio: (id erat gymnasium ante Corinthum) quum verò ex more familiares adiissent, pallióque obuolutum deprehenderent, non illum dormire arbitrari (erat quippe minimè somnolentus) reuelato pallio animam efflasse inuenerūt, suspicatique sunt illum hoc fecisse desiderio migrandi ex vita. Hinc inter eos qui eum sepelirent

τίς αὐτὸν θάψουσιν· ἀλλὰ καὶ μέχρι χειρῶν ἦλθον. ἀφικομένων δὲ τῶν πατέρων καὶ τῶν ὑπερεχόντων, ὑπὸ τούτοις ταφῆναι τὸν ἄνδρα, παρὰ τῇ πύλῃ τῇ φερούσῃ εἰς ἰσθμόν. ἐπέστησάν τε αὐτῷ κίονα, καὶ ἐπ' αὐτῷ λίθου Παρίου κύνα. ὕστερον δὲ καὶ οἱ πολῖται αὐτοῦ χαλκαῖς εἰκόσιν ἐτίμησαν αὐτόν, καὶ ἐπέγραψαν οὕτω,

Γηράσκει καὶ χαλκὸς ὑπὸ χρόνου ἀλλὰ σὸν οὔτι
Κῦδος ὁ πᾶς αἰὼν Διόγενες καθελεῖ.
Μοῦνος ἐπεὶ βιοτᾶς αὐτάρκεα δόξαν ἔδειξας
Θνατοῖς, καὶ ζωᾶς οἶμον ἐλαφροτάταν.

ἔστι καὶ ἡμῶν ἐν τῷ προκελευσματικῷ μέτρῳ,

Διόγενες ἄγε, λέγε, τίς ἔλαβέ σε μόρος
Εἰς ἅιδος. ἔλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὀδάξ.

Ἔνιοι δέ φασι τελευτῶντα αὐτὸν, καὶ ἐντείλασθαι ἀτάφον ῥῖψαι ὡς πᾶν θηρίον αὐτοῦ μετάσχοι· ἢ εἴς γε βόθρον συνῶσαι, καὶ ὀλίγην κόνιν ἐπαμῆσαι. οἱ δὲ, εἰς τὸν Ἐλισσὸν ἐμβαλεῖν, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς χρήσιμος γένηται.

oborta seditio, vt ferè ad manus ventum sit. Aduenientibus autem patribus illorum atque primatibus ita sedata discordia, sepultum esse iuxta portam quæ in Isthmum fert. Erigentes autem super illius tumulum columnam, canem desuper ex lapide Pario sculpserūt. Postea & ipsius ciues æreis illum statuis honorarunt, ita inscribentes,

AEra quidem absumit tempus, sed tempore nunquā
Interitura tua est gloria Diogenes.
Quandoquidem ad vitā miseris mortalibus æquis
Monstrata est facilis te duce, & ampla via.

Est item de eo tale epigrāma carmine proceleumatico,

Diogenes, age loquere, quis exitus ad inferos
Te abstulit, abstulitne canis morsus ferox?

Aiunt quidam illum, dum moreretur, mandasse insepultum proiici cadauer, vt omnes bestiæ participes ipsius essent: siue in foueam superiecto modico puluere iniicerent. Alij autem in Elissum se immitti voluisse tradunt, vt esset fratribus vtilis.

Δημήτριος δ' ἐν τοῖς ὁμωνύμοις φησὶ, τῆς αὐτῆς ἡμέρας Ἀλέξανδρον μὲν ἐν Βαβυλῶνι, Διογένην δ' ἐν Κορίνθῳ τελευτῆσαι. ἦν δὲ γέρων κατὰ τὴν τρίτην καὶ δεκάτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα.

Φέρεται δ' αὐτοῦ βιβλία τάδε· Διάλογοι κεφαλαίων, Ἰχθύας, Κολοιὸς, Πάρδαλις, Δῆμος Ἀθηναίων, Πολιτεία, Τέχνη ἠθικὴ, περὶ πλούτου, Ἐρωτικὸς, Θεόδωρος, Ὑψίας, Ἀρίσταρχος, περὶ θανάτου, ἐπιστολαί, Τραγῳδίαι ἑπτὰ, Ἑλένη, Θυέστης, Ἡρακλῆς, Ἀχιλλεὺς, Μήδεια, Χρύσιππος, Οἰδίπους. Σωκράτης δ' ἐν τῷ πρώτῳ τῆς διαδοχῆς, καὶ Σάτυρος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν βίων, οὐδὲν εἶναι Διογένους φασί. τά τε τραγῳδάρια φησὶν ὁ Σάτυρος Φιλίσκου εἶναι τοῦ Αἰγινήτου, γνωρίμου τοῦ Διογένους. Σωτίων δ' ἐν τῷ ἑβδόμῳ ταῦτα μόνα φησὶ Διογένους εἶναι· περὶ ἀρετῆς, περὶ ἀγαθοῦ, ἐρωτικὸν, πτωχὸν, τολμαῖον, πάρδαλιν, κάσανδρον, κεφαλίωνα, φιλίσκον, ἀρίσταρχον, σίσυφον, γανυμήδην, χρείας, ἐπιστολάς.

Γεγόνασι δὲ Διογένεις πέντε· πρῶτος Ἀπολλωνιάτης,

Demetrius autem in Æquiuocis ait, eadem die Alexandrũ Babyloniæ. Diogenémque Corinthi, vita functos esse. Erat autem senex Olympiade CXIII.

Feruntur eius ista volumina, Dialogi capitum, Ichtyas, Graculus, Pardus, Plebs Atheniensium, Respublica, Ars moralis, De diuitiis, Amatorius, Theodorus, Hypsias, Aristarch⁹, De morte, Epistolæ, Tragœdiæ septẽ, Helena, Thyestes, Hercules, Achilles, Medea, Chrysippus, OEdipus. Porro Socrates in primo Successionum, & Satyrus in quarto De vitis, nihil eorũ esse Diogenis affirmant. Tragœdiolas autem ait Satyrus Philisci Æginensis esse, Diogenis discipuli. Sotion autem in septimo hæc sola Diogenis esse ait, De virtute, De bono, Amatorium, Mendicum, τολμαῖον, Pardum, Cassandrum, Cephalionem, Philiscum, Aristarchum, Sisyphum, Ganymedem, Sententias, Epistolas.

Fuerunt autẽ quinq; Diogenes. Prim⁹, Apolloniates,

φυσικός. ἀρχὴ δ' αὐτῷ τοῦ συγγράμματος ἤδη, λόγου παντὸς ἀρχόμενον δοκεῖ μοι χρεὼν εἶναι τὴν ἀρχὴν ἀναμφισβήτητον παρέχεσθαι. δεύτερος, Σικυώνιος, ὁ γράψας τὰ περὶ Πελοποννησον· τρίτος, αὐτὸς οὗτος· τέταρτος, Στωϊκὸς, γένος Σελευκεὺς, καλούμενος δὲ Βαβυλώνιος, διὰ τὴν γειτνίαν· πέμπτος, Ταρσεὺς, γεγραφὼς περὶ ποιητικῶν ζητημάτων ἃ λύειν ἐπιχειρεῖ. τὸν δὲ φιλόσοφον Ἀθηνόδωρός φησιν ἐν ε΄ Περιπάτων ἀεὶ στιλπνὸν φαίνεσθαι διὰ τὸ ἀλείφεσθαι.

physicus. Eius autem scriptorum istud initium fuit, Quicquid est quod dicere aggredior, operæpretium esse videtur initium irrefragabile ponere. secundus, Sicyonius, qui Peloponnesica scripsit: tertius, hic ipse: quartus, Stoicus ex Seleucia: appellatus est autem Babylonius ob vicinitatem: quintus, Tarsensis, qui de quæstionibus poeticis scripsit, quas etiam soluere nititur. Hunc verò philosophum Athenodorus in quinto Deambulationum ait, quòd vngi solitus esset, lucidum semper apparuisse.

ΜΟ΄ΝΙΜΟΣ.

Μόνιμος, Συρακούσιος, μαθητὴς μὲν Διογένους, οἰκέτης δέ τινος τραπεζίτου Κορινθίου, καθά φησι Σωκράτης. πρὸς τοῦτον συνεχὲς ἀφικνούμενος ὁ Ξενιάδης ὁ τὸν Διογένην ἐωνημένος, τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τῶν ἔργων καὶ τῶν λόγων διηγούμενος, εἰς ἔρωτα τἀνδρὸς ἐνέβαλε τὸν Μόνιμον. αὐτίκα γὰρ ἐκεῖνος μανίαν προσποιηθεὶς, τό, τε κέρμα διέρριπτε καὶ πᾶν τὸ ἐπὶ τῆς τραπέζης ἀργύριον,

MONIMVS.

Monimus, Syracusanus, Diogenis quidem discipulus, famulus verò mensarij cuiusdam Corinthij fuit, vt Socrates tradit. Ad eum Xeniades, qui Diogenem emerat, quum frequens commearet, virtutẽ hominis atque in dicendo vim admiratus, Monimum in ipsius pellexit amorem. Ille enim continue simulata vesania abiicere monetam omnémque mensæ pecuniam cœpit.

ἕως αὐτὸν ὁ δεσπότης παρῃτήσατο· καὶ εὐθέως Διογένους ἦν. παρηκολούθησε δὲ καὶ Κράτητι τῷ κυνικῷ συχνά, καὶ τῶν ὁμοίων εἴχετο, ὅτε καὶ μᾶλλον ὁρῶν αὐτὸν ὁ δεσπότης ἐδόκει μαίνεσθαι.

Ἐγένετο δὲ ἀνὴρ ἐλλόγιμος, ὥστε καὶ Μένανδρον αὐτοῦ τὸν κωμικὸν μεμνῆσθαι. ἔν τινι γοῦν τῶν δραμάτων ἐν τῷ Ἱπποκόμῳ εἶπεν οὕτως,

Μόνιμός τις ἦν ἄνθρωπος,
ὦ φίλων, σοφὸς
Ἀδοξότερος, μικρὰν δὲ πήραν
ἦν ἔχων.
Πήρας μὲν οὖν τρεῖς, ἀλλὰ
καὶ εἰκὸς ῥήματι
Ἐφθέγξατ' οὐδὲν ἐμφερές,
μὰ τὸν Δία,
Τῷ γνῶθι σαυτόν, οὐδὲ τοῖς
βοωμένοις
Τούτοις· ὑπὲρ δὲ ταῦτα, ὁ προσαιτῶν καὶ ῥυπῶν.
Τὸ γὰρ ὑποληφθὲν τῦφον εἶναι
πᾶν ἔφη.

Οὗτος μὲν ἐμβριθέστατος ἐγένετο, ὥστε δόξης μὲν καταφρονεῖν, πρὸς δ' ἀλήθειαν παρορμᾶν.

Γέγραφε δὲ παίγνια σπουδῇ λεληθυίᾳ μεμιγμένα, καὶ περὶ ὁρμῶν δύο, καὶ προτρεπτικόν.

donec à domino repudiatus, continuò se ad Diogenem cõtulit. Adhæsit autem & Crateti Cynyco sæpius, cæteros id genus studiosè consectatus. Qua ex re factum est vt eum dominus adhuc magis insanire putarit.

Fuit autem vir eloquens ac doctus, adeo vt Menander comicus ipsius mentionem fecerit in quadam comœdia, quæ Hippocomus inscribitur: sic de eo dicens.

Monimus fuit quidam sciens
vir, ô Philo,
Contemptior quidem, ferens
sed manticam.
Tres ergo peras, verùm similitudinis
Verbo est loquutus, tale per
Iouem nihil
Quale illud est, Teipsum nosce, aut, confinia.
His verba, scurra præter hæc
& sordidus.
Nam cuncta fastum dixit
esse cætera.

Adeo verò grauis ac constãs fuit, vt contempta gloria solam veritatem appeteret.

Scripsit autem Ludicra sententiis seriis permixta, De appetitionibus duo, & Exhortatorium.

ΟΝΗΣΙ´ΚΡΙΤΟΣ.

Ὀνησίκριτος. τοῦτόν τινες μὲν, αἰγινήτην, δημήτριος δ' ὁ Μάγνης Ἀστυπαλαιέα φησί. καὶ οὗτος τῶν ἐλλογίμων διογένους μαθητῶν.

Ἔοικε δέ τι ὅμοιον πεπονθέναι πρὸς ξενοφῶντα. ἐκεῖνος μὲν γὰρ κύρῳ συνεστράτευσεν, οὗτος δ' Ἀλεξάνδρῳ· κἀκεῖνος μὲν, παιδείαν κύρου· ὁ δὲ, πῶς Ἀλέξανδρος ἤχθη, γέγραφε. καὶ ὁ μὲν, ἐγκώμιον κύρου· ὁ δὲ, ἀλεξάνδρου, πεποίηκε. καὶ τῇ ἑρμηνείᾳ δὲ παραπλήσιος, πλὴν ὅτι ὡς ἀπόγραφος ἐξ ἀρχετύπου δευτερεύει.

Γέγονε καὶ Μένανδρος διογένους μαθητὴς ὁ ἐπικαλούμενος δρυμὸς, θαυμαστὴς ὁμήρου· καὶ Ἡγησαῖος Σινωπεὺς, ὁ Κλοιὸς ἐπίκλην· καὶ φιλίσκος αἰγινήτης, ὡς προειρήκαμεν.

ONESICRITVS.

ONesicritum quidam Æginensem tradunt. Porro Demetrius Magnesius Astypalensem fuisse ait. & hic ex Diogenis ludo probatissimus.

Videtur autem quiddam habere simile cum Xenophonte. Ille enim cum Cyro, hic cum Alexandro, militauit: ille Cyri παιδείαν, hic Alexandri scripsit initia: ille Cyri, hic Alexandri prosequitur laudes. Est autem & stilus vtriusque simillimus, nisi quòd apographus, & quòd transcriptum est dissentit ab archetypo & exemplari.

Fuit & Menander Diogenis discipulus cognomẽto Drymus, Homeri admirator, & Hegesæus Sinopeus K[illegible] cognominatus, & Philiscus Æginensis, vt prędiximus.

ΚΡΑ´ΤΗΣ.

Κράτης Ἀσκώνδου, Θηβαῖος, καὶ οὗτος τῶν ἐλλογίμων τοῦ κυνὸς μαθητῶν. ἱππόβοτος δὲ φησιν οὐ διογένους αὐτὸν μαθητὴν γενέσθαι, ἀλλὰ Βρύσωνος τοῦ Ἀχαιοῦ. Τούτου παίγνια φέρεται τάδε.

CRATES.

CRates Thebanus, Ascondi filius, ipse quoque inter sapientissimos Diogenis discipulos fuit: Cæterùm Hippobotus non Diogenis ipsum fuisse discipulum ait, sed Brysonis Achiui.

Hui⁹ ista ferũtur ludicra.

Πήρη τις πόλις ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ,
Καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυπος, οὐδὲν ἔχουσα,
Εἰς ἣν οὔτε τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μωρὸς παράσιτος,
Οὔτε λίχνος πόρνης ἐπαγαλλόμενος πυγῇσιν,
Ἀλλὰ θύμον καὶ σκόρδα φέρει καὶ σῦκα καὶ ἄρτους,
Ἐξ ὧν οὐ πολεμοῦσι πρὸς ἀλλήλους περὶ τούτων
Οὐχ ὅπλα κέκτηνται, περὶ κέρματος, οὐ περὶ δόξης.

Est quaedam medio constructa urbs mantica fastu:
Pulcra quidem & pinguis, circumflua, rebus egena,
Quam nullus parasitus adit stolidúsve penetrat,
Deditus aut quisquam damnosis ganeo scortis:
Allia sed, panes, ficus, profértque lupinos.
Nec pro gloriola capiunt aut sordibus arma.

ἔστι καὶ ἐφημερὶς ἡ θρυλλουμένη, οὕτως ἔχουσα· Τίθει μαγείρῳ μνᾶς δέκα, ἰατρῷ δραχμήν, κόλακι τάλαντα δέκα, συμβούλῳ καπνόν, πόρνῃ τάλαντον, φιλοσόφῳ τριώβολον. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Θυρεπανοίκτης, διὰ τὸ εἰς πᾶσαν εἰσιέναι οἰκίαν, καὶ νουθετεῖν. ἔστιν αὐτοῦ καὶ τόδε,

Est & ephemeris illa vulgatissima, ita se habens, Ponito coquo minas decem, medico drachmam, assentatori talenta quinque, consiliario fumum, meretrici talentum, philosopho triobolum. Vocabatur autem & Θυρεπανοίκτης, quòd in omnem egrederetur domũ, & corriperet. Sunt autem & eius hi versus,

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ Μουσῶν
Σέμν' ἐδάην· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια τῦφος ἔμαρψε.

Tantum habeo quantum didici, quantúm ue labore
Percepi & studio: rapuit sed caetera fastus.

καὶ ὅτι ἐκ φιλοσοφίας αὐτῷ περιγένοιτο,

Et quòd illi ex philosophiae studio accessisset

Θέρμων τε χοῖνιξ, καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν.

Choenix lupini & cura nullius rei.

φέρεται δ' αὐτοῦ κἀκεῖνο,

Ἔρωτα παύει λιμός· εἰ δὲ μή, χρόνος.

Fertur eius & illud, *Amorẽ sedat fames: sin minus tẽpus:*

Καὶ ᾗ πώνῃς μὴ δυνῃ χρῆσθαι, βρόχος.

eis verò si uti non vales, laqueus.

Ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν τρίτην καὶ δεκάτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα. τοῦτον φησὶν Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς θεασάμενον ἔν τινι τραγῳδίᾳ Τήλεφον σπυρίδιον ἔχοντα, καὶ τἆλλα λυπρὸν, ἀΐξαι ἐπὶ τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν· ἐξαργυρισάμενόν τε τὴν οὐσίαν, (καὶ γὰρ ἦν τῶν ἐπιφανῶν) ἀθροίσαντα πρὸς τὰ ἑκατὸν διακόσια τάλαντα, τοῖς πολίταις ἀπονεῖμαι ταῦτα. αὐτὸν δὲ καρτερῶς οὕτω φιλοσοφεῖν, ὡς καὶ Φιλήμονα τὸν κωμικὸν αὐτοῦ μεμνῆσθαι. φησὶ γοῦν,

Floruit circa centesimam & decimamtertiam Olympiadem. Hunc ait Antisthenes in Successionibus, quum in tragœdia quadam cerneret, Telephum sportulam tenentem, aliásque opulentum, ad cynicam philosophiam prorupisse: illúmque patrimonio vendito (erat quippe vir nobilis) quum congregasset plus quàm ducenta talenta, ciuibus ea diuisisse, adeóque constanter philosophatum esse, vt Philemon comicus ipsius mentionem fecerit: ait nempe,

Καὶ τοῦ θέρους μὲν εἶχεν ἱμάτιον δασὺ,
Ἵν' ἐγκρατὴς ᾖ, τοῦ δὲ χειμῶνος ῥάκος.

AEstate crassum vestiebat pallium,
Sed hyeme pannum, ut temperans euaderet.

Φησὶ δὲ Διοκλῆς πεῖσαι αὐτὸν Διογένην τὴν οὐσίαν μηλόβοτον ἀνεῖναι, καὶ εἴ τι ἀργύριον εἴη, εἰς θάλατταν βαλεῖν. καὶ Κράτητος μὲν (φησὶν) ὁ οἶκος ὑπ' Ἀλεξάνδρου, Ἱππαρχίας δὲ ὑπὸ Φιλίππου. πολλάκις τε τῇ βακτηρίᾳ τῶν συγγενῶν τινας προσιόντας καὶ ἀποτρέποντας ἐδίωκε· καὶ ἦν γενναῖος.

Refert autem Diocles persuasisse illi Diogenem vt peculium dimitteret, ac siquid pecuniæ haberet, iactaret in mare. Atque Cratetis quidem domus illi ab Alexãdro, Hipparchiæ verò a Philippo. Quosdam ex propinquis ad se venientes, atque auertere ab instituto molientes, sepenumero baculo persequebatur: constansque perdurabat.

φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Μάγνης τραπεζίτῃ τινὶ παρακαταθέσθαι τὸ ἀργύριον, συνθέμενον, εἰ μὲν οἱ παῖδες ἰδιῶται γένοιντο, αὐτοῖς ἀποδοῦναι· εἰ δὲ φιλόσοφοι, τῷ δήμῳ διανεῖμαι· μηδενὸς γὰρ ἐκείνους δεήσεσθαι φιλοσοφοῦντας. Ἐρατοσθένης δέ φησιν, ἐξ ἱππαρχίας, (περὶ ἧς λέξομεν) γενομένου παιδὸς αὐτῷ ὄνομα Πασικλέους, ὅτ᾽ ἐξ ἐφήβων ἐγένετο, ἀγαγεῖν αὐτὸν ἐπ᾽ οἴκημα παιδίσκης· καὶ φάναι τοῦτον αὐτῷ πατρῷον εἶναι τὸν γάμον. τούς τε τῶν μοιχευόντων τραγικούς, φυγὰς καὶ φόνους ἔχειν ἔπαθλον· τούς τε τῶν ἑταίραις προσιόντων κωμικούς· καὶ ἐξ ἀσωτίας γὰρ καὶ μέθης μανίαν ἀπεργάζεσθαι. τούτου γέγονε Πασικλῆς ἀδελφός, μαθητὴς Εὐκλείδου. χαρίεν δ᾽ αὐτοῦ φαβωρῖνος ἐν δευτέρῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων φέρει. φησὶ γὰρ, παρακαλῶν περί τινος τὸν γυμνασίαρχον, τῶν ἰσχίων αὐτοῦ ἥπτετο. ἀγανακτοῦντος δὲ, ἔφη, Τί γὰρ οὐχὶ καὶ ταῦτα σά ἐστι, καθάπερ καὶ τὰ γόνατα; ἔλεγέ τε ἀδύνατον εἶναι ἀδιάπτωτον εὑρεῖν, ἀλλ᾽, ὥσπερ ἐν ῥοιᾷ, καὶ σαπρόν τινα κόκκον εἶναι.

Porro Demetrius Magnesius ait deposuisse illum pecuniam apud trapezitam, ea conditione vt, siquidem filij idiotæ essent, eam illis redderet: sin autem philosophi, plebi distribueret. nihilo quippe egere philosophos. Eratosthenes autem quum ex Hipparchia (de qua dicemus) natus sibi esset filius Pasicles nomine, eum iam adultum ad ancillæ adduxisse domum ac dixisse, hoc ei paternum esse matrimonium. Cæterùm mœchorum apud tragicos exilia & cædes esse præmiũ: eos verò qui scortis congrederentur apud comicos, ex luxu & ebrietate in insaniam verti. Huius frater Pasicles fuit, EVclidis discipulus. Eius facetum quiddam Phauorinus in secundo Commentariorum refert. Ait enim quum pro quodam intercederet apud gymnasij principem, eius coxas tetigit: illo indignante, Quid enim (ait ille) nónne & ista tua sunt sicut & genua? Dicebátque possibile non esse inueniri qui lapsus non sit, sed, veluti in malo punico, granum etiam aliquod putridum esse.

Νικόδρομον ἐξερεθίσας τὸν κιθαρῳδὸν ὑπωπιάσθη· προσθεὶς οὖν πιττάκιον τῷ μετώπῳ ἐπέγραψε, Νικόδρομος ἐποίει. τὰς πόρνας ἐπίτηδες ἐλοιδόρει, συγγυμνάζων ἑαυτὸν πρὸς τὰς βλασφημίας. Δημήτριον τὸν φαληρέα πέμψαντα αὐτῷ ἄρτους καὶ οἶνον, ὠνείδισεν, εἰπών, εἴθε γὰρ αἱ κρῆναι καὶ ἄρτους ἔφερον. δῆλον οὖν ὡς ὕδωρ ἔπινε. ὑπὸ τῶν Ἀθήνησιν ἀστυνόμων ἐπιτιμηθεὶς ὅτι σινδόνα ἠμφίεστο, ἔφη, Καὶ Θεόφραστον ὑμῖν δείξω σινδόνα περιβεβλημένον. ἀπιστούντων δέ, ἀπήγαγεν ἐπὶ κουρεῖον, καὶ ἔδειξε κειρόμενον. ἐν Θήβαις ὑπὸ τοῦ γυμνασιάρχου μαστιγωθεὶς (οἱ δὲ, ἐν Κορίνθῳ, ὑπ' Εὐθυκράτους) καὶ ἑλκόμενος τοῦ ποδός, ἐπέλεγεν ἀφροντιστῶν,

Ἕλκε ποδὸς τεταγὼν διὰ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

Διοκλῆς δέ φησιν ἑλκυσθῆναι αὐτὸν ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρετρικοῦ. ἐπειδὴ γὰρ εὐπρεπὴς ὢν καὶ ἐδόκει χρῆσθαι Ἀσκληπιάδῃ τῷ φλιασίῳ, ἁψάμενος αὐτοῦ τῶν μηρῶν ὁ Κράτης, ἔφη, Ἔνδον Ἀσκληπιάδης.

Quum Nicodromum citharœdum irritasset, cæsus in faciem est: chartulam itaque imponens fronti inscripsit, Nicodromus faciebat. Scorta ex industria insectabatur maledictis, vna & seipsum exercens ad perferenda conuitia. Demetrio Phalereo, qui panes ac vinum miserat, conuitiabatur, dicens, Vtinam & fontes panes ferrent. Constat igitur aquam bibisse. Ab Atheniensibus ciuilis iuris peritis arguebatur quòd sindone amiciretur: quibus ille, Theophrastum (inquit) ostendam vobis opertum sindone. non credentibus, induxit illos in tonstrinam vbi ille tondebatur, ostenditque lino copertum. Quum Thebis à principe gymnasij flagris cæsus esset, siue, vt aliis placet, Corinthi ab Euthycrate, ac pede traheretur, ridebat dicens,

Protractum pedibus detrusit limine sacro.

Diocles autem pertractum eum à Menedemo Eretriensi testatur. Nam quum esset decorus & Asclepiadi Philasio vsui esse videretur, tetigit Crates illius coxas, dicens, Intus Asclepiades:

ἐφ' ᾧ διεσχεράναντα τὸν Μενέδημον, ἕλκειν αὐτόν· τὸν δὲ, τοῦτο ἐπιλέγειν. Ζήνων δ' αὐτὸν ὁ Κιτιεὺς ἐν ταῖς χρείαις, καὶ κώδιον αὐτόν φησί ποτε προσράψαι τῷ τρίβωνι ἀνεπιστρεπτοῦντα. ἦν δὲ καὶ τὴν ὄψιν αἰσχρὸς, καὶ γυμναζόμενος ἐγελᾶτο. εἰώθει δὲ λέγειν, ἐπαίρων τὰς χεῖρας, Θάρρει Κράτης ὑπὲρ ὀφθαλμῶν καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος. τούτους δὲ ὄψει τοὺς καταγελῶντας ἤδη καὶ συνεσπασμένους ὑπὸ νόσου, καί σε μακαρίζοντας, αὑτοὺς δὲ καταμεμφομένους ἐπὶ τῇ ἀργίᾳ. ἔλεγε δὲ, μέχρι τούτου δεῖν φιλοσοφεῖν, μέχρις ἂν δόξωσιν οἱ στρατηγοὶ εἶναι ὀνηλάται. ἐρήμους ἔλεγε τοὺς μετὰ κολάκων ὄντας, ὥσπερ τοὺς μόσχους, ἐπειδὰν μετὰ λύκων ὦσιν· οὔτε γὰρ ἐκείνοις τοὺς προσήκοντας οὔτε τούτοις συνεῖναι, ἀλλὰ τοὺς ἐπιβουλεύοντας.

qua ex re indignatum Menedemum traxisse illum: idque eum dixisse. Zeno verò Citticus in libris Sententiarum, pellem ouis quoque insuisse pallio refert, vt esset deformior. Erat autem & facie turpis, & quum se exerceret, ridebatur. Solebat autem sublatis manibus dicere, Confide Crates pro oculis & corpore reliquo: hos enim videbis irrisores iamiam & morbo contrahi, & beatum dicere, se autem ignauiæ arguere. Dicebat autem tandiu philosophandum esse, donec videantur duces exercitus esse asinarij. Desertos dicebat eos qui cum assentatoribus essent, non secus ac vituli quum inter lupos sunt: neque enim cum illis qui bene velint, neque cum his, sed insidiatores.

Συναισθανόμενος ὅτι ἀποθνήσκει, ἐπῇδε πρὸς ἑαυτὸν λέγων,

—στείχεις δὴ φίλε κύρτων,
Βαίνεις εἰς ἀΐδαο δόμους, κυφὸς ὥρην διὰ γῆρας.

Quum autem sentiret se morti proximum, inspiciebat seipsum dicens,

--vadis nunc, optime curue,
Vadis ad orci ades, longa gibbose senecta.

Ἦν γὰρ κυφὸς ὑπὸ χρό-

Erat quippe ex senectute

νη. πρὸς Ἀλέξανδρον πυθόμενον εἰ βούλεται αὐτοῦ τὴν πατρίδα ἀνορθωθῆναι, ἔφη, Καὶ τί δεῖ; πάλιν γὰρ ἴσως Ἀλέξανδρος ἄλλος αὐτὴν κατασκάψει. ἔχειν δὲ πατρίδα ἀδοξίαν καὶ πενίαν, ἀνάλωτα τῇ τύχῃ· καὶ Διογένους εἶναι πολίτης ἀνεπιβουλεύτου φθόνῳ.

Μέμνηται αὐτοῦ καὶ Μένανδρος ἐν Διδύμαις οὕτως,

Συμπεριπατήσεις γὰρ τρίβων' ἔχουσ' ἐμοὶ,
Ὥσπερ Κράτητι τῷ Κυνικῷ ποθ' ἡ γυνή.

Καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε κείνοις, ὡς αὐτὸς ἔφη, ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας.

ΜΗΤΡΟΚΛΗΣ.

Μαθητὴς αὐτοῦ Μητροκλῆς, ἀδελφὸς Ἱππαρχίας, ὃς πρότερον ἀκούων Θεοφράστου τοῦ Περιπατητικοῦ, τοσοῦτον διέφθαρτο, ὥστε ποτὲ μελετῶν καὶ μεταξύ πως ἀποπαρδὼν, ὑπ' ἀθυμίας οἴκοι κατάκλειστος ἦν, ἀποκαρτερεῖν βουλόμενος. μαθὼν δὴ ὁ Κράτης εἰσῆλθε πρὸς αὐτὸν παρακληθεὶς, καὶ θέρμους ἐπίτηδες βεβρωκώς.

curuatus. Alexandro rogãte num vellet restitui ac refici patriam suam, Quid (ait) opus est? rursus enim fortassis Alexander eam alius diruet. Habere se patriam, contemptum gloriæ & paupertatem, quæ in potestatem fortunæ nunquam sint cessura, Diogenisque ciuem esse, inuidiæ insidias non metuentis.

Meminit ipsius & Menander in Geminis dicens,

Mecum ambulabis, tecta pallio velut
Cratete nuper vxor atro cum cane.

Et filiam tradidit illis (vt ipse ait) probationi triginta datis diebus.

METROCLES.

Metrocles Hipparchiæ frater, illius discipulus, quum prius audiret Theophrastum Peripateticum, adeo corruptus erat, vt quum sæpe inter disserendum crepitum ventris emitteret, præ dolore animi domi inclusus moraretur. Hoc agnito Crates ingressus est ad eũ cõsolatum, ac lupinis industria voratis,

ἔπειθε μὲν αὐτὸν καὶ διὰ τῶν λόγων μηδὲν φαῦλον πεποιηκέναι· τέρας γὰρ ἂν γεγονέναι εἰ μὴ καὶ τὰ πνεύματα κατὰ φύσιν ἀπεκρίνετο. τέλος δὲ καὶ ἀποπαρδὼν αὐτὸν ἀνέρρωσεν, ἀφ' ὁμοιότητος τῶν ἔργων παραμυθησάμενος. τοὐντεῦθεν ἤκουεν αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο ἀνὴρ ἱκανὸς ἐν φιλοσοφίᾳ.

Οὗτος τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα κατακαίων, (ὥς φησιν Ἑκάτων ἐν πρώτῳ χρειῶν) ἐπέλεγε,

Τάδ' ἐστ' ὀνείρων νερτέρων φαντάσματα.

οἷον λῆρος. οἱ δ', ὅτι τὰς Θεοφράστου ἀκροάσεις καταφλέγων, ἐπέλεγε,

Ἥφαιστε πρόμολ' ὧδε, Θέτις νύ τι σεῖο χατίζει.

Οὗτος ἔλεγε τῶν πραγμάτων τὰ μὲν ὠνητὰ εἶναι, οἷον οἰκίαν· τὰ δέ, χρόνου καὶ ἐπιμελείας, ὡς παιδείαν. τὸν πλοῦτον, βλαβερόν, εἰ μή τις ἀξίως αὐτῷ χρῷτο.

Ἐτελεύτα δὲ ὑπὸ γήρως ἑαυτὸν πνίξας.

Μαθηταὶ δ' αὐτοῦ Θεόμβροτος καὶ Κλεομένης. Θεομβρότου, Δημήτριος ὁ Ἀλεξανδρεύς·

persuasit quidem illi primum verbis, nihil mali fecisse: fore quippe prodigiosum, si non & secundum naturam flatum emitteret. Tum verò & ipse in huiusmodi crepitum erumpens, illum similitudine rei seruauit, ac verbis in spem erexit. Hinc ipsius auditor fuit, euasitque vir in philosophia eminens.

Hic libros suos (vt ait Hecaton in primo Sententiarum) combussit dicens,

Hæc somniorum sunt imaginacula:

acsi diceret, Nugas & deliramenta. Sunt qui Theophrasti commentaria, quæ ex illius ore perceperat, combussisse ferant, ac dixisse,

Mulciber huc propera, tua eget Thetis arte decora.

Res docebat partim emi pecunia, vt domum: partim tempore & diligentia, vt disciplinas liberales. Diuitias nocere, nisi quis dignè vtatur.

Obiit senex à seipso suffocatus.

Porro discipuli eius fuere Theóbrotus atque Cleomenes. Theóbroti auditor fuit Demetrius Alexandrinus;

Κλεομένους, Τίμαρχος Ἀλεξανδρεὺς, καὶ Ἐχεκλῆς Ἐφέσιος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἐχεκλῆς Θεομβρότου διήκουσεν, οὗ Μενέδημος, περὶ οὗ λέξομεν.

Ἐγένετο καὶ Μένιππος Σινωπεὺς ἐν αὐτοῖς ἐπιφανής.

ΙΠΠΑΡΧΙΑ.

Ἐθηράθη δὲ τοῖς λόγοις καὶ ἡ ἀδελφὴ τοῦ Μητροκλέους, Ἱππαρχία. Μαρωνῖται δ' ἦσαν ἀμφότεροι. καὶ ἤρα τοῦ Κράτητος καὶ τῶν λόγων καὶ τοῦ βίου, οὐδενὸς τῶν μνηστευομένων ἐπιστρεφομένη, οὐ πλούτου, οὐκ εὐγενείας, οὐ κάλλους· ἀλλὰ πάντα ἦν Κράτης αὐτῇ. καὶ δὴ καὶ ἠπείλει τοῖς γονεῦσιν ἀναιρήσειν αὐτὴν, εἰ μὴ τούτῳ δοθείη. Κράτης μὲν οὖν παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν γονέων αὐτῆς ἀποτρέψαι τὴν παῖδα, πάντα ἐποίει. καὶ τέλος μὴ πείθων, ἀναστὰς καὶ ἀποθέμενος τὴν ἑαυτοῦ σκευὴν ἄντικρυς αὐτῆς, ἔφη, Ὁ μὲν νυμφίος, οὗτος. ἡ δὲ κτῆσις, αὕτη· πρὸς ταῦτα βουλεύου. οὐδὲ γὰρ ἔσεσθαι κοινωνὸς, εἰ μὴ καὶ τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων γενηθείης. εἵλετο ἡ παῖς, καὶ ταὐτὸν ἀναλαβοῦσα σχῆμα συμπεριῄει τἀνδρί,

Cleomenis autem Timarchus Alexādrinus & Echecles Ephesius, qui & ipse Theombroton audiuit, à quo Menedemus, de quo postea dicemus.

Fuit autem inter illos insignis & Menippus Sinopeus.

HIPPARCHIA.

Capta est & illorum verbis Metrocis soror Hipparchia. Erant autem Maronitæ ambo. Amabat verò Cratetis vitam atque verba, neque vlla omnino procorum excellētia potuit auelli, non opibus, non nobilitate, non pulcritudine: sed hæc omnia sibi Crates erat, parentibúsque minabatur seipsam (nisi huic traderetur) necaturum. Quum igitur Crates à parentibus puellæ rogaretur, vti ab hoc illam propositio auerteret, postquā egit omnia, nec persuasit, exurgens omni sua suppellectile ante illius oculos exposita, Hic (ait) sponsus, hæc eius possessio est, ad hæc delibera. Neque enim esse nostri cōsors poteris, nisi eadē studia attigeris. Elegit continuò puella, simúlque illius habitu vna cū viro circuibat,

καὶ ἐν τῷ φανερῷ συνεγίνετο, καὶ ἐπὶ τὰ δεῖπνα ἀπήει.

Ὅτε καὶ πρὸς Λυσίμαχον εἰς τὸ συμπόσιον ἦλθεν. ἔνθα Θεόδωρον τὸν ἐπίκλην Ἄθεον ἐπήλεγξε, σόφισμα προτείνασα τοιοῦτον, Ὃ ποιῶν Θεόδωρος, οὐκ ἂν ἀδικεῖν λέγοιτο, οὐδ' Ἱππαρχία ποιοῦσα τοῦτο, ἀδικεῖν λέγοιτ' ἄν. Θεόδωρος δὲ τύπτων ἑαυτὸν, οὐκ ἀδικεῖ· οὐδ' ἄρα Ἱππαρχία Θεόδωρον τύπτουσα, ἀδικεῖ. ὁ δὲ πρὸς μὲν τὸ λεχθὲν οὐδὲν ἀπήντησεν, ἀνέσυρε δ' αὐτῆς θοἰμάτιον. ἀλλ' οὔτε κατεπλάγη Ἱππαρχία, οὔτε διεταράχθη ὡς γυνή. ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ αὐτῇ,

Τίς τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας;

Ἐγὼ, φησὶν, εἰμὶ Θεόδωρε· ἀλλὰ μὴ κακῶς σοι δοκῶ βεβουλεῦσθαι περὶ αὐτῆς, εἰ τὸν χρόνον ὃν ἔμελλον ἱστοῖς προσαναλώσειν, τοῦτον εἰς παιδείαν κατεχρησάμην; καὶ ταῦτα μὲν καὶ ἄλλα μυρία τῆς φιλοσόφου.

Φέρεται δὲ τοῦ Κράτητος βιβλίον ἐπιστολαὶ, ἐν αἷς ἄριστα φιλοσοφεῖ, τὴν λέξιν ἔστιν ὅτε παραπλησίως Πλάτωνι.

& congrediebatur in aperto, atque ad cœnas proficiscebatur.

Quo tempore & ad Lysimachum ad conuiuium venit, vbi & Theodorum impium coarguit, sophisma huiusmodi obiiciés, Quod faciens Theodorus iniustè agere non diceretur, id Hipparchia si faciat, facere iniustè non dicitur. Theodorus autem seipsum feriens, iniustè non agit, ne Hipparchia quidem Theodorum cædens iniustè agit. Tum ille ad id quidem minimè respondit, sed illius pallium traxit. Sed neque territa, neque turbata est Hipparchia, vt mulier: verùm dicente sibi illo,

Radios reliquit hæc apud telas suos.

Sum equidem (inquit) Theodore: sed num tibi malè de me ipsa statuisse videor, si tempus, quod in telis consumptura eram, disciplinæ potius impendi? Hæc alia innumera de philosophante fœmina dicuntur.

Fertur & Cratetis Epistolarum liber, in quibus præclarè philosophatur. Stilus ipse sæpe Platonis similis videtur.

Scripsit

γέγραφε καὶ τραγῳδίας ὑψηλοτάτου ἐχούσας φιλοσοφίας χαρακτῆρα· οἷόν ἐστι κἀκεῖνο,

Οὐχ εἷς πάτρας μοι πύργος, οὐ μία στέγη.
Πάσης δὲ χέρσου καὶ πόλισμα καὶ δόμος
Ἕτοιμος ἡμῖν ἐνδιαιτᾶσθαι πάρα.

Ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς, καὶ ἐτάφη ἐν Βοιωτίᾳ.

Scripsit & tragœdias altissimo philosophiæ stilo: quale illud est,

Non turris vna, nec casa vna patria
Mihi est, sed vniuersa, arces terræ, & domus.
Parata nobis mansio & cænatula.

Obiit vetulus, atque in Bœotia sepultus est.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ.

Μένιππος, καὶ οὗτος Κυνικὸς, τὸ ἀνέκαθεν ἦν Φοῖνιξ, δοῦλος, ὥς φησιν Ἀχαϊκὸς ἐν Ἠθικοῖς. Διοκλῆς δὲ καὶ τὸν δεσπότην αὐτοῦ Ποντικὸν εἶναι, καὶ Βάτωνα καλεῖσθαι. αἰτῶν τοίνυν δὲ αὐτὸν ὑπὸ φιλαργυρείας, ἴσχυσε Θηβαῖος γενέσθαι.

Φέρει μὲν οὖν σπουδαῖον οὐδέν· τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλοῦ καταγέλωτος γέμει, καί τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου τοῦ κατ' αὐτὸν γενομένου. φησὶ δ' Ἕρμιππος ἡμεροδανειστὴν αὐτὸν γεγονέναι καὶ καλεῖσθαι. καὶ γὰρ ναυτικῷ τόκῳ δανείζειν καὶ ἐξενεχυριάζειν, ὥστε πάμπλειστα χρήματα ἀθροίζειν. τέλος δὲ ἐπιβουλευθεὶς,

MENIPPVS.

Menippus, & ipse Cynicus, patria quidem Phœnix, conditione seruus fuit, vt ait Achaicus in Ethicis. Diocles autem dominum ipsius Ponticum fuisse, Batonémque vocatum, tradit. Quum verò pro cupiditate pecuniæ importunius peteret, Thebanus fieri valuit.

Edidit quidem dignũ memoria nihil, at ipsius libri multo risu referti sunt, non secus atque Meleagri, qui tempore eius fuit. Refert Hermippus diuturnum fœneratorem fuisse, vocatúmque ex re Ἡμεροδανειστὴν tandem. Nanque nautica vsura fœnerari solere & pignori accipere, vt pecunias complures cogeret. Tandẽ insidias perpessum, omni-

των στερηθῆναι, καὶ ὑπὸ ἀθυμίας βρόχῳ τὸν βίον μεταλλάξαι. καὶ ἡμεῖς ἐπαίξαμεν εἰς αὐτόν,

Φοίνικα τὸ γένος, ἀλλὰ Κρητικὸν κύνα ἡμεροδανειστήν,
(Τοῦτο γὰρ ἐπεκαλεῖτο) εἴδεν
Μένιππον ἴσως, Θήβῃσιν
Οὗτος ὡς διωρύχθη ποτὲ, καὶ
πάντ' ἀπέβαλεν·
Εἰ δ' ᾔδει φύσιν κυνὸς, αὑτὸν ἂν ἐκρέμασεν.

Ἔνιοι δὲ τὰ βιβλία αὐτοῦ, οὐκ αὐτοῦ εἶναι, ἀλλὰ Διονυσίου καὶ Ζωπύρου τῶν Κολοφωνίων· οἳ τοῦ παίζειν ἕνεκα συγγράφοντες, ἐδίδοσαν αὐτῷ ὡς εὖ δυναμένῳ διαθέσθαι.

Γεγόνασι δὲ Μένιπποι ἕξ. πρῶτος, ὁ γράψας τὰ περὶ Λυδῶν, καὶ Ξάνθον ἐπιτεμόμενος· δεύτερος, αὐτὸς οὗτος· τρίτος, Στρατονικεὺς σοφιστὴς, Κὰρ τὸ ἀνέκαθεν. τέταρτος, ἀνδριαντοποιός· πέμπτος καὶ ἕκτος, ζωγράφοι· μέμνηται δ' ἀμφοτέρων Ἀπολλόδωρος.

Τὰ δ' οὖν τοῦ κυνικοῦ βιβλία ἐστὶ δεκατρία, Νεκυία, διαθῆκαι, ἐπιστολαὶ κεκομψευμέναι ἀπὸ τοῦ τῶν θεῶν προσώπου, πρὸς τοὺς φυσικοὺς καὶ μαθηματικοὺς, καὶ γραμματικοὺς καὶ γονὰς Ἐπικούρου, καὶ τὰς θρησκευομένας ὑπ' αὐτῶν εἰκάδας, καὶ τἆλλα.

bus priuatum esse, ac præ mœrore laqueo sibi vitam extorsisse. Nos autem lusimus in eum hoc carmine,

Phœnicem genere, sed Creticum canem diuturnũ fœneratorem,
(Sic enim vocabatur) nosti
Menippũ forsitã, vt Thebis
Ille perfodiebat olim, & omnia profligabat.
Si autem canis naturam nouisset, se suspendisset.

Quidam eius libros non ipsius esse, sed Dionysij & Zopyri, Colophoniorũ, tradunt, qui iocandi causa cõscribentes, velut censori idoneo dederunt.

Fuerunt autem Menippi sex: Primus, qui de Lydis scripsit, Xanthúmque breuiauit: secundus, hic ipse: tertius, Stratonicus sophista, ex Caria oriũdus: quartus, sculptor: quintus & sextus pictores. vtrosque memorat Apollodorus.

Cynici autem volumina XIII sunt, Neniæ. Testamenta, Epistolæ compositæ ex deorum persona. Ad physicos & mathematicos, grãmaticósque, & Epicuri fœtus, & eas quæ ab ipsis religiosè coluntur imagines, & alia.

ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ.

Μενέδημος, Κωλώτου τοῦ λαμψακηνοῦ μαθητής.

Οὗτος (καθά φησιν Ἱππόβοτος) εἰς τοσοῦτον τερατείας ἤλασεν, ὥστε Ἐριννύος ἀναλαβὼν σχῆμα περιῄει, λέγων ἐπίσκοπος ἀφῖχθαι ἐξ ᾅδου τῶν ἁμαρτανομένων, ὅπως πάλιν κατιὼν ταῦτα ἀπαγγέλλοι τοῖς ἐκεῖ δαίμοσιν. ἦν δὲ αὐτῷ ἡ ἐσθὴς αὕτη· χιτὼν φαιὸς ποδήρης, περὶ αὐτῷ ζώνη φοινικῆ· πῖλος ἀρκαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα στοιχεῖα· ἐμβάται τραγικοί, πώγων ὑπερμεγέθης, ῥάβδος ἐν τῇ χειρὶ μειλίνη.

Καὶ οὗτοι μὲν οἱ βίοι τῶν κυνικῶν ἑκάστου. προσυποχάψομεν δὲ καὶ τὰ κοινῇ ἀρέσκοντα αὐτοῖς, αἵρεσιν καὶ ταύτην εἶναι ἐγκρίνοντες τὴν φιλοσοφίαν, οὐ (καθά φασί τινες) ἔνστασιν βίου. ἀρέσκει οὖν αὐτοῖς τὸν λογικὸν καὶ τὸν φυσικὸν τόπον περιαιρεῖν, ἐμφερῶς Ἀρίστωνι τῷ Χίῳ· μόνῳ δὲ προσέχειν τῷ ἠθικῷ. καὶ ὅπερ τινὲς ἐπὶ Σωκράτους, τοῦτο Διοκλῆς ἐπὶ Διογένους ἀναγράφει, τοῦτον φάσκων λέγειν, δεῖν ζητεῖν

MENEDEMVS.

Menedemus Colotí Lampsaceni discipulus fuit.

Hic (vt ait Hippobotus) in tantum prodigiosæ superstitionis venerat, vt sũpto habitu furiæ circũiret, dicens speculatorem se ex inferno venisse iis qui peccarent, vt descendens, hæc ibi dæmonibus renuntiaret quæ vidisset. Vestis autem talis erat: pulla tunica talaris, adstricta puniceo balteo: pileus Arcadicus capiti impositus, habens intexta elementa XII: cothurni tragici, barba prolixa, virga in manu fraxinea.

Atque istæ quidem vitæ sunt singuli cuiusque Cynicorum. Subiicienda nunc & quæ in genere illis visa sunt. Siquidem & sectam hanc philosophiæ esse iudicamus, non (vt quidam volunt) constantiam vitæ. Placet ergo illis rationalem naturalémque philosophiã tolli oportere, ab Aristone Chio nõ discedẽtibus, moralíque soli intendi. Quódque plerique Socrati, hoc Diocles Diogeni inscribit, hunc asserens dixisse, inquirendum

Ὡς, ὅτι τοι ἐν Μεγάροισι κακόν
τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.

Quid domibus nostris praue rectéque generatur.

Παραιτοῦνται δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα. γράμματα γοῦν μὴ μανθάνειν ἔφασκεν ὁ Ἀντισθένης τοὺς σώφρονας γενομένους, ἵνα μὴ διαστρέφοιντο τοῖς ἀλλοτρίοις. περιαιροῦσι δὲ καὶ γεωμετρίαν, καὶ μουσικὴν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. ὁ γοῦν Διογένης πρὸς τὸν ἐπιδεικνύντα αὐτῷ ὡροσκόπιον, χρήσιμον, ἔφη, τὸ ἔργον πρὸς τὸ μὴ ὑστερῆσαι δείπνου. πρὸς τὸν ἐπιδεικνύντα αὐτῷ μουσικὴν, ἔφη,

Repudiant & disciplinas liberales. Denique neque discendas literas dixit Antisthenes, ne frugi effecti, peruerterentur alienis. Tollunt & geometriam & musicam, & cætera id genus. Nempe enim & Diogenes cuidam ostendenti sibi ὡροσκόπιον, Vtilè sanè inuentum (ait) ne priuemur cœna. Ad eum verò qui musicam ostentabat, ait,

Γνώμαις γὰρ ἀνδρῶν εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
Εὖ δ' οἶκος, οὐ ψαλμοῖσι καὶ τερετίσμασιν.

Magna reguntur vrbes nam prudentia:
At vna cantu non queat regi domum.

Ἀρέσκει δ' αὐτοῖς καὶ τέλος εἶναι τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν, (ὡς Ἀντισθένης φησὶν ἐν τῷ Ἡρακλεῖ) ὁμοίως τοῖς Στωϊκοῖς· ἐπεὶ καὶ κοινωνία τις ταῖς δύο ταύταις αἱρέσεσίν ἐστιν. ὅθεν καὶ τὸν κυνισμὸν εἰρήκασι σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν. καὶ οὕτως ἐβίω καὶ Ζήνων ὁ Κιτιεύς. ἀρέσκει δ' αὐτοῖς καὶ λιτῶς βιοῦν, αὐτάρκεσι χρωμένοις σιτίοις, καὶ τρίβωσι μόνοις, πλούτου καὶ δόξης καὶ εὐγενείας καταφρονοῦσιν.

Placet eis & finem esse secundum virtutem viuere (vt Antisthenes ait in Hercule) quemadmodum & Stoicis. Nam societas quædã est inter has duas sectas: vnde & Cynismum dixere breuem ad virtutem viam. atque ita vixit & Zeno Citticus. Placet itẽ eis simplex & parabilis victus: quippe qui sobriis cibariis vtuntur, & solis palliis, Diuitias, gloriam nobilitatémque contemnunt.

ἔνιοι τε χρῶνται καὶ βοτάναις καὶ παντάπασιν ὕδατι ψυχρῷ, σκέπαις τε ταῖς τυχούσαις καὶ πίθοις· καθάπερ Διογένης· ὅς ἔφασκε θεῶν μὲν ἴδιον εἶναι, μηδενὸς δεῖσθαι· τῶν δὲ θεοῖς ὁμοίων, τὸ ὀλίγων χρῄζειν. ἀρέσκει δ' αὐτοῖς καὶ τὴν ἀρετὴν διδακτὴν εἶναι, καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν τῷ Ἡρακλεῖ· καὶ ἀναπόβλητον ὑπάρχειν. ἀξιέραστόν τε τὸν σοφὸν, καὶ ἀναμάρτητον, καὶ φίλον τῷ ὁμοίῳ, τύχῃ τε μηδὲν ἐπιτρέπειν. τὰ δὲ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας, ἀδιάφορα λέγουσιν, ὁμοίως Ἀρίστωνι τῷ Χίῳ.

Καὶ οὗτοι μὲν οἱ κυνικοί. μετιτέον δ' ἐπὶ τοὺς Στωϊκούς· ὧν ἦρξε Ζήνων, μαθητὴς γενόμενος Κράτητος.

Plerique etiam herbis & aqua tātum frigida vtuntur, operimentisque forte oblatis & doliis: sicuti Diogenes, qui dicebat deorū esse proprium nihil indigere: eorum verò qui diis essent similes, minimis egere. Virtutē dicunt esse docibilem, vt in Hercule ait Antisthenes: esseq; minimè reiiciendū, sed studiosè colendū, ac sine peccato, sapientem, & simili amicum, fortunæ quoque nihil permittendū. Quæ verò inter virtutē & vitia sunt, indifferentia (vt Aristo Chius) appellant.

Et isti quidem Cynici fuere. Veniendum nunc ad Stoicos: quorum princeps fuit Zeno Cratetis discipulus.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ ΠΕΡΙ βίων, δογμάτων καὶ ἀποφθεγμάτων, τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, βιβλίον ζʹ τῶν ιʹ.

DIOGENIS LAERTII de vitis, dogmatis & apophthegmatis eorum qui in philosophia claruerunt, Liber VII.

ΖΗΝΩΝ.

ΖΗΝΩΝ, Μνασέου ἢ Δημέου, Κιτιεὺς, ἀπὸ Κύπρου πολίσματος Ἑλληνικοῦ, Φοίνικας ἐποίκους ἐσχηκότος. τὸν τράχηλον ἐπὶ θάτερα νενευκὼς ἦν, ὥς φησι Τιμόθεος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ βίων. καὶ Ἀπολλώνιος δέ φησιν ὁ Τύριος, ὅτι ἰσχνὸς ἦν, ὑπομήκης, μελάγχρως. ὅθεν τις αὐτὸν εἶπεν Αἰγυπτίαν κληματίδα, καθά φησι Χρύσιππος ἐν πρώτῳ παροιμιῶν. παχύκνημός τε, καὶ ἀπαγὴς, καὶ ἀσθενής. διὸ καί φησι Περσαῖος

ZENO.

ZEno, Mnasij siue Demei filius, Citticus, ex Cypro, Græca ciuitate, Phœnicibus accolis. Collo fuit in alteram partem inclinatiore, vt refert Timotheus Atheniensis in libro De vitis: Apollonius autem Tyrius, gracili corpore, statu procero, & atra cute fuisse illum autor est. Vnde illum quidam (vt Chrysippus in I. Prouerbiorum ait) Ægyptiū palmitem dixit. Crura habuit turgida & imbecilla infirmáque, Idcirco & Persæus

ἐν ὑπομνήμασι συμποτικοῖς, τὰ πλεῖστα αὐτὸν δεῖπνα παραιτεῖσθαι. ἔχαιρε δὲ (φασὶ) σύκοις χλωροῖς καὶ ἡλιοκαΐαις.

Διήκουσε δ' (καθάπερ προείρηται) Κράτητος· εἶτα καὶ Στίλπωνος ἀκοῦσαι φασὶν αὐτὸν καὶ ξενοκράτους ἔτη δέκα, ὡς Τιμοκράτης ἐν τῷ Δίωνι· ἀλλὰ καὶ Πολέμωνος. Ἑκάτων δέ φησι καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τύριος ἐν πρώτῳ περὶ Ζήνωνος, χρηστηριαζομένου αὐτοῦ τί πράττων ἄριστα βιώσεται, ἀποκρίνασθαι τὸν θεὸν, εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς. ὅθεν ξυνέντα, τὰ τῶν ἀρχαίων ἀναγινώσκειν. τῷ γοῦν Κράτητι παρέβαλε τοῦτον τὸν τρόπον. πορφύραν ἐμπεπορευμένος ἀπὸ τῆς φοινίκης, πρὸς τῷ πειραιεῖ ἐναυάγησεν. ἀνελθὼν δ' εἰς τὰς Ἀθήνας ἤδη τριακοντούτης, ἐκάθισε παρά τινα βιβλιοπώλην. ἀναγινώσκοντος δ' ἐκείνου τὸ δεύτερον τῶν ξενοφῶντος ἀπομνημονευμάτων, ἡσθεὶς ἐπύθετο ποῦ διατρίβοιεν οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες. εὐκαίρως δὲ παριόντος Κράτητος, ὁ βιβλιοπώλης δείξας αὐτὸν,

in Commentariis conuiualibus, ipsum refert complures cœnas declinasse. Vescebatur perlibenter ficubus recentibus atque ad solem passis.

Auditórque (vt dictum est) Cratetis fuit. Deinde Stilponem etiam audisse & Xenocratem decẽnio perpetuo, nõ desunt qui affirment, sicut Timocrates in Dione: Polemonis itidem frequẽtasse auditoriũ. Porro Hecaton & Apollonius Tyrius in primo De Zenone libro scribit, quum oraculum cõsuluisset quo pacto viuere optimè posset, respondisse deum, Si mortuis cõcolor esset. Quod ille quum intellexisset, se ad legendos antiquorũ libros magno contulisse studio. Denique Cratetis hoc modo familiaritate vsus est. Purpurã ex Phœnicia mercatus aduectãs, ad Pireum naufragium fecit. Ea iactura subtristior factus, Athenas ascẽdit annos triginta natus, seditque iuxta librarium. Legente autẽ illo secundum Zenophõtis Cõmẽtariorũ, delectatus ille, & iam lætior sciscitatur vbinã eiusmodi viri morarẽtur. Opportune tũc prætereunte Cratete, digito illum bibliopola ostendens,

φησὶ, Τούτῳ παρακολούθησον. ἐντεῦθεν ἤκουε τοῦ κράτητος, ἄλλως μὲν εὐτόνως πρὸς φιλοσοφίαν, αἰδήμων δὲ ὡς πρὸς τὴν κυνικὴν ἀναισχυντίαν. ὅθεν ὁ κράτης, βουλόμενος αὐτὸ καὶ τοῦτο θεραπεῦσαι, δίδωσι χύτραν φακῆς διὰ τοῦ κεραμεικοῦ φέρειν. ἐπεὶ δὲ εἶδεν αὐτὸν αἰδούμενον καὶ παρακαλύπτοντα, παίσας τῇ βακτηρίᾳ κατάγνυσι τὴν χύτραν. φεύγοντος δὲ αὐτοῦ, καὶ τῆς φακῆς κατὰ τῶν σκελῶν ῥεούσης, φησὶν ὁ κράτης, Τί φεύγεις φοινικίδιον; οὐδὲν δεινὸν πέπονθας. ἕως μὲν οὖν τινος ἤκουε τοῦ κράτητος. ὅτε καὶ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ γράψαντος, τινὲς ἔλεγον παίζοντες ἐπὶ τῆς τοῦ κυνὸς οὐρᾶς αὐτὴν γεγραφέναι.

Γέγραφε δὲ πρὸς τῇ πολιτείᾳ καὶ τάδε· περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου, περὶ ὁρμῆς ἢ περὶ ἀνθρώπου φύσεως, περὶ παθῶν, περὶ τοῦ καθήκοντος, περὶ νόμου, περὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας, περὶ ὄψεως, περὶ τοῦ ὅλου, περὶ σημείων, Πυθαγορικά, καθολικά, περὶ λέξεων, προβλημάτων Ὁμηρικῶν πέντε, περὶ ποιητικῆς

Hunc (inquit) sequere. Ex eo iam Cratetis auditor factus est, aptissimus alioqui ad philosophiam, verum verecundior quàm vt se ad impudentiã cynicam conferre posset. Id vbi animaduertit Crates, curare etiam in hoc illum studens, ollã lenticula refertam dedit vt per Ceramicũ ferret. Quũ autem videret pudescere illum, ac se præ verecundia tegere, baculo ictam perfregit illam. Illo fugiente & lenticula per crura defluente, Quid (inquit) fugis puniceolum? nihil mali passus es. Aliquandiu igitur audiuit Cratetem. Quo tempore quum scripsisset De rep. quidam iocantes aiebant in cauda canis illum scripsisse.

Præterea scripsit & ista, De vita secuudũ naturam, De appetitu siue De hominis natura, De perturbationib⁹ vel De vitiis, De officio, De lege, De Græca peritia, De aspectu, De toto, De signis, Pythagorica, Vniuersalia, De dictionibus, Problematum Homericorum quinque, De poetica

ἀκροάσεως. ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ τεχνικαὶ λύσεις, καὶ ἔλεγχοι δύο, ἀπομνημονεύματα, Κράτητος ἠθικά. καὶ ταῦτα μὲν τὰ βιβλία.

Τελευταῖον δὲ ἀπῆλθε. καὶ τῷ προειρημένῳ ἤκουσεν ἕως ἐτῶν εἴκοσιν· ἵνα καὶ φασὶν αὐτὸν εἰπεῖν, Νῦν εὐπλόηκα, ὅτε νεναυάγηκα. οἱ δ' ἐπὶ τοῦ Κράτητος τοῦτ' αὐτὸν εἰπεῖν. ἄλλοι δὲ, διατρίβοντα ἐν ταῖς Ἀθήναις ἀκοῦσαι τὴν ναυαγίαν, καὶ εἰπεῖν, Εὖ γε ποιεῖ ἡ τύχη προσελαύνουσα ἡμᾶς φιλοσοφίᾳ. ἔνιοι δὲ, διαθέμενον Ἀθήνησι τὰ φορτία, οὕτω τραπῆναι πρὸς φιλοσοφίαν. ἀνακάμπτων δὲ ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ τῇ καὶ Πεισιανακτείῳ καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τῆς Πολυγνώτου, ποικίλῃ, διετίθετο τοὺς λόγους, βουλόμενος καὶ τὸ χωρίον ἀπερίστατον ποιῆσαι. ἐπὶ γὰρ τῶν τριάκοντα τῶν πολιτῶν πρὸς τοὺς χιλίους τετρακοσίους ἀνῄρηντο ἐν αὐτῷ. προσῄεσαν δὴ λοιπὸν ἀκούοντες αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο Στωϊκοὶ ἐκλήθησαν καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ὁμοίως, πρότερον Ζηνώνειοι καλούμενοι, καθά φησι καὶ Ἐπίκουρος ἐν ἐπιστολαῖς.

auditione. Est ipsius item & Ars & solutiones & Argumenta II. Commentaria, Cratetis moralia. atque isti quidem libri eius sunt.

Postremò discessit, & quae praediximus audiuit ad XX annos, vbi & illum dixisse ferunt, Tunc secundis ventis nauigaui, quãdo naufragium feci. Alij sub Cratete hoc dixisse aiunt, Quàm bene fortuna facit, quae nos ad philosophiam impellit. Alij, dum Athenis diuersaretur, audito naufragio, dixisse illum ferunt, Rectè sane egit fortuna, quae nos ad philosophiam impulit. Quidam deposito Athenis onere, sic demum ad philosophiam fuisse cõuersum. Vertens igitur se ad porticum variam, quae & Πεισιανάκτιος appellabatur, & ex varia & multae scientiae pictura Polygnoti, Ποικίλη, orationem formabat, volens & locum illum stabilẽ facere, nullisque seditionibus vltrà violabilẽ. Nanque ad MCCCCXXX ciues ibi fuerant necati. Eò igitur ad illum audiendum discipuli iam confluebant, atque ideo Stoici vocati sũt etiam qui ab ipso antea Zenonij appellabantur, vt Epicurus in epistolis ait.

καὶ πρότερόν γε Στωϊκοὶ ἐκαλοῦντο οἱ διατρίβοντες ἐν αὐτῇ ποιηταὶ, καθά φησι καὶ Ἐρατοσθένης ἐν ὀγδόῃ περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας· οἳ καὶ τὸν λόγον ἐπὶ πλεῖον ηὔξησαν. ἐτίμων δὴ οὖν Ἀθηναῖοι σφόδρα τὸν Ζήνωνα οὕτως, ὡς καὶ τῶν τειχῶν αὐτῷ τὰς κλεῖς παρακαταθέσθαι, καὶ χρυσῷ στεφάνῳ τιμῆσαι, καὶ χαλκῇ εἰκόνι. τοῦτο δὲ καὶ τοὺς πολίτας αὐτοῦ ποιῆσαι, κόσμον ἡγουμένους τὴν τἀνδρὸς εἰκόνα. ἀντεποιοῦντο δ' αὐτοῦ καὶ οἱ ἐν Σιδῶνι Κιτιεῖς. ἀπεδέχετο αὐτὸν καὶ Ἀντίγονος, καὶ εἴ ποτε Ἀθήναζε ἥκοι, ἤκουεν αὐτοῦ· πολλά τε παρεκάλει ἀφικέσθαι ὡς αὐτόν. ὁ δὲ τοῦτο μὲν παρῃτήσατο, Περσαῖον δ' ἕνα τῶν γνωρίμων ἀπέστειλεν, ὃς ἦν Δημητρίου μὲν υἱὸς, Κιτιεὺς δὲ τὸ γένος, καὶ ἤκμαζε κατὰ τὴν τριακοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, ἤδη γέροντος ὄντος Ζήνωνος. ἡ δ' ἐπιστολὴ τοῦ Ἀντιγόνου τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον, καθὰ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τύριος ἐν τοῖς περὶ Ζήνωνός φησι·

Siquidem & ante illũ Stoici qui in illa morabantur, poetæ dicti erant, vt ait Eratosthenes in VIII. De antiqua comœdia, à quib⁹ multum incrementi ea appellatio accepit. Enimuero summo in honore apud Athenienses habebatur Zeno, adeo vt vrbis ac mœniũ apud illum claues deponerent, corouáque aurea & ærea imagine honorarent. Hoc autem & ciues ipsius fecisse ferunt, magno sibi ornamento fore viri imaginem existimantes. Amplectebantur illum & Sidonij Cittienses. Suscipiebat illum & Antigonus, & si quando Athenas cõtendisset, auditor eius erat, multúmque orabat vt se ad eum conferret. In eo ille non paruit quidẽ ipse, cæterum Persæum vnum ex familiaribus misit, Demetrij filiũ, genere Cittiea, qui Olympiade CXXX florebat, Zenone iam sene. Est autẽ hic exemplũ epistolę Antigoni, vt refert Apollonius Tyrius in his quæ de Zenone scripsit.

Βασιλεὺς Ἀντίγονος Ζήνωνι φιλοσόφῳ χαίρειν.

Ἐγὼ τύχῃ μὲν καὶ δόξῃ νομίζω προτερεῖν τοῦ σοῦ βίου, λόγου δὲ καὶ παιδείας ὑστερεῖν, καὶ τῆς τελείας εὐδαιμονίας, ἣν σὺ κέκτησαι. διόπερ ἔκρινα προσφωνῆσαί σοι παραγενέσθαι πρὸς ἐμὲ, πεπεισμένος σε μὴ ἀντερεῖν πρὸς τὸ ἀξιούμενον. σὺ οὖν πειράθητι ἐκ παντὸς τρόπου συμμῖξαί μοι, διειληφὼς τοῦτο, διότι οὐχ ἑνὸς ἐμοῦ παιδευτὴς ἔσῃ, πάντων δὲ Μακεδόνων συλλήβδην. ὁ γὰρ τὸν τῆς Μακεδονίας ἄρχοντα καὶ παιδεύων καὶ ἄγων ἐπὶ τὰ κατ' ἀρετὴν, φανερός ἐστι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους παρασκευάζων πρὸς εὐανδρίαν. οἷος γὰρ ἂν ὁ ἡγούμενος ᾖ, τοιούτους εἰκὸς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνεσθαι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους.

Καὶ ὁ Ζήνων ἀντιγράφει ὧδε,

Βασιλεῖ Ἀντιγόνῳ Ζήνων χαίρειν.

Ἀποδέχομαί σου τὴν φιλομάθειαν, καθόσον τῆς ἀληθινῆς καὶ εἰς ὄνησιν τεινούσης, ἀλλ' οὐχὶ τῆς δημώδους καὶ εἰς διαστροφὴν ἠθῶν, ἀντέχῃ παιδείας,

Rex Antigonus Zenoni philosopho, S.

Ego fortuna me quidem & gloria vitam tuam anteire existimo: cæterùm disciplinis studiisque liberalibus & perfecta felicitate quam tu possides, longè abs te præcelli sentio. Quocirca te orare statui vti ad me proficiscaris: id mihi persuadens te preces meas minimè irritas fieri passurum. Tu igitur modis omnibus enitere vt tuo contubernio fruamur, certò sciens, non mei tantùm, sed omnium simul Macedonū eruditorem fore. Nam qui Macedoniæ regem erudit, atque in virtutem imbuit, eum & subditos quoque instruere ad fortitudinem & probitatem certum est. Nam cuiusmodi fuerit dux, tales vt plurimum subditos fieri necesse est. Vale.

Ad hæc Zeno respondit:

Zeno Antigono regi, S.

Amplector tuum tam vehemens discendi studium, quòd veram, vtilem atque necessariam, non popularem & quæ ad peruertēdos mores tendit, eruditionem apprehendere instituis.

ὁ φιλοσοφίας ὀρεγόμενος, ἐκκλίνων δὲ τὴν πολυθρύλητον ἡδονήν, ἥ τινων θηλύνει νέων ψυχάς, φανερός ἐστιν οὐ μόνον φύσει πρὸς εὐγένειαν κλίνων, ἀλλὰ καὶ προαιρέσει. φύσις δ' εὐγενὴς μετρίαν ἄσκησιν προσλαβοῦσα, ἔτι τε τὸν ἀφθόνως διδάξοντα, ῥᾳδίως ἔρχεται πρὸς τὴν τελείαν ἀνάληψιν τῆς ἀρετῆς. ἐγὼ δὲ συνέχομαι σώματι ἀσθενεῖ διὰ γῆρας. ἐτῶν γὰρ εἰμὶ ὀγδοήκοντα) διόπερ οὐ δύναμαί σοι συμμῖξαι. ἀποστέλλω δέ σοί τινας τῶν ἐμαυτοῦ συσχολαστῶν, οἳ τοῖς μὲν κατὰ ψυχὴν οὐκ ἀπολείπονται ἐμοῦ, τοῖς δὲ κατὰ σῶμα, προτεροῦσιν. οἷς συνὼν, οὐδενὸς καθυστερήσεις τῶν πρὸς τὴν τελείαν εὐδαιμονίαν ἡκόντων.

Ἀπέστειλε δὲ Περσαῖον καὶ Φιλωνίδην τὸν Θηβαῖον· ὧν ἀμφοτέρων Ἐπίκουρος μνημονεύει, ὡς συνόντων Ἀντιγόνῳ, ἐν τῇ πρὸς Ἀριστόβουλον τὸν ἀδελφὸν ἐπιστολῇ. ἔδοξέ μοι καὶ τὸ ψήφισμα τὸ περὶ αὐτοῦ τῶν Ἀθηναίων ὑπογράψαι. καὶ ἔχει ὧδε·

Qui enim philosophiæ amore ac studio tenetur, declinátque celebrem illam & vulgarem voluptatem quæ quorundã adolescentulorũ animos effœminat, eum nõ natura modò nobilitatem tueri, verùm quidẽ virtutis quoque instituto manifestũ est. Porro liberali ac nobili ingenio si adiiciatur modica exercitatio, neque desit præceptoris copia, maturè ad perfectam virtutis euadit frugem. Equidem nisi senectus mihi obsisteret (sũ enim octogenarius, corpúsque præterea inualidum) ipse ad te venirem, vt iubes. Quia verò id non datur, quosdam ex conturbernalibus meis ad te mitto, qui animi bonis me minimè inferiores sunt, & corporis etiam cõmodis exuperant. His si tu studiosè congrediare, nihil quod ad perfectam pertinet beatitudinem desiderabis. Vale.

Misit autem Persæũ quẽ prædiximus, Thebanúmque Philonidam. Vtriusque horũ Epicurus mentionem facit in epistola ad Aristobulum fratrem, congressósque Antigono memorat. Placuit Atheniensium quoque de illo decretum (quoniam est memorabile) subnectere. Est autẽ eiusmodi:

Ψήφισμα.

Ἐφ' ἀῤῥενίδου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς ἀκαμαντίδος, πέμπτης πρυτανείας, Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ, τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, ἐκκλησία κυρία τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν, Ἵππων, κρατιστοτέλης, Ξυμπετεὼν, καὶ οἱ συμπρόεδροι, Θράσων Θράσωνος ἀνακαιεὺς εἶπεν· ἐπειδὴ Ζήνων μνασέου, κιτιεὺς, ἔτη πολλὰ κατὰ φιλοσοφίαν ἐν τῇ πόλει γενόμενος, ἔν τε τοῖς λοιποῖς ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν διετέλεσε, καὶ τοὺς εἰς σύστασιν αὐτῷ τῶν νέων πορευομένους παρακαλῶν, ἐπ' ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην παρώρμα, πρὸς τὰ βέλτιστα παράδειγμα τὸν ἴδιον βίον ἐκθεὶς ἅπασιν, ἀκόλουθον ὄντα τοῖς λόγοις οἷς διελέγετο, τύχῃ τῇ ἀγαθῇ δεδόχθαι τῷ δήμῳ, ἐπαινέσαι μὲν Ζήνωνα μνασέου κιτιέα, καὶ στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ κατὰ τὸν νόμον, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ σωφροσύνης. οἰκοδομῆσαι δὲ αὐτῷ καὶ τάφον ἐπὶ τοῦ κεραμεικοῦ δημοσίᾳ. τῆς δὲ ποιήσεως τοῦ στεφάνου, καὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ τάφου, χειροτονῆσαι τὸν δῆμον ἤδη τοὺς ἐπιμελησομένους πέντε ἄνδρας ἐξ Ἀθηναίων,

Decretum.

Arrhenida principe, Acamantidis tribus, quinto magistratu, AVgusti decima, magistratus decimatertia, præsidentium concio rata decreuit, Hippo, Cratistoteles, Xympeteon, & cæteri primarij, Thraso Thrasonis filius Anacæensis dixit: Quoniam Zeno Mnasei filius, Cittieus, cōplures annos in ciuitate philosophice versatus est, atque in omnibus vir bonus esse perstitit, ac iuuenes qui ad illū disciplinæ causa conuenerunt, ad virtutem & frugalitatem exhortando, ad ea quæ sunt optima intendit, vitam suam verbis ac doctrinę suæ consentaneum exemplar omnibus proponens, bona fortuna visum est plebi laudare Zenonem Mnasei filium Cittiea, & aurea corona ritè ac legitimè ornare propter singularem eius virtutem & temperantiam: prætereàque construere ille sepulturam in Ceramico publicè. Coronæ autem faciendæ exædificandique tumuli, plebem iam quinque viros ex Atheniensibus eligere qui curam habeant,

ἐγγράψαι δὲ τὸ ψήφισμα τὸν γραμματέα τοῦ δήμου, ἐν στήλαις δύο. καὶ ἐξεῖναι αὐτῷ θεῖναι τὴν μὲν, ἐν ἀκαδημίᾳ· τὴν δὲ, ἐν λυκείῳ. τὸ δὲ ἀνάλωμα τὸ εἰς τὰς στήλας γινόμενον μερίσαι τὸν ἐπὶ τῆς διοικήσεως· ὅπως ἅπαντες ἴδωσιν ὅτι ὁ δῆμος ὁ τῶν ἀθηναίων τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ ζῶντας τιμᾷ καὶ τελευτήσαντας. ἐπὶ δὲ τὴν οἰκοδομὴν κεχειροτόνηνται θράσων ἀνακαιεὺς, φιλοκλῆς πειραιεὺς, φαῖδρος ἀναφλύστιος, μέδων ἀχαρνεὺς, μίκυθος συμπαλλητεὺς, δίων παιανιεύς.

Καὶ τὸ ψήφισμα μὲν ὧδε ἔχει.

φησὶ δ' ἀντίγονος ὁ καρύστιος οὐκ ἀρνεῖσθαι αὐτὸν εἶναι κιτιέα. τῶν γὰρ εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ λουτρῶνος συμβαλλομένων εἷς ὢν, καὶ ἀναγραφόμενος ἐν τῇ στήλῃ ζήνωνος τοῦ φιλοσόφου, ἠξίωσε καὶ τὸ κιτιεὺς προστεθῆναι. ποιήσας δέ ποτε κοῖλον ἐπίθημα τῇ ληκύθῳ περιέφερε νόμισμα, λύσιν ἑτοίμην τῶν ἀναγκαίων ἵν' ἔχοι κράτης ὁ διδάσκαλος. φασὶ δ' αὐτὸν ὑπὲρ χίλια τάλαντα ἔχοντα ἥκειν εἰς τὴν ἑλλάδα.

decretúmque hoc scribam plebis inscribere columnis duabus, licereque sibi alteram in Academia, alteram in Lyceo ponere. Sumptus verò columnarum distribuere eum qui negotiis præest, vt omnes intelligát Atheniensium plebem bonos viros & viuos & defunctos honorare. Adhuiúsmodi autem structuram electi sunt Thraso Anacæensis, Philocles Piræeus, Phædrus Anaphlystius, Melon Acarneus, & Micythus Sympalleteus.

Hoc exemplar decreti fuit.

Refert autem Antigonus Carystius ipsum se non negare Cittiea. nam quum vnus eorum è numero fuerit, atque in columna descriptis sit, qui ad lauacri structuram contulere Zenonis philosophi, vt etiam Cittieus adiiceretur orauit. Quum verò fecisset aliquãdo vasculo cauum operculum, circumferebat pecuniam, vt Crates præceptor promptum haberet ac paratum necessarium victum. Aiunt illum plus quàm mille talenta habuisse quum venit in Græciam,

καὶ ταῦτα δανείζειν ναυτικῶς. ἤσθιε δὲ ἀρτίδια, καὶ μέλι, καὶ ὀλίγον εὐώδους οἰναρίου ἔπινε. παιδαρίοις τε ἐχρῆτο σπανίως, ἅπαξ ἢ δίς που παιδισκαρίῳ τινὶ, ἵνα μὴ δοκοίη μισογύνης εἶναι. σύν τε Περσαίῳ τὴν αὐτὴν οἰκίαν ᾤκει. καὶ αὐτοῦ αὐλητρίδιον εἰσαγαγόντος πρὸς αὐτὸν, σπάσας πρὸς τὸν Περσαῖον αὐτὴν ἀπήγαγεν. ἦν τε (φασὶ) εὐσυμπερίφορος, ὡς πολλάκις Ἀντίγονον τὸν βασιλέα ἐπικωμάσαι αὐτῷ, καὶ πρὸς Ἀριστοκλέα τὸν κιθαρῳδὸν ἅμα αὐτῷ ἐλθεῖν ἐπὶ πῶμα, εἶτα μέντοι ὑποδῦναι. ἐξέκλινε δέ φησι καὶ τὸ πολυδημῶδες, ὡς ἐπ᾽ ἄκρου καθέζεσθαι τοῦ βάθρου, κερδαίνοντα τὸ γοῦν ἕτερον μέρος τῆς ὀχλήσεως. οὐ μὴν οὐδὲ μετὰ πλειόνων δύο ἢ τριῶν περιεπάτει. ἐνίοτε δὲ καὶ χαλκὸν εἰσέπραττε τοὺς περιϊσταμένους εἰς τὸ διδόναι μὴ ὀχλεῖν, καθά φησι Κλεάνθης ἐν τῷ περὶ χαλκοῦ. πλειόνων τε περιεστώτων αὐτὸν, δείξας ἐν τῇ στοᾷ κατ᾽ ἄκρου τὸ ξύλινον περιφερὲς τοῦ βωμοῦ, ἔφη, Τοῦτό ποτε ἐν μέσῳ ἔκειτο· διὰ δὲ τὸ ἐμποδίζειν,

eáque nautis fœnerari solitum. Edebat modicè panem & mel, & suauis vini paululum bibebat. Pueris semel ferè aut bis vsus est, & ancillula quadã, ne sexũ odisse videretur. Eandem quoque domũ ipse & Persæus vnà habuit. Is quum aliquãdo tibicinam mulierem ad eum induxisset, ab se raptam ad Persæum abduxit. Erátque ad illũ aditus facilis, neque ipse difficilè quo quisque vellet circundabatur: adeo vt sæpe apud eum Antigonus cœnaret rex, atque ad Aristoclem citharœdum ad conuiuiũ cum illo vnà itabat. Sensim tamen id euitasse traditur ac declinasse, nè nimis esset popularis, adeo vt in summo gradu consideret deuitans vel alterã perturbationis partẽ. Neque verò cum pluribus quàm duobus vel tribus ambulabat. Quibusdã verò (vt Cleãthes ait in libro De ære) iubebat æs dare, circũstantes vti ne sibi molesti essent. Quũ circunstarent eũ multi cõfertique, ostendẽs in porticu in summo ligneã aræ circunferẽtiam. Hæc (ait) aliquãdo in medio erat exposita: quia verò impedimento erat,

ἰδίᾳ εἶπεν. καὶ ὑμεῖς μὲν οὖν ἐκ τοῦ μέσου βαστάσαντες αὑτούς, ἧττον ἡμῖν ἐνοχλήσετε. Δημοχάρους δὲ τοῦ Λάχητος ἀσπαζομένου αὐτὸν, καὶ φάσκοντος λέγειν καὶ γράφειν ὧν ἂν χρείαν ἔχῃ πρὸς Ἀντίγονον, ὡς ἐκείνου πάντα παρέξοντος, ἀκούσας οὐκέτ' αὐτῷ συνδιέτριψε. λέγεται δὲ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Ζήνωνος εἰπεῖν τὸν Ἀντίγονον, οἷον εἴη θέατρον ἀπολωλεκώς. ὅθεν καὶ διὰ Θράσωνος πρεσβευτοῦ παρὰ τῶν Ἀθηναίων ᾔτησεν αὐτῷ τὴν ἐν Κεραμεικῷ ταφήν. ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί θαυμάζει αὐτὸν, Ὅτι, ἔφη, πολλῶν καὶ μεγάλων αὐτῷ διδομένων ὑπ' ἐμοῦ, οὐδέποτε ἐχαυνώθη, οὐδὲ ταπεινὸς ὤφθη. ἦν δὲ καὶ ζητητικὸς, καὶ περὶ πάντων ἀκριβολογούμενος. ὅθεν καὶ ὁ Τίμων ἐν τοῖς Σίλλοις φησὶν οὕτω.

Καὶ φοίνισσαν ἴδον λιχόγραυν σκιερῷ ἐνὶ τύφῳ
Πάντων ἱμείρουσαν, ὁ δ' ἔρρει γύργαθος αὐτῆς.
Μικρὸς ἐών, νοῦν δ' εἶχεν ἐλάσσονα κινδαψοῖο.

Ἐπιμελῶς δὲ καὶ πρὸς

seorsum posita est: vos igitur vosmet ex medio tollentes, minus molestiarum nobis exhibebitis. Demochate autem Lachetis filio salutante illum, atque dicente, siquid opus haberet, dicturum se ac scripturum Antigono, præbituro omnia, indignat⁹, postea illi congressus non est. Fertur autem post Zenonis mortem Antigonum dixisse, Quale spectaculum perdidi! Vnde & Atheniensibus per Thrasonem legatum, vt in Ceramico illi sepulturam facerent, petit. Interrogatus autem cur illū adeo admiraretur, Quia (inquit) quum illi à me multa & magna sæpe data sint, nunquam emollitus est, neque humilis apparuit. Erat autem & ad inquirendum solers, subtilisque in omnibus ac diligēs. Vnde & Timon in Sillis de eo ita scribit,

Vidi & in vmbroso fastu Lichangram Phœnissam,
Omnia quæ cuperet. sed hiabat gyrgathus eius
Distillans, & cui scindapso erat inferior mens.

Diligenter autē & accuratè cum Phi-

ἐπιμελῶς δὲ Φίλωνι τῷ διαλεκτικῷ διεκρίνετο, καὶ συνεσχόλαζεν αὐτῷ. ὅθεν καὶ θαυμασθῆναι ὑπὸ Ζήνωνος τοῦ νεωτέρου οὐχ ἧττον Διοδώρου τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ. ἦσαν δὲ περὶ αὐτὸν καὶ γυμνορρυπαροί τινες, ὥς φησι καὶ ὁ Τίμων,

Ὄφρα πενεστάων συνάγεν νέφος, οἳ περὶ πάντων
Πτωχότατοί τ' ἦσαν καὶ κουφότατοι βροτοὶ ἀστῶν.

Αὐτὸν δὲ στυγνόν τε εἶναι καὶ πικρὸν, καὶ τὸ πρόσωπον συνεσπασμένον. λίαν ἀτενὴς ἦν, καὶ ὑπερβαλλόντως ἐχόμενος μικρολογίας, προσχήματι οἰκονομίας. εἰ δέ τινα ἐπικόπτοι, περιεσταλμένως, καὶ οὐχ ἄδην, ἀλλὰ πόρρωθεν. λέγω δ' οἷον ἐπὶ τοῦ καλλωπιζομένου ποτὲ ἔφη. ὀχέτιον γάρ τι ὀκνηρῶς αὐτοῦ ὑπερβαίνοντος, δικαίως, εἶπεν, ὑφορᾷ τὸν πηλόν· οὐ γὰρ ἔστιν ἐν αὐτῷ κατοπτρίσασθαι. ὡς δὲ Κυνικός τις οὐ φήσας ἔλαιον ἔχειν ἐν τῇ ληκύθῳ, προσῄτησεν αὐτόν, οὐκ ἔφη δώσειν. ἀπελθόντα μέντοι

cum Philone dialectico se exercebat, atque vnà vacabat. Vnde non minori admirationi apud iuniorem Zenonem est habitus quàm Diodorus præceptor eius. Erant autem cum ipso nudi sordidíque homines, vt ait Timon,

Vnam in congeriem donec cumularet egenos,
Qui leuitate simul superarent sordibus omnes.

Enimuero gestus ipsius subtristis grauisque & acer fuit. Vnde & rugabat frontem, & ora contrahebat. Vili præterea valde apparatu erat, & qui barbaricam tenuitatem redoleret: idque sub prætextu frugalitatis faciebat. Siquem obiurgasset, circuncisè id ac breuiter, neque nimiùm, sed velut ex lõginquo faciebat: vt exempli gratia de eo qui se nimio studio componeret, aliquando ait: Quum enim illi vehiculũ quoddã lentè segniterque transcenderet, Meritò (inquit) suspectum habet lutũ: neque enim se in illo veluti in speculo intueri potest. Quum verò Cynicus quispiam oleum se in vasculo non habere diceret, atque ab eo postularet, se minimè daturum asseuerauit: abeuntē verò

ἀνέλθωσι σκέψασθαι ὁπότερος εἴη ἀναιδέστερος.

Ἐρωτικῶς δὲ διακείμενος Χρεμωνίδου, παρακαθιζόντων αὐτοῦ τε καὶ κλεάνθους, ἀνέστη. θαυμάζοντος δὲ τοῦ κλεάνθους, ἔφη, Καὶ τῶν ἰατρῶν ἀκούω τῶν ἀγαθῶν, κράτιστον εἶναι φάρμακον πρὸς τὰ φλεγμαίνοντα ἡσυχίαν. δυοῖν δ' ὑπανακειμένοιν ἐν πότῳ, καὶ τοῦ ὑφ' αὑτὸν τὸν ὑφ' ἑαυτὸν σκιμαλίζοντος τῷ ποδί, αὐτὸς ἐκεῖνον τῷ γόνατι. ἐπιστραφέντος δέ, Τί οὖν οἴει τὸν ὑποκάτω σου πάσχειν ὑπὸ σοῦ; πρὸς δὲ τὸν φιλόπαιδα, οὔτε τοὺς διδασκάλους ἔφη φρένας ἔχειν, ἀεὶ διατρίβοντας ἐν παιδαρίοις, οὔτε ἐκείνους. ἔφασκε δὲ τοὺς μὲν τῶν ἀσολοίκων λόγους, καὶ μὴ ἀπηρτισμένους, ὁμοίους εἶναι τῷ ἀργυρίῳ τῷ ἀλεξανδρινῷ, εὐοφθάλμους μὲν καὶ περιγεγραμμένους, καθὰ καὶ τὸ νόμισμα, οὐδὲν δὲ διὰ ταῦτα βελτίονας. τοὺς δὲ τὸ ἐναντίον ἀφωμοίου τοῖς ἀττικοῖς τετραδράχμοις, εἰκῇ μὲν κεκομμένοις καὶ σολοίκως, καθέλκειν μέντοι πολλάκις τὰς κεκαλλιγραφημένας λέξεις. ἀρίστωνος δὲ τοῦ μαθητοῦ πολλὰ διαλεγομένου οὐκ εὐφυῶς, ἔνια δὲ καὶ

animaduertere iussit vter esset impudentior.

Quum esset autem in amatium Chremonidem affectus, ipso & Cleanthe assistẽtibus surrexit: quumq; admiraretur Cleanthes, ait, Et medicos audio dicentes, præclarum esse ad tumores quosque remedium quietē. Duobus in conuiuio iuxta se recumbentibus, quum is qui sibi adiacebat, inferiorem socium pulsaret pede, ipse hunc pulsauit genu: cōuerso illi, Quid ergo (ait) illum abs te pati arbitraris qui sub te est? Ad eum qui pueros amabat, neque magistros habere sensum ait, si semper inter pueros versentur, neque illos. Dicebat autem eruditorum sermones & imperfectos, Alexandriæ pecuniæ similes esse. Nam gratos quidem oculis, ac pictos monetę instar, nihilo tamen esse meliores. Eos verò qui secus essent tetradrachmis Atticis assimilabat, temere quidem ac rusticè incisis, sed qui pictā orationem superare possint. Aristone autem discipulo non satis ingeniosè multa, quædam etiam temere

προπετῶς καὶ θρασέως, Ἀδύνατον εἰπεῖν εἰ μή σε ὁ πατὴρ μεθύων ἐγέννησεν. ὅθεν αὐτὸν καὶ λάλον ἀπεκάλει, βραχυλόγος ὤν. πρὸς δὲ τὸν ὀψοφάγον, μηδὲν τοῖς συμβιωταῖς καταλείποντα, παρατεθέντος ποτὲ μεγάλου ἰχθύος, ἄρας οἷός τ' ἦν κατεσθίειν. ἐμβλέψαντι δὲ, Τί οὖν, ἔφη, τοὺς συμβιωτὰς οἴει πάσχειν καθ' ἡμέραν, εἰ σὺ μὴ δύνασαι ἐνεγκεῖν τὴν ἐμὴν ὀψοφαγίαν; μειρακίου δὲ περιεργότερον παρὰ τὴν ἡλικίαν ἐρωτῶντος ζήτημά τι, προσήγαγε πρὸς κάτοπτρον, καὶ ἐκέλευσεν ἐμβλέψαι. ἔπειτ' ἠρώτησεν εἰ δοκεῖ αὐτῷ ἁρμόττοντα εἶναι ὄψει τοιαῦτα ζητήματα. πρὸς δὲ τὸν φάσκοντα ὡς τὰ πολλὰ αὐτῷ Ἀντισθένης οὐκ ἀρέσκει, χρείαν Σοφοκλέους προενεγκάμενος, ἠρώτησεν εἴ τινα καὶ καλὰ ἔχειν αὐτῷ δοκεῖ· τοῦ δ' οὐκ εἰδέναι φήσαντος, εἶτ' οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, εἰ μέν τι κακὸν ἦν εἰρημένον ὑπ' Ἀντισθένους, τοῦτ' ἐκλεγόμενος καὶ μνημονεύων· εἰ δέ τι καλὸν, οὐδ' ἐπιβαλλόμενος κατέχειν; εἰπόντος δέ τινος ὅτι μικρὰ αὐτῷ δοκεῖ τὰ λογάρια τῶν φιλοσόφων,

procacitérque disserente, Possibile non esset, inquit, ita dicere, nisi ebrius te genuisset pater. Vnde ipsum etiam loquacē appellabat. Breuis ipse in loquendo & circumcisus. Edaci cuidam nihil opsoniorum sociis inter conuiuandum relinquēti, appositum ingentem piscē sustulit, solúsque comedere velle videbatur. Quum ille in eum intueretur, Quid ergo (ait) socios quotidie tolerare arbitraris, si tu meam edacitatem ferre non vales? Adolescentem instātius quàm per ætatem conueniret, quiddam inquirentem, admoto speculo iussit inspicere: rogauit deinde nū sibi videretur ei faciei congruere tales quæstiones. Dicente quodam Antisthenis sibi complura minimè placere, adducto in mediū Sophoclis testimonio, rogauit num illi bene quædā etiam habere viderentur: illo se nescire dicente, Non puderet (inquit) si quid ab Antisthene malè dictū sit, hoc indagare & memoriter tenere: si quid verò boni, negligere neque meminisse? Cuidā breuia esse philosophorum dicta asserenti,

Ἀληθῆ, εἶπε, λέγεις· δεῖ μέντοι καὶ τὰς συλλαβὰς αὐτῶν βραχείας εἶναι, εἰ δυνατόν. λέγοντος δέ τινος αὐτῷ περὶ Πολέμωνος, ὡς ἄλλα προθέμενος, ἄλλα λέγει, σκυθρωπάσας ἔφη, Πόσου γὰρ ἠγάπα τὰ διδόμενα; δεῖν δὲ ἔφη τὸν διαλεγόμενον, ὥσπερ τοὺς ὑποκριτάς, τὴν μὲν φωνὴν καὶ τὴν δύναμιν μεγάλην ἔχειν· τὸ μέντοι στόμα μὴ διέλκειν· ὃ ποιεῖν τοὺς πολλὰ μὲν λαλοῦντας, ἀδύνατα δὲ τοῖς εὖ λεγομένοις. καὶ ἔφη δεῖν καταλείπειν τόπον, ὥσπερ τοῖς ἀγαθοῖς τεχνίταις εἰς τὸ θεάσασθαι· τοὐναντίον δὲ, τὸν ἀκούοντα οὕτω πρὸς τοῖς λεγομένοις γίνεσθαι ὥστε μὴ λαμβάνειν χρόνον εἰς τὴν ἐπισημείωσιν. νεανίσκου πολλὰ λαλοῦντος, ἔφη, Τὰ ὦτά σου εἰς τὴν γλῶτταν συνερρύηκε. πρὸς τὸν καλὸν, εἰπόντα ὅτι οὐ δοκεῖ αὐτῷ ἐρασθήσεσθαι ὁ σοφός, οὐδὲν, ἔφη, ὑμῶν ἀθλιώτερον ἔσεσθαι τῶν καλῶν. ἔλεγε δὲ καὶ τῶν φιλοσόφων τοὺς πλείστους, τὰ μὲν πολλὰ ἀσόφους εἶναι, τὰ δὲ μικρὰ καὶ τυχηρὰ, ἀμαθεῖς. καὶ προεφέρετο τὸ τοῦ Καφισίου· ὃς, ἐπιβαλλομένου

Vera, inquit, loqueris: oportet nempe (si fieri possit) breues esse illorum & syllabas. Dicente quodam de Polemone, quòd alia proponeret & alia loqueretur, substomachans, Quanti enim (inquit) faciebat quæ dabantur? Operæpretium esse dicebat, eum qui disputaret, in morem histrionis voce viribúsque magnum esse, os tamen aperire non debere immodicè: quod ij faciunt qui plurima loquũtur quidem, sed ea benedicere non possunt. His qui bene dicerent, locum minimè relinquendum, veluti præclaris artificibus in spectando: contrà verò auditorem sic eis quæ dicuntur intentum esse oportere, vt non vacet illi ad notas faciendas. Adolescenti loquaciori, Aures, inquit, tuæ in linguam confluxere. Formoso cuidam dicenti, non videri sibi amaturum sapiẽtem, Nihil (ait) vobis formosis esset infelicius. Dicebat & philosophorum plurimos, multis in rebus esse insipientes, in paruis fortuitísque imperitos. Adiiciebatque Caphesij illud: qui quum animaduerteret

ἑνὸς τῶν μαθητῶν μεγάλα φυσᾶν, πατάξας, εἶπεν ὡς οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ, τὸ εὖ κείμενον εἴη· ἀλλ' ἐν τῷ εὖ, τὸ μέγα. νεανίσκου δέ τινος θρασύτερον διαλεγομένου, οὐκ ἂν εἴποιμι, ἔφη, μειράκιον, ἃ ἐπέρχεταί μοι. Ῥοδίου δέ τινος καλοῦ καὶ πλουσίου, ἄλλως δὲ μηδὲν προσκειμένου αὐτῷ, μὴ βουλόμενος ἀνέχεσθαι, πρῶτον μὲν ἐπὶ τὰ κεκονιμένα τῶν βάθρων ἐκάθιζεν αὐτὸν, ἵνα μολύνῃ τὴν χλανίδα· ἔπειτα εἰς τὸν τῶν πτωχῶν τόπον, ὥστε συναναφύρεσθαι τοῖς ῥάκεσιν αὐτῶν. καὶ τέλος ἀπῆλθεν ὁ νεανίσκος. πάντων ἔλεγεν ἀπρεπέστερον εἶναι τὸν τῦφον, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν νέων. μὴ τὰς φωνὰς καὶ τὰς λέξεις ἀπομνημονεύειν, ἀλλὰ περὶ τὴν διάθεσιν τῆς χρείας τὸν νοῦν ἀσχολεῖσθαι, μὴ ὥσπερ ἕψησίν τινα ἢ σκευασίαν ἀναλαμβάνοντας. δεῖν τε ἔλεγε τοὺς νέους πάσῃ κοσμιότητι χρῆσθαι, καὶ πορείᾳ, καὶ σχήματι, καὶ περιβολῇ. συνεχές τε προεφέρετο τοὺς ἐπὶ τοῦ Καπανέως Εὐριπίδου στίχους, ὅτι

quendam ex discipulis inflatũ atque turgidũ, percutiẽs dixit, Non si magnus fueris, bonus eris: sed si bonus, magnus. Adolescente quodam audacius loquẽte, Dicere (inquit) non possum adolescens quæ occurrunt mihi. Rhodio cuidam formoso atque diuiti, cæterum ad aliud nihil vtili, quum nollet recipere eũ ad philosophiam, primò quidem super gradus cõcisos sedere illum iussit, vt abollam fœdaret: deinde verò in pauperum locum introduxit, vt inter pannos eorum versaretur: postremò recessit adolescens. Nihil fastu esse indecẽtius dicebat, id quod tũm in cæteris tum in iuuẽnibus maximè. Monebat, non circa voces & vocabula memoriam, sed circa intelligentiam mentem exercere oportere, vt ne veluti lixaturam quandam assumamus. Conueniri maximè iuuenibus dicebat in omnibus vti summa honestate, habitu, incessu amictu: habebatque semper in ore EVripidis de Capaneo versus,

Βίος μὲν ἦν αὐτῷ, ἥκιστα δ' ὄλβος γαῦρος ἦν,
Φρόνημα δ' οὔτι μεῖζον εἶχεν ἢ πένης ἀνήρ.

Ἔλεγε δὲ μηδὲν εἶναι τῆς ποιήσεως ἀλλοτριώτερον πρὸς κατάληψιν τῶν ἐπιστημῶν, μηδενός τε ἡμᾶς οὕτως εἶναι ἐνδεεῖς ὡς χρόνου. ἐρωτηθεὶς τίς ἐστι φίλος, ἄλλος ἐγώ. δοῦλον ἐπὶ κλοπῇ (φασὶν) ἐμαστίγου· τοῦ δ' εἰπόντος, εἵμαρτό μοι κλέψαι· καὶ δαρῆναι, ἔφη. τὸ κάλλος εἶπε τῆς φωνῆς ἄνθος εἶναι· οἱ δὲ, τοῦ κάλλους τὴν φωνήν. τῶν γνωρίμων τινὸς παιδάριον μεμωλωπισμένον θεασάμενος, πρὸς αὐτὸν, ὁρῶ σου, ἔφη, τοῦ θυμοῦ τὰ ἴχνη. πρὸς τὸν κεχρισμένον τῷ μύρῳ, τίς ἐστιν, ἔφη, ὁ γυναικὸς ὄζων; Διονυσίου δὲ τοῦ μεταθεμένου εἰπόντος αὐτῷ, διὰ τί αὐτὸν μόνον οὐ διορθοῖ, ἔφη, οὐ γάρ σοι πιστεύω. πρὸς τὸ φλυαροῦν μειράκιον, διὰ τοῦτο, εἶπε, δύο ὦτα ἔχομεν, στόμα δὲ ἓν, ἵνα πλείω μὲν ἀκούωμεν, ἥττονα δὲ λέγωμεν. ἐν συμποσίῳ κατακείμενος σιγῇ, τὴν αἰτίαν ἠρωτήθη· ἔφη οὖν τῷ ἐγκαλέσαντι ἀπαγγεῖλαι πρὸς τὸν βασιλέα ὅτι παρῆν τις σιωπᾶν ἐπιστάμενος.

Erat quidē illi vnde viueret,
sed fortuna nō efferebatur.
Neque maiori fastu erat quā
quiuis pauper.

Dicebat ad perceptionem disciplinarum nihil esse alienius poetica, nulliúsque nos rei maiorem inopiam perpeti, quàm temporis. Interrogatus quis esset amicus, Alter, inquit, ego. Seruum in furto (vt aiunt) deprehensum verberabat: quúmque ille diceret, Fatale mihi erat furari, Et cædi, inquit. Pulcritudinem dixit vocis florem esse, alij verò pulcritudinis vocem. Quum familiariū cuiusdā iuuenem liuentem aspexisset, Video (inquit ad illum) tui furoris vestigia. Cuidā vnguentis delibuto, Quis (ait) mulierē olet? Dionysio cuidam quærenti cur se solum non corrigeret, Quia (inquit) tibi minus credo. Inepta & nihil ad rem loquenti adolescentulo, Idcirco (inquit) aures habemus duas & os vnum, vti plura audiamus, loquamur pauca. In conuiuio tacitus sedebat: percōtanti causam, Nuntia (inquit) regi adesse quendam qui tacere sciat.

ἦσαν δὲ οἱ ἐρωτήσαντες παρὰ Πτολεμαίου πρέσβεις ἀφικόμενοι, καὶ βουλόμενοι μαθεῖν τί εἴποιεν περὶ αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα. ἐρωτηθεὶς πῶς ἔχει πρὸς λοιδορίαν, καθάπερ, εἶπεν, εἰ πρεσβευτὴς ἀναπόκριτος ἀποστέλλοιτο. φησὶ δ' Ἀπολλώνιος ὁ Τύριος, ἕλκοντος αὐτὸν Κράτητος τοῦ ἱματίου ἀπὸ Στίλπωνος, εἰπεῖν, ὦ Κράτης, λαβὴ φιλοσόφων ἐστὶν ἐπιδέξιος ἡ διὰ τῶν ὤτων· πείσας οὖν ἕλκε τούτων. εἰ δέ με βιάζῃ, τὸ μὲν σῶμα παρὰ σοὶ ἔσται, ἡ δὲ ψυχὴ παρὰ Στίλπωνι.

Συνδιέτριψε δὲ καὶ Διοδώρῳ, καθά φησιν Ἱππόβοτος· παρ' ᾧ καὶ τὰ διαλεκτικὰ ἐξεπόνησεν. ἤδη δὲ προκόπτων εἰσῄει καὶ πρὸς Πολέμωνα ὑπ' ἀτυφίας. ὥστε φασὶ λέγειν ἐκεῖνον, οὐ λανθάνεις, ὦ Ζήνων, ταῖς κηπαίαις παρεισρέων θύραις, καὶ τὰ δόγματα κλέπτων φοινικικῶς μεταμφιεννύς; καὶ πρὸς τὸν δείξαντα δὲ αὐτῷ διαλεκτικὸν ἐν τῷ θερίζοντι λόγῳ ἑπτὰ διαλεκτικὰς ἰδέας, πυθέσθαι πόσας εἰσπράττεται μισθοῦ· ἀκούσαντα δὲ ἑκατόν, διακοσίας αὐτῷ δοῦναι· τοσοῦτον ἤσκει φιλομάθειαν.

qui autem interrogabant, legati à Ptolemæo aduenerant, & discere cupiebant quid de illo regi nuntiarẽt. Interrogatus quónam esset animo aduersus maledicta, dixit, Velut si legatus absq; respõso remittatur. Refert Apollonius Tyrius, quòd quum Crates eum per pallium à Stilpone retraheret dixerit, O Crates, commodissimè auribus philosophũ teneas. quũ igitur persuaseris, tũ illũ trahe: nã si per vim egeris, corpꝰ quidẽ apud te, sed animꝰ apud Stilponẽ erit.

Versatum illum & cum Diodoro Hippobotus autor est: apud quem & dialecticæ studuit. Iã verò proficiẽs atque prouectus, Polemonis frequentabat auditorium, calcandi fastus causa. Denique illum dixisse ferunt, Nõ latet nos, Zeno, te per horti ianuas irrepere, furarique dogmata, eáque Phœnicum more induere. Fertur quum dialecticus sibi septem species dialectices θερίζοντι sermone demõstrasset, interrogasse quidnam sibi mercedis dari vellet, poscẽtique centum, ducentũ dedisse: tanto discendi amore tenebatur.

φασὶ δὲ καὶ πρῶτον καθηκον ὀνομάσαι, καὶ λόγον περὶ αὐτοῦ πεποιηκέναι· τούς τε Ἡσιόδου στίχους μεταγράφειν οὕτω,

Κεῖνος μὲν πανάριστος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ.

κρείττονα γὰρ εἶναι τὸν ἀκοῦσαι καλῶς δυνάμενον τὸ λεγόμενον, καὶ χρῆσθαι αὐτῷ, τοῦ δι' αὑτοῦ τὸ πᾶν συννοήσαντος. τῷ μὲν γὰρ εἶναι μόνον τὸ συνεῖναι· τῷ δ' εὖ πεισθέντι προσεῖναι καὶ τὴν πρᾶξιν. ἐρωτηθεὶς (φασὶ) διὰ τί αὐστηρὸς ὢν, ἐν τῷ πότῳ διαχεῖται, ἔφη, Καὶ οἱ θέρμοι πικροὶ ὄντες, βρεχόμενοι γλυκαίνονται. φησὶ δὲ καὶ Ἑκάτων ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν χρειῶν ἀνίεσθαι αὐτὸν ἐν ταῖς τοιαύταις κοινωνίαις. ἔλεγέ τε κρεῖττον εἶναι τοῖς ποσὶν ὀλισθεῖν ἢ τῇ γλώττῃ. τὸ εὖ γίνεσθαι μὲν παρὰ μικρὸν, οὐ μὴν μικρὸν εἶναι. οἱ δὲ, Σωκράτους. ἦν δὲ καρτερικώτατος καὶ λιτότατος, ἀπύρῳ τροφῇ χρώμενος, καὶ τρίβωνι λεπτῷ. ὥστε λέγεσθαι ἐπ' αὐτοῦ,

Τὸν δ' οὔτ' ἂρ χειμὼν κρυόεις, οὐκ ὄμβρος ἀπείρων,

Aiunt illum primum καθῆκον id est officium, vocasse, librúmque de illo scripsisse. Hesiodi item versus mutare solitum in hãc sententiã,

Optimus ille quidem qui paret recta docenti,
Nec malus ille, potest qui per se noscere cuncta.

Præstantiorem enim eum esse, qui bene quod dicitur audire possit, atque eo uti, quàm qui per seipsum omnia assequitur: huic enim solùm adesse intelligẽtiam, qui verò obtemperet, inesse præterea & effectum. Rogatus cur seuerus quum esset, in conuiuio tamen hilaresceret, Et lupini ait, quũ sint amari, perfusi tamen aqua dulcescunt. Porro Hecaton scribit in secundo Sententiarum, eiusmodi consortia non illibenter admittere solitum, ac dicere melius esse pedibus quam lingua labi: bene paulatim aliquid fieri non parum esse. Hoc alij Socratis dicunt. Erat autem patientissimus, & simplicissimi victus, crudisque tantùm cibis vtebatur, & tenui pallio, ita vt de illo diceretur,

Hũc non acris hyems domuit, non frigidus imber,

Non solis radij, non vis teterrima morbi,
Non quicquid vulgo peruasum: inuictus at vnus
Instabat grauibus studiis noctesque diesque.

Comici tamen imprudentes, hunc dum vituperant, laudant. Nanque Philemon in comœdia philosophi ait,

Cum pane caricas vorat, & aquam bibit,
Exercet ignotum philosophia genus,
Docet esurire, deinde auditores capit.

Alij Posidippum putant. Iã verò ferme & in prouerbiũ abiit illud, vt diceretur de eo, Continentior Zenone. Sed & Posidippus ait in Translatis, Itaque diebus decẽ Zenone continentius. Re enim vera omnes præcedebat formæ excellentia & honestate, magnáque per Ionẽ felicitate. Quippe nonagesimooctauo ætatis anno vita excessit incolumis atque integer, ac sine morbo.

Persæus autem in Scholis moralibus septuagintaduorum annorum migrasse tradit ex vita. Athenas quippe

οὐ φλὸξ ἠελίοιο δαμάζεται, οὐ νόσος αἰνή,
Οὐχ ὡς τίς δήμου ἀρίθμιος, ἀλλ' ὅγ' ἀπειρὴς
ἀμφὶ διδασκαλίην πέπταται νύκτας τε καὶ ἦμαρ.
οἵ γε μὴν Κωμικοὶ ἐλάνθανον ἐπαινοῦντες αὐτὸν διὰ τῶν σκωμμάτων. ἵνα καὶ φιλήμων φησὶν οὕτως ἐν δράματι Φιλοσόφοις,
Εἷς ἄρτος, ὄψον ἰσχὰς, ἐπιπιεῖν ὕδωρ.
φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ οὗτος φιλοσοφεῖ.
πεινῆν διδάσκει, καὶ μαθητὰς λαμβάνει.
οἱ δὲ, Ποσειδίππου. ἤδη δὲ καὶ εἰς παροιμίαν σχεδὸν ἐχώρησεν. ἐλέγετο γοῦν ἐπ' αὐτοῦ, τοῦ φιλοσόφου Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. ἀλλὰ καὶ Ποσείδιππος μεταφερομένοις, ὥστ' ἐν ἡμέραις δέκα εἶναι δοκεῖν Ζήνωνος ἐγκρατέστατον. τῷ γὰρ ὄντι πάντας ὑπερεβάλετο τῷ τε εἴδει τούτῳ, καὶ τῇ σεμνότητι, καὶ δὴ νὴ Δία καὶ μακαριότητι. ὀκτὼ γὰρ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα βιοὺς ἔτη κατέστρεψεν, ἄνοσος καὶ ὑγιὴς διατελέσας.

Περσαῖος δέ φησιν ἐν ταῖς ἠθικαῖς σχολαῖς, δύο καὶ ἑβδομήκοντα ἐτῶν τελευτῆσαι αὐτόν. ἐλθεῖν δὲ Ἀθήναζε

δύο καὶ εἴκοσι ἐτῶν. ὁ δ' Ἀπολλώνιός φησιν ἀφηγήσασθαι τῆς σχολῆς αὐτὸν ἔτη δυοῖν δέοντα ἑξήκοντα. ἐτελεύτα δὴ οὕτως· ἐκ τῆς σχολῆς ἀπιὼν προσέπταισε, καὶ τὸν δάκτυλον περιέρρηξε. παίσας δὲ τὴν γῆν τῇ χειρὶ, φησὶ τὸ ἐκ τῆς Νιόβης,

Ἔρχομαι, τί μ' αὔεις;

καὶ παραχρῆμα ἐτελεύτησεν, ἀποπνίξας ἑαυτόν. Ἀθηναῖοι δ' ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ Κεραμεικῷ, καὶ ψηφίσμασι τοῖς προειρημένοις ἐτίμησαν, τὴν ἀρετὴν αὐτῷ προσμαρτυροῦντες. καὶ Ἀντίπατρος ὁ Σιδώνιος ἐποίησεν οὕτως,

Τῆνος ὅδε Ζήνων Κιτίῳ φίλος, ὅς ποτ' Ὄλυμπον
Ἔδραμεν, οὐκ Ὄσσῃ Πήλιον ἀνθέμενος,
Οὐδὲ τά γ' Ἡρακλῆος ἀέθλια· τὴν δὲ πρὸς ἄστρα
Ἀτραπὸν μοῦνος εὗρε σαοφροσύνας.

καὶ ἄλλο Ζηνόδοτος ὁ Στωϊκός, Διογένους μαθητής,

Ἔκτισας αὐτάρκειαν, ἀφεὶς κενεαυχέα πλοῦτον
Ζήνων σὺν πολιῷ σεμνὸς ἐπισκυνίῳ.

-cōceſſiſſe ætatis anno XXII. Quinquaginta verò & octo annos ſcholæ præfuiſſe Apollonius autor eſt. Sic autem obiit. Quum abiret è ſchola, offendit, digitumque perfregit. Manu verò terram feriens, dixit illud ex Niobe,

En adſum, quid me (oro) vocas?

Continuóque ſe ſtrangulans interit. Athenienſes autem illum in Ceramico ſepelierunt, decretiſque quæ ſuprà prædiximus, honorauerunt, virtutis illi teſtimonium addentes. In quem Antipater Sidonius ſic ſcripſit,

Hic Zeno ille deus patriæ, qui nuper olympum
Scandit, nec Oſſa Pelion impoſuit.
Geſta etenim magni non Herculis iſta, ſed altam
Virtute inuenit ſolus ad aſtra viam.

Zenodotus Stoicus Diogenis diſcipulus aliud ſcripſit in hanc ſententiam.

Vixiſti frugi, ſpreto prædiuite luxu
Spectandus, cano Zeno ſupercilio.

Ἄρσενα γὰρ λόγον εὗρες. ἀκαθλήτω δὲ προνοίᾳ
Αἵρεσιν ἀτρέςου ματέρ' ἐλευθερίας.

Pugnasti ingenio, inuenisti mascula verba,
Et tibi libertas dulcis amica fuit.

Εἰ δὲ πάτρα φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος; ἦν δὲ ὁ κάδμος
Κεῖνος, ἀφ' οὗ γραπτὰν ἑλλὰς ἔχει σελίδα.

Si patria est Phœnix, quid tum? nã Cadmus & ipse
Phœnix, cui debet Græcia docta libros.

καὶ κοινῇ δὲ καὶ περὶ πάντων τῶν στωϊκῶν Ἀθήναιος ὁ ἐπιγραμματοποιὸς φησὶν οὕτως,

Ὦ στωϊκῶν μύθων εἰδήμονες, ὦ πανάριστα
Δόγματα ταῖς ἱεραῖς ἐνθέμενοι σελίσι,
Τὰν ἀρετὰν ψυχᾶς ἀγαθὸν μόνον· ἅδε γὰρ ἀνδρῶν
Μούνα καὶ βιοτὰν ῥύσατο καὶ πόλιας.
Σαρκὸς δ' ἡδυπάθημα φίλον τέλος ἀνθρώποις ἄλλοις,
Ἡ μία τῶν μνήμης ἤνυσε θυγατέρων.

In genere autem de omnibus Stoicis Athenæus epigrammatum scriptor hoc edidit,

O Stoicæ gnari sectæ, quàm insignia vestra
Dogmata, quæ sacris scribitis in tabulis!
Esse bonum vnam animi virtutem, sola tuetur
Quòd validas vrbes, quódque ea sola homines.
Ast aliis vitæ scopus esse spurca voluptas,
Vna egit pulchra filia Mnemosynes.

εἴπομεν ὡς ἐτελεύτα ὁ ζήνων καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ παμμέτρῳ τοῦτον τὸν τρόπον,

Τὸν κιτιᾶ ζήνωνα θανεῖν λόγος, ὡς ὑπὸ γήρως
Πολλὰ καμὼν ἐλύθη· οἱ δὲ, μένων ἄσιτος·
Οἱ δ', ὅτι προσκόψας ποτὲ ἔφη χερὶ γαῖαν ἀλοιήσας,
Ἔρχομαι αὐτόματος· δὴ τί με, τί με καλεῖς;

Diximus iam quemadmodum Zeno è vita discesserit, atque in pammetro nostro sic de cõscripsimus,

Cittensem variè extinctum Zenona loquuntur,
Hi confectum annis, hi periisse fame.
Ast alij dixisse ferunt lapsu malè læsum,
Ecce tibi vltrò adsum, quid me ita quæso vocas?

ἔνιοι μὲν καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τελευτῆσαί φασιν αὐτόν. καὶ περὶ μὲν τῆς τελευτῆς ταῦτα.

Φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς ὁμωνύμοις, τὸν πατέρα αὐτοῦ Μνασέαν πολλάκις, ἅτε ἔμπορον, Ἀθήναζε παραγίνεσθαι, καὶ πολλὰ τῶν Σωκρατικῶν βιβλίων ἀποφέρειν ἔτι παιδὶ ὄντι τῷ Ζήνωνι· ὅθεν καὶ ἐν τῇ πατρίδι συγκεκροτῆσθαι. καὶ οὕτως ἐλθόντα εἰς Ἀθήνας, Κράτητι παραβαλεῖν. δοκεῖ δὲ (φησὶ) καὶ τὸ τέλος αὐτὸς ὁρίσαι τῶν πλανωμένων περὶ τὰς ἀποφάσεις. ὤμνυε δὲ (φασὶ) καὶ κάππαριν, καθάπερ Σωκράτης τὸν κύνα.

Ἔνιοι μέντοι (ἐξ ὧν εἰσὶν οἱ περὶ Κάσσιον τὸν Σκεπτικὸν) ἐν πολλοῖς κατηγοροῦσι τοῦ Ζήνωνος, πρῶτον μὲν τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν ἄχρηστον ἀποφαίνειν λέγοντα ἐν ἀρχῇ τῆς πολιτείας, δεύτερον, ἐχθροὺς καὶ πολεμίους καὶ δούλους καὶ ἀλλοτρίους λέγειν αὐτὸν ἀλλήλων εἶναι πάντας τοὺς σπουδαίους, καὶ γονεῖς τέκνων, καὶ ἀδελφοὺς ἀδελφῶν, οἰκείους οἰκείων. πάλιν ἐν τῇ πολιτείᾳ, παριστάντα πολίτας καὶ φίλους

Nam nõnulli ita mortuum asserunt, atque de eius morte hæc dicta sint.

Refert Demetrius Magnesius in Æquiuocis, Mnaseum huius patrem, sæpe (vtpote mercatorem) Athenas aduentantem, complures Socraticos libros Zenoni adhuc puero aduexisse. Iámque tunc in patria philosophiæ desiderio flagrantem, Athenas profectum, Crateti congressum esse. Videtur autem (inquit) & ipse circa negationes errantium finem statuisse. Sed & per capparim (ait ille) iurabat sicut & Socrates per canem.

Quidam tamen (ex quibus est Cassius Scepsius) in plurimis Zenonẽ accusant. Primò quidem quòd disciplinas liberales, inutiles denuntiet, in principio suæ reipubl. Secundò quòd inimicos & hostes & seruos & alienos sibi inuicem dicat omnes qui probitati studeant, & parentes filiorum, & fratres fratrum, & propinquos propinquorum. Rursúsque in republ. commendat ciues & amicos

καὶ οἰκείους, καὶ ἐλευθέρους τοὺς σπουδαίους μόνον. ὥστε τοῖς Στωικοῖς οἱ γονεῖς καὶ τὰ τέκνα ἐχθροί· οὐ γάρ εἰσι σοφοί. κοινάς τε τὰς γυναῖκας δογματίζειν ὁμοίως ἐν τῇ πολιτείᾳ. καὶ κατὰ τοὺς διακοσίους, μήτε ἱερὰ, μήτε δικαστήρια, μήτε γυμνάσια ἐν ταῖς πόλεσιν οἰκοδομεῖσθαι. περί τε νομίσματος οὕτως γράφειν, Νόμισμα δ' οὔτ' ἀλλαγῆς ἕνεκεν οἴεσθαι δεῖν κατασκευάζειν, οὔτε ἀποδημίας ἕνεκεν. καὶ ἐσθῆτι τῇ αὐτῇ κελεύει χρῆσθαι ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ μηδὲν μόριον ἀποκεκρύφθαι. ὅτι δ' αὐτοῦ ἐστιν ἡ πολιτεία, καὶ Χρύσιππος ἐν τῇ περὶ πολιτείας φησί. περί τε ἐρωτικῶν διείλεκται, κατ' ἀρχὴν τῆς ἐπιγραφομένης ἐρωτικῆς τέχνης. ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς διατριβαῖς τὰ παραπλήσια γράφει. τοιαῦτά τινα ἐστὶ παρὰ τῷ Κασσίῳ, ἀλλὰ καὶ Ἰσιδώρῳ τῷ Περγαμηνῷ ῥήτορι· ὃς καὶ ἐκτμηθῆναί φησιν ἐκ τῶν βιβλίων τὰ κακῶς λεγόμενα παρὰ τοῖς Στωικοῖς ὑπ' Ἀθηνοδώρου τοῦ Στωικοῦ πιστευθέντος τὴν ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκην· εἶτ' ἀντιτεθῆναι αὐτά,

& propinquos, ac liberos solos esse qui sint studiosi. Stoicis itaque parentes ac liberi inimici sunt: non enim sunt sapientes. Vxorésque communes itidem in repub. statuat: ac secundum ducentos, neque sacra, neque iudicia, neque gymnasia in vrbibus construi permittat: atque ita de moneta scribat, Nummum verò neque commutandi gratia, neque peregrinationis causa parari arbitrandum est. Eandémque vestem viros ac mulieres indui præcipiat, nullámque corporis nudare partem. Porrò hanc eius esse remp. & Chrysippus in libro de rep. scribit. De amatoriis item disseruit in principio libri, qui inscribitur Ars amatoria. Similia identidē scribit in Diatribis. Huiusmodi quædam sunt apud Cassium, itémque apud Isidorum rhetorem Pergamenum, qui etiam expuncta ac erasa ait ex libris quæ male sentirēt, ac dicerēt Stoici ab Athenodoro Stoico (cui commissa erat seruanda bibliotheca Pergamena) deinde reinserta esse,

φωραθέντος τοῦ Ἀθηνοδώρου, καὶ κινδυνεύσαντος. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἀθετουμένων αὐτοῦ.

Γεγόνασι δὲ Ζήνωνες ὀκτώ· πρῶτος, ὁ Ἐλεάτης, περὶ οὗ λέξομεν· δεύτερος αὐτὸς οὗτος· τρίτος, Ῥόδιος, τὴν ἐντόπιον γεγραφὼς ἱστορίαν ἑνιαίαν· τέταρτος, ἱστορικὸς, τὴν Πύρρου γεγραφὼς ἱστορίαν εἰς Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπιτομὴν τῶν πεπραγμένων Ῥωμαίοις τε καὶ Καρχηδονίοις· πέμπτος, Χρυσίππου μαθητὴς, βιβλία μὲν ὀλίγα γεγραφὼς, μαθητὰς δὲ πλείστους καταλελοιπὼς· ἕκτος, ἰατρὸς Ἡροφίλειος, νοῆσαι μὲν ἱκανὸς, γράψαι δὲ ἄτονος. ἕβδομος, γραμματικὸς, οὗ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἐπιγράμματα φέρεται. ὄγδοος, Σιδώνιος τὸ γένος, φιλόσοφος Ἐπικούρειος, καὶ νοῆσαι καὶ ἑρμηνεῦσαι σαφής.

Μαθηταὶ δὲ Ζήνωνος, πολλοὶ μέν· ἔνδοξοι δὲ, Περσαῖος Δημητρίου, Κιτιεὺς, ὃν οἱ μὲν, γνώριμον αὐτοῦ, οἱ δὲ, οἰκέτην ἕνα τῶν εἰς βιβλιογραφίαν πεμπομένων αὐτῷ παρὰ Ἀντιγόνου,

deprehenso ac periclitante Athenodoro. Hactenus de iis quæ illi fuerunt obiecta.

Fuere autem octo Zenones. Primus, Eleates, de quo dicemus: secũdus, hic ipse: tertius, Rhodius, qui locorum scripsit historiã: quartus, historicus, qui Pyrrhi in Italia ac Sicilia gesta conscripsit, epitoménque Romanarum & Carthaginensium rerum: quintus Chrysippi discipulus, qui libros quidem scripsit perpaucos, sed complures discipulos reliquit: sextus, medicus Herophilius, intelligentiæ acumine potius quàm scriptura clarus: septimus, grammaticus, cuius inter cætera etiam epigrammata feruntur: octauus, Sidonius genere, philosophus Epicureus, sensu & eloquutione clarus atque apertus.

Zenonis verò discipuli fuere complures: hi tamen nobiliores, Persæus Demetrij filius Citticus. Hũc alij quidem necessarium, alij verò famulum illius tradũt, vnúmque ex iis qui ad scribendos libros missi sibi ab Antigono fuerant,

ὃς καὶ τροφεὺς ἦν τοῦ παιδὸς ἀλκυονέως. διάπειραν δή ποτε βουληθεὶς λαβεῖν αὐτοῦ ὁ ἀντίγονος, ἐποίησεν αὐτῷ κλασῶς ἀγγελθῆναι ὡς εἴη τὰ χωρία αὐτοῦ πρὸς τῶν πολεμίων ἀφῃρημένα· καὶ σκυθρωπάσαντος, Ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ πλοῦτος ἀδιάφορον; βιβλία δὲ αὐτοῦ φέρεται τάδε· περὶ βασιλείας, πολιτεία λακωνική, περὶ γάμου, περὶ ἀσεβείας, θυέστης. περὶ ἐρώτων, προτρεπτικοί· διατριβῶν, χρειῶν, δ'· ἀπομνημονεύματα, πρὸς τοὺς πλάτωνος νόμους, ζ'· ἀρίστων, μιλτιάδης χῖος, ὁ τὴν ἀδιαφορίαν εἰσηγησάμενος· Ηειλλος καρχηδόνιος, ὁ τὴν ἐπιστήμην τέλος εἰπών· διονύσιος ὁ μεταθέμενος εἰς τὴν ἡδονήν. διὰ γὰρ σφοδρὰν ὀφθαλμίαν ὤκνησεν ἔτι λέγειν τὸν πόνον ἀδιάφορον· οὗτος ἦν ἡρακλεώτης. σφαῖρος βοσπορανός, κλεάνθης φανίου ἄσσιος, ὁ διαδεξάμενος τὴν σχολήν· ὃν καὶ ἀφωμοίου ταῖς σκληροκήροις δέλτοις, αἳ μόλις μὲν γράφονται, διατηροῦσι δὲ τὰ γραφέντα. διήκουσε δ' ὁ σφαῖρος καὶ κλεάνθους μετὰ τὴν ζήνωνος τελευτήν.

cuius & filij Alcyonei nutritor fuerit. Eius igitur experimentum quū aliquando capere Antigonus vellet, falsò ipsi nuntiari fecit prædia ipsius ab hostibus fuisse direpta: & quum tristior effectus esset, Vides (inquit) diuitias non esse indifferentes? Feruntur eius ista volumina, De regno, Laconica resp. De nuptiis, De impietate, Thyestes, De amoribus, Exhortorij, διατριβῶν χρειῶν IIII. Commentaria, In Platonis leges, VII. Aristo, Miltiades Chius, qui ἀδιαφορίαν *hoc est indifferentiam*, inuexit: Herill⁹ Chalcedonius, qui finem dixit esse scientiam: Dionysius, qui in voluptatem transtulit. Nam ob vehementem lippitudinem grauabatur iam dolorem dicere indifferentem. Fuit autem Heracleotes. Sphærus Bosphoranus, Cleanthes Phanij filius Assius, qui illi in schola successit. Hunc ille cereis durioribus tabulis comparare solebat, quæ vix quidem & cum difficultate scribūtur, sed quæ inscripta fuerint, seruant diutius. Porro Sphærus post Zenonis mortē Cleāthis itē auditor fuit,

καὶ λέξομεν περὶ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ Κλεάνθους. ἔτι δὲ Ζήνων ὁ μαθητὴς καὶ υἱός, (ὥς φησιν Ἱππόβοτος) Ἀθηνόδωρος Σολεύς, Φιλωνίδης Θηβαῖος, Κάλλιππος Κορίνθιος, Ποσειδώνιος Ἀλεξανδρεύς, Ζήνων Σιδώνιος.

Κοινῇ δὲ περὶ πάντων τῶν Στωικῶν δογμάτων ἔδοξέ μοι ἐν τῷ Ζήνωνος εἰπεῖν βίῳ, διὰ τὸ τοῦτον κτίστην γενέσθαι τῆς αἱρέσεως. ἔστι μὲν οὖν αὐτοῦ καὶ τὰ προγεγραμμένα βιβλία πολλά, ἐν οἷς ἐλάλησεν ὡς οὐδεὶς τῶν Στωικῶν. τὰ δὲ δόγματα κοινῶς ἐστι τάδε· λεγέσθω δ' ἐπὶ κεφαλαίων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ποιεῖν εἰώθαμεν. Τριμερῆ φασιν εἶναι τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον· εἶναι γὰρ αὐτοῦ τὸ μέν τι, φυσικόν· τὸ δὲ, ἠθικόν· τὸ δὲ, λογικόν. οὕτω δὲ πρῶτος διεῖλε Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἐν τῷ περὶ λόγου, καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ α' περὶ λόγου, καὶ ἐν τῇ α' τῶν φυσικῶν, καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἔφιλλος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὰ δόγματα εἰσαγωγῶν, καὶ Εὔδρομος ἐν τῇ ἠθικῇ στοιχειώσει.

dicemusque de illo ... ad Cleanthem vene... Erat autem & isti di... Zenonis, vt Hippo... ait; Athenodorus So... Philonides Theban... lippus Corinthius, P... nius Alexandrinus, ... Sidonius.

In genere vero d... gmatis Stoicis omni... Zenonis vita mihi ... dum putaui, quod ... sectae autor fuerit ... quidem eius & con... libri, in quibus ita l... tus est vt Stoicorum ...

Porro dogmata si... creta sunt ista in su... Dicemus autem su... tim, vt in aliis cōsue... facere. Tripartitam ... cunt philosophiae ... nem, aliam quippe ... sicen, Ethicen aliam ... tiam Logicen dici. S... tem primus diuisit ... Cittieus in libro D... tione. Chrysippusq... primo De oratione, ... in primo Physicoru... pollodorus item E... in primo Introducti... ad dogmata. Eudr... que in Morali institu...

Dioge...

καθά φησι Ποσειδώνιος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ καθηκόντων, καὶ Ἑκάτων ἐν τρισκαιδεκάτῳ περὶ παραδόξων. λέγουσι δὲ καὶ τὴν φιλίαν ἐν μόνοις τοῖς σπουδαίοις εἶναι, διὰ τὴν ὁμοιότητα. φασὶ δ' αὐτὴν κοινωνίαν τινὰ εἶναι τῶν κατὰ τὸν βίον, χρωμένων ἡμῶν τοῖς φίλοις ὡς ἑαυτοῖς, δι' αὑτόν τε αἱρετὸν τὸν φίλον ἀποφαίνονται, καὶ τὴν πολυφιλίαν ἀγαθόν. ἔν τε τοῖς φαύλοις μὴ εἶναι φιλίαν. μηδένι δὲ τῶν φαύλων φιλονεικεῖν. πάντας τε τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι. οὐ γὰρ φρονίμους εἶναι, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἴσην τῇ ἀφροσύνῃ μανίαν πάντα πράττειν. πάντας τε εὖ ποιεῖν τὸν σοφόν, ὡς καὶ πάντα φαμὲν τὰ αὐλήματα εὖ αὐλεῖν τὸν Ἰσμηνίαν. καὶ τῶν σοφῶν δὲ πάντα εἶναι· δεδωκέναι γὰρ αὐτοῖς παντελῆ ἐξουσίαν τὸν νόμον. τῶν δὲ φαύλων εἶναί τινα λέγεται, ὃν τρόπον καὶ τὸ ἄδικον, ἄλλως μὲν τῆς πόλεως, ἄλλως δὲ τῶν χρωμένων. τὰς δ' ἀρετὰς λέγουσιν ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, καὶ τὸν μίαν ἔχοντα, πάσας ἔχειν. εἶναι γὰρ αὐτῶν τὰ θεωρήματα κοινά,

vt Posidonius in primo De officiis, & Hecato in tertio De paradoxis, aiunt. Dicũt item amicitiam solos inter bonos quos sibi inuicẽ studiorum similitudo conciliet, posse consistere. Porro amicitiam ipsam societatem quandam esse dicunt omnium quæ sunt ad vitam necessaria, quum amicis vt nobisipsis vtamur: atque ob id amicum eligendum pronuntiant, amicorúmque multitudinẽ inter expetenda ponunt: inter malos non posse constare amicitiam. Cum nemine stultorum esse litigandũ: omnésque stultos insanire. Neque enim prudentes esse, verùm per insaniæ æqualem stultitiam omnia gerere. Sapientem omnibus benefacere, sicuti & Ismeniam dicimus tibiis omnibus bene cecinisse. Sapiẽtem quoque esse omnia. Quippe perfectam illis potestatem à lege præstitam. Cæterùm malorũ ac stultorum quidem esse quemadmodum & iniquorum, aliter quidem ciuitatis, aliter vtentium dicimus. Virtutes sibi inuicem ita esse connexas, vt qui vnã habuerit, omnes habeat: esse enim illarũ cõmunes speculationes,

καθάπερ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀρετῶν φησιν, Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τῇ φυσικῇ κατὰ τὴν ἀρχαίαν, Ἑκάτων δὲ ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ἀρετῶν. τὸν γὰρ ἐνάρετον, θεωρητικόν τε εἶναι, καὶ πρακτικὸν τῶν ποιητέων· τὰ δὲ ποιητέα καὶ αἱρετέα ἐστὶ, καὶ ὑπομονητέα καὶ ἀπονεμητέα καὶ ἐμμενητέα. [ὥστε εἰ τὰ μὲν αἱρετικῶς ποιεῖ, τὰ δὲ ὑπομονητικῶς, τὰ δὲ ἀπονεμητικῶς, τὰ δὲ ἐμμενητικῶς, φρόνιμός τε ἐστὶ καὶ ἀνδρεῖος καὶ δίκαιος καὶ σώφρων. κεφαλαιοῦσθαί τε ἑκάστην τῶν ἀρετῶν περί τι ἴδιον κεφάλαιον· οἷον τὴν ἀνδρείαν περὶ τὰ ὑπομονητέα, τὴν φρόνησιν περὶ τὰ ποιητέα, καὶ μή, καὶ οὐδέτερα· ὁμοίως τε καὶ τὰς ἄλλας περὶ τὰ οἰκεῖα στρέφεσθαι.] ἕπονται δὲ τῇ μὲν φρονήσει εὐβουλία καὶ σύνεσις· τῇ δὲ σωφροσύνῃ εὐταξία, καὶ κοσμιότης· τῇ δὲ δικαιοσύνῃ, ἰσότης καὶ εὐγνωμοσύνη· τῇ δὲ ἀνδρείᾳ, ἀπαραλλαξία, καὶ εὐτονία. ἀρέσκει δὲ αὐτοῖς μηδὲν μεταξὺ εἶναι ἀρετῆς καὶ κακίας· τῶν περιπατητικῶν μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας εἶναι λεγόντων τὴν προκοπήν. ὡς γὰρ δεῖν φασιν ἢ ὀρθὸν εἶναι ξύλον ἢ στρεβλὸν, οὕτως ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον· οὔτε δὲ δικαιότερον, οὔτε ἀδικώτερον. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. καὶ μὴν τὴν ἀρετὴν Χρύσιππος μὲν, ἀποβλητήν,

vt Chrysippus in primo De virtutibus, & Apollodorus in Physice secundum antiquum morem, & Hecato in I I I De virtutibus aiunt. Qui enim probus sit, ea dispicere, & agere quæ sunt agenda: quæ verò facienda sint, ea & eligenda esse & sustinenda, & distribuenda & perseueranter tenenda.

Sequuntur autē prudētiam consiliorum maturitas & intelligentia, temperantiam verò ordinis dexteritas & ornatus. Iustitiam autem æquitas & gratitudo, fortitudinémque constantia atque valentia. Placet autem eis nullum inter virtutem & vitium esse medium: Peripateticis contrà inter virtutem & vitium profectum facientibus. Quem admodū enim lignum aut distortum aut rectum oportere esse aiunt, ita iustum vel iniustū: neque verò iustius neque iniustius: atque in cæteris similiter. At virtutem Chrysippus quidem amitti posse:

κλεάνθης δὲ, ἀναπόβλητον. ὁ μὲν ἀποβλητὴν, διὰ μέθην καὶ μελαγχολίαν· ὁ δὲ, ἀναπόβλητον, διὰ βεβαίους καταλήψεις· καὶ αὐτὴν δὲ αἱρετὴν εἶναι. αἰσχυνόμεθα γοῦν ἐφ' οἷς κακῶς πράττομεν, ὡς ἂν μόνον τὸ καλὸν εἰδότες ἀγαθόν. αὐτάρκη τε εἶναι αὐτὴν πρὸς εὐδαιμονίαν, καθά φησι ζήνων καὶ χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀρετῶν, καὶ ἑκάτων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ ἀγαθῶν. Εἰ γὰρ (φησὶν) αὐτάρκης ἐστὶν ἡ μεγαλοψυχία πρὸς τὸ πάντων ὑπεράνω ποιεῖν, ἔστι δὲ μέρος ἀρετῆς, αὐτάρκης ἐστὶ καὶ ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, καταφρονοῦσα καὶ τῶν δοκούντων ὀχληρῶν. ὁ μέντοι παναίτιος καὶ ποσειδώνιος οὐκ αὐτάρκη λέγουσι τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ χρείαν εἶναί φασι καὶ ὑγιείας καὶ χορηγίας καὶ ἰσχύος. ἀρέσκει δ' αὐτοῖς καὶ διὰ παντὸς χρῆσθαι τῇ ἀρετῇ, ὡς οἱ περὶ κλεάνθην φασίν. ἀναπόβλητος γάρ ἐστι, καὶ πάντοτε τῇ ψυχῇ χρῆται οὔσῃ τελείᾳ ὁ σπουδαῖος. φύσει τε τὸ δίκαιον εἶναι, καὶ μὴ θέσει, ὡς καὶ τὸν νόμον καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον,

Cleanthes verò non posse ait. Ille, posse amitti per ebrietatem & atram bilem: ille, non posse ob firmas ac stabiles comprehensiones, ipsam verò esse eligendam. Erubescimus denique in iis quæ malè agimus, adeo vt quod sit honestum, id solũ scimus esse bonum, ipsámque sibi sufficere ad benè beatéque viuendum, vt ait Zeno & Chrysippus in libro de virtutibus, & Hecato in secundo de bonis. Si enim (inquit) magnitudo animi sola sufficit, qua omnes fastigio mentis transcendamus, ipsáque pars virtutis est, profectò & virtus sola sufficit ad beatam vitã. ea quoque cõtemnens quæ molesta videtur. Panætius tamen & Posidonius virtutem minimè sufficere dicunt, verùm opus esse bona valetudine & affluentia rerum & robore. Placet itẽ eis virtute semper vti, sicuti Cleãthes ait. Amitti enim non potest, sempérque perfecto animo vtetur sapiens. Natura quoque ius non positione constare, sicuti & legem & rectam rationem.

καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ καλοῦ. δοκεῖ δ' αὐτοῖς μήτι τὴν διαφωνίαν ἀφίστασθαι φιλοσοφίας, ἐπεὶ τῷ λόγῳ τούτῳ προλείψειν ὅλον τὸν βίον, ὡς καὶ Ποσειδώνιός φησιν ἐν τοῖς προτρεπτικοῖς. εὐχρηστεῖν δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματά φησιν ὁ Χρύσιππος. ἔτι ἀρέσκει αὐτοῖς μηδὲν εἶναι ἡμῖν δίκαιον πρὸς τὰ ἄλλα ζῷα, διὰ τὴν ἀνομοιότητα, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ δικαιοσύνης, καὶ Ποσειδώνιος ἐν πρώτῳ περὶ καθήκοντος. καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ τὸν σοφὸν τῶν νέων τῶν ἐμφαινόντων διὰ τοῦ εἴδους τὴν πρὸς ἀρετὴν εὐφυΐαν, ὥς φησι Ζήνων ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ βίων, καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ ἠθικῇ. εἶναι δὲ τὸν ἔρωτα, ἐπιβολὴν φιλοποιΐας, διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον· καὶ μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας. τὸν γοῦν Θρασωνίδην, καίπερ ἐν ἐξουσίᾳ ἔχοντα τὴν ἐρωμένην, διὰ τὸ μισεῖσθαι, ἀπέχεσθαι αὐτῆς. εἶναι οὖν τὸν ἔρωτα φιλίας, ὡς καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ ἔρωτος φησί· καὶ μὴ εἶναι ἐπίμεμπτον αὐτόν.

vt Chrysippus in libro De honesto ait. Videtur autem eis ne dissonantiam quidem à philosophia discedere. Hac enim ratione prius defecturam omnem vitam quàm defuturam philosophiã, vt Posidonius in Exhortationibus ait. Liberales quoque disciplinas esse magno vsui sapienti, Chrysippus autor est. Placet itẽ illis nullum nobis ad animantes cæteras ius esse, ob naturæ dissimilitudinẽ, vt Chrysippus in primo De iustitia, & Posidonius in primo De officiis tradũt. Amaturum quoque sapientem eos iuuenes qui præ se ferant indolem generosam, ingeniúmque ad virtutem propensum, vt Zeno in libro De republ. & Chrysippus in libro De vitis primo, & Apollodorus in libro De moralibus aiunt. Amorem verò adminiculũ beneficentiæ propter apparentem venustatem: neque congressus est, verùm amicitiæ. Nam Thrasonidem & quidem quum haberet in potestate amatam, abstinuisse ab ea, ne in odium veniret. Esse igitur amorem amicitiæ nodum, vt Chrysippus in libro De amore ait, neque esse eum in vitio.

εἶναι δὲ καὶ τὴν ὥραν ἄνθος ἀρετῆς. Βίων δὲ τριῶν ὄντων, θεωρητικοῦ καὶ πρακτικοῦ καὶ λογικοῦ, τὸν τρίτον φασὶν αἱρετέον· γεγονέναι γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπίτηδες τὸ λογικὸν ζῷον πρὸς θεωρίαν καὶ πρᾶξιν. εὐλόγως τέ φασιν ἐξάξειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν σοφὸν, καὶ ὑπὲρ πατρίδος καὶ ὑπὲρ φίλων· κἂν ἐν σκληροτέρᾳ γένηται ἀλγηδόνι, ἢ πηρώσεσιν, ἢ νόσοις ἀνιάτοις. ἀρέσκει δὲ αὐτοῖς καὶ κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας δεῖν παρὰ τοῖς σοφοῖς· ὥστε τὸν ἐντυχόντα τῇ ἐντυχούσῃ χρῆσθαι, καθά φησι Ζήνων ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ πολιτείας, ἀλλά τε Διογένης ὁ κυνικὸς, καὶ Πλάτων. πάντας τε παῖδας ἐπίσης στέρξομεν πατέρων τρόπον, καὶ ἡ ἐπὶ μοιχείᾳ ζηλοτυπία περιαιρεθήσεται. πολιτείαν δὲ ἀρίστην, τὴν μικτὴν ἔκ τε δημοκρατίας καὶ βασιλείας καὶ ἀριστοκρατίας. καὶ ἐν μὲν τοῖς ἠθικοῖς δόγμασι τοιαῦτα λέγουσι, καὶ τούτων πλείονα μετὰ τῶν ἀποδείξεων τῶν οἰκείων. ταῦτα δὲ ὡς ἐν κεφαλαίοις ἡμῖν λελέχθω, καὶ στοιχειωδῶς.

Pulchritudinē item virtutis esse florem: & quum triplex vitæ genus sit, speculatiuū, actiuum, & rationale, tertiū illud eligendum dicunt. Quippe de industria factū à natura rationale animal ad speculationē & actionē. Rationabiliterque aiunt sapientem seipsum eductur ū ex vita, & patriæ & amicorum causa, siue inter nimiū acerbos doloris aculeos, siue membrorum mutilationes, aut incurabiles morbos, illi occumbendum sit. Placet itē illis vxores quoque communes esse oportere apud sapientes, vt quilibet illi congrediatur quæ sibi prior occurrit, vt ait Zeno in rep. & Chrysippus in libro De rep. Diogene itidem Cynico ac Platone huius rei autoribus. Omnes enim partum instar æqua charitate diligemus, tolletúrque adulterij suspicio & zelotypia. Eam verò rempublicam esse optimam quæ sit mixta ex regno & populari dominatu, optimorúmque potentia. Atque in moralibus quidē decretis huiusmodi sunt, pluráq; huiusmodi tradunt, nō improbabili ratione subnixi. Verùm ista summatim, ac veluti per capita & elementa tetigisse sufficiat.

Τὸν δὲ φυσικὸν λόγον διαιροῦσιν εἴς τε τὸν περὶ σωμάτων τόπον, καὶ περὶ ἀρχῶν, καὶ στοιχείων, καὶ θεῶν, καὶ περάτων, καὶ τόπου, καὶ κενοῦ. καὶ οὕτω μὲν εἰδικῶς· γενικῶς δὲ εἰς τρεῖς τόπους, τόν τε περὶ κόσμου, καὶ τὸν περὶ τῶν στοιχείων, καὶ τρίτον τὸν αἰτιολογικόν. τὸν δὲ περὶ τοῦ κόσμου διαιρεῖσθαί φασιν εἰς δύο μέρη. μιᾷ γὰρ σκέψει ἐπικοινωνεῖν αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν μαθηματικῶν, καθ' ἣν ζητοῦσι περί τε τῶν ἀπλανῶν καὶ τῶν πλανωμένων· οἷον, εἰ ὁ ἥλιός ἐστι τηλικοῦτος ἡλίκος φαίνεται, καὶ ὁμοίως εἰ ἡ σελήνη· καὶ περὶ δινήσεων, καὶ τῶν ὁμοίων τούτοις ζητημάτων. ἑτέραν δὲ αὐτοῦ σκέψιν εἶναι ἥτις μόνοις τοῖς φυσικοῖς ἐπιβάλλει, καθ' ἣν ζητεῖται ἥ τε οὐσία αὐτοῦ, καὶ εἰ ὁ ἥλιος καὶ οἱ ἀστέρες ἐξ ὕλης καὶ εἴδους, καὶ εἰ γεννητὸς ἢ ἀγέννητος, καὶ εἰ ἔμψυχος ἢ ἄψυχος, καὶ εἰ φθαρτὸς ἢ ἄφθαρτος, καὶ εἰ προνοίᾳ διοικεῖται, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν. τόν τε αἰτιολογικὸν εἶναι καὶ αὐτὸν διμερῆ· μιᾷ δὲ αὐτοῦ ἐπισκέψει ἐπικοινωνεῖν τὴν τῶν ἰατρῶν ζήτησιν, καθ' ἣν ζητοῦσι περί τε τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς.

Cæterùm physicam rationem diuidunt in locum de corporibus, & principiis, & elementis, & diis, & finibus, & loco, & inani. Et ista quidem per species diuidunt: generaliter autem in locos tres, de mundo, de elementis, tertium de causis. De mũdo locum in duas distinguunt partes. Vna enim cõsideratione in ipsius asciscì societatem & mathematicos, perquam de fixis vagisque sideribus disputant, quemadmodum si sol tantus sit quantus videtur, & lunæ itidem quanta sit magnitudo, & de ortu occasúque siderum, atque cæteris huiusmodi quęstionibus. Alteram eius considerationem esse, quæ solis congruat Physicis, qua quę sit illius substãtia quæritur, ac de sole vtrum genitus, an ingenitus sit, & vtrum animatus sit an inanimis, corruptibilísne an incorrupt., & prouidentia agatur nécne, atque in hunc modũ de reliquis. Causalem quoque rationem & ipsam esse bipartitam. Eius alteram speculationem medicis esse cõmunem quæstionẽ, qua inquirũt de principali animę,

καὶ τῶν ψυχῇ γινομένων, καὶ
περὶ σπερμάτων καὶ τῶν τού-
τοις ὁμοίων. τὸ δ' ἕτερον καὶ
τοὺς ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἀν-
τιποιεῖσθαι· οἷον, πῶς ὁρῶμεν·
τίς ἡ αἰτία τῆς καταληπτικῆς
φαντασίας, ὅπως νέφη συνί-
στανται, βρονταί, καὶ ἴριδες, καὶ
ἅλως, καὶ κομῆται, καὶ τὰ
παραπλήσια. δοκεῖ δ' αὐτοῖς
ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ
ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν οὖν
πάσχον, εἶναι τὴν ἄποιον οὐ-
σίαν τὴν ὕλην· τὸ δὲ ποιοῦν,
τὸν ἐν αὐτῇ λόγον τὸν θεόν.
τοῦτον γὰρ ὄντα ἀΐδιον διὰ πά-
σης αὐτῆς δημιουργεῖν ἕκαστα.
τίθησι δὲ τὸ δόγμα τοῦτο Ζή-
νων μὲν ὁ Κιτιεὺς ἐν τῷ πε-
ρὶ οὐσίας, Κλεάνθης δὲ ἐν
τῷ περὶ τῶν ἀτόμων, Χρύ-
σιππος δὲ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν
φυσικῶν πρὸς τῷ τέλει, Ἀρ-
χέδημος δ' ἐν τῷ περὶ στοι-
χείων, καὶ Ποσειδώνιος ἐν τῷ
β' τοῦ φυσικοῦ λόγου. διαφέ-
ρειν δέ φασιν ἀρχὰς καὶ στοι-
χεῖα· τὰς μὲν γὰρ, εἶναι ἀγενή-
τους καὶ ἀφθάρτους· τὰ δὲ στοι-
χεῖα, κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν
φθείρεσθαι. ἀλλὰ καὶ σώμα-
τα εἶναι τὰς ἀρχὰς καὶ ἀμόρ-
φους· τὰ δὲ, μεμορφῶσθαι,

& de iis quæ fiunt in animo, & de seminibus, atque eius generis cæteris. Reliquum verò mathematicos quoque sibi vsurpare, quomodo videlicet videmus, & quæ sit causa perspicacis imaginationis, qua ratione constēt nubes tonitruáque, & irides & areæ & cometæ, & his similia. Videtur autem illis duo esse rerum omnium principia, faciens videlicet ac patiens. Quod igitur patitur, sine qualitate esse substantiam materiam: quod autem faciat, verbum deum esse quod in ipsa fit. Hunc enim quippe sempiternum per ipsam omnem singula creare. Ponit autem hoc decretum Zeno Cittieus in libro De essentia. Cleanthes quoque in libro De atomis, & Chrysippus in primo Physicorū in fine. Archedemus quoque in libro De elementis, & Posidonius in secundo naturalis rationis. Differre autem aiunt principia & elementa. Nam illa quidem ingenita esse, & corrumpi non posse, elementa verò per igneam euaporationem corrumpi. Sed & corporea esse principia, & ipsa informia: hæc verò formata.

σῶμα δ' ἐστὶ (φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ φυσικῇ) τὸ τριχῇ διαστατὸν, εἰς μῆκος, εἰς πλάτος, εἰς βάθος. τοῦτο δὲ καὶ στερεὸν σῶμα καλεῖται. ἐπιφάνεια δ' ἐστὶ σώματος πέρας, ἢ τὸ μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχον, βάθος δ' οὔ. ταύτην δὲ Ποσειδώνιος ἐν ε΄ περὶ μετεώρων καὶ κατ' ἐπίνοιαν καὶ καθ' ὑπόστασιν ἀπολείπει. γραμμὴ δ' ἐστὶν ἐπιφανείας πέρας, ἢ μῆκος ἀπλατὲς, ἢ τὸ μῆκος μόνον ἔχον. στιγμὴ δ' ἐστὶ γραμμῆς πέρας, ἥτις ἐστὶ σημεῖον ἐλάχιστον. ἕν τε εἶναι θεὸν καὶ νοῦν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ Δία, πολλαῖς τε ἑτέραις ὀνομασίαις προσονομάζεσθαι. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν καθ' αὑτὸν ὄντα, τρέπειν τὴν πᾶσαν οὐσίαν δι' ἀέρος εἰς ὕδωρ· καὶ ὥσπερ ἐν τῇ γονῇ τὸ σπέρμα περιέχεται, οὕτω καὶ τοῦτον σπερματικὸν λόγον ὄντα τοῦ κόσμου, τοιόνδε ὑπολιπέσθαι ἐν τῷ ὑγρῷ, εὐεργὸν αὐτῷ ποιοῦντα τὴν ὕλην πρὸς τὴν τῶν ἑξῆς γένεσιν· εἶτα ἀπογεννᾶν πρῶτον τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν. λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Ζήνων τε ἐν τῷ

Corpus autem appellat Apollodorus in Physica, quod secetur in tria, in longitudinem, latitudinem, & altitudinem. Id autem solidum corpus appellatur. Porro superficies est corporis finis, seu corpus longitudinem solam habes ac latitudinem, sed carens altitudine. Hanc autem Posidonius in quinto De sublimibus & secundum intelligentiam, & secundum substantiam reliquit. Linea superficiei finis est siue longitudo absque latitudine, siue corpus solam habens longitudinem. Punctus autem est lineę finis, notáque minima. Vnum quoque deum esse, ipsumque & mentem, & fatum, & Iouem, multisque aliis appellari nominibus. Principio igitur illum quum esset apud se, substantiam omnem per aerem in aquam conuertisse. Et quemadmodū in fœtu semen continetur, ita & hanc serendi rationem in humore talem resedisse materia ad operandum aptissimè parata, ex qua cętera post hæc gignerentur. Tum genuisse primùm elementa quatuor, ignem, aquam, aerem, terrā. Differit ista Zeno in libro

περὶ τὸ ὅλον, καὶ Χρύσιππος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν φυσικῶν, καὶ Ἀρχέδημος ἔν τινι περὶ στοιχείων. ἔστι δὲ στοιχεῖον, ἐξ οὗ πρώτου γίνεται τὰ γινόμενα καὶ εἰς ὃ ἔσχατον ἀναλύεται. τὰ δὴ τέτταρα στοιχεῖα εἶναι ὁμοῦ τὴν ἄποιον οὐσίαν τὴν ὕλην. εἶναι δὲ τὸ μὲν πῦρ, τὸ θερμόν· τὸ δ' ὕδωρ, τὸ ὑγρόν· τόν τ' ἀέρα, τὸ ψυχρόν· καὶ τὴν γῆν, τὸ ξηρόν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἔτι ἐν τῷ ἀέρι εἶναι τὸ αὐτὸ μέρος. ἀνωτάτω μὲν οὖν εἶναι τὸ πῦρ, ὃ δὴ αἰθέρα καλεῖσθαι, ἐν ᾧ πρώτην τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν γεννᾶσθαι, εἶτα τὴν τῶν πλανωμένων· μεθ' ἣν τὸν ἀέρα· εἶτα ὕδωρ· ὑποστάθμην δὲ πάντων τὴν γῆν, μέσην ἁπάντων οὖσαν.

Λέγουσι δὲ κόσμον τριχῶς· αὐτόν τε τὸν θεόν, τὸν ἐκ τῆς ἁπάσης οὐσίας ἰδίως ποιόν, ὃς δὴ ἄφθαρτός ἐστι καὶ ἀγέννητος, δημιουργὸς ὢν τῆς διακοσμήσεως, κατὰ χρόνων ποιὰς περιόδους, ἀναλίσκων εἰς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν, καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γεννῶν. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν διακόσμησιν τῶν ἀστέρων, κόσμον εἶναι λέγουσι καὶ τρίτον,

De vniuerso, Chrysippúsque in primo Physicorum, & Archedemus in quodã De elementis. Est autem elementum ex quo primò prodeunt quæ fiunt, & in quod extremùm soluuntur. Esse autem quatuor elementa simul, infectam incompositámque substãtiam materiam. Esse autem ignem calidum, aquam liquidam, aerem frigidum, terrámque aridam: quinetiam adhuc in aere inesse eandem partem. Summo enim in loco ignem esse, quem æthera appellent: in quo primum immobilium astrorum orbem esse natum, deinde errantium, post hunc aera, tum aquam, extremum autem omnium terram, quæ media omnium sit.

Mundũ verò tripliciter dicunt, ipsúmque deũ, quẽ ex omni substantia dicunt propriã qualitatem, qui & incorruptibilis & ingenitus sit opifex tanti operis ac ornamenti, vt quotannis orbes suos peragat sol, in seipsum omniũ substantiam consumens, ac eam rursus ex seipso gignens: ipsúmque ornatum astrorum mundum esse dicunt. Tertium

τὸ συνεστηκὸς ἐξ ἀμφοῖν. καὶ ἔστι κόσμος ὁ ἰδίως ποιὸς τῆς τῶν ὅλων οὐσίας, ἢ (ὥς φησι Ποσειδώνιος ἐν τῇ μετεωρολογικῇ στοιχειώσει) σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων· ἢ σύστημα ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἕνεκα τούτων γεγονότων. οὐρανὸς δέ ἐστιν ἡ ἐσχάτη περιφέρεια, ἐν ᾗ πᾶν ἵδρυται τὸ θεῖον. τὸν δὴ κόσμον οἰκεῖσθαι κατὰ νοῦν καὶ πρόνοιαν, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ προνοίας, καὶ Ποσειδώνιος ἐν τρεισκαιδεκάτῳ περὶ θεῶν, εἰς ἅπαν αὐτοῦ μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ, καθάπερ ἐφ' ἡμῶν τῆς ψυχῆς· ἀλλ' ἤδη δι' ὧν μὲν μᾶλλον, δι' ὧν δὲ ἧττον. δι' ὧν μὲν γὰρ ὡς ἕξις κεχώρηκεν, ὡς διὰ τῶν ὀστῶν καὶ τῶν νεύρων· δι' ὧν δὲ ὡς νοῦς, ὡς διὰ τοῦ ἡγεμονικοῦ. οὕτω δὴ καὶ τὸν ὅλον κόσμον ζῷον ὄντα καὶ ἔμψυχον καὶ λογικόν, ἔχειν ἡγεμονικὸν μὲν τὸν αἰθέρα, καθά φησιν Ἀντίπατρος ὁ Τύριος ἐν τῷ ὀγδόῳ περὶ κόσμου. Χρύσιππος δ' ἐν τῷ πρώτῳ περὶ προνοίας, καὶ Ποσειδώνιος ἐν τῷ περὶ θεῶν, τὸν οὐρανόν φασι τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου·

qui fit ex vtrisque compositus. Est autem mundus propriè qualitas vniuersæ substantiæ, siue (vt ait Posidonius in Meteoricis præceptis) qui constat ex cælo & terra, atque ex illorum naturis: siue qui constat ex diis & hominibus, eisque rebus quæ horum gratia conditæ sunt. Cælum autem est extrema circunferentia in qua diuinũ omne fixum ac locatum est. Mũdum quoque regi ac administrari secundum mentem ac prouidentiam, vt Chrysippus ait in v. De prouidẽtia, & Posidonius in XIII De diis, mente per omnes illius partes pertingente, sicut & in nostra anima cõtigit: sed per has magis, per alias minus. Per quasdam enim veluti habitus recessit, vt per ossa ac neruos: per alias, veluti mens, vt per principale. Sic igitur & mundum totum qui animal est, & animatus, ac rationalis, habere principale suum æthera, vt ait Antipater Tyrius in octauo De mundo. Chrysippus autem in primo De prouidentia, & Posidonius in libro De diis, Cælum aiunt principale esse mundi,

Κλεάνθης δὲ, τὸν ἥλιον. ὁ μέντοι Χρύσιππος διαφορώτερον πάλιν, τὸ καθαρώτερον τοῦ αἰθέρος ἐν ταὐτῷ· ὃ καὶ πρῶτον θεὸν λέγουσιν αἰσθητικῶς ὥσπερ κεχωρηκέναι διὰ τῶν ἐν ἀέρι, καὶ διὰ τῶν ζώων ἁπάντων καὶ φυτῶν· διὰ δὲ τῆς γῆς αὐτῆς, καθ' ἕξιν. ἕνα τὸν κόσμον εἶναι, καὶ τοῦτον πεπερασμένον, σχῆμα ἔχοντα σφαιροειδές. πρὸς γὰρ τὴν κίνησιν ἁρμοδιώτατον τὸ τοιοῦτον· καθά φησι Ποσειδώνιος ἐν ε΄ τοῦ φυσικοῦ λόγου, καὶ οἱ περὶ Ἀντίπατρον ἐν τοῖς περὶ κόσμου. ἔξωθεν δὲ αὐτοῦ περικεχυμένον εἶναι τὸ κενὸν ἄπειρον· ὅπερ ἀσώματον εἶναι. ἀσώματον δὲ τὸ οἷόν τε κατέχεσθαι ὑπὸ σωμάτων οὐ κατεχόμενον. ἐν δὲ τῷ κόσμῳ μηδὲν εἶναι κενόν, ἀλλ' ἡνῶσθαι αὐτόν· τοῦτο γὰρ ἀναγκάζειν τὴν τῶν οὐρανίων πρὸς τὰ ἐπίγεια σύμπνοιαν καὶ συντονίαν (φησὶ δὲ περὶ τοῦ κενοῦ Χρύσιππος μὲν ἐν τῷ περὶ κενοῦ, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν φυσικῶν τεχνῶν, καὶ Ἀπολλοφάνης ἐν τῇ φυσικῇ, καὶ Ἀπολλόδωρος, καὶ Ποσειδώνιος ἐν δευτέρῳ τοῦ φυσικοῦ λόγου.)

Cleanthes veró solē. Chrysippus autem rursus à se dissidens in eodem, purissimum dixit ac liquidissimū æthera: quem etiā primum asserunt esse deum sensibiliter, veluti infusum esse per ea quæ sunt in aere: per cunctas animantes & arbores, per terram autem ipsam secundum habitum. Vnum esse mundum, & hunc finitum, globosaque figura: nāque ad motum esse huiusmodi orbem aptissimum, vt ait Posidonius in quinto De ratione physica, & Antipater in libris De mūdo. Extra ipsum autem circunfusum esse vacuum immensum, quod sit incorporeum. Incorporeum autem id esse, quod à corporibus cōtineri queat, non autem contineatur. Porro nihil in mūdo esse vacuum, sed inter se mirabili esse vnitate deuinctum. Id enim cogere cælestiū ad terrena concordiam & congruentiam. De vacuo autem differit Chrysippus in libro De inani, & in primo Naturaliū artium, & Apollophanes in Physica, Apollodorus item & Posidonius in secundo rationis naturalis.

εἶναι δὲ καὶ ταῦτα ἀσώματα, ὅμοια. ἔτι δὲ καὶ τὸν χρόνον ἀσώματον, διάστημα ὄντα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως. τούτου δὲ τὸν μὲν παρῳχηκότα καὶ τὸν μέλλοντα, ἄπειρον· τὸν δὲ ἐνεστῶτα, πεπερασμένον. ἀρέσκει δὲ αὐτοῖς καὶ φθαρτὸν εἶναι τὸν κόσμον, ἅτε γεννητὸν τῷ λόγῳ τῶν δι' αἰσθήσεως νενομένων, οὗ τε τὰ μέρη φθαρτά ἐστι καὶ τὸ ὅλον. τὰ δὲ μέρη τοῦ κόσμου φθαρτά. (εἰς ἄλληλα γὰρ μεταβάλλει) φθαρτὸς ἄρα ὁ κόσμος. καὶ εἴ τι ἐπιδεκτικόν ἐστι τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολῆς, φθαρτόν ἐστι· καὶ ὁ κόσμος δέ· ἐξαυχμοῦται γὰρ καὶ ἐξυδατοῦται. γίνεσθαι δὲ τὸν κόσμον, ὅταν ἐκ πυρὸς ἡ οὐσία τραπῇ δι' ἀέρος εἰς ὑγρόν, εἶτα τὸ παχυμερὲς αὐτοῦ συστὰν ἀποτελεσθῇ γῆ, τὸ δὲ λεπτομερὲς ἐξαερωθῇ, καὶ τοῦτ' ἐπιπλέον λεπτυνθὲν πῦρ ἀπογεννήσῃ. εἶτα κατὰ μῖξιν ἐκ τούτων, φυτά τε, καὶ ζῷα, καὶ τὰ ἄλλα γένη. περὶ δὴ οὖν τῆς γενέσεως καὶ τῆς φθορᾶς τοῦ κόσμου φησὶ Ζήνων μὲν ἐν τῷ περὶ ὅλου, Χρύσιππος δὲ ἐν τῷ α' τῶν φυσικῶν, καὶ Ποσει-

Esse autem incorporea hæc similia. Tempus præterea esse incorporeum, quod interuallum sit mundani motus. Huic præteritum quidem esse infinitum ac futurum, præsens autẽ finitum. Placet autem eis corruptibilem esse mundum, quippe genitum eorum ratione quæ per sensus intelliguntur. Cuius & partes sunt corruptibiles, & totũ. partes autem mundi corruptibiles sunt: in se enim inuicem mutantur. est igitur corruptibilis mundus. Ac quicquid mutari in deterius potest, corruptibile est. mundus autem huic mutationi & corruptioni obnoxius est. namque & siccatur, & in humorem soluitur. Mundũ vero fieri quũ ex igne substantia per aerem versa in humorẽ fuerit, deinde crassior ipsius pars effecta fuerit terra, porro subtilior in aerẽ cesserit, eadémque magis ac magis extenuata in ignem euaserit. Tum ex his permixtis exortas esse animantes & arbores, & alia eiusmodi. De generatione igitur & corruptione mundi & Zenon in libro qui De toto inscribitur, disputat, & Chrysippus in primo Physicorũ, & Posidonius in

φησὶν ἐν α΄ περὶ κόσμου, καὶ
κλεάνθης, καὶ ἀντίπατρος ἐν τῷ
ι΄ περὶ κόσμου. Παναίτιος δὲ
ἄφθαρτον ἀπεφήνατο τὸν κό-
σμον. ὅτι δὲ καὶ ζῷον ὁ κόσμος,
καὶ λογικὸν, καὶ ἔμψυχον, καὶ
νοερὸν, καὶ χρύσιππος ἐν α΄
φησὶ περὶ προνοίας, καὶ ἀπολλ-
όδωρός φησιν ἐν τῇ φυσικῇ,
καὶ ποσειδώνιος, ζῷον μὲν οὕ-
τως ὄντα, οὐσίαν ἔμψυχον αἰ-
σθητικήν. τὸ γὰρ ζῷον τοῦ μὴ
ζῴου κρεῖττον. οὐδὲν δὲ τοῦ κόσμου
κρεῖττον. ζῷον ἄρα ὁ κόσμος.
ἔμψυχον δὲ, ὡς δῆλον ἐκ τῆς
ἡμετέρας ψυχῆς, ἐκεῖθεν οὔσης
ἀποσπάσματος. Βοηθὸς δέ
φησιν οὐκ εἶναι ζῷον τὸν κόσμον.
ὅτι τε εἷς ἐστι, ζήνων φησὶν ἐν
τῷ περὶ τοῦ ὅλου, καὶ χρύσιπ-
πος, καὶ ἀπολλόδωρος ἐν
τῇ φυσικῇ, καὶ ποσειδώνιος
ἐν α΄ τοῦ φυσικοῦ λόγου. τὸ δὲ
πᾶν λέγεται (ὥς φησιν ἀπολ-
λόδωρος) ὅ, τε κόσμος, καὶ καθ'
ἕτερον τρόπον τὸ ἐκ τοῦ κόσμου,
καὶ τοῦ ἔξωθεν κενοῦ, σύστημα. ὁ
μὲν οὖν κόσμος πεπερασμέ-
νος ἐστὶ, τὸ δὲ κενὸν, ἄπειρον.

Τῶν δὲ ἄστρων, τὰ μὲν ἀ-
πλανῆ συμπεριφέρεσθαι τῷ ὅ-
λῳ οὐρανῷ, τὰ δὲ πλανώμενα
κατ' ἰδίας κινεῖσθαι κινήσεις.

donius in 1. De mundo. Cleanthes item & Antipater in x De mundo. Porro Panætius corruptibilem asserit mūdum. Quòd autem sit animal mūdus, & rationale, & animatum, & intelligibile, & Chrysippus in primo De prouidentia disserit, & Apollodorus in Physica, & Posidonius. Sic autem animal quod sit substantia animata sensibilis. Animal enim eo quod non sit animal præstantius est. Nihil autem mundo præstātius est. Est ergo animal mundus. Porro animatum esse, inde manifestum est, quòd anima nostra inde veluti auulsa sit. Boethus autem ait non esse animal mundum: vnum autem esse, & Zeno in libro De toto, & Chrysippus, & Apollodorus in Naturalibus, & Posidonius in primo Naturalis rationis tradunt. Vniuersum autem dicitur (ait Apollodorus) mundus, & secundum alterum modum id quod ex mundo, & exteriore vacuo, cōstat. Mūdus igitur finitus est, sed inane illud infinitum.

Cæterùm sidera illa quæ fixa sunt, cum cælo toto vnà circumferri, errantia verò suis motibus agi.

τὸν δ' ἥλιον λοξὴν τὴν πορείαν ποιεῖσθαι διὰ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ὁμοίως καὶ τὴν σελήνην, ἑλικοειδῆ. εἶναι δὲ τὸν μὲν ἥλιον εἰλικρινὲς πῦρ, καθά φησι Ποσειδώνιος ἐν τῷ ιζ' περὶ μετεώρων· καὶ μείζονα τῆς γῆς, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ιϛ' τοῦ λόγου φυσικοῦ· ἀλλὰ καὶ σφαιροειδῆ, (ὡς οἱ περὶ αὐτὸν τοῦτον φασὶν) ἀναλόγως τῷ κόσμῳ. πῦρ μὲν οὖν εἶναι, ὅτι τὰ πυρὸς πάντα ποιεῖ· μείζω δὲ τῆς γῆς, τῷ πᾶσαν ὑπ' αὐτοῦ φωτίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν. καὶ τὸ τὴν γῆν δὲ κωνοειδῆ σκιὰν ἀποτελεῖν, τὸ μείζονα εἶναι σημαίνει. πάντοθεν δὲ βλέπεσθαι, διὰ τὸ μέγεθος. γεωδεστέραν δὲ τὴν σελήνην, ἅτε καὶ προσγειοτέραν οὖσαν. τρέφεσθαι δὲ τὰ ἔμπυρα ταῦτα καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα· τὸν μὲν ἥλιον, ἐκ τῆς μεγάλης θαλάττης νοερὸν ὄντα ἀνάμμα· τὴν δὲ σελήνην ἐκ ποτίμων ὑδάτων, ἀερομιγῆ τυγχάνουσαν, καὶ πρόσγειον οὖσαν, ὡς ὁ Ποσειδώνιος ἐν τῷ ἕκτῳ τοῦ φυσικοῦ λόγου· τὰ δ' ἄλλα, ἀπὸ τῆς γῆς. δοκεῖ δὲ αὐτοῖς σφαιροειδῆ εἶναι καὶ τὰ ἄστρα, καὶ τὴν γῆν ἀκίνητον οὖσαν.

Porro solem obliquum iter peragere per signiferũ orbem. Lunam similiter nunc plenam esse, nunc cornibus fulgere. Esse autem solem purissimum ignem (vt ait Posidonius in decimoseptimo de cælestibus) ac terræ molem sua magnitudine vincere, vt idem ait in decimosexto Naturalis rationis. Esse autem orbicularem ad mundi rationem, idem ipse autor est. Ignem idcirco esse, quòd omnia ignis peragat munera: maiorem autem terræ globo, quòd tota ab illo illustretur, neque ipsa modò, sed etiam cælum. Id quod & terra coni instar vmbram faciat, maiorem esse significat. Omnibus autem ex partibus cerni propter magnitudinem. Lunam verò plus habere de terra, quippe quę illi propior est. Nutriri autem & hæc ignea, & astra cætera. Solem quidem ex mari magno, quòd sit intellectualis vapor. Lunã vero ex potabilibus vndis, quod sit permixta aeri, ac vicina terræ, vt Posidonius in sexto De ratione naturæ ait: ex terra cætera. Putant & sidera globosa esse, & immobilem terram

τὴν δὲ σελήνην οὐκ ἴδιον ἔχειν φῶς, ἀλλὰ παρ' ἡλίου λαμβάνειν ἐπιλαμπομένην. ἐκλείπειν δὲ τὸν μὲν ἥλιον, ἐπιπροσθούσης αὐτῷ σελήνης, κατὰ τὸ πρὸς ἡμᾶς μέρος, ὡς Ζήνων ἀναγράφει ἐν τῷ περὶ ὅλου. φαίνεται γὰρ ὑπερχομένη ταῖς συνόδοις, καὶ ἀποκρύπτουσα αὐτὸν καὶ πάλιν παραλλάττουσα. γνωρίζεται δὲ τοῦτο διὰ λεκάνης ὕδωρ ἐχούσης. τὴν δὲ σελήνην, ἐμπίπτουσαν εἰς τὸ τῆς γῆς σκίασμα· ὅθεν καὶ ταῖς πανσελήνοις ἐκλείπειν μόναις, καίτοι κατὰ διάμετρον ἱσταμένην κατὰ μῆνα τῷ ἡλίῳ, ὅτι κατὰ λοξοῦ ὡς πρὸς τὸν ἥλιον κινουμένη, παραλλάττει τῷ πλάτει, ἢ βορειοτέρα, ἢ νοτιωτέρα γινομένη. ὅταν μέντοι τὸ πλάτος αὐτῆς κατὰ τὸν ἡλιακὸν καὶ τὸν διὰ μέσων γένηται, εἶτα διαμετρήσῃ τὸν ἥλιον, τότε ἐκλείπει. κινεῖται δὲ τὸ πλάτος αὐτῆς κατὰ τὸν διὰ μέσων ἐν χηλαῖς καὶ σκορπίῳ, καὶ κριῷ, καὶ ταύρῳ, ὡς οἱ περὶ τὸν Ποσειδώνιον.

Lunam proprio quidem carere lumine, sed id à sole mutuare. Deficere autem solem quum ante illum ex ea parte qua terras respicit, se opposuerit luna, vt in libro De vniuerso scribit Zeno. Apparet enim quando ex concursione mutua illum occulit, rursúmque restituit. Notatur id maxime per vas æreum patens in quo sit aqua. Lunam vero quum in terræ inciderit vmbram: quocirca tunc solùm hoc defectu laborare, quum plena fuerit, & quidem quum per diametrum soli mensibus singulis obiecta sit. Nam quum obliquo motu contra solem moueatur, latitudine differt, quũ vel ad australem, vel ad septẽtrionalem vergit plagam. Quum tamen illius latitudo ad solis, & eam quæ media interiacet latitudinem venerit, deinde fuerit emensa solem, tũc deficit. Mouetur autem eius latitudo per ea quę media sunt in chelis & scorpio & ariete & tauro, vt ait Posidonius.

Θεὸν δ' εἶναι ζῷον ἀθάνατον, λογικόν, τέλειον, ἢ νοερὸν ἐν εὐδαιμονίᾳ, κακοῦ παντὸς ἀνεπίδεκτον, προνοητικὸν

Deũ vero esse animal immortale, rationale, perfectũ ac beatũ, à malo omni remotissimũ, prouidentia sua

κόσμου τε καὶ τῶν ἐν κόσμῳ· μὴ εἶναι μέντοι ἀνθρωπόμορφον. εἶναι δὲ τὸν μὲν δημιουργὸν τῶν ὅλων, ὥσπερ καὶ πατέρα πάντων· κοινῶς τε, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ τὸ διῆκον διὰ πάντων, ὃ πολλαῖς προσηγορίαις προσονομάζεσθαι κατὰ τὰς δυνάμεις. Δία μὲν γάρ φασι, δι' ὃν τὰ πάντα· καὶ Ζῆνα καλοῦσι, παρ' ὅσον τοῦ ζῆν αἴτιός ἐστιν, ἢ διὰ τοῦ ζῆν κεχώρηκεν· Ἀθηνᾶν δὲ, κατὰ τὴν εἰς αἰθέρα διάτασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ· Ἥραν δὲ, κατὰ τὴν εἰς ἀέρα· καὶ Ἥφαιστον, κατὰ τὴν εἰς τὸ τεχνικὸν πῦρ· καὶ Ποσειδῶνα, κατὰ τὴν εἰς τὸ ὑγρόν· καὶ Δήμητραν, κατὰ τὴν εἰς γῆν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἄλλας προσηγορίας ἐχόμενοί τινος οἰκειότητος ἀπέδοσαν.

mundum, & quæ sunt in mūdo administrās omnia. Nō tamen inesse illi humanæ formæ lineamenta. Cæterum esse opificem immēsi huius operis, sicut & patrem omnium. Cōmuniter autem & ipsius partem, quę per omnia penetret, eámque multis appellari nominib⁹ iuxta proprietates suas. Nanque Græcis Δία appellari, quòd per ipsum sint omnia. Eundem Ζῆνα vocari, quod vitæ omnium sit autor: Ἀθηνᾶν autem, quod in æthere distentum sit imperium eius: Ἥραν vero, quod in aere: Ἥφαιστον, quod in artificiali igne: Ποσειδῶνα, quod in humore: Δήμητραν quod in terra. Itidem & appellationes alias probabili quadam ratione indiderunt.

Οὐσίαν δὲ θεοῦ Ζήνων μέν φησι τὸν ὅλον κόσμον, καὶ τὸν οὐρανόν, ὁμοίως δὲ καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ α' περὶ θεῶν, καὶ Ποσειδώνιος ἐν πρώτῳ περὶ θεῶν· καὶ Ἀντίπατρος ἐν ζ' περὶ κόσμου, ἀεροειδῆ φησιν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν. Βόηθος δὲ ἐν τῇ περὶ φύσεως, οὐσίαν θεοῦ τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν.

De diuina substātia Zeno ait mundū totum atque cælū: Chrysippus quoque in primo De diis, & Posidonius in primo De diis, & Antipater in septimo De mundo, aerem ipsius substantiam tradunt. Boëthus autem in libro De natura, dei substantiam fixorum siderū globum dixit;

φύσιν δὲ, ποτὲ μὲν ἀποφαίνονται τὴν συνέχουσαν τὸν κόσμον, ποτὲ δὲ τὴν φύουσαν τὰ ἐπὶ γῆς. ἔστι δὲ φύσις, ἕξις ἐξ αὑτῆς κινουμένη κατὰ σπερματικοὺς λόγους, ἀποτελοῦσά τε καὶ συνέχουσα τὰ ἐξ αὑτῆς ἐν ὡρισμένοις χρόνοις, καὶ τοιαῦτα δρῶσα ἀφ᾽ οἵων ἀπεκρίθη. ταύτην δὲ καὶ τοῦ συμφέροντος στοχάζεσθαι ἡδονῆς, ὡς δῆλον ἐκ τῆς τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίας. καθ᾽ εἱμαρμένην δέ φασι τὰ πάντα γίνεσθαι Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ εἱμαρμένης, καὶ Ποσειδώνιος ἐν β΄ περὶ εἱμαρμένης, καὶ Ζήνων· Βοηθὸς δὲ ἐν α΄ περὶ εἱμαρμένης. ἔστι δὲ εἱμαρμένη αἰτία τῶν ὄντων εἰρομένη, ἢ λόγος καθ᾽ ὃν ὁ κόσμος διεξάγεται. καὶ μὴν καὶ μαντικὴν ὑφεστάναι πᾶσαν φασὶν, ἢ καὶ πρόνοιαν εἶναι· καὶ αὐτὴν, τέχνην ἀποφαίνουσι διά τινας ἐκβάσεις, ὥς φησι Ζήνων τε καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ β΄ περὶ μαντικῆς, καὶ Ἀθηνόδωρος καὶ Ποσειδώνιος ἐν τῷ ιβ΄ τοῦ φυσικοῦ λόγου, καὶ ἐν τῷ ε΄ περὶ μαντικῆς. ὁ μὲν γὰρ Παναίτιος ἀνυπόστατον αὐτήν φησιν. οὐσίαν δέ φασι τῶν ὄντων ἁπάντων

Naturam verò aliquando quidem exponunt, quæ cōtineat mundum, aliquando verò quæ germinare humū facit, nasci que super terram omnia. Est autem natura habitus ex seipso motum accipiens, iuxta seminalem rationalem, efficiénsque & continens quæ ex ipsa constant, statutis diffinitísque temporibus: eáque faciens à quibus discreta per naturam est. Hanc autem & voluptati præferre commodum, quod ex hominis cōstat opificio. Fato autē fieri omnia Chrysippus in libris De fato, & Posidonius in secundo De fato, & Zeno, Boethus quoque in primo De fato tradunt. Est autem fatum connexa rerū series, siue ratio per quam mundus administratur. Diuinationem autem omnem aiūt subsistere, aut etiam esse prouidentiam, ipsámque per ascensus quosdam artē diffiniunt, vt ait Zeno & Chrysippus in secundo De diuinatione, Athenodorúsque & Posidonius in duodecimo De ratione naturæ & in quinto De diuinatione. Panætius autē hanc non subsistere dixit. Enim vero rerum omnium substantiā

τὴν πρώτην ὕλην, ὡς καὶ Χρύσιππος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν φυσικῶν, καὶ Ζήνων. ὕλη δέ ἐστιν ἐξ ἧς ὁτιδηποτοῦν γίνεται. καλεῖται δὲ διχῶς, οὐσία τε καὶ ὕλη, ἥ τε τῶν πάντων καὶ ἡ τῶν ἐπὶ μέρους. ἡ μὲν οὖν τῶν ὅλων, οὔτε πλείων οὔτε ἐλάττων γίνεται· ἡ δὲ τῶν ἐπὶ μέρους, καὶ πλείων καὶ ἐλάττων. σῶμα δέ ἐστι κατ' αὐτοὺς, ἡ οὐσία καὶ πεπερασμένη, καθά φησιν Ἀντίπατρος ἐν δευτέρῳ περὶ οὐσίας, καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ φυσικῇ. καὶ παθητὴ δέ ἐστιν, ὡς αὐτός φησιν. εἰ γὰρ ἦν ἄτρεπτος, οὐκ ἂν τὰ γινόμενα ἐξ αὐτῆς ἐγίνετο. ἔνθεν κἀκεῖνο ὅτι τομὴ εἰς ἄπειρόν ἐστιν. ἣν ἄπειρον μέν φησιν αὐτὴν ὁ Χρύσιππος· οὐ γάρ ἐστί τι ἄπειρον, εἰς ὃ γίνεται ἡ τομή. ἀλλ' ἀκατάληκτός ἐστι. καὶ τὰς κράσεις δὲ δι' ὅλου γίνεσθαι, καθά φησιν ὁ Χρύσιππος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν φυσικῶν, καὶ μὴ κατὰ περιγραφὴν καὶ παράθεσιν· καὶ γὰρ εἰς πέλαγος ὀλίγος οἶνος βληθεὶς, ἐπὶ ποσὸν ἀντιπαρεκταθήσεται, εἶτα συμφθαρήσεται. φασὶ δ' εἶναι καί τινας δαίμονας, οἳ ἀνθρώπων συμπάθειαν ἔχοντας,

primam materiam dicunt, vt & Chrysippus in primo Rerum naturalium, & Zeno. Est autem materia ex qua quiduis constat. Appellatúrque dupliciter, materia scilicet atque substantia, siue illa omnium, siue rerũ singularum, ac veluti particularium causa. At omnium quidem materia neque maior neque minor efficitur. Est autem alia eorum quæ in parte sunt. Corpus autem esse substantiam definiunt, idque finitum, vt Antipater ait secundo De substantia, & Apollodorus in Physica: passibilisque est, vt idem ait. Nam si esset immutabilis, nulla ratione quæ fiunt ex ea fieri possent. Hinc & illius sectio in infinitum tenditur, quam infinitã Chrysippus ait. Nihil enim infinitum est in quod sectio cadit. Verum finita est. Cõcretiones item fieri per totúm (vt Chrysippus in tertio Naturalium ait) & non per circumscriptionem, & appositionem. Nam pusillũ vini pelago iniectum, aliquandiu obluctabitur, postea defluet, atque vnà corrumpetur. Quosdam item esse dæmones dicũt, quibus insit hominum miseratio

ἐπόπτας τῶν ἀνθρωπίων πραγμάτων· καὶ ἥρωας, τὰς ὑπολελειμμένας τῶν σπουδαίων ψυχάς.

Τῶν δὲ ἐν ἀέρι γινομένων, χειμῶνα μὲν εἶναί φασι τὸν ὑπὲρ γῆς ἀέρα κατεψυγμένον, διὰ τὴν τοῦ ἡλίου πρόσω ἄφοδον· ἔαρ δὲ, τὴν εὐκρασίαν τοῦ ἀέρος, κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς πορείαν· θέρος δὲ, τὸν ὑπὲρ γῆς ἀέρα, καταθαλπόμενον τῇ τοῦ ἡλίου πρὸς ἄρκτον πορείᾳ· μετόπωρον δὲ, τῇ παλινδρομίᾳ τοῦ ἡλίου ἀφ' ἡμῶν γίνεσθαι. * διὰ τοὺς τόπους ἀφ' ὧν ῥέουσι. τῆς δὲ γενέσεως αὐτῶν αἴτιον γίνεσθαι τὸν ἥλιον, ἐξατμίζοντα τὰ νέφη. Ἶριν δὲ, εἶναι αὐγὰς ἀφ' ὑγρῶν νεφῶν ἀνακεκλασμένας, ἢ (ὡς Ποσειδώνιός φησιν ἐν τῇ μετεωρολογικῇ) ἔμφασιν ἡλίου τμήματος ἢ σελήνης, ἐν νέφει δεδροσισμένῳ κοίλῳ καὶ συνεχεῖ πρὸς φαντασίαν, ὡς ἐν κατόπτρῳ φανταζομένην κατὰ κύκλου περιφέρειαν. κομήτας τε καὶ πωγωνίας καὶ λαμπαδίας, πυρὰ εἶναι ὑφεστῶτα, παχέος ἀέρος εἰς τὸν αἰθερώδη τόπον ἀνενεχθέντος. σέλας δὲ, πυρὸς ἀθρόου ἔξαψιν ἐν ἀέρι φερομένου ταχέως,

inspectores humanarum rerum. Heroas quoque, solutas corporibus sapientum animas.

Porro ex his quę manant ab aere, hyemem quidem esse aiunt aerem super terram, congelatum ob solis longiorem discessum: ver autem temperiem aeris, quando suo ad nos cursu sol agitur: æstatem verò eminentem terræ aerem cõfotum & calefactum solis ad septẽtrionem cursu: autumnũ quoque fieri recursu solis à nobis. * ad ea loca à quibus fluunt. Cæterùm eiuscemodi tempestatũ autorem esse solem nubes euaporantem. Irim verò reflexos esse ab humidis nubibus radios, siue (vt ait Posidonius in Meteorologica) declaratio scissurę solis seu lunæ, in nube rosida, concaua atque continua, ad imaginationẽ veluti in speculo imaginata magni orbis circumferẽtiã. Cometas autem & pogonias & faculas, ignes esse subsistentes, quando crassior aer ad ęthcrea loca peruehitur. Iubar autẽ, repẽtini ignis incẽdiũ, quod citò per aerem fertur,

καὶ φαντασίαν μήκους ἐμφαίνοντος. ὑετὸν δὲ, ἐκ νέφους μεταβολὴν εἰς ὕδωρ, ἐπειδὰν ἡ ἐκ γῆς ἢ ἐκ θαλάττης ἀνενεχθεῖσα ὑγρασία ἀφ' ἡλίου μὴ τυγχάνῃ κατεργασίας. καταψυχθὲν δὲ τοῦτο πάχνην καλεῖσθαι. χάλαζαν δὲ, νέφος πεπηγὸς, ὑπὸ πνεύματος διαθρυφθέν. χιόνα δὲ, ὑγρὸν ἐκ νέφους πεπηγότος, ὡς Ποσειδώνιος ἐν τῷ ὀγδόῳ τοῦ φυσικοῦ λόγου. ἀστραπὴν δὲ, ἔξαψιν νεφῶν παρατριβομένων, ἢ ῥηγνυμένων ὑπὸ πνεύματος· ὡς Ζήνων ἐν τῷ περὶ ὅλου. βροντὴν δὲ, τὸν τούτων ψόφον, ἐκ παρατρίψεως ἢ ῥήξεως. κεραυνὸν δὲ, ἔξαψιν σφοδρὰν μετὰ πολλῆς βίας πίπτουσαν ἐπὶ γῆς, νεφῶν παρατριβομένων ἢ ῥηγνυμένων· οἱ δὲ, συστροφὴν πυρώδους ἀέρος βιαίως καταφερομένην. τυφῶνα δὲ, κεραυνὸν πολὺν βίαιον καὶ πνευματώδη, ἢ πνεῦμα καπνῶδες ἐρρωγότος νέφους. πρηστῆρα, νέφος περισχεθὲν πυρὶ μετὰ πνεύματος εἰς τὰ κοιλώματα τῆς γῆς, ἢ καθειρχθέντος πνεύματος ἐν τῇ γῇ, καθά φησι Ποσειδώνιος ἐν τῇ η.

ac longitudinis imaginem delineat. Pluuiam verò conuersionem ex nubibus in aquam, quum siue ex terra, siue ex mari, vi solis sursum elatus humor effectu caruerit: id verò congelatum pruinam dici. Grandinem verò concretam nubem à vento comminutam. Niuē autem humorem ex concreta nube, vt ait Posidonius in octauo De ratione naturæ. Coruscationem, accensionem nubium, quæ à vēto illidantur atque rumpātur, vt Zeno in libro De vniuerso. Tonitruum verò fragorem esse qui ex nubiū collisione gignitur. Fulmen autem, incensionem validā, vehemēti cum impetu terris irruentem, quum intersē vi ventorum colliduntur nubes, atque perrūpuntur. Alij conuersionem ignei ac flammantis aeris violenter delapsam. Typhonem verò, fulmen violentū, magna vi spiritus demissum, siue fumantem spiritum supra nube dilapsum. Presterem, nubem igni circumfusam cum flatu in terræ concaua, seu concluso & coarctato spiritu in terra, vt ait in septimo Posidonius.

τῶν δ' αὐτῶν τοὺς μὲν, σεισματίας· τοὺς δὲ, χασματίας· τοὺς δὲ, καυματίας· τοὺς δὲ, βρασματίας.

Ἀρέσκει δ' αὐτοῖς καὶ τὴν διακόσμησιν ὧδε ἔχειν· μέσην τὴν γῆν κέντρου λόγον ἐπέχουσαν, μεθ' ἣν τὸ ὕδωρ σφαιροειδές, ἔχον τὸ αὐτὸ κέντρον τῇ γῇ· ὥστε τὴν γῆν ἐν ὕδατι εἶναι. μετὰ τὸ ὕδωρ δὲ, ἀέρα ἐσφαιρωμένον. κύκλους δὲ εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ πέντε, ὧν πρῶτον, ἀρκτικὸν, ἀεὶ φαινόμενον· δεύτερον, τροπικὸν θερινόν· τρίτον, ἰσημερινόν· τέταρτον, χειμερινὸν τροπικόν· πέμπτον, ἀνταρκτικὸν, ἀφανῆ. λέγονται δὲ ἀπαράλληλοι, καθότι οὐ συννεύουσιν εἰς ἀλλήλους· γράφονται μέντοι περὶ τὸν αὐτὸν πόλον. ὁ δὲ ζῳδιακὸς, λοξὸς ἐστὶν ἐπὶ τοὺς παραλλήλους. ζῶναί τε ἐπὶ τῆς γῆς εἰσὶ πέντε· πρώτη, βόρειος, καὶ ὑπὲρ τὸν ἀρκτικὸν κύκλον, ἀοίκητος διὰ ψύχος· δευτέρα, εὔκρατος· τρίτη, ἀοίκητος ὑπὸ καυμάτων, ἡ διακεκαυμένη καλουμένη· τετάρτη, ἡ ἀντεύκρατος· πέμπτη, νότιος, ἀοίκητος διὰ ψύχος.

Esse autem illius plura genera, terræ motus, hiatus, illuuies, ebullitiones.

Placet autem eis & ordinem ita se habere. Terram mediam centri rationem obtinere, post quam globosam aquam, & ipsam idem habere centrum cum terra: ita vt in aqua terra sit. Post aquam aerem sphæræ instar. Esse autem in cælo circulos quinque. Ex his, primum septentrionalem, qui semper appareat: secundum, tropicum æstiuũ: tertium, æquinoctialem: quartum, hyemalem tropicum: quintum, antarcticum, qui non appareat. Dicuntur autem ἀπαράλληλοι, quia non se inuicem conueniunt: describuntur tamẽ circa eundem polum. Porro zodiacus circulus obliquus est, æquidistans. Quinque autem sunt zonæ super terram. Prima, septentrionalis super arcticum circulum rigore frigoris inhabitabilis: secunda, temperata: tertia, nimia vi æstus inhabitabilis, quæ torrida dicitur: quarta, temperata: quinta, australis, itidem frigore inhabitabilis.

Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς τὴν μὲν φύσιν εἶναι πῦρ τεχνικόν, ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν, ὅπερ ἐστὶ πνεῦμα πυροειδὲς καὶ τεχνοειδές· τὴν δὲ ψυχὴν, αἰσθητικήν. ταύτην δὲ εἶναι τὸ συμφυὲς ἡμῖν πνεῦμα· διὸ καὶ σῶμα εἶναι, καὶ μετὰ θάνατον ἐπιμένειν· φθαρτὴν δὲ εἶναι. τὴν δὲ τῶν ὅλων, ἄφθαρτον, ἧς μέρη εἶναι τὰς ἐν τοῖς ζώοις. Ζήνων δὲ ὁ Κιτιεὺς καὶ Ἀντίπατρος ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, καὶ Ποσειδώνιος, πνεῦμα ἔνθερμον εἶναι τὴν ψυχήν. τούτῳ γὰρ ἡμᾶς εἶναι ἐμπνόους, καὶ ὑπὸ τούτου κινεῖσθαι. Κλεάνθης μὲν οὖν πάσας ἐπιδιαμένειν τὰς μέχρις ἐκπυρώσεως· Χρύσιππος δὲ, τὰς τῶν σοφῶν μόνων.

Μέρη δὲ ψυχῆς λέγουσιν ὀκτὼ, τὰς πέντε αἰσθήσεις, καὶ τοὺς ἐν ἡμῖν σπερματικοὺς λόγους, καὶ τὸ φωνητικὸν, καὶ τὸ λογιστικόν. ὁρᾶν δὲ, τοῦ μεταξὺ τῆς ὁράσεως καὶ τοῦ ὑποκειμένου φωτὸς, ἐντεινομένου κωνοειδῶς· καθά φησι Χρύσιππος ἐν δευτέρῳ τῶν φυσικῶν, καὶ Ἀπολλόδωρος. γίνεσθαι μέντοι τὸ κωνοειδὲς τοῦ ἀέρος πρὸς τῇ ὄψει

Opinantur item naturam ignem esse artificialem suo itinere ad generationem tēdentem: id autem esse spiritum ignis speciem artisque præ se ferentem. Animam verò sensibilem: eámque esse nobis insitum & ingenitum spiritum, ideo & corpus esse, ac durare post mortem, esse tamen obnoxiam corruptioni. Cæterùm vniuersi animam esse incorruptibilē, cuius partes sunt animantium animæ. Zeno autem Cittieus, & Antipater in libris De anima, & Posidonius animam spiritum calidum dicunt. Hoc enim spirare nos atque ab ipso moueri. Cleanthes quidem omnes perdurare, donec calore destituātur: Chrysippus verò solas sapientium.

Partes autem animæ octo esse dicunt, quinque sensus, & quæ nobis insunt seminales rationes, vocem præterea, & sermonem. Videre autem quum id quod inter visum subiectúmque lumē est, in coni rēditur speciem, vt Chrysippus in secundo Naturaliū ait. Apollodorus aeris illam partem, quæ coni speciē habet prope visū:

τὴν δὲ βάσιν, περὶ τὸ ὁρώ-
μενον· ὡς διὰ βακτηρίας οὖν
τοῦ ταθέντος ἀέρος τὸ βλεπό-
μενον ἀναγγέλλεσθαι. ἀκούειν
δὲ, τοῦ μεταξὺ τοῦ τε φωνοῦν-
τος καὶ τοῦ ἀκούοντος ἀέρος, πλητ-
τομένου σφαιροειδῶς, εἶτα κυ-
ματουμένου καὶ ταῖς ἀκοαῖς
προσπίπτοντος, ὡς κυματοῦ-
ται τὸ ἐν τῇ δεξαμενῇ ὕδωρ
κατὰ κύκλους ὑπὸ τοῦ ἐμβλη-
θέντος λίθου. τὸν δ' ὕπνον γί-
νεσθαι, ἐκλυομένου τοῦ αἰσθη-
τικοῦ τόνου περὶ τὸ ἡγεμονι-
κόν. αἰτίας δὲ τῶν παθῶν
ἀπολείπουσι τὰς περὶ τὸ πνεῦ-
μα τροπάς. σπέρμα δὲ λέ-
γουσιν εἶναι, τὸ οἷόν τε γεννᾶν
τοιαῦτα ἀφ' οἵου καὶ αὐτὸ ἀπε-
κρίθη. ἀνθρώπου δὲ σπέρμα,
ὃ μεθίησιν ὁ ἄνθρωπος, μεθ'
ὑγροῦ συγκιρνᾶσθαι τοῖς τῆς
ψυχῆς μέρεσι, κατὰ μιγμὸν τοῦ
τῶν προγόνων λόγου. τοῦτο δ'
αὐτὸ Χρύσιππός φησιν ἐν τῇ
δευτέρᾳ τῶν φυσικῶν, πνεῦ-
μα κατ' οὐσίαν εἶναι, ὡς δῆλον
ἐκ τῶν εἰς τὴν γῆν καταβαλ-
λομένων σπερμάτων, ἃ πα-
λαιωθέντα οὐκ ἔτι φύεται, ὡς
δῆλον διαπεπνευκυίας αὐτοῖς
τῆς δυνάμεως. καὶ ἀφ' ὅλων
δὲ τῶν σωμάτων αὐτό φασι καταφέρεσθαι οἱ περὶ τὸν Σφαῖρον.

basin verò prope id quod
cernitur fieri: quemadmo-
dum per virgam verberato
aere, quod videtur ibi ma-
nifestum esse. Porro audire,
quũ is qui medius inter lo-
quentem & audientem est,
aer, verberatur orbiculari-
ter: deinde agitatus auribus
influit, quemadmodum &
cisternæ aqua, per orbes
iniecto agitatur lapide. So-
mnum verò fieri, quum is
sensus circa principale sol-
uitur. Causas verò pertur-
bationum reddunt eas quæ
circa spiritum fiunt con-
uersiones. Semen autem esse
dicunt, quod eiusmodi gi-
gnere potest à quibus quo-
que ipsum discretum sit.
Porro hominis semen quod
emittit homo, vnà cum hu-
mido animæ commisceri
partibus, pro commixtio-
ne rationis parentum. Id
autem Chrysippus in secun-
do Naturalium ait spiri-
tum esse secundum substan-
tiam, idque ex iactis in hu-
mum seminibus constare,
quæ quum antiquata fue-
rint, non iam nascuntur,
quòd scilicet expirauerit
illorum virtus. Atque ex o-
mnibus corporis partibus
defluere id ait Sphærus.

πάντων γονιμ γονιμητικὸν εἶναι τῶν τοῦ σώματος μερῶν. τὸ δὲ τῆς θηλείας, ἄγονον ἀποφαίνονται, ἄτονόν τε εἶναι καὶ ὀλίγον, καὶ ὑδατῶδες, ὡς ὁ Σφαῖρος φησίν. ἡγεμονικὸν δὲ εἶναι τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ αἱ φαντασίαι καὶ αἱ ὁρμαὶ γίνονται, καὶ ὅθεν ὁ λόγος ἀναπέμπεται· ὅπερ εἶναι ἐν καρδίᾳ. ταῦτα μὲν καὶ τὰ φυσικά, ὅσον ἡμῖν ἀποχρώντως ἔχειν δοκεῖ, στοχαζομένοις τῆς συμμετρίας τοῦ συγγράμματος.

Omnes ergo gignere corporis partes. Porro fœminæ semen infœcundum esse aiunt, imbecillúmque & modicum, & aqueum, vt Sphærus ait. Principale verò potissimam ac propriè esse animæ partem, in qua imaginationes appetitúsque gignantur, atque vnde sermo reddatur. Id autem in corde esse. Sedenim ista secundũ illos de rebus naturalibus, quãtum sufficere ad præsentis operis compendium arbitrati sumus, hactenus sunt dicta.

Ἃ δέ τινες ἐξ αὐτῶν διηνέχθησαν, ἐστὶ τάδε.

Quænam verò sint in quibus illorum sententiæ differant, breuiter adnotandum.

Ἀρίστων ὁ Χῖος ὁ φαλάντος, ἐπικαλούμενος σειρήν, τέλος ἔφησεν εἶναι τὸ ἀδιαφόρως ἔχοντα ζῆν πρὸς τὰ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας, μηδὲ ἡντινοῦν ἐν αὐτοῖς παραλλαγὴν ἀπολείποντα, ἀλλ' ἐπίσης ἐπὶ πάντων ἔχοντα. εἶναι γὰρ ὅμοιον τὸν σοφὸν τῷ ἀγαθῷ ὑποκριτῇ, ὃς ἄν τε Θερσίτου ἄν τε Ἀγαμέμνονος πρόσωπον ἀναλάβῃ, ἑκάτερον ὑποκρίνεται προσηκόντως. τόν τε φυσικὸν τόπον καὶ τὸν λογικὸν ἀνῄρει, λέγων τὸν μὲν εἶναι ὑπὲρ ἡμᾶς, τὸν δὲ οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς.

Aristo Chius Phalantúsque cognomento Siren, finem esse dixit ad aliquid inter virtutes ac vitia indifferenter viuere, nullam quamlibet modicam varietatem relinquendo, sed se æqualiter in omnibus habendo. Esse autem sapientẽ præclaro histrioni similem, qui siue Thersitæ siue Agamemnonis personam sumat, vtrunque decentissimo gestu imitatur. Naturalem item ac rationalem locum sustulit, dicens, alterum quidem esse supra nos, alium verò nihil ad nos.

μόνον δὲ τὸ ἠθικὸν εἶναι πρὸς ἡμᾶς. ἐοικέναι δὲ τοὺς διαλεκτικοὺς λόγους τοῖς ἀραχνίοις, ἃ καίτοι δοκοῦντα τεχνικόν τι ἐμφαίνειν, ἄχρηστά ἐστιν. ἀρετάς τε οὔτε πολλὰς εἰσῆγεν, ὡς ὁ Ζήνων, οὔτε μίαν πολλοῖς ὀνόμασι καλουμένην (ὡς οἱ μεγαρικοί) ἀλλὰ κατὰ τὸ πρός τί πως ἔχειν. οὕτως δὲ φιλοσοφῶν καὶ ἐν κυνοσάργει διαλεγόμενος, ἴσχυσεν αἱρετιστὴς ἀκοῦσαι. Μιλτιάδης οὖν καὶ δίφιλος ἀρισώνειοι προσηγορεύοντο. ἦν δέ τις πειστικὸς, καὶ ὄχλῳ πεποιημένος. ὅθεν ὁ τίμων φησὶ περὶ αὐτοῦ,

Καί τις ἀρίστωνος γενεῆς ἄπο αἱμύλος ἦεν.

Παραβαλὼν δὲ πολέμωνι, (φησὶ διοκλῆς ὁ μάγνης) μετέθετο, ζήνωνος ἀρρωστίᾳ μακρᾷ περιπεσόντος. μάλιστα δὲ προσεῖχε στωϊκῷ δόγματι, τῷ τὸν σοφὸν ἀδόξαστον εἶναι. πρὸς ὃ περσαῖος ἐναντιούμενος, διδύμων ἀδελφῶν τὸν ἕτερον ἐποίησεν αὐτῷ παρακαταθήκην δοῦναι, ἔπειτα τὸν ἕτερον ἀπολαβεῖν· καὶ οὕτως ἀπορούμενον διήλεγξεν. ἀπηχθάνετο δὲ πρὸς ἀρκεσίλαον.

Solam autem quæ mores instituat partē ad nos pertinere. Similes autem esse orationes dialecticas dicebat aranearum telis, quæ etsi quid artificiosum indicare videātur, inutiles sunt. Virtutes quoque neque multas inuexit, vt Zeno, neque vnam quæ multis appellatur nominibus, vt Megarici, sed & id quoque quod ad aliquid habere dicitur. In hunc autem modum philosophans, atque in Cynosarge differens, obtinuit vt sectę proprię inuentor diceretur. Miltiades denique & Diphilus Aristonij appellabantur. Erat autē illi magna persuadendi vis, plebique se maxime accōmodabat. Vnde & de illo Timon ait,

Quidam & Aristonis natus de stirpe diserti.

Congressus autē Polemoni (vt Diocles ait Magnesius) quum Zeno longū incurrisset morbū, sententia decessit. Maximè autem Stoico dogmati ille intendit animum, quo dicunt sapientem esse opinabilem. Cui Persæus reluctatos geminos fratres induxit, vt alter ex his illi depositum daret, alter deinde reciperet: atque ita hærentem coarguit. Exercebat autē aduersus Arcesilaum inimicitias.

ὅτι θεασάμενος ταῦρον τερατώδη μήτραν ἔχοντα, οἴμοι, ἔφη, δέδοται Ἀρκεσιλάῳ ἐπιχείρημα κατὰ τῆς ἐναργείας. πρὸς δὲ τὸν φάμενον ἀκαδημαϊκὸν οὐδὲν καταλαμβάνειν, ἆρ' οὐδὲ τὸν πλησίον, σοῦ καθήμενον ὁρᾷς; εἰπόντος ἀρνουμένου δέ,

Τίς σ' ἐτύφλωσεν (ἔφη) τίς ἀφείλετο λαμπάδος αὐγάς;

Βιβλία δὲ αὐτοῦ φέρεται τάδε· προτρεπτικῶν, β΄· περὶ Ζήνωνος δογμάτων διάλογοι, σχολῶν, ς΄· περὶ σοφίας διατριβῶν, ζ΄· ἐρωτικαὶ διατριβαί, ὑπομνήματα περὶ κενοδοξίας, ὑπομνήματα τῶν κατὰ ἀπομνημονευμάτων, γ΄· χρειῶν, ια΄· πρὸς τοὺς ῥήτορας, πρὸς τὰς ἀλεξίνου ἀντιγραφάς, πρὸς τοὺς διαλεκτικούς, γ΄· πρὸς κλεάνθην ἐπιστολῶν, δ΄. Παναίτιος δὲ καὶ Σωσικράτης μόνας αὐτοῦ τὰς ἐπιστολάς φασί· τὰ δὲ ἄλλα, τοῦ περιπατητικοῦ Ἀρίστωνος. τοῦτον λόγος φαλακρὸν ὄντα ἐγκαυθῆναι ὑπὸ ἡλίου, καὶ ὧδε τελευτῆσαι. προσεπαίξαμεν δὲ αὐτῷ τόνδε τὸν τρόπον τῷ ἰάμβῳ τῷ χωλῷ,

Vnde quum vidisset taurum monstruosum matricē habentem, Me miserum (inquit) datum est Arcesilao epicherema aduersus euidentiam. Academico cuidam quicquam se comprehendere neganti, Ergóne (inquit) hunc diuitem iuxta te sedentem non vides? negante illo,

Quid caecutis, ait, oculis quis lumen ademit?

Feruntur eius ista volumina: Exhortationum libri duo, De Zenonis dogmatibus dialogi, De scholis sex, De sapientia exercitationum septem, Amatoriae exercitationes, Commentaria de inani gloria, Commentaria X V commentariorum, tres, De sententiis vndecim, Aduersus oratores, Aduersus Alexinum rescripta, Aduersus dialecticos tres, Ad Cleanthem epistolarum libri quatuor. Panaetius autē & Sosicrates solas epistolas ipsius esse dicunt, caeteras Peripatetici Aristonis. Hunc fama est, quum caluus esset, aestum solis excepisse capite, atque ita vita functum esse. Lusimus autem & ipsum hoc modo Choliambico carmine:

Τί δὴ γέρων ὢν καὶ φαλακρὸς ὁ Ἀρίστων
Τὸ βρέγμα δῶκας ἡλίῳ καταοπτῆσαι;
Τὸ γὰρ τὸ θερμὸν πλεῖον ἢ δέον ζητῶν,
Τὸν ψυχρὸν ὄντως ηὗρες οὐ θέλων ᾅδην.

Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Ἀρίστων ἰλιέτης περιπατητικός· ὁ δέ τις, μουσικὸς ἀθηναῖος· τέταρτος, ποιητὴς τραγῳδίας· πέμπτος, ἁλαιεὺς, τέχνας γεγραφὼς ῥητορικάς· ἕκτος, ἀλεξανδρεὺς περιπατητικός.

Quid iam senex, & exesus senem Aristo
Soli coquendum sinciput dabas caluum?
Atqui calorem quum ultra quàm est satis quaeris,
In frigidum incidisti vel nolens orcum.

Fuit autem & alius Aristo Ilietes Peripateticus: alius item musicus, Atheniensis: quartus, tragicus poeta: quintus, Alaeensis, qui artes oratorias scripsit: sextus, Alexandrinus, Peripateticus.

ΗΡΙΛΛΟΣ.

Ἥριλλος δὲ ὁ καρχηδόνιος τέλος εἶπε τὴν ἐπιστήμην· ὅπερ ἐστὶ ζῆν ἀεὶ πάντα ἀναφέροντα πρὸς τὸ μετ' ἐπιστήμης ζῆν, καὶ μὴ τῇ ἀγνοίᾳ διαβεβλημένον. εἶναι δὲ τὴν ἐπιστήμην ἕξιν ἐν φαντασιῶν προσδέξει ἀνυπόπτωτον ὑπὸ λόγου. ποτὲ δὲ ἔλεγε μηδὲν εἶναι τέλος, ἀλλὰ κατὰ τὰς περιστάσεις καὶ τὰ πράγματα ἀλλάττεσθαι αὐτὸ, ὡς καὶ τὸν αὐτὸν χαλκὸν ἢ ἀλεξάνδρου γινόμενον ἀνδριάντα, ἢ σωκράτους. διαφέρειν δὲ τέλος καὶ ὑποτελίδα. τῆς μὲν γὰρ καὶ τοὺς μὴ σοφοὺς στοχάζεσθαι· τοῦ δὲ, μόνον τὸν σοφόν.

ERILLVS.

Erillus, Carthaginiensis, finem scientiam dixit: quod est semper viuere, cuncta referendo ad viuendum cum scientia, ne ignorantia deiiciamur. Esse autem scientiam habitum ex phantasiarum acceptione, non verbis explicabilẽ. Aliquando dicebat nullum esse finem, sed secundum casus varios & res immutari, vt ex iidem aes & Alexandri fiat statua & Socratis. Differre autem finem & eam quam dicit fini subiectam. Hanc enim & eos qui sapientes non sunt conspicari: illum neminem, nisi solum sapientem.

τὰ δὲ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας, ἀδιάφορα εἶναι. ἔστι δὲ τὰ βιβλία αὐτοῦ ὀλιγόστιχα μὲν, δυνάμεως δὲ μεστὰ, καὶ περιέχοντα ἀντιῤῥήσεις πρὸς Ζήνωνα. λέγεται δὲ ὅτι παιδὸς ὄντος αὐτοῦ ἠράσθησαν ἱκανοὶ, οὓς ἀποτρέψαι βουλόμενος ὁ Ζήνων ἠνάγκασε ξυρᾶσθαι Ἥριλλον· οἱ δὲ, ἀπετράποντο.

Τὰ δὲ βιβλία ἐστὶ τάδε, περὶ ἀσκήσεως, περὶ παθῶν, περὶ ὑπολήψεως, νομοθέτης, μαιευτικὸς, ἀντιφέρων, διδάσκαλος, διασκευάζων, εὐθύνων, ἑρμῆς, μήδεια, διάλογοι θέσεων ἠθικῶν.

Διονύσιος δὲ ὁ μεταθέμενος τέλος εἶπε τὴν ἡδονὴν, διὰ περίστασιν ὀφθαλμίας. ἀλγήσας γὰρ ἐπιπόνως, ὤκνησεν εἰπεῖν τὸν πόνον ἀδιάφορον. ἦν δὲ παῖς μὲν θεοφάντου, πόλεως δὲ ἡρακλείας. ἤκουσε δὲ (καθά φησι διοκλῆς) πρῶτον μὲν ἡρακλείδου τοῦ πολίτου, ἔπειτα ἀλεξίνου καὶ μενεδήμου. τελευταῖον δὲ ζήνωνος. καὶ κατ᾽ ἀρχὰς μὲν φιλογράμματος ὢν, παντοδαποῖς ἐπεχείρει ποιήμασιν·

Quæ autem inter virtutem & vitium sint, indifferentia esse. Sunt eius libri breues quidem, sed succi ac sensus pleni, continéntque contradictiones aduersus Zenonem. Fertur enim puerũ complures adamasse, quos Zeno quum vellet auertere, tondere coegit Erillum, illósque ab eo auertit.

Sunt autem eius libri De exercitatione, De perturbationibus, De opinatione, Legumlator, Obstetricius, Antipheron, Præceptor, Parans, Dirigẽs, Mercurius, Medea, Dialogi quæstionum moralium.

Dionysius verò qui Metathemenus appellatus est, finem dixit voluptatem. Nam quum in oculorum dolorem incidisset, eo cruciatus acriter, dolorem dicere noluit indifferentem. Erat autem Theophanto patre natus, & ciuitate Heraclia, atque (vt ait Diocles) primò quidem audiuit Heraclidem ciuem suũ, deinde Alexinum ac Menedemum, postremò Zenonem. Principiò quidem studiosus admodum omnigenis se poematis addixerat.

Aratum

ἐπολὺ δὲ καὶ Ἄρατον ἀπεδέχετο, ζηλῶν αὐτόν. ἀποστὰς δὲ τοῦ Ζήνωνος, πρὸς τοὺς Κυρηναϊκοὺς ἀπετράπη, καὶ εἴς τε τὰ χαμαιτυπεῖα εἰσῄει, καὶ τἄλλα ἀπαρακαλύπτως ἡδυπάθει. βιοὺς δὲ πρὸς τὰ ὀγδοήκοντα, ἀσιτίᾳ κατέστρεψε.

Βιβλία δὲ αὐτοῦ φέρεται τάδε, περὶ ἀπαθείας β', περὶ ἀσκήσεως β', περὶ ἡδονῆς δ', περὶ πλούτου, καὶ χάριτος, καὶ τιμωρίας, περὶ ἀνθρώπων χρήσεως, περὶ εὐτυχίας, περὶ ἀρχαίων βασιλέων, περὶ τῶν ἐπαινουμένων, περὶ βαρβαρικῶν ἐθῶν.

Καὶ οὗτοι μὲν οἱ διενεχθέντες. διεδέξατο δὲ τὸν Ζήνωνα Κλεάνθης, περὶ οὗ λεκτέον.

Aratum tamen charius amplectebatur, quem & imitari satagebat. Demũ quum discessisset à Zenone, sese ad Cyrenaicos contulit, ac palàm lustra ingrediebatur, cæteráque sub omnium gerebat oculis quæ ad voluptatem pertinerent. Quúmque ad octogesimum vitæ annum peruenisset, inedia consumptus interiit.

Circumferuntur autem eius libri, De sedatione perturbationum duo, De exercitatione duo, De voluptate quatuor, De diuitiis & gratia & cruciatu, De hominum vsu, De felicitate De antiquis regibus, De his quæ laudantur, De barbaricis consuetudinibus.

Et isti quidem qui à Stoicis decretis deuiauerunt. Successit autem Zenoni Cleanthes, de quo dicendum nunc est.

ΚΛΕΑΝΘΗΣ.

Κλεάνθης Φανίου, Ἄσσιος. οὗτος πρῶτον ἦν πύκτης, ὥς φησιν Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς· ἀφικόμενος δὲ εἰς Ἀθήνας, τέσσαρας ἔχων δραχμάς (καθά φασί τινες) καὶ Ζήνωνι παραβαλὼν, ἐφιλοσόφησε γενναιότατα, καὶ ἐπὶ τῶν

CLEANTHES.

Cleanthes Phanij filius, Assius (vt Antisthenes ait in Successionibus) primùm quidem pugil fuit: profectus autem Athenas, drachmis quatuor instructus (vt quidã aiunt) cõgressúsque Zenoni, studiosissimè philosophatus est, suaqꝫ

αὐτῷ ἔμεινε δογμάτων. διεβοήθη δὲ ἐπὶ φιλοπονίᾳ, ὥς γε πένης ὢν ἄγαν ὥρμησε μισθοφορεῖν· καὶ νύκτωρ μὲν ἐν τοῖς κήποις ἤντλει, μεθ' ἡμέραν δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἐγυμνάζετο· ὅθεν καὶ φρεάντλης ἐκλήθη. φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ εἰς δικαστήριον ἀχθῆναι, λόγους δώσοντα πόθεν εἰς τοσοῦτον εὐέκτης ὢν διαζῇ· ἔπειτα ἀποφυγεῖν, τόν τε κηπουρὸν μάρτυρα παρασχόντα παρ' ὃν ἤντλει, καὶ τὴν ἀλφιτόπωλιν παρ' ᾗ τὰ ἄλφιτα ἔπεττεν. ἀποδεξαμένους δὲ αὐτὸν τοὺς ἀρεοπαγίτας, ψηφίσασθαι δέκα μνᾶς δοθῆναι· ζήνωνα δὲ κωλῦσαι λαβεῖν. φασὶ δὲ καὶ ἀντίγονον αὐτῷ τρισχιλίας δοῦναι. ἡγούμενόν τε τῶν ἐφήβων ἐπί τινα θέαν, ὑπ' ἀνέμου παραγυμνωθῆναι, καὶ ὀφθῆναι ἀχίτωνα· ἐφ' ᾧ κρότῳ τιμηθῆναι ὑπὸ ἀθηναίων, καθά φησι δημήτριος ὁ μάγνης ἐν τοῖς ὁμωνύμοις. ἐθαυμάσθη οὖν δὴ καὶ διὰ τόδε. φασὶ δὲ καὶ ἀντίγονον αὐτοῦ πυθέσθαι ὄντα ἀκροατὴν διὰ τί ἀντλεῖ· τὸν δ' εἰπεῖν, ἀντλῶ γὰρ μόνον; τί δ' οὐχὶ σκάπτω; τί δ' οὐκ ἄρδω,

eiusdem decretis perstitit. Memoriæ proditum est ipsum laboriosissimum fuisse: adeo vt inopia cogente mercenariam faceret, ac noctu quidem in hortis hauriret aquas, interdiu autem operam studiis liberalibus daret: vnde & φρεάντλης, hoc est, Exhauriens puteos, appellaretur. Aiunt illum quum pertractus esset ad iudicium, redditurus rationem quod adeo robustus ac tam boni habitus viueret, hortulano, apud quem id muneris implebat, ac muliere apud quam farinas pinsebat, testibus victus sui, absolutum esse: Areopagitásque admiratos, decem illi minas dari censuisse: Zenonem autẽ accipere illũ vetuisse. Aiunt autem & Antigonum ter mille dedisse. Item quum ad spectaculum quoddam puberes duceret, venti flatu enudatum esse, ac sine tunica apparuisse. Qua ex re plausu exceptum, atque ab Atheniensibus fuisse veste donatum, vt ait Demetrius Magnesius in Æquiuocis. Admirationi igitur ob eam quoque rem habitus est. Aiunt Antigonum, auditorem illius, quum rogaret quamobrem haurirer, audisse, Num solum haurio? nunquid non fodio & rigo

καὶ πάντα ποιῶ φιλοσοφίας ἕνεκα; καὶ γὰρ ὁ Ζήνων αὐτὸν συνεγύμναζεν εἰς τοῦτο, καὶ ἐκέλευεν ὀβολὸν φέρειν ἀποφορᾶς. καί ποτε ἀθροισθὲν τὸ κέρμα ἐκόμισεν εἰς μέσον τῶν γνωρίμων, καί φησι, Κλεάνθης μὲν καὶ ἄλλον Κλεάνθην δύναιτ᾽ ἂν τρέφειν, εἰ βούλοιτο· οἱ δ᾽ ἔχοντες ὅθεν τραφήσονται, παρ᾽ ἑτέρων ἐπιζητοῦσι τὰ ἐπιτήδεια, καίπερ ἀνειμένως φιλοσοφοῦντες. ὅθεν δὴ καὶ δεύτερος Ἡρακλῆς ὁ Κλεάνθης ἐκαλεῖτο. ἦν δὲ πονικὸς μὲν, ἀφυσικὸς δὲ, καὶ βραδὺς ὑπερβαλλόντως. διὸ καὶ Τίμων περὶ αὐτοῦ φησιν οὕτως,

Τίς δ᾽ οὗτος κτίλος ὣς ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν,
Μωλύτης, ἐπέων φίλος,
Ἄσσιος, ὅλμος, ἄτολμος;

Καὶ σκωπτόμενος δὲ ὑπὸ τῶν συμμαθητῶν ἠνείχετο, καὶ ὄνος ἀκούων προσεδέχετο· λέγων αὐτὸς μόνος δύνασθαι βαστάζειν τὸ Ζήνωνος φορτίον. καί ποτε ὀνειδιζόμενος ὡς δειλὸς, διὰ τοῦτο, εἶπεν, ὀλίγα ἁμαρτάνω. προκρίνων δὲ τὸν ἑαυτοῦ βίον τοῦ τῶν πλουσίων ἔλεγεν, ἐν ᾧ σφαιρίζουσιν ἐκεῖνοι,

& omnia facio philosophię causa? Zeno enim illum ad id exercebat, iubebátque obolum sibi ex labore afferre. Coactam aliquando stipem in medium familiariũ intulit, dicens, Cleanthes quidem Cleanthem alium posset nutrire, si vellet. Qui verò vnde nutriantur affatim habent, ab aliis quærunt quæ sunt ad vsum vitæ necessaria, & quidem remissius philosophantes. Ea igitur ex causa alter Hercules Cleãthes dicebatur. Erat illi quidem eximiũ studium, cæterum ingeniũ obtusum atque tardissimũ. Eam tamen tarditatem ingenij labore, studio, ac diligentia vincebat. Vnde & de ipso sic Timon ait,

Assius iste aries, quisnam est, qui circuit omnem
Turbam, verbosúsque senex, pistillus, hebésque?

Quumque à discipulis dicteriis incesseretur, tolerãbat: & quũ audiret, Asinus, non abnuebat, dicens solum se ferre posse Zenonis sarcinam. Quum aliquando probro illi daretur quòd esset timidus, At ideo (inquit) parũ pecco. Suã verò inopiã diuitũ opib. preferẽs, dicebat, Dũ illi pila ludunt,

τὴν σκληρὰν καὶ ἄκαρπον γῆν γάζεσθαι, σκάπτων. πολλάκις καὶ ἑαυτῷ ἐπέπληττεν· ὧν ἀκούσας Ἀρίστων, τίνι, ἔφη, ἐπιπλήττεις; καὶ ὃς, γελάσας, πρεσβύτῃ, φησί, πολιὰς μὲν ἔχοντι, νοῦν δὲ μή. εἰπόντος δέ τινος Ἀρκεσίλαον μὴ ποιεῖν τὰ δέοντα, παῦσαι, ἔφη, καὶ μὴ ψέγε. εἰ γὰρ καὶ λόγῳ τὸ καθῆκον ἀναιρεῖ, τοῖς γοῦν ἔργοις αὐτὸ τίθησι. καὶ ὁ Ἀρκεσίλαος, οὐ κολακεύομαι, φησί. πρὸς ὃν ὁ Κλεάνθης, ναί, ἔφη, σὲ κολακεύω, φάμενος ἄλλα μὲν λέγειν, ἕτερα δὲ ποιεῖν. ἐρομένου τινὸς τί ὑποτίθεσθαι δεῖ τῷ υἱῷ, τὸ τῆς Ἠλέκτρας, ἔφη,

Σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος.

Λάκωνος τινὸς εἰπόντος ὅτι ὁ πόνος ἀγαθὸν, διαχυθεὶς φησὶν,

Αἵματος εἰς ἀγαθοῖο φίλον τέκος.

φησὶ δὲ ὁ Ἑκάτων ἐν ταῖς χρείαις, εὐμόρφου μειρακίου εἰπόντος, εἰ ὁ εἰς τὴν γαστέρα τύπτων γαστρίζει, καὶ ὁ εἰς τοὺς μηροὺς τύπτων, μηρίζει, ἔφη, σὺ μὲν τοὺς διαμηρισμοὺς ἔχε, μειράκιον· αἱ δ' ἀνάλογοι φωναὶ τὰ ἀνάλογα οὐ πάντως σημαίνουσι πράγματα.

ego duram ac infrugiferam humum exerceo. Sæpe quũ foderet, seipsum increpabat. Quem audiens Aristo, Quem (inquit) obiurgas? Et ille ridens, Senem, inquit, canum quidem, sed excordem & amentem.

Quum diceret quidam Arcesilaum vitæ officia negligere, Quiesce, inquit, neque vituperes. ille enim etsi verbis officium tollit, operibus tamen commendat. Ad quem Arcesilaus, Non, inquit, adulationes admitto: & Cleanthes, At equidem (ait) adulor, qui dixi alia te facere, alia dicere. Rogante quodam quidnam filio crebrò ingerere deberet, illud ait Electræ,

Tace, tace, tenue vestigium.

Lacone quodam dicẽte, laborẽ esse bonũ, gestiens ait,

Sanguine mi fili es generoso.

Dicit autem Hecato in Sẽtentiis, quum ad eum formosus quidam adolescens dixisset, Si pulsans ventrem ventrizat, num & pulsans coxas, coxizet, dixisse, Habe, tu adolescens, coccizationes; voces res proportionales omnino nõ significãt.

μειρακίῳ ποτὲ διαλεγόμενος,
ἐπύθετο εἰ αἰσθάνεται· τοῦ δ'
ἐπινεύσαντος, διὰ τί οὖν, εἶ-
πεν, ἐγὼ οὐκ αἰσθάνομαι ὅτι
αἰσθάνῃ; Σωσιθέου τοῦ ποιη-
τοῦ ἐν θεάτρῳ εἰπόντος πρὸς
αὐτὸν παρόντα,

Οὓς ἡ Κλεάνθους μωρία βοη-
λατεῖ,

ἔμεινεν ἐπὶ ταὐτοῦ σχήματος.
ἐφ' ᾧ ἀγασθέντες οἱ ἀκροα-
ταὶ, τὸν μὲν ἐκρότησαν, τὸν δὲ
Σωσίθεον ἐξέβαλον. μεταγι-
νώσκοντα δὲ αὐτὸν ἐπὶ τῇ
λοιδορίᾳ προσήκατο, εἰπὼν
ἄτοπον εἶναι, τὸν μὲν Διόνυσον
καὶ τὸν Ἡρακλέα φλυαρου-
μένους ὑπὸ τῶν ποιητῶν μὴ
ὀργίζεσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπὶ τῇ
τυχούσῃ βλασφημίᾳ δυσχε-
ραίνειν. ἔλεγε δὲ καὶ τοὺς ἐκ τοῦ
περιπάτου ὅμοιόν τι πάσχειν
ταῖς λύραις, αἳ καλῶς φθεγ-
ξάμεναι αὑτῶν οὐκ ἀκούουσι. λέ-
γεται δὲ, φάσκοντος αὐτοῦ, κατὰ
Ζήνωνα, καταληπτὸν εἶναι τὸ ἦ-
θος ἐξ εἴδους, νεανίσκους τινὰς
εὐτραπέλους ἀγαγεῖν πρὸς
αὐτὸν κίναιδον ἐσκληραγωγη-
μένον ἐν ἀγρῷ, καὶ ἀξιοῦν ἀπο-
φαίνεσθαι περὶ τοῦ ἤθους· τὸν δὲ,
διαπορούμενον, κελεῦσαι ἀπιέ-
ναι τὸν ἄνθρωπον. ὡς δ' ἀπιὼν ἐκεῖνος ἔπταρεν, ἔχω, εἶπεν, αὐτὸν

Adolescenti cuidam disserens, an sentiret rogauit: annuente illo, Cur (inquit) ego te sentire non sentio? Sositheo poeta in theatro coram se dicente,

Quos Cleanthis insania agitat,

eodem vultu & habitu perstitit. Qua ex re permoti auditores huic applaudentes, Sositheum abiecerunt. Agente illo pœnitentiam, quòd illum hoc maledicto incessisset, respondit dicens, indecens esse Liberum patrem atque Herculem à poetis illudi, nec irasci: se autem leui maledicto indignari. Dicebat Peripateticis idem accidere quod lyris, quę quũ bene sonent, seipsas tamen non audiunt. Fertur quum diceret secundum Zenonem ex specie comprehendi posse mores, adulescentes quosdam scurras adduxisse ad illum libidinosum rusticum, callis duratũ, & illum, vt de more eius sententiam ferret rogasse: illum, quũ aliquandiu hæsisset, iussisse abire hominem. Vt verò abibat, cœpit sternutare: ad hæc, Habeo illum (inquit)

ὁ κλεάνθης· μαλακός ἐστι. πρὸς δὲ τὸν μονήρη καὶ ἑαυτῷ λαλοῦντα, οὐ φαύλῳ, ἔφη, ἀνθρώπῳ λαλεῖς. ὀνειδίσαντος αὐτῷ τινὸς εἰς τὸ γῆρας, κἀγὼ, ἔφη, ἀπιέναι βούλομαι· ὅταν δὲ πανταχόθεν ἐμαυτὸν ὑγιαίνοντα περινοῶ, καὶ γράφοντα, καὶ ἀναγινώσκοντα, πάλιν μένω. τοῦτόν φασιν εἰς ὄστρακα βοῶν ὠμοπλάτας γράφειν ἅπερ ἤκουεν ἀπὸ αὐτοῦ ζήνωνος, ἀπορίᾳ κερμάτων ὥστε ὠνήσασθαι χαρτία. τοιοῦτος δὲ ὤν, ἴσχυσε, πολλῶν καὶ ἄλλων ὄντων ἀξιολόγων ζήνωνος μαθητῶν, αὐτὸς διαδέξασθαι τὴν σχολήν.

Βιβλία δὲ κάλλιστα καταλέλοιπεν, ἅ ἐστι τάδε, περὶ χρόνου, περὶ τῆς τοῦ ζήνωνος φυσιολογίας, δύο τῶν ἡρακλείτου ἐξηγήσεις, τέσσαρα περὶ αἰσθήσεως, περὶ τέχνης, πρὸς δημόκριτον, πρὸς ἀρίσταρχον, πρὸς ἥριλλον, περὶ ὁρμῆς δύο, ἀρχαιολογία, περὶ θεῶν, περὶ γιγάντων, περὶ ὑμεναίου, περὶ τοῦ ποιητοῦ, περὶ τοῦ καθήκοντος, γ· περὶ εὐβουλίας, περὶ χάριτος, προτρεπτικὸς, περὶ ἀρετῶν, περὶ εὐφυΐας, περὶ γοργίππου, περὶ φθονερίας, περὶ ἔρωτος,

Cleanthes, mollis est. Cuidam soli secum loquenti, Homini, inquit, loqueris non malo. Exprobrâte quodam senectutem, Et ego, inquit, abire volo: quum verò me sanum omni ex parte considero, scribêtémque ac legentem, rursus maneo. Aiunt illum quæ à Zenone audierat testę boúmque ossibus inscribere solitum, quum pecuniis careret quibus chartas emere posset. Hoc vitæ instituto clarus obtinuit, vnus ex multis, vt Zenoni succederet. & quidem quum plures essent illius memorabiles discipuli Zenonis.

Reliquit autem pulcherrimos libros, qui sunt ferè De tempore, De physiologia Zenonis duo. Heracliti Expositionũ libri quatuor, De sensu, De arte, Aduersus Democritum, Aduersus Aristarchum, Aduersus Erillum, De appetitione duo, Antiquitatũ, De diis, De gigantibus, De Hymeneo, De poeta, De officio tres, De consilio, De gratia, Exhortatorius, De virtutibus, Ars amatoria, De honore, De gloria, De ingenio, De Gorgippo, De inuidentia, De amore,

περὶ ἐλευθερίας, ἐρωτικὴ τέχνη, περὶ τιμῆς, περὶ δόξης, πολιτικὸς, περὶ βουλῆς, περὶ νόμων, περὶ τοῦ δικάζειν, περὶ ἀγωγῆς, περὶ τοῦ λόγου, γ΄· περὶ τέλους, περὶ καλῶν, περὶ πράξεων, περὶ ἐπιστήμης, περὶ βασιλείας, περὶ φιλίας, περὶ συμποσίου, περὶ τοῦ ὅτι ἡ αὐτὴ ἀρετὴ καὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, περὶ τοῦ τὸν σοφὸν σοφιστεύειν, περὶ χρειῶν, διατριβῶν, β΄· περὶ ἡδονῆς, περὶ ἰδίων, περὶ τῶν ἀπόρων, περὶ διαλεκτικῆς, περὶ τρόπων, περὶ κατηγορημάτων. ταῦτα αὐτῷ τὰ βιβλία.

Καὶ τελευτᾷ τόνδε τὸν τρόπον. διῴδησεν αὐτῷ τὸ οὖλον· ἀπαγορευσάντων δὲ τῶν ἰατρῶν, δύο ἡμέρας ἀπέσχετο τροφῆς. καὶ πῶς ἔσχε καλῶς, ὥστε τοὺς ἰατροὺς αὐτῷ πάντα τὰ συνήθη συγχωρεῖν· τὸν δὲ, μὴ ἀνασχέσθαι, ἀλλ᾽ εἰπόντα ἤδη αὐτῷ προωδοιπορῆσθαι, καὶ τὰς λοιπὰς ἀποσχόμενον, τελευτῆσαι ταὐτὰ Ζήνωνι (καθά φασί τινες) ἔτη βιώσαντα, καὶ ἀκούσαντα Ζήνωνος ἔτη ἐννεακαίδεκα. ἐπαίξαμεν δὲ καὶ ἡμεῖς πρὸς αὐτὸν οὕτως,

De libertate, Politicus, De consilio, de legibus, De iudicando, De instituto, De oratione tres, De fine, De honestis, De actis, De scientia, De regno, De amicitia, De symposiis, Quòd eadem sit virtus viri & fœminæ, Quòd sapiētis philosophari, De sententiis duo, De voluptate, De propriis, De ambiguis, De dialectica, De modis, De prędicamentis. Hæc ab illo scripta sunt.

Moritur autem hoc modo: Tumuit illi ac putruit gingiua: medicis autem interdicentibus, biduum totum cibo abstinuit, atque in tantum conualuit, vt medici illi omnes consueta permitterent. Ea illum licentia minimè vsum fuisse, sed & contrà sine cibo perstitisse, dicentem, iter iam sibi confectum esse, atque ita inedia consumptum exhalasse animam: quum (vt quidam volunt) Zenonis equasset annos, audissétque illum & nos XIX. Lusimus & nos in eum hoc modo,

Αἰνῶ κλεάνθην, ἀλλὰ μᾶλλον ἀΐδην.
Ἰδὼν γὰρ αὐτὸν πρέσβυν, οὐκ ἠνέσχετο
Μὴ οὐ τὸ λοιπὸν ἄνεσιν ἐν φθιτοῖς ἔχειν,
Τοσοῦτον ἀντλήσαντα τοῦ βίου χρόνον.

ΣΦΑΙ͂ΡΟΣ.

ΤΟΥ΄ΤΟΥ (καθάπερ προειρήκαμεν) ἤκουσε μετὰ ζήνωνα καὶ σφαῖρος ὁ βοσποριανός· ὃς προκοπὴν ἱκανὴν περιποιησάμενος ἐν λόγῳ, εἰς ἀλεξάνδρειαν ἀπῆρε πρὸς πτολεμαῖον τὸν φιλοπάτορα. λόγου δέ ποτε γενομένου περὶ τοῦ δοξάσειν τὸν σοφὸν, καὶ τοῦ σφαίρου εἰπόντος ὡς οὐ δοξάσει, βουλόμενος ὁ βασιλεὺς ἐλέγξαι αὐτὸν, κηρίνας ῥόας ἐκέλευσε παρατεθῆναι, τοῦ δὲ σφαίρου ἀπατηθέντος, ἀνεβόησεν ὁ βασιλεὺς ψευδεῖ συγκατατεθεῖσθαι αὐτὸν φαντασίᾳ. πρὸς ὃν ὁ σφαῖρος εὐστόχως ἀπεκρίνατο, εἰπὼν, οὕτως συγκατατεθεῖσθαι, οὐχ ὅτι ῥόαι εἰσίν, ἀλλ' ὅτι εὔλογον ἐστι ῥόας αὐτὰς εἶναι. διαφέρειν δὲ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν τοῦ εὐλόγου. πρὸς δὲ μνησίστρατον, κατηγοροῦντα αὐτοῦ ὅτι πτολεμαῖον οὔ φησι βασιλέα εἶναι,

Miror Cleanthem, laudo sed Ditem magis:
Nam vt vidit illum tam senem, vltra non tulit,
Tandem quietem quum vel mortuo daret.
Qui tantum aquarum exhauserat dum viueret.

SPHÆRVS.

HVnc (vt prædiximus) post Zenonem audiuit & Sphærus Bosphoranus, qui quum in liberalibus studiis profecisset, Alexandriam ad Ptolemæum Philopatora se contulit. Orto autem sermone aliquando de opinatione sapientis, Sphæróque illum negante opinari, volens illum rex arguere, mala Punica cerea iussit apponi. Sphæro autem decepto, exclamauit rex, fallaci illum dicens consensisse phantasiæ. Ad quem Sphærus prompte ac parate sic respődens, ait, cősensisse non esse ea mala Punica, sed probabile esse mala Punica esse. differre autem comprehensibilem phantasiam à probabili. Mnesistrato ipsum accusanti quòd Ptolemæű nő dixit regem esse,

τῷ ἔφη τοιοῦτον δ' ὄντα τὸν Πτολεμαῖον, καὶ βασιλέα εἶναι.

Βιβλία δὲ γέγραφε τάδε, περὶ κόσμου, β'. περὶ στοιχείων σπέρματος, περὶ τύχης, περὶ ἐλαχίστων, πρὸς τὰς ἀτόμους καὶ τὰ εἴδωλα, περὶ αἰσθητηρίων, περὶ ἡρακλείτου ε' διατριβῶν, περὶ τῆς ἠθικῆς διατάξεως, περὶ καθήκοντος, περὶ ὁρμῆς, περὶ παθῶν, β'. περὶ βασιλείας, περὶ λακωνικῆς πολιτείας, περὶ λυκούργου καὶ σωκράτους, γ'. περὶ νόμου, περὶ μαντικῆς, διαλόγους ἐρωτικούς, περὶ τῶν ἐρετριακῶν φιλοσόφων, περὶ ὁμοίων, περὶ ὅρων, περὶ ἕξεως, περὶ τῶν ἀντιλεγομένων τρεῖς, περὶ λόγου, περὶ πλούτου, περὶ δόξης, περὶ θανάτου, τέχνης διαλεκτικῆς, β'. περὶ κατηγορημάτων, περὶ ἀμφιβολιῶν, ἐπιστολάς.

At (inquit) eiusmodi quum sit, regem quoque esse Ptolemæum dico.

Scripsit autem ista volumina, De mundo duo, De elementis seminis, De fortuna, De minimis, Aduersus atomos & simulacra, De sensibus, De Heracliti quinque diatribis, De morali instituto, De officio, De appetitione, De perturbationibus duo, De regno, De rep. Laconica, De Lycurgo & Socrate tres, De lege, De diuinatione, Dialogos amatorios, De Eretriacis philosophis, De similibus, De diffinitionibus, De habitu, De his quibus contradicitur, tres, De oratione, De diuitiis, De gloria, De morte, Artis dialecticæ duo, De prædicamentis, De amphiboliis, Epistolas.

ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ.

Χρύσιππος Ἀπολλωνίου, Σολεὺς ἢ Ταρσεύς, (ὡς Ἀλέξανδρος ἐν διαδοχαῖς) μαθητὴς κλεάνθους. οὗτος πρότερον μὲν δόλιχον ἤσκει, ἔπειτα ἀκούσας ζήνωνος,

CHRYSIPPVS.

CHrysippus Apollonii filius Solensis seu Tarsensis (vt Alexander in Successionibus ait) discipulus Cleanthis fuit. Hic primum lancea exercebatur, postea verò Zenonis

ἢ Κλεάνθους, (ὡς Διοκλῆς, καὶ οἱ πλείους) ἔτι τε ζῶντος ἀπέστη αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὁ τυχὼν ἐγένετο κατὰ φιλοσοφίαν· ἀνὴρ εὐφυὴς καὶ ὀξύτατος ἐν παντὶ μέρει, οὕτως ὥστε καὶ ἐν τοῖς πλείστοις διενεχθῆναι πρὸς Ζήνωνα, ἀλλὰ καὶ πρὸς Κλεάνθην, ᾧ καὶ πολλάκις ἔλεγε μόνης τῆς τῶν δογμάτων διδασκαλίας χρῄζειν, τὰς δὲ ἀποδείξεις αὐτὸν εὑρήσειν. μετενόει μέντοι ὁπότε πρὸς αὐτὸν ἀποτείνοιτο· ὥστε συνεχὲς προφέρεσθαι ταῦτα,

Ἐγὼ δὲ τἄλλα μακάριος πέφυκ᾽ ἀνὴρ
Πλὴν εἰς Κλεάνθην· τοῦτο δ᾽ οὐκ εὐδαιμονῶ.

οὕτω δ᾽ ἐπίδοξος ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ἐγένετο, ὥστε δοκεῖν τοὺς πλείους, ὅτι εἰ παρὰ θεοῖς ἦν ἡ διαλεκτική, οὐκ ἂν ἄλλη ἦν ἢ ἡ Χρυσίππειος. πλεονάσας δὲ τοῖς πράγμασι, τὴν λέξιν οὐ κατώρθωσε. πονικώτατός τε παρ᾽ ὀντινοῦν γέγονεν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ, ἃ τὸν ἀριθμὸν ὑπὲρ πέντε καὶ ἑπτακόσιά ἐστιν. ἐπλήθυνε δὲ αὐτὰ πολλάκις ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ δόγματος ἐπιχειρῶν,

siue Cleanthis (vt Diocles & plurimi tradunt) auditor fuit: à quo adhuc viuente recessit. Nec in philosophia mediocris fuit, vir ingeniosus ac acutissimus in omni genere orationis, adeo vt in plerisque dissentiret à Zenone atque à Cleanthe ipso, cui sæpenumero dicebat, solius se dogmatum doctrinæ indigere. Nam probationes se reperturum. Quoties verò aduersus illum differendo egisset, pœnitentia tanta ducebatur, vt crebrò diceret, *Equidem alias vir sum fortunatus, præterquam in Cleanthem: in hoc felix non sum.* Adeo autem in dialectica insignis fuit, tantæque apud omnes æstimationis, vt plerique dicerent; si apud deos vsus esset dialecticæ, non futuram aliam quàm Chrysippeam. Cæterùm quum esset rerum fœcundissimus, non vsque adeo dictione clarus fuit: laborisque patientissimus vltra omnes fuit: quod ex eius voluminibus constat, quæ sunt numero septingentaquinque. Ea verò tam multa conscripsit, vt de eadem re sæpè scribere aggrederetur,

καὶ πᾶν τὸ ὑποπεσὸν γράφων καὶ διορθούμενος πλεονάκις πλείστῃ τε τῇ τῶν μαρτυριῶν παραθέσει χρώμενος. ὥστε καὶ ἐπειδή ποτε ἔν τινι τῶν συγγραμμάτων παρ' ὀλίγον τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν ὅλην παρετίθετο, καί τις μετὰ χεῖρας εἶχε τὸ βιβλίον, πρὸς τὸν πυθόμενον τί ἄρα ἔχοι, ἔφη, Χρυσίππου Μήδειαν. καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν δογμάτων, βουλόμενος παριστάνειν ὅτι τὰ Ἐπικούρου οἰκείᾳ δυνάμει γεγραμμένα, καὶ ἀπαράθετα ὄντα, μυρίῳ πλείω ἐστὶ τῶν Χρυσίππου βιβλίων, φησὶν οὕτως αὐτῇ τῇ λέξει, εἰ γάρ τις ἀφέλοι τῶν Χρυσίππου βιβλίων ὅσ' ἀλλότρια παρατέθειται, κενὸς αὐτῷ ὁ χάρτης καταλελείψεται. καὶ ταῦτα μὲν Ἀπολλόδωρος. ἡ δὲ παρεδρεύουσα πρεσβῦτις αὐτῷ (ὥς φησι Διοκλῆς) ἔλεγεν ὡς πεντακοσίους γράφει στίχους ἡμερησίους. Ἑκάτων δέ φησιν ἐλθεῖν αὐτὸν ἐπὶ φιλοσοφίαν, τῆς οὐσίας αὐτοῦ τῆς πατρῴας εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληφθείσης.

omnéque quod incideret mandaret literis, ac sæpè emendaret, magnáque testimoniorum nube vteretur. Adeo verò id in consuetudine habuit, vt quum in quibusdam opusculis EVripidis Medeam totam inseruisset, & quidam habens librum in manibus interrogaretur, quidnam inesset, Chrysippi (inquit) Medea est. Apollodorus quoque Atheniensis in Collectione dogmatum, quum vellet asserere quæ Epicurus viribus suis fretus conscripsisset absque cuiuspiam adminiculo, esse incomparabiliter plura quàm Chrysippi opera, sic ad verbum dixit, Nam si quis tollat de Chrysippi libris quæ aliena sunt, vacua illi charta relinquetur. Ita Apollodorus. Cęterùm anus quædam quæ illi assidebat (autore Diocle) dicebat quingentos illum versus quotidiè scribere solitum. Hecato autem venisse eum ad philosophiam dixit, quum illius patrimonium in regium vsum insumptum esset.

Ἦν δὲ καὶ τὸ σωμάτιον εὐτελής· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ ἀνδριάντος τοῦ ἐν κεραμεικῷ, ὃς σχεδόν τι ὑποκέκρυπται τῷ πλησίον ἱππεῖ. ὅθεν αὐτὸν ὁ καρνεάδης κρύψιππον ἔλεγε. οὗτος ὀνειδισθεὶς ὑπό τινος ὅτι οὐχὶ παρὰ ἀρίστωνι μετὰ πολλῶν σχολάζει, εἰ τοῖς πολλοῖς, εἶπε, προσεῖχον, οὐκ ἂν ἐφιλοσόφησα. πρὸς δὲ τὸν κατεξανιστάμενον κλεάνθους διαλεκτικὸν, καὶ προτείνοντα αὐτῷ σοφίσματα, πέπαυσο, εἶπε, παρέλκων τὸν πρεσβύτερον ἀπὸ τῶν πραγματικωτέρων, ἡμῖν δὲ τοῖς νέοις ταῦτα προτίθει. πάλιν δὲ, ἐπεί τις ζητῶν κατὰ μόνας αὐτῷ διελέγετο εὐσταθῶς, ἐπεὶ δὲ θεωρῶν προσιόντα ὄχλον ἤρχετο φιλονεικεῖν, ἔφη,

Οἴμοι κασίγνητ' ὄμμα σὸν
ταράσσεται.
Ταχὺς δὲ μετέθου λύσσαν ἀρτίως φρονῶν.

ἐν μέντοι ταῖς οἰνώσεσιν ἡσύχαζε παραφερόμενος τοῖς σκέλεσιν· ὥστ' εἰπεῖν τὴν δούλην, χρυσίππου μόνα τὰ σκέλη μεθύει. οὕτω δ' ἦν φρονηματίας, ὥστ' ἐρομένου τινὸς

Erat autem imbecillo tenuíque corpusculo, vt ex eius imagine, quæ in Ceramico est, videre licet; quæ fermè a vicino equite occulitur. Quocirca illum Carneades Κρύψιππον vocabat. Et quum probro daretur quòd apud Aristonem cum plurimis non se exerceret, Equidem (inquit) si inter plurimos intenderem, nunquam philosopharer. Ad dialecticam Cleanthi imminentem, eique callidas conclusiunculas tendentem, Desine (inquit) grandem natu à grauibus rebus abducere: nobis autem iunioribus ista propone. Rursus vbi quis quippiam rogaret illum, seorsum modestè illum alloquebatur. Vbi verò conspexit accedentem turbam, contendere cœpit,

Aspectus hei me, frater, turbatur tuus:
At tu furorem pone, rectè vt sentias.

In potationibus autē quiescebat, crura tamen agitans, ita vt ancilla diceret, Chrysippi sola crura ebria esse. Adeo autem alta de se sentiebat, vt quum rogaretur

τίνι συστήσει τὸν υἱόν; εἰπεῖν, ἐμοί· εἰ γὰρ ὑπελάμβανον εἶναί τινα ἐμοῦ βελτίονα, παρ' αὐτῷ ἂν ἐγὼ ἐφιλοσόφουν. ὅθεν φασὶν ἐπ' αὐτοῦ λεχθῆναι,

Οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

καί,

Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν στοά.

τέλος δὲ Ἀρκεσιλάῳ καὶ Λακύδῃ (καθά φησι Σωτίων ἐν τῷ ὀγδόῳ) παραγενόμενος ἐν Ἀκαδημίᾳ συνεφιλοσόφησε. δι' ἣν αἰτίαν, καὶ κατὰ τῆς συνηθείας, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἐπεχείρησε, καὶ περὶ μεγεθῶν καὶ πληθῶν τῇ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν συστάσει χρησάμενος.

Τοῦτον ἐν τῷ ᾠδείῳ σχολάζοντά φησιν Ἕρμιππος ἐπὶ θυσίαν ὑπὸ τῶν μαθητῶν κληθῆναι. ἔνθα προσενεγκάμενον γλυκὺν ἄκρατον, καὶ ἰλιγγιάσαντα, πεμπταῖον ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων, βιώσαντα ἔτη κατὰ τὴν τρίτην καὶ τετταρακοστὴν ὀλυμπιάδα τρία καὶ ἑβδομήκοντα, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς. καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτόν,

quodam cui commendaret filium, dixerit, Mihi: nam si quempiam me excellere putarem, ipse apud eum philosophiæ darem operam. Vnde de ipso dictum aiunt,

Hic solus sapit, ast alij velut umbra feruntur.

Et,

Nisi Chrysippus fuisset, porticus non esset.

Tandem verò Arcesilao & Lacyde (vt Sotion in octauo ait) in Academiam aduenientibus, se ad philosophandum coniunxit. Quam ob causam & contra consuetudinem & pro ipsa disseruit, & de magnitudinibus ac multitudinibus, Academicorum argumentis vtens.

Hunc, quum in cantu exerceretur, Hermippus ait à discipulis ad sacrificium vocatum fuisse, ibique quũ oblatũ dulce merum hausisset, angustiis spiritus fatigari cœpisse, atque ita demũ quinta die defunctum esse, quum septuaginta & tres vixisset annos, Olympiade (vt ait Apollodorus in Chronicis) XLIII. Et in hunc est nostrum epigramma,

Ἰλλιγγίασε βάκχον ἀκπιὼν χανδὸν
Χρύσιππος, οὐδ' ἐφείσατ' οὐδ' τῆς στοᾶς,
Οὐ δ' ἧς πάτρης, οὐ τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἦλθε δῶμ'
Ἐς ἀΐδου.

Vertigo cepit, quum bibisset affatim,
Chrysippum, & haudquaquam, suam vel porticum
Curauit, aut se, aut patriã sed inferos
Rectà subiuit.

ἔνιοι δέ φασι γέλωτι συσχεθέντα αὐτὸν τελευτῆσαι. ὄνου γὰρ τὰ σῦκα αὐτοῦ φαγόντος, εἰπόντα τῇ γραΐδίῳ διδόναι ἄκρατον ἐπιρρόφῆσαι τῷ ὄνῳ, ὑπερκαγχάσαντα τελευτῆσαι.

Sunt qui dicant risu effusum expirasse. Nam quum asinus manducaret ficus, aniculæ dixisse vinum asino sorbendum daret, nimióque risu occupatum, exhalasse animam.

Δοκεῖ δὲ ὑπερόπτης τις γεγονέναι. τοσαῦτα γοῦν συγγράψας, οὐδενὶ τῶν βασιλέων προσπεφώνηκεν. ἠρκεῖτό τε γραϊδίῳ μόνῳ, καθὰ καὶ Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις φησί. Πτολεμαίου τε πρὸς Κλεάνθην ἐπιστείλαντος, ἢ αὐτὸν ἥκειν, ἢ πέμψαι τινά, Σφαῖρος μὲν ἀπῆλθε, Χρύσιππος δὲ περιεῖδε. μεταπεμψάμενος δὲ τοὺς τῆς ἀδελφῆς υἱεῖς, Ἀριστοκρέοντα καὶ Φιλοκράτην, συνεκρότησε. καὶ πρῶτος ἐθάρρησε σχολὴν ἔχειν ὕπαιθρον ἐν Λυκείῳ, καθάπερ ὁ προειρημένος Δημήτριος ἱστορεῖ.

Videtur autem aspernator immodicè fuisse, quòd quum tam multa scripserit, nulli vnquã regi quicquam adscripserit. Sola autem anicula contentus erat, vt etiam Demetrius in Homonymis ait. Denique quum Ptolemæus Cleanthem literis orasset vt vel ipse ad eum pergeret, vel quempiam ex suis mitteret, Sphærus quidẽ profectus est, Chrysippus autem renuit. Accersitis autem sororis filiis, Aristocreonte & Philocrate, coactis discipulis primus ausus est sub diuo scholam in Lyceo habere, vt prædictus Demetrius scripsit.

Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος χρύσιππος κνίδιος ἰατρὸς, παρ' οὗ φησιν ἐρασίστρατος τὰ μάλιστα ὠφελῆσθαι. καὶ ἕτερος, υἱὸς τούτου, ἰατρὸς πτολεμαίου· ὃς διαβληθεὶς περιήχθη, καὶ μαστιγούμενος ἐκολάσθη. ἄλλος, μαθητὴς ἐρασιστράτου. καί τις, γεωργικὰ γεγραφώς.

Ὁ δὴ φιλόσοφος καὶ τοιούτους τινὰς ἠρώτα λόγους, ὁ λέγων τοῖς ἀμυήτοις τὰ μυστήρια, ἀσεβεῖ· ὁ ἱεροφάντης τοῖς ἀμυήτοις λέγει· ἀσεβεῖ ἄρ' ὁ ἱεροφάντης. ἄλλο· ὃ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ πόλει, οὐδ' ἐν τῇ οἰκίᾳ· οὐκ ἔστι δὲ φρέαρ ἐν τῇ πόλει· οὐδ' ἄρα ἐν τῇ οἰκίᾳ. ἄλλο, ἔστι τις κεφαλή· ἐκείνην δὲ οὐκ ἔχεις· οὐκ ἄρα ἔχεις κεφαλήν. ἄλλο, εἴ τις ἔστιν ἐν μεγάροις, οὐκ ἔστιν ἐν ἀθήναις· ἄνθρωπος δ' ἔστιν ἐν μεγάροις, οὐκ ἄρα ἔστιν ἄνθρωπος ἐν ἀθήναις. καὶ πάλιν, εἴ τι λαλεῖς, τοῦτο διὰ τοῦ στόματός σου διέρχεται· ἅμαξαν δὲ λαλεῖς· ἅμαξα ἄρα διὰ τοῦ στόματός σου διέρχεται. καὶ εἴ τι οὐκ ἀπέβαλες, τοῦτ' ἔχεις· κέρατα δὲ οὐκ ἀπέβαλες· κέρατα ἄρα ἔχεις. οἱ δ' Εὐβουλίδου τοῦτό φασιν.

Fuit autẽ & alius Chrysippus Gnidius medicus, à quo Erasistratus testatur multa didicisse. Alterque huius filius Ptolemæi medicus: qui calumniam passus, flagris cæsus, ac supplicio affectus est. Alius item Erasistrati discipulus. Quartus, Georgicorum scriptor.

Porro hic ipse philosophus quibusdam in hunc modum interrogatiunculis vti solebat: Qui mysteria prophanis dicit, impius est: Dicit autem mysteria prophanis hierophanta: est ergo impius hierophanta. Item, Quod est in vrbe, id & in domo est: Non est autem puteus in vrbe: nec in domo igitur. Aliud, Est aliquod caput: Illud verò non habes: non habes igitur caput. Aliud, Qui Megaris est, Athenis non est: Est autem homo Megaris: non igitur est homo Athenis. Aliud, Quod loqueris, id per os tuum transit: Currum autem loqueris: currus ergo per os tuum transit. Rursum, Si quod non amisisti, hoc habes: Cornua autem non amisisti: habes ergo cornua. Alij EVbulidis hoc esse aiunt.

Εἰσὶ δ' οἳ κατατρέχουσι τοῦ Χρυσίππου ὡς πολλὰ αἰσχρῶς καὶ ἀρρήτως ἀναγεγραφότος. ἐν μὲν γὰρ τῷ περὶ τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων συγγράμματι αἰσχρῶς τὰ περὶ τὴν Ἥραν καὶ τὸν Δία ἀναπλάττει, λέγων κατὰ τοὺς ἑξακοσίους στίχους ἃ μηδεὶς ἀτυχηκὼς μολύνειν τὸ στόμα, εἶπεν ἄν. αἰσχροτάτην γὰρ (φασὶ) ταύτην ἀναπλάττει ἱστορίαν, εἰ καὶ ἐπαινεῖ ὡς φυσικὴν, χαμαιτύπαις μᾶλλον πρέπουσαν ἢ θεοῖς· ἔτι τε τὴν παρὰ τοῖς περὶ πινάκων γράψασι καταχωρισθεῖσαν. μήτε γὰρ παρὰ Πολέμωνι, μήτε παρ' Ὑψικράτει, ἀλλὰ μηδὲ παρ' Ἀντιγόνῳ εἶναι, ὑπ' αὐτοῦ δὲ πεπλάσθαι. ἐν δὲ τῷ περὶ πολιτείας, καὶ μητράσι λέγει συνέρχεσθαι, καὶ θυγατράσι, καὶ υἱοῖς. τὰ δ' αὐτὰ φησὶ καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν μὴ δι' ἑαυτὰ αἱρετῶν, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ περὶ δικαίου, κατὰ τοὺς χιλίους στίχους, καὶ τοὺς ἀποθανόντας κατεσθίειν κελεύων. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ περὶ βίου καὶ πορισμοῦ, προνοεῖν λέγων ὅπως ποριστέον τῷ σοφῷ, καὶ τίνος χάριν ποριστέον αὐτῷ· εἰ μὲν γὰρ τοῦ ζῆν ἕνεκεν, ἀδιάφορον τὸ ζῆν· εἰ δ'

Non desunt qui & Chrysippum lacerent, dicentes illum complura turpiter obscœnéque scripsisse. Nã in eo opere quod De antiquis physiologicis scripsit, fœda de Iunone fingit ac Ioue, ea dicens sexcentis ferè versibus quæ nemo nisi illoto ore dixisset. Turpissimam enim (aiunt) hanc fingit historiam, etsi vt naturalē laudat: lustris tamen magis conuenientem quàm diis. Præterea & quæ apud eos qui de tabulis scripserunt separata: neque enim apud Polemonem, neque apud Hypsicratem esse, sed ne apud Antigonum quidem, verùm ab illo fictã esse. In libro autem De republica matribus congredi & filiabus & filiis. Eadem in libro De his quæ per seipsa non sunt appetenda, statim in principio. In tertio autem De iure, ad mille versus, defunctos etiam vorare iubet. In secundo autem De substantia & copia, prouidere dicens quo pacto sapienti quæstus sectandus sit, & cuius rei gratia sectandus. Nam si quidem vt viuat, viuere indifferens est: quod si

vt fruatur

ἡδονῆς· καὶ αὐτὴ ἀδιάφορος· εἰ δὲ τῆς ἀρετῆς, αὐτάρκης αὕτη πρὸς εὐδαιμονίαν. καταγέλαστοι δὲ καὶ οἱ τρόποι τοῦ πορισμοῦ, οἷον οἱ ἀπὸ βασιλέως· εἴκειν γὰρ αὐτῷ δεήσει. καὶ οἱ ἀπὸ φιλίας· λήμματος γὰρ ὤνιος ἡ φιλία ἔσται. καὶ οἱ ἀπὸ σοφίας· μισθαρνήσει γὰρ ἡ σοφία. καὶ ταῦτα μὲν ἐγκαλεῖται.

Ἐπεὶ δὲ ἐνδοξότατα βιβλία ἐστὶν αὐτῷ, ἔδοξέ μοι καὶ τὴν πρὸς εἶδος ἀναγραφὴν αὐτῶν ἐνθάδε καταχωρίσαι. καὶ ἔστι τάδε. Λογικοῦ τόπου θέσεις, λογικὰ, καὶ τὰ τοῦ φιλοσόφου σκεμμάτων, ὅρων διαλεκτικῶν πρὸς Μητρόδωρον ς', περὶ τῶν κατὰ τὴν διαλεκτικὴν ὀνομάτων πρὸς Ζήνωνα α', Τέχνη διαλεκτικὴ πρὸς Ἀρισταγόραν α', συνημμένων πιθανῶν πρὸς Διοσκουρίδην δ'. Λογικοῦ τόπου τοῦ περὶ τὰ πράγματα σύνταξις πρώτη, περὶ ἀξιωμάτων α', περὶ τῶν οὐχ ἁπλῶν ἀξιωμάτων α', περὶ τοῦ συμπεπλεγμένου πρὸς Ἀθηνάδην α' β', περὶ ἀποφατικῶν πρὸς Ἀρισταγόραν γ', περὶ τῶν καταγορευτικῶν πρὸς Ἀθηνόδωρον α'.

vt fruantur voluptate, & ipsa indifferens est: si autem virtutis causa, sufficit ipsa ad beatam vitam. Sunt autem perridiculi & quæstus huiuscemodi. Quippe si à rege suppeditentur, cedendum illi erit necessariò: si autem ab amicitia proficiscantur, venalis & quæstuosa erit amicitia: sin verò à sapientia, mercenaria erit sapiētia. Atque ista quidem sunt quæ insectantur.

Quoniam verò clarissimi sunt illius libri, visum est in hoc loco eos generatim distinguere. Sūt autem isti. Logici loci, Quæstiones, Logica, Philosophi cōsiderationum, Terminorū dialecticorum ad Metrodorum sex, De his quæ sunt in dialectica nominibus, Aduersus Zenonem ars dialectica, Ad Aristagoram vnum, Coniunctorum probabilium ad Dioscoridem quatuor. Logici modi eius qui circa res est, ordo primus. De proloquiis vnū, De non simplicibus proloquiis vnum, De connexo ad Athenadem duo, De his quæ negantur ad Aristagoram tres, De prædicabilibus ad Athenodorum, vnū,

περὶ τῶν κατὰ στέρησιν λεγομένων πρὸς Θέαρον, α΄. περὶ τῶν ἀρίστων ἀξιωμάτων πρὸς Δίωνα, α΄, β΄, γ΄. περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν ἀορίστων, α΄, β΄, γ΄, δ΄. περὶ τῶν κατὰ χρόνους λεγομένων, α΄, β΄. περὶ συντελικῶν ἀξιωμάτων, β΄. σύνταξις δευτέρα. περὶ ἀληθοῦς διεζευγμένου, πρὸς Γοργιππίδην, α΄. περὶ ἀληθοῦς συνημμένου πρὸς Γοργιππίδην, α΄, β΄, γ΄, δ΄. διαίρεσις πρὸς Γοργιππίδην, α΄. πρὸς τὸ περὶ ἀκολούθων, α΄. περὶ τοῦ διὰ τριῶν, πάλιν πρὸς Γοργιππίδην, α΄. περὶ δυνατῶν, πρὸς Κλεῖτον, δ΄. πρὸς τὸ περὶ σημασιῶν Φίλωνος, α΄. περὶ τοῦ τίνα ἐστὶ τὰ ψευδῆ, α΄. σύνταξις τρίτη. περὶ προσταγμάτων, β΄. περὶ ἐρωτήσεως, β΄. περὶ πεύσεως, δ΄. ἐπιτομὴ περὶ ἐρωτήσεως καὶ πεύσεως, α΄. ἐπιτομὴ περὶ ἀποκρίσεων, α΄. ζητήσεως, β΄. περὶ ἀποκρίσεως, δ΄. σύνταξις τετάρτη. περὶ τῶν κατηγορημάτων πρὸς Μητρόδωρον, ι΄. περὶ ὀρθῶν καὶ ὑπτίων πρὸς Φύλαρχον, α΄. περὶ τῶν συναμμάτων πρὸς Ἀπολλωνίδην, α΄. πρὸς Πάσυλον περὶ κατηγορημάτων, δ΄. σύν-

De iis quæ dicuntur per priuationem, Ad Thearum, vnum, De optimis proloquiis ad Dionem tres, De differentia indefinitorum, quatuor, De his quę secundum tempora dicũtur duo, De perfectis proloquiis duo Ordo secundus. De vero disiuncto ad Gorgippidem vnum, De vero coniuncto ad Gorgippidẽ quatuor, Diuisio ad Gorgippidem vnum, Ad id quod de consequentibus est, vnum, De eo quod est propter tria, Ad Gorgippidem, vnũ, De possibilibus ad Clitum quatuor, Ad id quod est de significationibus Philonis vnum, Quænam sint falsa, vnum. Cõpositio tertia. De præceptis duo, De interrogatione duo, De responsione quatuor. Epitome de interrogationibus, & Epitome de responsionibus vnũ, Quæstionis duo, De responsione quatuor. Quarta cõpositio. De prædicamentis ad Metrodorum decem, De rectis & obliquis ab Philarchum vnum, De coniunctionibus ad Apollinidem, Ad Pasylum De prædicamentis quatuor. Quin-

τάξις πέμπτη· περὶ τῶν πτώσεων, α'· περὶ τῶν κατὰ τὸ ὑποκείμενον ὡρισμένων ἐκφορῶν, α'· περὶ παρεμφάσεως πρὸς Στησαγόραν, β'· λογικοῦ τόπου περὶ τὰς λέξεις καὶ τὸν κατ' αὐτὴν λόγον.

Σύνταξις πρώτη· περὶ τῶν ἑνικῶν καὶ πληθυντικῶν ἐκφορῶν, ς'· περὶ λέξεων, πρὸς Σωσιγένην καὶ Ἀλέξανδρον, ε'· περὶ τῆς κατὰ τὰς λέξεις ἀνωμαλίας πρὸς Δίωνα, δ'· περὶ τῶν πρὸς τὰς φωνὰς σωρειτῶν λόγων, γ'· περὶ σολοικισμῶν, α'· περὶ σολοικιζόντων λόγων πρὸς Διονύσιον, α'· λόγοι παρὰ τὰς συνηθείας, α'· λέξις πρὸς Διονύσιον, α'· σύνταξις δευτέρα· περὶ τῶν στοιχείων τοῦ λόγου καὶ τῶν λεγομένων, ε'· περὶ τῆς συντάξεως τῶν λεγομένων, δ'· περὶ τῆς συντάξεως καὶ στοιχείων τῶν λεγομένων πρὸς Φίλιππον, γ'· περὶ τῶν στοιχείων τοῦ λόγου πρὸς Νικίαν, α'· περὶ τοῦ πρὸς ἕτερα λεγομένου, α'· σύνταξις τρίτη· πρὸς τοὺς μὴ διαιρουμένους, β'· περὶ ἀμφιβολιῶν πρὸς Ἀπελλᾶν, δ'· περὶ τῶν τροπικῶν ἀμφιβολιῶν, α'.

ta constructio. De quinque casibus vnum, De enunciatis secundum subiectũ diffinitis vnum, De appellatiuis duo, De subinsinuatione ad Stesagoram duo, Logicum locum circa dictiones, & quæ ex his constat orationem. Compositio prima de gentilibus enũtiationibus sex, De dictionibus ad Sosigenem & Alexãdrum quinque, De inæqualitate dictionum ad Dioné quatuor, De soritis quæstiunculis ad voces tres, De solœcismis vnum, De solœcizantibus orationibus ad Dionysium, vnum, Orationes præter consuetudines, Dictiones ad Dionysium, vnum. Constructio secunda. De elementis orationis quinque, De constructione eorum quæ dicũtur quatuor, De constructione & elementis eorum quæ dicuntur ad Philippũ, tres, De elementis ad Niciam, vnum, De eo quod ad alia dicitur, vnũ. Cõpositio tertia. Aduersus eos qui non diuidunt, duo. De ambiguis ad Appellan quatuor: De tropicis ambiguis vnum,

περὶ συνημμένης τροπικῆς ἀμφιβολίας, β΄· πρὸς τὸ περὶ ἀμφιβολιῶν πανθοίδου, β΄· περὶ τῆς εἰς τὰς ἀμφιβολίας εἰσαγωγῆς, ε΄· Ἐπιτομὴ τῶν πρὸς ἐπικράτην ἀμφιβολιῶν, α΄· συνημμένα πρὸς τὴν εἰσαγωγὴν τῶν εἰς τὰς ἀμφιβολίας, β΄· Λογικοῦ τόπου πρὸς τοὺς λόγους καὶ τοὺς τρόπους συντάξεις· πρώτη τέχνη λόγων καὶ τρόπων πρὸς διοσκουρίδην, ε΄· περὶ τῶν λόγων, γ΄· περὶ τρόπων συστάσεως πρὸς στησαγόραν, β΄· σύγκρισις τῶν τροπικῶν ἀξιωμάτων, α΄· περὶ ἀντιστρεφόντων λόγων καὶ συνημμένων, α΄· πρὸς ἀγάθωνα, ἢ περὶ τῶν ἑξῆς προβλημάτων, α΄· περὶ τοῦ τὰ συλλογιστικά τινος μετ᾽ ἄλλου τε καὶ μετ᾽ ἄλλων, α΄· περὶ τῶν ἐπιφορῶν πρὸς ἀρισταγόραν, α΄· περὶ τοῦ τάττεσθαι τὸν αὐτὸν λόγον ἐν πλείοσι τρόποις, α΄· πρὸς τὰ ἀντειρημένα τῷ τὸν αὐτὸν λόγον ἐν συλλογιστικῷ καὶ ἀσυλλογίστῳ τετάχθαι τρόπῳ, β΄· πρὸς τὰ ἀντειρημένα ἐν ταῖς τῶν συλλογισμῶν ἀναλύσεσι, γ΄· πρὸς τὸ περὶ τρόπων φίλωνος, πρὸς τιμόστρατον, α΄· Λογικὰ συνημμένα, πρὸς τιμοκράτην καὶ

De connexis tropicæ amphiboliæ duo, Ad id quod scripsit Pãthœdus de ambiguis, duo, De introductione ad ambigua quinque, Epitome ambiguorum ad Epicratem vnum, Coniuncta ad introductionem ambiguorum duo, Logici loci ad orationes ac tropos. Cõpositio prima, ars orationũ & modorum ad Dioscoridem quinque. De sermonibus tres, De modorum cõstantia ad Stesagorã duo, Comparatio tropicorum proloquiorum, vnum, De reciprocis orationibus atque coniunctis vnum, Ad Agathonem siue De sequẽtibus problematibus vnũ. De conclusionibus ad Aristagoram vnum, Quòd eadem oratio pluribus modis ordinetur, vnũ, Ad ea quibus contradicitur quòd eadem oratio & collecto & non collecto. construatur modo, duo, Ad ea quæ obiicinptur syllogismorum solutionibus tres, Aduersus id quod scripsit Philo De tropis ad Timostratum, vnum, Logica coniuncta ad Timocratem &

φιλομαθῆ· εἰς τὰ περὶ λόγων, καὶ περὶ τρόπων, α´. σύνταξις δευτέρα· περὶ τῶν περαινόντων λόγων, πρὸς ζήνωνα, α´· περὶ τῶν πρώτων καὶ ἀναποδείκτων συλλογισμῶν, πρὸς ζήνωνα, α´· περὶ τῆς ἀναλύσεως τῶν συλλογισμῶν, α´· περὶ τῶν παραβαλλόντων λόγων, πρὸς πάσυλον, β´· περὶ τῶν εἰς τοὺς συλλογισμοὺς θεωρημάτων, α´· περὶ συλλογισμῶν εἰσαγωγικῶν, πρὸς ζήνωνα, α´· Τῶν πρὸς εἰσαγωγὴν τρόπων, πρὸς ζήνωνα, γ´· περὶ τῶν κατὰ ψευδῆ σχήματα συλλογισμῶν, ε´· λόγοι συλλογιστικοὶ κατ' ἀνάλυσιν ἐν τοῖς ἀναποδείκτοις, α´· τροπικὰ ζητήματα, πρὸς ζήνωνα καὶ φιλομαθῆ, α´· τοῦτο δοκεῖ ψευδεπίγραφον. σύνταξις τρίτη· περὶ τῶν μεταπιπτόντων λόγων, πρὸς ἀθηνάδην, α´· ψευδεπίγραφον λόγοι μεταπίπτοντες πρὸς τὴν μεσότητα, γ´· ψευδεπίγραφον πρὸς τοὺς ἀμεινίου διαζευκτικοὺς, α´. σύνταξις τετάρτη, περὶ ὑποθέσεων, πρὸς μελέαγρον, γ´· λόγοι ὑποθετικοὶ εἰς τοὺς νόμους πρὸς μελέαγρον, α´· λόγοι ὑποθετικοὶ πρὸς εἰσαγωγὴν ...

Philomathem I I, De orationibus & tropicis vnum. Compositio secunda. De concludentibus orationibus ad Zenonem vnum, De primis & demonstratione carentibus syllogismis ad Zenonem vnum. De solutione syllogismorum vnũ. De fallacibus orationibus ad Pasylum vnum, De speculationibus syllogismorũ, id est, De introductoriis syllogismis aduersus Zenonem I I I. De syllogismis secundum falsas figuras, quinque, Orationes syllogisticæ per resolutionem in his quę demonstratione carent, id est, tropicæ quæstiones ad Zenonē & Philomathem vnum. Hic falsò videtur inscriptus. Compositio tertia. De incidentibus orationibus ad Athenadem, vnum, Falsò inscripta, Orationes incidentes ad mesoteta tres, falsò inscriptæ, Aduersus disiũctiones Amenij vnum. Quarta compositio. De ciuilibus quæstionibus ad Meleagrũ tres, Sermones hypothetici in leges ad Meleagrum vnũ, Orationes hypotheticæ ad introductionē, duo

λόγοι ὑποθετικοὶ θεωρημάτων, β΄. λύσις τῶν ἡδύλλου ὑποθετικῶν, β΄. λύσις τῶν ἀλεξάνδρου ὑποθετικῶν, γ΄. ψευδεπίγραφα· περὶ ἐκθέσεων, πρὸς λαοδάμαντα, α΄. σύνταξις πέμπτη· περὶ τῆς εἰς τὸ ψευδόμενον εἰσαγωγῆς, πρὸς ἀριστοκρέοντα, α΄. λόγοι ψευδόμενοι πρὸς εἰσαγωγὴν, α΄. περὶ τοῦ ψευδομένου, πρὸς ἀριστοκρέοντα, ς΄. σύνταξις ἕκτη· πρὸς τοὺς νομίζοντας καὶ ψευδῆ καὶ ἀληθῆ εἶναι, α΄. πρὸς τοὺς διὰ τῆς τομῆς διαλύοντας τὸν ψευδόμενον λόγον, πρὸς ἀριστοκρέοντα, β΄. ἀπόδειξις πρὸς τὸ μὴ δεῖν τέμνειν τὰ ἀόριστα, α΄. πρὸς τὰ ἀντειρημένα τοῖς κατὰ τῆς τομῆς τῶν ἀορίστων, πρὸς πάσυλον, γ΄. λύσις κατὰ τοὺς ἀρχαίους, πρὸς διοσκουρίδην, α΄. περὶ τῆς τοῦ ψευδομένου λύσεως, πρὸς ἀριστοκρέοντα, γ΄. λύσις τῶν ἡδύλλου ὑποθετικῶν, πρὸς ἀριστοκρέοντα καὶ ἀπελλᾶν, α΄. σύνταξις ἑβδόμη· πρὸς τοὺς φάσκοντας τὰ λήμματα ἔχειν ψευδῆ τὸν ψευδόμενον λόγον, α΄. περὶ ἀποφάσκοντος, πρὸς τὸν ἀριστοκρέοντα, β΄. λόγοι ἀποφάσκοντες πρὸς γυμνασίαν, α΄.

Orationes hypotheticæ speculationum, duo. Solutio hypotheticorum Alexandri falsò inscripta. De expositionibus ad Laodamantem duo. Quinta compositio. De introductione ad falsum ad Aristocreontẽ vnum. Falsæ orationes ad introductionem vnum. De fallaci ad Aristocreontem sex. Sexta compositio. Aduersus eos qui putant & falsa & vera esse vnum. Aduersus eos quippe qui per sectionem soluunt fallacem orationem ad Aristocreõtem, duo: Demonstrationes quòd infinita scindi non oporteat, vnum: Ad ea quæ obiiciuntur iis quæ contra sectionem infinitorum scripsit ad Pasylum, tres: Solutio secundum antiquos ad Dioscoridem, vnum: De falsæ orationis solutione ad Aristocreontem, tres: Solutio Hedylli hypotheticorum ad Aristocreõtem & Apellan, vnum. Septima compositio Ad eos qui dicunt lemmata falsa habere fallacẽ orationẽ, vnum: De negatione ad Aristocreontem, duo: Orationes negãtes ad Gymnasiam, vnum:

περὶ τοῦ ... μικροῦ λόγου, πρὸς Στησαγόραν, β΄. περὶ τῶν εἰς τὰς ὑπολήψεις λόγων καὶ ἡσυχαζόντων, πρὸς Ὀνήτορα, β΄. περὶ τοῦ ἐγκεκαλυμμένου, πρὸς Ἀριστόβουλον, β΄. περὶ τοῦ διαλεληθότος, πρὸς Ἀθηνάδην, α΄. σύνταξις ὀγδόη. περὶ τοῦ οὔτιδος, πρὸς Μενεκράτην, η΄. περὶ τῶν ἐξ ἀορίστου καὶ ὡρισμένου λόγων, πρὸς Πάσυλον, β΄. περὶ οὔτιδος λόγου, πρὸς Ἐπικράτην, α΄. σύνταξις ἐνάτη. περὶ τῶν σοφισμάτων, πρὸς Ἡρακλείδην καὶ Πόλλιν, β΄. περὶ τῶν ἀπόρων διαλεκτικῶν λόγων, πρὸς Διοσκουρίδην, ε΄. πρὸς τὸ Ἀρκεσιλάου μεθόδιον, πρὸς Σφαῖρον, α΄. σύνταξις δεκάτη. κατὰ τῆς συνηθείας, πρὸς Μητρόδωρον, ς΄. περὶ τῆς συνηθείας, πρὸς Γοργιππίδην, ζ΄. λογικοῦ τόπου τῶν προειρημένων τεττάρων διαφορῶν ἐκτὸς ὄντα, καὶ περιέχοντα σποράδην καὶ οὐ σωματικὰς ζητήσεις λογικάς, περὶ τῶν καταλεγομένων ζητημάτων, λθ΄. ὁμοῦ τὰ πάντα τοῦ λογικοῦ, τ΄, ι΄, α΄. ἠθικοῦ λόγου τοῦ περὶ τὴν διόρθωσιν τῶν ἠθικῶν ἐννοιῶν, σύνταξις πρώτη.

De paruula oratione ad Stesagoram, duo. De orationibus aduersus propinationes, & de quiescentibus ad Onetorem, duo: De operto ad Aristobulum, duo: De latente ad Athenadam, duo. Octaua compositio. De vtili ad Menecratem octo. De orationibus quæ ex infinito & definito constāt, ad Pasylum, duo. De vtide oratione ad Epicratem vnum. Nona constructio. De sophismatibus ad Heraclidem & Pollidem duo. De ambiguis dialecticis orationibus ad Dioscoridem quinque. Aduersus Arcesilai artem ad Sphærum vnum. Decima constructio. Contra consuetudinem, ad Metrodorum sex: De consuetudine ad Gorgippidē, septem. Logici qui extra prædictas quatuor differentias sunt, quæstionésque logicas sparsim continent, non connexas & in corpus redactas: De numeratis quæstionibus XXXIX.

Sunt omnia simul logicæ partis volumina CCCXI.

Ethicæ rationis quæ ad emendationem moralium notionum, ordo primus.

ὑπογραφὴ τοῦ λόγου πρὸς Θεόπορον, α'· ζητήματα ἠθικὰ, α'· πιθανὰ λήμματα εἰς τὰ δόγματα, πρὸς φιλομαθῆ, γ'· ὅρων τῶν τοῦ ἀστείου πρὸς μητρόδωρον, β'· ὅρων τῶν τοῦ φαύλου πρὸς μητρόδωρον, β'· ὅρων τῶν ἀναμέσων, πρὸς μητρόδωρον, β'· ὅρων τῶν πρὸς μητρόδωρον τῶν κατὰ γένος, ζ'· ὅρων τῶν κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας, πρὸς μητρόδωρον, α', β'. σύνταξις δευτέρα. περὶ τῶν ὁμοίων πρὸς ἀριστοκλέα, γ'· περὶ τῶν ὅρων πρὸς μητρόδωρον, ζ'. σύνταξις τρίτη. περὶ τῶν οὐκ ὀρθῶς τοῖς ὅροις ἀντιλεγομένων, πρὸς λαοδάμαντα, ζ'· πιθανὰ εἰς τοὺς ὅρους πρὸς διοσκουρίδην, β'· περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν πρὸς γοργιππίδην, β'· περὶ τῶν διαιρέσεων, α'· περὶ τῶν ἐναντίων πρὸς διονύσιον, β'· πιθανὰ πρὸς τὰς διαιρέσεις, καὶ τὰ γένη, καὶ τὰ εἴδη· περὶ τῶν ἐναντίων, α'. σύνταξις τετάρτη. περὶ τῶν ἐτυμολογικῶν πρὸς διοκλέα, ζ'. ἐτυμολογικῶν πρὸς διοκλέα, δ'. σύνταξις πέμπτη. περὶ παροιμιῶν πρὸς ζηνόδοτον, β'·

Descriptio orationis ad Theosphorum vnum, Morales quæstiones vnũ, Probabiles maximè ad dogmata, ad Philomathem, tres. Definitionum vrbani ad Metrodorum duo. Definitionum rustici ad Metrodorum duo. Definitionum mediarum ad Metrodorum duo. Definitionum ad Metrodorum per genera septem. Definitionum secundum alias artes ad Metrodorum duo. Ordo secundus. De similibus ad Aristoclem tres, De definitionibus ad Metrodorum VII. Ordo tertius de iis quæ non rectè definitionibus obiiciuntur, ad Laodamantem, septem. Probabilia ad definitiones ad Dioscoridem duo, De speciebus & generibus ad Gorgippidem duo, De diuisionibus vnum, De contrariis ad Dionysium duo, Probabilia ad diuisiones, & genera & species. De contrariis vnum. Ordo quartus. De etymologicis ad Dioclem septem. Etymologicon ad Dioclem IIII. Ordo quintus. De prouerbiis ad Zenodotũ duo.

περὶ ποιημάτων πρὸς φιλομαθῆ, α'. περὶ τοῦ πῶς δεῖ τῶν ποιημάτων ἀκούειν, β'. πρὸς τοὺς κριτικοὺς, πρὸς διόδωρον, α'. ἠθικοῦ τόπου περὶ τὸν κοινὸν λόγον καὶ τὰς ἐκ τούτου συνισταμένας τέχνας καὶ ἀρετάς. σύνταξις πρώτη· πρὸς τὰς ἀναγραφὰς, πρὸς τιμώνακτα, α'. περὶ τοῦ πῶς ἕκαστα λέγομεν καὶ διανοούμεθα, α'. περὶ τῶν ἐννοιῶν πρὸς λαοδάμαντα, β'. περὶ ὑπολήψεως πρὸς πυθώνακτα, γ'. ἀποδείξεις πρὸς τὸ μὴ δοξάσειν τὸν σοφὸν, α'. περὶ καταλήψεως καὶ ἐπιστήμης καὶ ἀγνοίας, δ'. περὶ λόγου, β'. περὶ τῆς χρήσεως τοῦ λόγου πρὸς λεπτίναν. σύνταξις δευτέρα· περὶ τοῦ δοκεῖν τοὺς ἀρχαίους τὴν διαλεκτικὴν σὺν ταῖς ἀποδείξεσι, πρὸς ζήνωνα, β'. περὶ τῆς διαλεκτικῆς, πρὸς ἀριστοκρέοντα, δ'. περὶ τῶν ἀντιλεγομένων τοῖς διαλεκτικοῖς, γ'. περὶ τῆς ῥητορικῆς πρὸς διοσκουρίδην, δ'. σύνταξις τρίτη· περὶ ἕξεως, πρὸς κλέωνα, γ'. περὶ τέχνης καὶ ἀτεχνίας, πρὸς ἀριστοκρέοντα, δ'.

De poematis ad Philomathem vnum, Quomodo oporteat audire poemata, duo, Aduersus Criticos ad Diodorum, vnum. Moralis loci circa communem orationem, & eas quæ ex ipsa constant artes & virtutes. Primus ordo aduersus rescriptiones ad Timonactem vnum, Quomodo singula dicimus & cogitamus, vnū. De cogitationibus, ad Laodamantem, duo, De opinatione ad Pythonactem tres. Probatio contra id quod dicitur Non opinaturū esse sapientem, vnum, De comprehensione & scientia & ignorantia quatuor, De oratione duo, De sermonis vsu ad Leptinam. Ordo secundus. Quòd rectè antiqui dialecticam iudicent cum probationibus, ad Zenonem duo. De dialectica ad Aristocreontē quatuor, De iis quæ dialecticis obiiciuntur tres, De rhetorica ad Dioscoridem IIII. Ordo tertius. De habitudine ad Cleontem tres, De arte & inertia ad Aristocreontem IIII,

περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν ἀρετῶν, πρὸς Διόδωρον, δʹ· περὶ τοῦ ποιὰς εἶναι τὰς ἀρετάς, αʹ· περὶ ἀρετῶν, πρὸς Πόλλιν, βʹ· ἠθικοῦ τόπου περὶ ἀγαθοῦ καὶ κακῶν, σύνταξις πρώτη· περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς, πρὸς Ἀριστοκρέοντα, ιʹ· ἀπόδειξις πρὸς τὸ μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν τέλος, δʹ· ἀπόδειξις πρὸς τὸ μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν, δʹ· περὶ τῶν λεγομένων.

De differentia virtutum ad Diodorum IIII, Quòd virtutes æquales sint, vnum, De virtutibus ad Pollidem duo, Morales loci de bonis & malis. Ordo primus. De honesto & voluptate ad Aristocreontem decem, Probatio quòd non sit voluptas finis, quatuor, Probatio quòd voluptas bonum non sit, quatuor, De iis quæ dicuntur.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ ΠΕΡΙ βίων, δογμάτων καὶ ἀποφθεγμάτων, τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, Βιβλίον η΄ τῶν ι΄.

DIOGENIS LAERTII de vitis, dogmatis & apophthegmatis eorum qui in philosophia claruerunt, Liber VIII.

ΠΥΘΑΓΟΡΑΣ.

Ἐπεὶ δὲ τὴν Ἰωνικὴν φιλοσοφίαν τὴν ἀπὸ Θαλοῦ, καὶ τοὺς ἐν ταύτῃ διαγενομένους ἄνδρας ἀξιολόγους διεληλύθαμεν, φέρε καὶ περὶ τῆς Ἰταλικῆς διαλάβωμεν.

Ἧς ἦρξε Πυθαγόρας Μνησάρχου δακτυλιογλύφου, ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἢ (ὡς Ἀριστόξενος) Τυρρηνὸς, ἀπὸ μιᾶς τῶν νήσων ἃς κατέσχον Ἀθηναῖοι Τυρρηνοὺς ἐκβαλόντες· ἔνιοι δὲ, υἱὸν μὲν εἶναι Μαρμάκου τοῦ Ἱππάσου, τοῦ Εὐθύφρονος,

PYTHAGORAS.

Hactenus de Ionica philosophia quæ a Thalete Milesio initium accepit, ac de viris qui in ea memorabiles fuere. Age verò iam & de ea quæ Italica cognominata est, loqui pergamus.

Eius verò princeps fuit Pythagoras Mnesarchi anulorum sculptoris filius, vt Hermippus ait, siue (vt Aristoxenus tradit) Tyrrhenus, ex vna insularum, quas eiectis Tyrrhenis Athenienses possederũt. Sunt qui Marmacum illius patrem, auum Hippasum, & EVthyphronem atauum,

τὴν καλουμένην, φυγάδας ἐκ Φλιοῦντος. οἰκεῖν δ' ἐν Σάμῳ τὸν Μάρμακον, ὅθεν Σάμιον τὸν Πυθαγόραν λέγεσθαι. συστῆναι δ' εἰς Λέσβον ἐλθόντα Φερεκύδῃ, ὑπὸ Ζωΐλου τοῦ θείου. καὶ τρία ποτήρια κατασκευασάμενον ἀργυρᾶ, δῶρον ἀπενεγκεῖν ἑκάστῳ τῶν ἱερέων εἰς Αἴγυπτον. ἔσχε δὲ ἀδελφούς, πρεσβύτερον μὲν, Εὔνομον, μέσον δὲ, Τυῤῥηνὸν, καὶ δοῦλον Ζάμολξιν, ᾧ Γέται θύουσι, Κρόνον νομίζοντες, ὥς φησιν Ἡρόδοτος. οὗτος ἤκουσε μὲν (καθὰ προείρηται) Φερεκύδου τοῦ Συρίου· μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, ἧκεν εἰς Σάμον, καὶ ἤκουσεν Ἑρμοδάμαντος τοῦ ἀπογόνου Κρεωφύλου, ἤδη πρεσβυτέρου. νέος δὲ ὢν καὶ φιλομαθὴς, ἀπεδήμησε τῆς πατρίδος, καὶ πάσας ἐμυήθη τάς τε ἑλληνικὰς καὶ βαρβαρικὰς τελετάς. ἐγένετο οὖν ἐν Αἰγύπτῳ, ὁπηνίκα καὶ Πολυκράτης αὐτὸν Ἀμάσιδι συνέστησε δι' ἐπιστολῆς· καὶ ἐξέμαθε τὴν φωνὴν αὐτῶν, καθά φησιν Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων· καὶ παρὰ Χαλδαίοις ἐγένετο καὶ μάγοις.

Cleoniúmque abauum, qui Phliunte profugerit, dicat, habitasse Marmacū in Samo, atque ideo Pythagorā Samium dici, inde migrasse Lesbum: ibíque à Zoilo patruo Pherecydi commēdatum, tres subinde argenteos calices fuisse fabricatum, eósque singulis in Ægypto sacerdotibus dono dedisse. Habuit & fratres, maiorem quidē natu EVnomum, medium Tyrrhenum, seruúmque Zamolxim, cui Getæ sacrificant, Saturnum (vt Herodotus ait) existimantes. Hic (vt prædiximus) principiò quidem Pherecydem audiuit Syrum. Post eius verò obitum profectus in Samum Hermodamanti iam seni, Creophili nepoti, se in disciplinam dedit. Quum autem esset iuuenis, ac discēdi studiosissimus, patriā linquens, cunctis ferè barbaris Græcísque mysteriis initiatus est. Denique Ægyptum petiit, quo tempore Polycrates Amasidi per epistolam illum commendauit, illorum linguam (vt Antipho tradit in eo libro quem de iis qui in virtute principes fuere, scripsit) edidicit: atque apud Chaldæos conuersatus est Magis.

εἶτα ἐν κρήτῃ σὺν ἐπιμενίδῃ
κατῆλθεν εἰς τὸ ἰδαῖον ἄντρον,
ἀλλὰ καὶ ἐν αἰγύπτῳ εἰς τὰ
ἄδυτα· καὶ τὰ περὶ θεῶν ἐν
ἀπορρήτοις ἔμαθεν. εἶτ' ἐ-
πανῆλθεν εἰς σάμον, καὶ εὑ-
Pythagorae mentem noscere quisquis aues.
Olim ego (dicit) eram mortalis, nec sinit vnquam,
Sive erat, haud vel erat, dicere semper, Erum.

In eundem,

Heu, heu, Pythagoras quid vile legumen adorat?
Quem in propriis fama est occubuisse fabis?
Nam ne forte fabas fugitiuo calcaret in agro,
Tandem Agragantino casus ab hoste perit.

Floruit autem Olympiade sexagesima, ipsiusque schola durauit vsque ad nonam & decimam generationem. Postremi enim Pythagoreorum fuere quos Aristoxenus vidit, Xenophilus Chalcidiensis ex Thusia, & Phanto Phliasius, & Echecrates, & Diocles, & Polymnastus, Phliasi & ipsi. Erant autem auditores Philolai & Evryti Tarentinorum.

Fuerunt autē Pythagorae quatuor eodem fere tēpore,

οὐ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχοντες· εἷς μὲν κροτωνιάτης, τυραννικὸς ἄνθρωπος· ἕτερος φλιάσιος, σωμασκητὴς, ἀλείπτης, ὥς φασί τινες· τρίτος, ζακύνθιος, οὗ φασιν εἶναι τἀπόρρητα τῆς φιλοσοφίας, αὐτοῦ διδάσκαλος· ἐφ' οὗ καὶ τὸ αὐτὸς ἔφα, παροιμιακὸν εἰς τὸν βίον ἦλθεν. οἱ δὲ καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Ῥηγῖνον γεγονέναι φασὶ πυθαγόραν, πρῶτον δοκοῦντα ῥυθμοῦ καὶ συμμετρίας ἐστοχάσθαι· καὶ ἄλλον, ἀνδριαντοποιὸν σάμιον· καὶ ἕτερον, ῥήτορα μοχθηρόν· καὶ ἰατρὸν ἄλλον, τὰ περὶ κήλης γεγραφότα, καί τινα περὶ ὁμήρου συντεταγμένον· καὶ ἕτερον, δωρικὰ πεπραγματευμένον, ὡς διονύσιος ἱστορεῖ. ἐρατοσθένης δέ φησι (καθὸ καὶ φαβωρῖνος ἐν τῇ παντοδαπῇ ἱστορίᾳ παρατίθεται) τοῦτον εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα, ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τετταρακοστῆς ὀλυμπιάδος, κομήτην, καὶ ἁλουργίδα φορέσαντα· ἐκκριθῆναί τε ἐκ τῶν παίδων, καὶ χλευασθέντα, αὐτίκα προσβῆναι τοὺς ἄνδρας, καὶ νικῆσαι. δηλοῦν δὲ τοῦτο καὶ τοὐπίγραμμα, ὅπερ ἐποίησε θεαίτητος.

nec multùm ab se inuicem distantes. Vnus quidē Crotoniata, homo tyrannicus: alter, Phliasius, corporum exercitator aliptes, vt quidam aiunt: tertius, Zacynthius, cuius aiunt illud esse philosophiæ arcanum, ac eius rei præceptor: à quo item illud prouerbiale, Ipse dixit, in publicum manauit. Sunt qui & alium sculptorem Rhegiuum fuisse dicant Pythagoram, qui primus visus sit numerorum ac modorum repertor fuisse. Alium item sculptorem Samium, & alium oratorem non bonum. & alium medicum qui de hernia scripserit, ac de Homero quædam composuerit. Alium item qui Doricè scripserit. autore Dionysio. Porro hunc Eratosthenes, quem & Phauorinus in Omnimoda historia sequitur in libro octauo, primum fuisse tradit, qui XLVIII Olympiade peritus ac exercitatus pugil euaserit, quem comatum atque purpuratum eiectumque ex puerorum ludo atque irrisum continuò viros perisse ac vicisse. Simplex est huic epigramma, quod fecit Theætetus.

Πυθαγόρην, τινὰ πυθαγόρην, ὦ ξεῖνε, κομήτην,
Ἀδόμενον πύκτην εἰ κατέχεις σάμιον,
Πυθαγόρης ἐγώ εἰμι. τὰ δ' ἔργα μου εἴ τιν' ἔροιο
Ἠλείων, φήσεις αὐτὸν ἄπιστα λέγειν.

Pythagoram quendam comatum hospes nobilem,
Pugilem Samium si contines,
Pythagoras ego sum.
Quæ gesserim vero si quempiam Eleum rogabis,
Dices illum incredibilia narrare.

Τοῦτον ὁ φαβωρῖνός φησιν ὅροις χρήσασθαι διὰ τῆς μαθηματικῆς ὕλης, ἐπὶ πλέον δὲ σωκράτην, καὶ τοὺς ἐκείνου πλησιάσαντας· καὶ μετὰ ταῦτα, ἀριστοτέλην καὶ τοὺς στωϊκούς. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν οὐρανὸν πρῶτον ὀνομάσαι κόσμον, καὶ τὴν γῆν στρογγύλην· ὡς δὲ θεόφραστος, παρμενίδην· ὡς δὲ ζήνων, ἡσίοδον. τούτῳ φασὶν ἀντιπαρεξάγεσθαι κύδωνα, καθάπερ ἀντίδοκον σωκράτει. ἐπὶ δὲ τοῦ ἀθλητοῦ πυθαγόρου καὶ τοῦτο λέγεται τὸ ἐπίγραμμα,

Hunc Phauorinus ait Definitionibus ob mathematicam vsum materiam, ampliasse verò illam Socratē, & qui ab eo fluxere. Postea autem Aristotelem & Stoicos primóque cælum appellasse mundum, terrámque rotundam. Id autem Theophrastus Parmenidi, Zeno Hesiodo, assignant. Huic autē restitisse Cydonem, sicut Antidocum Socrati. De Pythagora autem athleta circumfertur hoc epigramma,

Οὗτος πυκτεύσων ἐς ὀλύμπια παισὶν ἄνηβος
Ἤλυθε πυθαγόρας ὁ κράτεω σάμιος.

Hic puer & pugil à pueris ad Olympia venis
Pythagoras Samius, patre satus Crateo.

ὁ δὲ φιλόσοφος καὶ ὧδε ἐπέστελλε.

Πυθαγόρας ἀναξιμένει.

Καὶ σὺ ὦ λῷστε, εἰ μηδὲν ἀμείνων ἦς πυθαγόρεω γενεήν τε

At verò philosophi epistola legitur in hunc modum,

Pythagoras Anaximeni.

At tu virorum optime, si nihil Pythagora & genere

καὶ κλέος, μετανάστας αὖ ὤχεο ἐκ Μιλήτου· νῦν δὲ κατερύκει σε ἡ πατρόθεν εὔκλεια· καὶ ἐμέ τε ἂν κατεῖχεν ἀναξιμένει ἐοικότα. εἰ δ' ὑμεῖς οἱ ὀνήιστοι τὰς πόλεις ἐκλείψετε, ἀπὸ μὲν αὐτέων ὁ κόσμος αἱρεθήσεται, ἐπικινδυνότερα δ' αὐτῇσι τὰ ἐκ Μήδων. οὔτε δ' αἰεὶ καλὸν αἰθερολογεῖν, μελεδωνόν τε εἶν τῇ πατρίδι κάλλιον. καὶ ἐγὼ δὲ οὐ πάντα περὶ τοὺς ἐμεωυτοῦ μύθους, ἀλλὰ καὶ ἐν πολέμοις οὓς διαφέρουσιν εἰς ἀλλήλους Ἰταλιῶται.

& gloria præſtantior eſſes, profectò ad nos iam ex Mileto migraſſes: nunc verò te continuit paterna & auita gloria, quæ & me continuiſſet, ſi eſſem Anaximeni ſimilis. Cæterùm vos ſi augurio vrbes deſereretis, eis quidem ornatus adimetur, Medique illis infeſtius inſtabunt. Neque verò ſemper conuenit aſtrorum ac cæli veſtigare rationes: præſtat interdum ad patriam curas cogitationéſque cõuertere. Quãquam ego non ſemper meis vaco fabulis, verum & bellis interdum, quibus inter ſe inuicem Itali diſſident.

Ἐπειδὴ δὲ περὶ Πυθαγόρου διεληλύθαμεν, ῥητέον περὶ τῶν ἐλλογίμων Πυθαγορικῶν· μεθ' οὓς περὶ τῶν σποράδην κατά τινας φερομένων· ἔπειθ' οὕτως ἐξάψομεν τὴν διαδοχὴν τῶν ἀξίων λόγου, ἕως Ἐπικούρου, καθὰ καὶ προειρήκαμεν. περὶ μὲν οὖν Θεανοῦς καὶ Τηλαύγους διειλέγμεθα· λεκτέον δὲ νῦν περὶ Ἐμπεδοκλέους πρῶτον· κατὰ γάρ τινας, Πυθαγόρου διήκουσεν.

Quoniam verò de Pythagora diximus, dicendum iam de Pythagoricis illuſtribus viris: poſt quos dicendum erit de iis qui ſparſim à pleriſque referuntur: tum deinceps adnectemus ſucceſſionis ſeriem memorabilium virorũ vſque ad Epicurum, ſicuti ſuprà promiſimus. De Theano autem & Thelauge iam diximus: dicendum modò de Empedocle primùm. Nam (vt quibuſdam placet) Pythagoræ auditor fuit.

ΕΜΠΕΔΟΚΛΗΣ.

Ἐμπεδοκλῆς (ὥς φησιν ἱππόβοτος) μέτωνος ἦν υἱὸς τοῦ ἐμπεδοκλέους, ἀκραγαντῖνος. τὸ δ' αὐτὸ καὶ τίμαιος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν, ἐπίσημον ἄνδρα γεγονέναι τὸν ἐμπεδοκλέα, τὸν πάππον τοῦ ποιητοῦ. ἀλλὰ καὶ ἕρμιππος τὰ αὐτὰ τούτῳ φησίν. ὁμοίως καὶ ἡρακλείδης ἐν τῷ περὶ νόσων, ὅτι λαμπρᾶς ἦν οἰκίας ἱπποτροφηκότος τοῦ πάππου. λέγει δὲ καὶ ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ὀλυμπιονίκαις, τὴν πρώτην καὶ ἑβδομηκοστὴν ὀλυμπιάδα νενικηκέναι τὸν τοῦ μέτωνος πατέρα· μάρτυρι χρώμενος ἀριστοτέλει. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς χρονικοῖς φησιν, ὡς ἦν μέτωνος μὲν υἱός. εἰς δὲ θουρίους αὐτὸν νεωστὶ παντελῶς ἐκτισμένους γλαῦκος ἐλθεῖν φησίν. εἶθ' ὑποβάς, οἱ δ' ἱστοροῦντες ὡς οἴκοθεν πεφευγὼς εἰς τὰς συρακούσας, μετ' ἐκείνων ἐπολέμει πρὸς τοὺς ἀθηναίους, τελέως ἀγνοεῖν μοι δοκοῦσι. ἢ γὰρ οὐκ ἔτ' ἦν, ἢ παντελῶς ὑπεργεγηρακὼς, ὅπερ οὐ φαίνεται. Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν, ἔτι τε ἡράκλειτος, ἑξήκοντα ἐτῶν

EMPEDOCLES.

Empedocli (vt ait Hippobotus) Meto pater, auus Empedocles Agrigentinus fuit. Idem & Timæus refert in decimoquinto Historiarum libro, insignem fuisse virum Empedoclem poetæ auum. Hermippus eadem fermè ait. Heraclides itidem De insulis, clara ex familia fuisse auum, equósque nutrisse tradit. Dicit & Eratosthenes in Olympionicis, LXXI Olympiade vicisse Metonis patrem, Aristotelis vtens testimonio. Apollodorus autem grammaticus in Chronicis, Metonis quidem filium fuisse ait, cæterùm ad Thurios nuper omnino conditos venisse Glaucus ait: deinde post pauca, Qui verò (inquit) domum profugum venisse Syracusas, & cum illis aduersus Athenienses bellasse aiunt, prorsus id mihi ignorare videntur. Aut enim iam defecerat aut omnino valde senex erat: id quod minimè verisimile est. Nanque & Aristoteles ipsum & Heraclitum LX ætatis

φασὶ τετελευτηκέναι. ὁ δὲ πρώτην καὶ ἑβδομηκοστὴν ὀλυμπιάδα νενικηκὼς κέλητι, τούτου πάππος ἦν ὁμώνυμος· ὥσθ' ἅμα καὶ τὸν χρόνον ὑπὸ τοῦ ἀπολλοδώρου σημαίνεσθαι. σάτυρος δ' ἐν τοῖς βίοις φησὶν ὅτι ἐμπεδοκλῆς υἱὸς μὲν ἦν ἐξαινέτου, κατέλιπε δὲ καὶ αὐτὸς υἱὸν ἐξαίνετον. ἐπί τε τῆς αὐτῆς ὀλυμπιάδος τὸν μὲν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ, πάλῃ, ἢ (ὡς ἡρακλείδης ἐν τῇ ἐπιτομῇ) δρόμῳ. ἐγὼ δὲ εὗρον ἐν τοῖς ὑπομνήμασι φαβωρίνου, ὅτι καὶ βοῦν ἔθυσε τοῖς θεωροῖς ὁ ἐμπεδοκλῆς ἐκ μέλιτος καὶ ἀλφίτων· καὶ ἀδελφὸν ἔσχε καλλικρατίδην. τηλαύγης δὲ ὁ πυθαγόρου παῖς, ἐν τῇ πρὸς φιλόλαον ἐπιστολῇ φησὶ τὸν ἐμπεδοκλέα ἀρχινόμου εἶναι υἱόν. ὅτι δ' ἦν ἀκραγαντῖνος ἐκ σικελίας, αὐτὸς ἐναρχόμενος τῶν καθαρμῶν φησιν,

Ὦ φίλοι οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ ἀκράγαντος
Ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλεως.

καὶ τὰ μὲν περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ τάδε.

Ἀκοῦσαι δ' αὐτὸν πυθαγόρου τίμαιος διὰ τῆς ἐνάτης ἱστορεῖ,

anno vita excessisse ait, qui verò LXX & primam Olympiadem vicerat equo, eodem censebatur nomine. Ita & tempus ab Apollodoro significatur. Satyrus autem in Vitis Empedoclem ait filium fuisse Exæneti. Reliquisse autem & illum filium Exęnetum, eadémque Olympiade ipsum quidem equestri certamine vicisse, filium verò illius lucta, siue (vt ait Heraclides in Epitome) cursu. Verum enimuero in Phauorini Commentariis reperi, Empedoclem & boue mactasse spectatoribus, ex melle & farina: fratrémque habuisse Callicratidē. Telauges autem Pythagorę filius in epistola ad Philolaum, Empedoclem ait Archinomi fuisse filium. Quod autem Agrigentinus ex Sicilia fuerit, ipse in primo Lustrationum refert.

O socij ingentem flauus 'Acragantis ad vndas
Vrbem qui colitis positam sub mœnibus altis.

Hactenus de genere ipsius.

Audisse autem Pythagoram Timæus autor est in nono Historiarum,

λέγων ὅτι καταγνωσθεὶς ἐπὶ λογοκλοπίᾳ τότε, (καθὰ καὶ πλάτων) τῶν λόγων ἐκωλύθη μετέχειν. μεμνῆσθαι δὲ καὶ αὐτὸν πυθαγόρου λέγοντα,

Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδὼς,
Ὃς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον.

οἱ δὲ τοῦτο εἰς παρμενίδην αὐτὸν λέγειν ἀναφέροντα. φησὶ δὲ νεάνθης ὅτι μέχρι φιλολάου καὶ ἐμπεδοκλέους ἐκοινώνουν οἱ πυθαγορικοὶ τῶν λόγων. ἐπεὶ δ' αὐτὸς διὰ τῆς ποιήσεως ἐδημοσίευσεν αὐτὰ, νόμον ἔθεντο μηδενὶ μεταδώσειν ἐποποιῷ. τὸ δ' αὐτὸ καὶ πλάτωνα φασὶ παθεῖν· καὶ γὰρ τοῦτον κωλυθῆναι. τίνος μέντοι αὐτῶν ἤκουσεν ὁ ἐμπεδοκλῆς, οὐκ εἶπεν. τὴν γὰρ περιφερομένην πρὸς τηλαύγους ἐπιστολὴν ὅτι μετέσχεν ἱππάσου καὶ βροντίνου, μὴ εἶναι ἀξιόπιστον. ὁ δὲ θεόφραστος παρμενίδου φησὶ ζηλωτὴν αὐτὸν γενέσθαι, καὶ μιμητὴν ἐν τοῖς ποιήμασι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐν ἔπεσι τὸν περὶ φύσεως λόγον ἐξενεγκεῖν. ἕρμιππος δὲ, οὐ παρμενίδου,

dicens deprehensum quòd orationem furatus esset, (sicuti & Plato) atque ideo ad consortium sermonum admitti prohibitū: ipsumque meminisse Pythagoræ,

Quidã & in his vir summus erat, rerúmque peritus
Diuitiis qui animi cordatis vinceret omnes.

Sunt qui ista de Parmenide dixisse putant. Refert Neanthes Pythagoricos vsque ad Philolaum & Empedoclem ad sermonum communionem admitti solitos. Vbi verò ipse poemata illa vulgare cœpit, latam esse legem vt versificator omnis inde arceretur. Idem & Platonem pertulisse aiunt, quippe & hunc fuisse prohibitum. quem tamen illorum audiuerit Empedocles, non dixit. Eam enim quæ Telaugis fertur epistolam, quòd Hippasum ac Brontinum audierit, non vsquequaque probari. Enimuero Theophrastus Parmenidem illum imitatum dixit, ipsiusque æmulum & in poematibus fuisse: quippe & illum in versu physicæ rationis sequi exprimeréque. Hermippus autem non Parmenidis,

Ξενοφάνους δὲ γεγονέναι ζηλωτὴν· ᾧ καὶ συνδιατρῖψαι, καὶ μιμήσασθαι τὴν ἐποποιίαν· ὕστερον δὲ τοῖς πυθαγορικοῖς ἐντυχεῖν. Ἀλκιδάμας δ' ἐν τῷ φυσικῷ φησὶ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ζήνωνα καὶ ἐμπεδοκλέα ἀκοῦσαι παρμενίδου· εἶθ' ὕστερον ἀποχωρῆσαι. καὶ τὸν μὲν ζήνωνα κατ' ἰδίαν φιλοσοφῆσαι· τὸν δὲ, ἀναξαγόρου διακοῦσαι καὶ πυθαγόρου. καὶ τοῦ μὲν τὴν σεμνότητα ζηλῶσαι τοῦ τε βίου καὶ τοῦ σχήματος, τοῦ δὲ τὴν φυσιολογίαν. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ σοφιστῇ φησι, πρῶτον ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν· ζήνωνα δὲ, διαλεκτικήν. ἐν δὲ τῷ περὶ ποιητῶν, φησὶν ὅτι καὶ ὁμηρικὸς ὁ ἐμπεδοκλῆς, καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορητικός τε ὢν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτεύγμασι χρώμενος. καὶ διότι γράψαντος αὐτοῦ καὶ ἄλλα ποιήματα, τήν τε ξέρξου διάβασιν, καὶ προοίμιον εἰς ἀπόλλωνα, ταῦθ' ὕστερον κατέκαυσεν ἀδελφή τις αὐτοῦ ἢ θυγάτηρ, (ὥς φησιν ἱερώνυμος) τὸ μὲν προοίμιον, ἄκουσα·

verùm Xenophanis fuisse imitatorem tradidit: qui quum diu versatus eiusque carmen imitatus sit, postmodum Pythagoricis congressum esse. Alcidamas verò in Physico refert eodem tempore Zenonem & Empedoclem vnà audiuisse Parmenidem, demum ab se discessisse; ac Zenonem quidem seorsum philosophatum esse, hunc verò Anaxagoram & Pythagoram audisse, atque alterius constantiam & grauitatem vitæ atque habitus, alterius de natura rationes fuisse imitatum. Aristoteles verò in Sophista, primum Empedoclem oratoriæ inuentorem ait, Zenonémque dialecticæ. In libro autem De poetis asserit Homericum Empedoclem, acutumque in dicendo fuisse, translationibus item ac cæteris poeticis figuris vsum. Atque ideo, quum & alia poemata scripsisset, & Xerxis transitum, & in Apollinem procœmium, ea postea ignibus tradidit soror quædam ipsius siue filia, vt Hieronymus meminit: procœmium quidem imprudens:

τὰ δὲ Περσικὰ, βουληθεῖσαν, διὰ τὸ ἀτελείωτα εἶναι. καθόλου δέ φησι καὶ τραγῳδίας αὐτὸν γράψαι, καὶ πολιτικά. Ἡρακλείδης δὲ ὁ τοῦ Σαραπίωνος, ἑτέρου φησὶν εἶναι τὰς τραγῳδίας.

Ἱερώνυμος δέ φησιν αὐτὸν τρισὶ καὶ τετταράκοντα ἐντετυχηκέναι. Νεάνθης δὲ, νέον ὄντα γεγραφέναι τὰς τραγῳδίας, καὶ αὐτὸν ἔπειτα αὐταῖς ἐντετυχηκέναι. φησὶ δὲ Σάτυρος ἐν τοῖς βίοις, ὅτι καὶ ἰατρὸς ἦν καὶ ῥήτωρ ἄριστος. Γοργίαν γοῦν τὸν Λεοντῖνον αὐτοῦ γενέσθαι μαθητὴν, ἄνδρα ὑπερέχοντα ἐν ῥητορικῇ, καὶ τέχνην ἀπολελοιπότα· ὅν φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιῶναι. τοῦτόν φησιν ὁ Σάτυρος λέγειν, ὡς αὐτὸς παρείη τῷ Ἐμπεδοκλεῖ γοητεύοντι. ἀλλὰ καὶ αὐτὸν διὰ τῶν ποιημάτων ἐπαγγέλλεσθαι τοῦτό τε καὶ ἄλλα πλείω, δι' ὧν φησί,

Φάρμακα δ' ὅσσα γεγᾶσι κακῶν, καὶ γήραος ἄλκαρ,
Πεύσῃ, ἐπεὶ μούνῳ σοὶ ἐγὼ κρανέω τάδε πάντα.
Παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν

Persica autem prudens ac sciens, quòd ea imperfecta essent. Tragœdias illū præterea scripsisse refert ac politica. Verum Heraclides Serapionis filius, tragœdias alterius fuisse memorat.

Hieronymus verò quadraginta tria illius opuscula se legisse asserit. Neanthes autem hunc iuuenem scripsisse, & ipsum tragœdias, in quas se postea incidisse. Porro Satyrus in Vitis refert & medicum illum fuisse, oratorémque optimum ipsius fuisse discipulum, virum in oratoria insignem, qui & artem rhetoricam scripserit: quem tradit Apollodorus in Chronicis centum & nouem ætatis implesse annos. Hunc ait Satyrus dicere solitum affuisse se Empedocli magiam exercenti, ipsumque in poematibus id profiteri, & complura alia, inter quæ profitetur,

Pharmaca queis pellas morbos, leuésque senectam,
Percipies, quæ cuncta tibi communico soli:
Compescésque truces ventorum rite procellas,

Exorti

Ὀρνύμενοι πνοιαῖσι καταφθινύθουσιν ἀρούρας.
Καὶ πάλιν ἢν ἐθέλῃσθα, παλίντιτα πνεύματ' ἐπάξεις.
Θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν
Ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
Ῥεύματα δενδρεόθρεπτα, τὰ δ' ἐν θέρει ἀίσσονται.
Ἄξεις δ' ἐξ ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

φησὶ δὲ καὶ Τίμαιος ἐν τῇ ιη' κατὰ πολλοὺς τρόπους τεθαυμάσθαι τὸν ἄνδρα. καὶ γὰρ ἐτησίων ποτὲ σφοδρῶς πνευσάντων εἰς τοὺς καρποὺς λυμῆναι, καὶ ἀσκοὺς ποιῆσαι, πρὸς τοὺς λόφους καὶ τὰς ἀκρωρείας διέτεινε πρὸς τὸ συλλαβεῖν τὸ πνεῦμα. λήξαντος δὲ, κωλυσανέμαν κληθῆναι. Ἡρακλείδης δὲ ἐν τῷ περὶ νόσων, φησὶ καὶ Παυσανίᾳ ὑφηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἄπνουν. ἦν δ' ὁ Παυσανίας, (ὥς φησιν Ἀρίστιππος καὶ Σάτυρος) ἐρώμενος αὐτοῦ, ᾧ δὴ καὶ τὰ περὶ φύσεως προσπεφώνηκεν οὕτως,

Παυσανίη, σὺ δὲ κλῦθι δαΐφρονος Ἀγχίτου υἱέ.

Exorti in ſenis qui vaſtant flatibus agros:
Surſum (ſi libeat) mox flamina pigra ciebis,
Et media induces è tempeſtate ſerenum,
Induces media pluuias æſtate ſalubres,
Et flatus ſicca qui perſlant omnia meſſe:
Extinctúmque hominẽ nigro reuocabis ab orco.

Multis item modis eum virum admirationi habitum Timæus in decimooctauo Hiſtoriarum autor eſt. Nãque eteſiis aliquando vehementer flantibus, adeo vt fruges corrumperent, excoriari aſinos iuſſit, factiſque vtribus eos collibus & mõtium verticibus admoueri ad compellendos flatus. ceſſantibuſque ventis ab euentu ſei Κωλυσανέμαν vocatum eſſe. Heraclides quoque in libro De morbis ait ipſum Pauſaniæ dictaſſe quæ de Apno ille ſcripſit. Erat autem Pauſanias (vt Satyrus & Ariſtippus ait) amator eius, cui & De natura libros compoſitos ita declarauit,

Pauſania Anchiti ſapientis percipe fili.

ἀλλὰ καὶ ἐπίγραμμα εἰς αὐτὸν ἐποίησε,

Sed & epigramma in eum scripsit in hanc sententiam,

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον Ἀγχίτου υἱὸν
Φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα,
Ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
φῶτας ἀπέστρεψεν Περσεφόνης ἀδύτων.

Pausaniam Anchiti natum Phœbique nepotem,
Clarum aluit medicum patria clara Gela.
Qui multos diris homines languoribus agros
Eripuit furuis Persephones thalamis.

Τὴν γοῦν ἄπνουν ὁ Ἡρακλείδης φησὶ τοιοῦτόν τι εἶναι, ὡς τριάκοντα ἡμέρας συντηρεῖν ἄπνουν καὶ ἄσφυκτον τὸ σῶμα· ὅθεν εἶπεν αὐτὸν καὶ ἰατρὸν καὶ μάντιν, λαμβάνων ἅμα καὶ ἀπὸ τούτων τῶν στίχων.

Ἄπνουν igitur Heraclitus tale quiddam esse ait, quod triginta dies corpus absque strepitu integrum incorruptúmque seruaret. Vnde illum & medicum & vatem dixit, vt ex eius versibus patet, quibus incolas ampli Agrigenti saluere iubet, à quibus & deum se credi vult, diuinósque sibi petit honores. Versus autem sic se ferè habent:

Ὦ φίλοι οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
Ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλεως, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
Χαίρετ'. ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητὸς,
Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε,
Ταινίαις τε περίστεπτος στέφεσίν τε θαλείοις,
Τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἵκωμαι ἐς ἄστεα τηλεθάοντα,
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι. οἱ δ' ἅμ' ἕπονται.

Vrbem qui flaui ad ripas Acragantis amici
Incolitis magnam, res & curatis honestas,
Saluete, immortalis ego conuersor apud vos,
Vt par est; deus, & tali sum dignor honore,
Formosis vinctus vittis roseisque corollis.
Queis quando egregias veniam comitatus ad vrbes,
Mulieribus maribúsque colar, comitésque sequuntur

Μύριοι, ἐξερέοντες ὅπη πρὸς
κέρδος ἀταρπός·
Οἱ μὲν μαντοσυνέων κεχρημέ-
νοι, οἱ δ' ἐπὶ νούσων
Παντοίων ἐπύθοντο κλύειν εὐ-
ηκέα βάξιν.

Μέγαν δὲ τὴν ἀκράγαντα εἰ-
πεῖν φησὶν, ἐπεὶ μυριάδες
αὐτὴν κατῴκουν ὀγδοήκοντα.
ὅθεν τὸν ἐμπεδοκλέα εἰπεῖν,
τρυφώντων αὐτῶν, ἀκραγαν-
τῖνοι τρυφῶσι μὲν, ὡς αὔριον
ἀποθανούμενοι· οἰκίας δὲ κα-
τασκευάζονται, ὡς πάντα τὸν
χρόνον βιωσόμενοι. αὐτοὺς δὲ
τούτους τοὺς καθαρμοὺς ἐν ὀ-
λυμπίᾳ ῥαψῳδῆσαι λέγεται
κλεομένην τὸν ῥαψῳδόν· ὡς
καὶ φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημο-
νεύμασι.

Φησὶ δ' αὐτὸν καὶ ἀριστοτέ-
λης ἐλεύθερον γεγονέναι, καὶ
πάσης ἀρχῆς ἀλλότριον, εἴ γε
τὴν βασιλείαν αὐτῷ διδομέ-
νην παρῃτήσατο, (καθάπερ
ξάνθος ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λέ-
γει) τὴν λιτότητα δηλονότι
πλέον ἀγαπήσας. τὰ δ' αὐτὰ
καὶ τίμαιος εἴρηκε, τὴν αἰ-
τίαν ἅμα παρατιθέμενος τοῦ
δημοτικὸν εἶναι τὸν ἄνδρα. φησὶ
γὰρ ὅτι κληθεὶς ὑπό τινος τῶν
ἀρχόντων, καὶ προβαίνοντος τοῦ πότου, μὴ τὸ δεῖπνον εἰσφέρεσθαι.

Innumeri, ad lucrum quos
ardens semita ducit,
Quique prophetiam exercent,
qui discere morbi
Omnigeni curam cupiunt ar-
tésque salubres.

Amplum verò Agrigentum dixisse ferunt, quòd in illa octingenta hominum millia inhabitarent. Vnde & Empedoclem, illis deliciis vacantibus, dixisse, Agrigētini deliciis quidem ita quotidie se dedunt, acsi postridie morituri: domos verò ita ædificant, quasi perpetuò victuri. Eas verò ipsas expiationes in vnum corpus coegisse fertur Cleomenes coaceruator, quemadmodum & Phauorinus in Cōmemorationibus ait.

Fuisse verò eum in primis liberum atque ab omni imperandi fastu remotissimū Aristoteles tradit: siquidem & regnum quum sibi offerretur, constanter renuit, sicuti Xanthus in illius laudibus meminit, simplicitatem vitæ quàm regum delicias charius amplectens. eadem & Timæus refert, causam simul adiiciens cur ita popularis fuerit. Inuitatus enim fuerat à quodā ex principibus, ac procedēte conuiuio cœna non inferebatur.

τῶν δ' ἄλλων ἡσυχαζόντων, μισοπονήρως διατεθεὶς ἐκέλευσεν εἰσφέρειν. ὁ δὲ κεκληκὼς ἀναμένειν ἔφη τὸν τῆς βουλῆς ὑπηρέτην. ὡς δὲ παρεγένετο, ἐγενήθη συμποσίαρχος, τοῦ κεκληκότος δηλονότι καταστήσαντος, ὃς ὑπεγράφετο τυραννίδος ἀρχήν. ἐκέλευσε γὰρ ἢ πίνειν ἢ καταχεῖσθαι τῆς κεφαλῆς. τότε μὲν οὖν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἡσύχασε. τῇ δ' ὑστεραίᾳ εἰσαγαγὼν εἰς δικαστήριον, ἀπέκτεινε καταδικάσας ἀμφοτέρους, τόν τε κλήτορα καὶ τὸν συμποσίαρχον. ἀρχὴ μὲν οὖν αὕτη τῆς πολιτείας ἦν. πάλιν δὲ Ἄκρωνος τοῦ ἰατροῦ τόπον αἰτοῦντος παρὰ τῆς βουλῆς εἰς κατασκευὴν πατρῴου μνήματος, διὰ τὴν ἐν τοῖς ἰατροῖς ἀκρότητα, παρελθὼν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἐκώλυσε, τά τε ἄλλα περὶ ἰσότητος διαλεχθεὶς, καί τι καὶ τοιοῦτον ἐρωτήσας. * τί δὲ ἐπιγράψομεν ἐλεγεῖον, ἢ τοῦτο;

Ἄκρον ἰητρὸν ἄκρων' ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου
Κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης.

τινὲς δὲ τὸν δεύτερον στίχον οὕτω προφέρονται.

Tacentibus aliis, indignè ille ferens, inferri iussit: qui verò illum inuitarat, præstolari se curiæ ministrum dixit. Vbi verò ille aduenit, conuiuij princeps constitutus est, id nimirum agente eo qui illum vocauerat. Tum ille tyrãnidis initia haud obscura præ se ferens, iubebat aut bibere, aut in caput effundi merũ. Tunc igitur Empedocles tacuit. Postridie verò coacto iudicio damnauit vtrũque, ac peremit inuitatorẽ & conuiuij principẽ. Istud enim ius reipublicæ tractandæ initium fuit. Rursus Acrone medico locum sibi ad construendum paternum monumentum à senatu postulante, quòd inter medicos arte præcipuè excelleret, in medium surrexit Empedocles, ac fieri prohibuit, atque inter cætera quæ de æqualitate disseruit, ita illum rogare cœpit, Cuiusmodi monumento incidemus elegium? Nũ hoc?

Acronem summum medicum ex Acragante profectum
Qui summo in patria culmine habet tumulum.

Quidam autem secundum versum ita pronuntiant.

Ἀκραγάντος κορυφῆς τύμβος
ἄκρος κατέχει.

τοῦτον τινὲς σιμωνίδου φασὶν εἶναι. ὕστερον δ' ὁ ἐμπεδοκλῆς καὶ τὸ τῶν χιλίων ἄθροισμα κατέλυσε συνεστὼς ἐπὶ ἔτη τρία. ὥστε οὐ μόνον ἦν τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ τῶν τὰ δημοτικὰ φρονούντων. ὅ γέ τοι τίμαιος ἐν τῇ πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ, (πολλάκις γὰρ αὐτοῦ μνημονεύει) φησὶν ἐναντίαν τῇ πολιτείᾳ ἐσχηκέναι γνώμην αὐτόν. ὅπου δὲ ἀλαζόνα καὶ φίλαυτον ἐν τῇ ποιήσει ἴδοι τις ἄν. φησὶ γοῦν,

Χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς
ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητὸς,
Πωλεῦμαι.

καὶ τὰ ἑξῆς. καθ' ὃν δὲ χρόνον ἐπεδήμει ὀλυμπίασιν, ἐπιστροφῆς ἠξιοῦτο πλείονος, ὥστε μηδενὸς ἑτέρου μνείαν γίνεσθαι ἐν ταῖς ὁμιλίαις ὅσην ἐμπεδοκλέους. ὕστερον μέντοι τοῦ ἀκράγαντος οἰκιζομένου, ἀντέστησαν αὐτοῦ τῇ καθόδῳ οἱ τῶν ἐχθρῶν ἀπόγονοι. διόπερ εἰς πελοπόννησον ἀποχωρήσας ἐτελεύτησεν. οὐ παρῆκε δὲ οὐδὲ τοῦτον ὁ τίμων, ἀλλ' ἐπ' αὐτοῦ καθάπτεται, λέγων,

καὶ ἐμπεδοκλῆς ἀγοραίων
Ληκητὴς ἐπέων· ὅσα δ' ἔσθενε, τοσσάδ' ἑλεν

Verticis excelsi celsa sepulcra tenent.

Hoc quidā Simonidis esse tradiderunt. Postea verò Empedocles & mille hominum cœtum antiquauit, constituto triennij magistratu, vt non solum esset diuitum, verùm & mediocrium ac ciuilium rerum non expertium. Denique & Timæus in primo & secundo libro (ipsius enim sæpe mentionem facit) cōtrariam reipublicæ tradit putatum eum habuisse sententiam, quandoquidem iactantia & amore sui ferebatur immodicè, quippe qui in carmine se deum dixerit. Quando item ad Olympia peregrinaretur, in se cunctorum vertebat ora, vt nullius inter loquendum tanta quanta Empedoclis fieret mentio. Postremò quum Agrigentum cōderetur, obstiterunt illius instituto inimicorum nepotes: vnde in Peloponnesum secessit, ibique obiit diem. Timæus autem hunc quidem prætermisit, sed ipsum mordet, quum ait, *Et Empedocles forensium formator verborum, quantum valuit, tantum cepit in-*

Ἄρχων, ὃς διέθηκ' ἀρχὰς ἐπιδευέας ἄλλων.

Περὶ δὲ τοῦ θανάτου αὐτοῦ διάφορός ἐστιν ὁ λόγος. Ἡρακλείδης μὲν γὰρ τὰ περὶ τῆς ἄπνου διηγησάμενος, ὡς ἐδοξάσθη Ἐμπεδοκλῆς ἀποστείλας τὴν νεκρὰν ἄνθρωπον ζῶσαν, φησὶν ὅτι θυσίαν συνετέλει πρὸς τῷ Πεισιάνακτος ἀγρῷ. συνεκέκληντο δὲ τῶν φίλων τινές, ἐν οἷς καὶ Παυσανίας. εἶτα μετὰ τὴν εὐωχίαν οἱ μὲν ἄλλοι χωρισθέντες ἀνεπαύοντο, οἱ μὲν ὑπὸ τοῖς δένδροις, ὡς ἀγροῦ παρακειμένου, οἱ δ', ὅπῃ βούλοιντο· αὐτὸς δὲ ἔμεινεν ἐπὶ τοῦ τόπου ἐφ' οὗπερ κατεκέκλιτο. ὡς δὲ ἡμέρας γενηθείσης ἐξανέστησαν, οὐχ εὑρέθη μόνος. ζητουμένου δὲ, καὶ τῶν οἰκετῶν ἀνακρινομένων, καὶ φασκόντων μὴ εἰδέναι, εἷς τις ἔφη μέσων νυκτῶν φωνῆς ὑπερμεγέθους ἀκοῦσαι, προσκαλουμένης Ἐμπεδοκλέα· εἶτα ἐξαναστὰς ἑωρακέναι φῶς οὐράνιον, καὶ λαμπάδων φέγγος, ἄλλο δὲ μηδέν· τῶν δὲ ἐπὶ τῷ γενομένῳ ἐκπλαγέντων, καταβὰς ὁ Παυσανίας ἔπεμψέ τινας ζητήσοντας. ὕστερον δὲ ἐκωλύετο πολυπραγμονεῖν,

perans, qui disposuit magistratus indigentes aliis.

De illius verò obitu varia fertur opinio. Heraclides enim quum enarrasset De Apno, vt Empedocles maximam ex eo gloriam consequutus esset, quòd mulierem defunctam viuã misisset, ait illum sacrificiũ ad Pisianactis agrum fecisse, conuocatis pletisque ex amicis, inter quos & Pausanias erat. Vbi verò conuiuio peracto alij quidem loco paululum digressi, alij sub arboribus villæ se ad quiescendũ composuerunt, alij quocunque visum est in loco quieuerunt, ipse vbi accubuerat permansit. Mane autem facto, è somno excitis cæteris, solus ipse repertus non est. Facta autẽ diligenti inquisitione è seruis qui rogabantur, vnus astitit, qui diceret se nocte media ingẽtem audisse vocem, Empedoclem vocantem. tum verò vbi surrexisset, cælestem vidisse lucẽ & splendorem tædarum, nihil aliud. Illis verò in eo quod contigerat stupentibus; descendit Pausanias vt mitteret qui quærerent. Postea verò prohibitus est curiosius quærere,

φάσκων δ' ἀξία συμβε-
βηκέναι, καὶ θύειν αὐτῷ δεῖν,
καθαπερεὶ γεγονότι θεῷ.
Ἕρμιππος δέ φησι Πάνθειάν
τινα Ἀκραγαντίνην, ἀπηλ-
πισμένην ὑπὸ τῶν ἰατρῶν,
θεραπεῦσαι αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο
τὴν θυσίαν ἐπιτελεῖν. τοὺς δὲ
κληθέντας εἶναι πρὸς τοὺς ὀ-
γδοήκοντα. Ἱππόβοτος δέ φη-
σιν ἐξαναστάντα αὐτὸν ὁδευ-
κέναι ὡς ἐπὶ τὴν Αἴτνην, εἶ-
τα παραγενόμενον, ἐπὶ τοὺς
κρατῆρας τοῦ πυρὸς ἐναλέσθαι
καὶ ἀφανισθῆναι, βουλόμενον τὴν
περὶ αὐτοῦ φήμην βεβαιῶ-
σαι ὅτι γεγόνοι θεός. ἔπειτα δὲ
γνωσθῆναι, ἀναῤῥιπισθείσης
αὐτοῦ μιᾶς τῶν κρηπίδων· (χαλ-
κᾶς γὰρ εἴθιστο ὑποδεῖσθαι.) πρὸς
τοῦτο ὁ Παυσανίας ἀντέλεγε.
Διόδωρος δὲ ὁ Ἐφέσιος περὶ Ἀ-
ναξιμάνδρου γράφων, φησὶν ὅ-
τι τοῦτον ἐζηλώκει, τραγικὸν
ἀσκῶν τῦφον καὶ σεμνὴν ἀνα-
λαβὼν ἐσθῆτα. τοῖς δὲ Σελινουν-
τίοις ἐμπεσόντος λοιμοῦ διὰ
τὰς ἀπὸ τοῦ παρακειμένου ποταμοῦ
δυσωδίας, ὥστε καὶ αὐτοὺς φθείρε-
σθαι καὶ τὰς γυναῖκας δυστοκεῖν,
ἐπινοῆσαι τὸν Ἐμπεδοκλέα, καὶ
δύο τινὰς ποταμοὺς τῶν σύνεγ-
γυς ἐπαγαγεῖν ἰδίαις δαπάναις·

dicens rem non indignam
accidisse precibus ac diui-
no cultu, ibique veluti deo
hostias offerri oportere.
Hermippus autem illũ quũ
Pantheam quandam Agri-
gẽtinam desperatam à me-
dicis curasset, hostias ob id
mactasse. Qui verò inuitati
erant ad LXXX fermè
fuisse. Hippobotus verò il-
lum ait, vbi exurrexerat,
Ætnam petisse: quò quum
peruenisset, in ignis crate-
res se iniecisse: ibique dum
fidem cupit facere famám-
que adstruere quòd deus
effectus sit, ignibus cõsum-
ptum esse: postea vt sese
res haberet agnitum esse, v-
na ex illius crepidis vi flam-
mæ ex intimis ad exteriora
reiecta, quippe calciari sole-
bat in ære. Huic famæ Pau-
sanias reluctabatur. Cæte-
rum Diodorus Ephesius
de Anaximandro scribens,
ait illum huius æmulũ fuis-
se, imitando tragicam grã-
diloquẽtiam vestísque gra-
uitatem. Enimuero dum
Selinuntios ex adiacentis
fluuij fœtore pestis inuasis-
set, adeo vt & ipsi & vxo-
res partu periclitarentur,
excogitasse Empedoclem
duos quosdam ex vicinis
amnibus proprio sumptu
in flumen illud immittere:

καὶ συγκεράσαντα γλυκᾶναι τὰ ῥεύματα. οὕτω δὴ λήξαντος τοῦ λοιμοῦ, καὶ τῶν Σελινουντίων εὐωχουμένων ποτὲ παρὰ τῷ ποταμῷ, ἐπιφανῆναι τὸν Ἐμπεδοκλέα· τοὺς δ' ἐξαναστάντας προσκυνεῖν καὶ προσεύχεσθαι καθαπερεὶ θεῷ. ταύτην οὖν θέλοντα διαβεβαιῶσαι τὴν διάληψιν, εἰς τὸ πῦρ ἐναλέσθαι. τούτοις δ' ἐναντιοῦται Τίμαιος, ῥητῶς λέγων ὡς ἐξεχώρησεν εἰς Πελοπόννησον, καὶ τὸ σύνολον οὐκ ἐπανῆλθεν· ὅθεν αὐτοῦ καὶ τὴν τελευτὴν ἄδηλον εἶναι. πρὸς δὲ τὸν Ἡρακλείδην καὶ ἐξ ὀνόματος ποιεῖται τὴν ἀντίρρησιν ἐν τῇ τετάρτῃ· Συρακούσιόν τε γὰρ εἶναι τὸν Πεισιάνακτα, καὶ ἀγρὸν οὐκ ἔχειν ἐν Ἀκράγαντι· Παυσανίαν τε μνημεῖον πεποιηκέναι τοῦ φίλου, τοιούτου διαδοθέντος λόγου, ἢ ἀγαλμάτιόν τι, ἢ σηκὸν οἷα θεοῦ. καὶ γὰρ πλούσιον εἶναι. πῶς οὖν (φησὶν) εἰς τοὺς κρατῆρας ἥλατο, ὧν σύνεγγυς ὄντων οὐδὲ μνείαν ποτὲ ἐπεποίητο; τετελεύτηκεν οὖν ἐν Πελοποννήσῳ. οὐδὲν δ' ἄτοπον τάφον αὐτοῦ μὴ φαίνεσθαι· μηδὲ γὰρ ἄλλων πολλῶν. τοιαῦτά τινα εἰπὼν ὁ Τίμαιος, ἐπιφέρει.

vt ex commixtione aquæ dulcescerent, ac sedata peste, epulantibus Selinuntiis Empedoclem apparuisse: illi eo conspecto surrexerunt, eique velut deo diuinos honores detulerunt. Eam de se opinionem firmare volentem, se in ignes coniecisse. Verùm hisce Timæus refragatur, apertè asserens illum vbi in Peloponnesum se recepit, nunquam omnino rediisse, atque ideo illius incertum esse obitum. Heraclidi verò nominatim contradicit, Pisianacta Syracusanum dicens, neque villam Agrigēti habuisse, verùm à Pausania factum amico monumentum. Is enim huiusmodi vulgata fama, breuem statuam illi (nam diues erat) siue aram, vt deo, condidit. Quónam ergo pacto (inquit) se in crateras iniecit, quorum nullam vnquā fecit mentionem, & quidē quum propè essent? Mortuus enim est in Peloponneso. Quòd si illius sepultura non cernitur, nihil est cur admiremur. nanque & aliorum multorum sepulcra ignorantur. Ista & huiusmodi Timæus refert,

ἀλλὰ γὰρ πάντως ἐστὶν ἡρακλείδης τοιοῦτος παραδοξολόγος, καὶ ἐκ τῆς σελήνης πεπτωκέναι ἄνθρωπον λέγων. ἱππόβοτος δέ φησιν ὅτι ἀνδριὰς ἐγκεκαλυμμένος ἐμπεδοκλέους ἔκειτο πρότερον μὲν ἐν ἀκράγαντι, ὕστερον δὲ πρὸ τοῦ ῥωμαίων βουλευτηρίου, ἀκάλυφος, δηλονότι μεταθέντων αὐτὸν ῥωμαίων. γραπταὶ μὲν γὰρ εἰσί τινες, καὶ νῦν περιφέρονται. Νεάνθης δ' ὁ κυζικηνὸς, ὁ καὶ περὶ τῶν πυθαγορικῶν εἰπὼν, φησὶ μέτωνος τελευτήσαντος τυραννίδος ἀρχὴν ὑποφύεσθαι· εἶτα τὸν ἐμπεδοκλέα πεῖσαι τοὺς ἀκραγαντίνους παύσασθαι μὲν τῶν στάσεων, ἰσότητα δὲ πολιτικὴν ἀσκεῖν. ἔτι τε πολλὰς τῶν πολιτίδων ἀπροίκους ὑπαρχούσας αὐτὸν προικίσαι, διὰ τὸν παρόντα αὐτῷ πλοῦτον. διὸ δὴ πορφύραν τε ἀναλαβεῖν αὐτὸν, καὶ στρόφιον ἐπιθέσθαι χρυσοῦν, ὡς φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονεύμασιν· ἔτι τε ἐμβάδας χαλκᾶς, καὶ στέμμα δελφικόν. κόμη τε ἦν αὐτῷ βαθεῖα, καὶ παῖδες ἀκόλουθοι· καὶ αὐτὸς ἀεὶ σκυθρωπὸς ἐφ' ἑνὸς σχήματος ἦν.

Verùm semper Heraclidis consuetudo est miracula ista confingere, qui & ex luna cecidisse hominem dicit. Porro Hippobotus ait statuam Empedoclis opertam Agrigenti primùm stetisse, postea verò ante Romanorum curiam constitutam fuisse, Romanis eam illuc transferentibus apertam. Pictæ quidem & nunc eiusmodi quædam inueniuntur. Neanthes verò Cyzicenus (qui & de Pythagoricis scripsit) refert Metone vita functo tyrannidis pullulare exordia cœpisse. Tum verò Empedoclem Agrigentinos induxisse, vti seditionibus omissis æqualitatem ciuilem amplecterentur: multas itidem ciuium, quæ sine dote erant, ex relictis sibi opibus adiecta dote viris tradidisse, atque ideo & purpuram se induisse, & strophium aureum circundedisse, Phauorinus in Commentariis autor est: crepidas item æreas, & Delphicã sumpsisse coronam. Coma item illi prolixa fuit, & pueri se deducentes: & ipse grauis semper atque in vno seueritatis habitu perstitit.

τοιοῦτος δὴ προῄει, τῶν πολιτῶν ἀντυχόντων, καὶ τοῦτο ἀξιωσάντων οἱονεὶ βασιλείας τινὸς παράσημον. ὕστερον δὲ διά τινα πανήγυριν πορευόμενον ἐφ᾽ ἁμάξης ὡς εἰς Μεσσήνην, πεσεῖν καὶ τὸν μηρὸν κλάσαι· νοσήσαντα δ᾽ ἐκ τούτου, τελευτῆσαι ἐτῶν ζ' καὶ ο'. εἶναι δ᾽ αὐτοῦ καὶ τάφον ἐν Μεγάροις. περὶ δὲ τῶν ἐτῶν Ἀριστοτέλης διαφέρεται. φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ξ' ἐτῶν αὐτὸν τελευτῆσαι· οἱ δέ, θ' καὶ ρ'. ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν δ' καὶ π' ὀλυμπιάδα. Δημόκριτος δὲ ὁ Τροιζήνιος ἐν τῷ κατὰ σοφιστῶν βιβλίῳ φησὶν αὐτὸν, καθ᾽ Ὅμηρον,

Ἁψάμενον βρόχον αἰπὺν ἀφ᾽ ὑψηλοῖο κρανείης
Αὐχέν᾽ ἀποκρεμάσαι, ψυχὴν δ᾽ Ἄϊδόσδε κατελθεῖν.

ἐν δὲ τῷ προειρημένῳ Τηλαύγους ἐπιστολίῳ, λέγεται αὐτὸν εἰς θάλατταν ὑπὸ γήρως ὀλισθήσαντα τελευτῆσαι. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ θανάτου καὶ τοσαῦτα. φέρεται δὲ καὶ ἡμῶν εἰς αὐτὸν ἐν τῇ Παμμέτρῳ σκωπτικὸν μέν, τοῦτον δ᾽ ἔχον τὸν τρόπον,

Eiusmodi igitur progrediebatur, vt ciuibus sibi occurrentibus, ac pro magno id munere habentibus, specimen quoddam & insigne regium præ se ferre videretur. Postremo verò dum celebritatis cuiusdam causa, Messanam curru inuectus proficisceretur, cecidisse, coxámque fregisse. Quo etiam ex morbo defunctum esse, ætatis anno LXXVII. Esse item sepulcrum eius Megaris. De ætate verò ab Aristotele dissentit. Ille enim LX annorum defecisse ait, alij centum & nouem vixisse annos contendunt. Floruit autem circa LXXX & IIII Olympiadem. Democritus autem Trœzenius in libro Contra sophistas refert illum iuxta Homerum,

Connexo ex alta láqueo sua guttura cornu
Inseruisse, anima vt tetrum penetraret ad orcum.

In ea verò quam prædiximus Telaugis epistola, fertur, illum ex senio in mare prolapsum, extinctúmque esse. Hæc de ipsius morte. Fertur & nostrum in eum ex Pammetro nostra carmen in hunc modum,

Καὶ σύ ποτ' ἐμπεδόκλεις διερῇ φλογὶ σῶμα καθήρας,
Πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων.
Οὐκ ἐρέω δ' ὅτι σαυτὸν ἑκὼν βάλες ἐς ῥόον αἴτνης,
Ἀλλὰ λαθεῖν ἐθέλων ἔμπεσες οὐκ ἐθέλων.

Καὶ ἄλλο,

Ναὶ μὴν ἐμπεδοκλῆα θανεῖν λόγος, ὥς ποθ' ἁμάξης
Ἔκπεσε, καὶ μηρὸν κλάσσατο δεξιτερόν.
Εἰ δὲ πυρὸς κρατῆρας ἐνήλατο, καὶ πίε τὸ ζῆν,
Πῶς ἂν ἔτ' ἐν μεγάροις δείκνυτο τοῦδε τάφος;

Ἐδόκει δ' αὐτῷ τάδε. Στοιχεῖα μὲν εἶναι τέτταρα, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα· φιλίαν τε ᾗ συγκρίνεται, καὶ νεῖκος ᾧ διακρίνεται. φησὶ δ' οὕτω,

Ζεὺς ἀργὴς, ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' ἀϊδωνεύς,
Νῆστις θ' ἣ δακρύοις ἐπιτέγγει ὄμμα βρότειον.

Δία μὲν τὸ πῦρ λέγων, ἥρην δὲ τὴν γῆν, ἀϊδωνέα δὲ τὸν ἀέρα· Νῆστιν δὲ τὸ ὕδωρ. καὶ ταῦτα, φησὶν, ἀλλάττοντα διαμπερὲς οὐδαμοῦ λήγει, ὡς ἂν ἀϊδίου τῆς τοιαύτης διακοσμήσεως οὔσης. ἐπιφέρει γοῦν,

Empedocles rapida purgasti corpora flamma,
AEternos ignes fortiter ore trahens.
Non dicam quod te in feruentem miseris AEtnam,
Lapsus es at nolens, delituisse volens.

Et aliud,

Cruribus Empedocles collisis, dicitur esse
Mortuus, è curru quum cecidisset humi.
Si se flagrantem malè sanus iecit in AEtnam,
Quomodo adhuc Megaris structa sepulcra tacent?

Timon verò ne ab eo quidem lacessendo abstinuit, dicens, Empedoclésque forensium opifex carminum, & cætera. Hæc autem illi visa sunt ac placita, Elementa esse quatuor: Ignem, aquam, aerem, terram: amicitiámque qua copulentur, & discordiam qua dissideat. Ait autem sic,

Iuppiter albus, & alma soror Iuno, atque potens Dis.
Et Nestis lacrymis hominum quæ lumina complet.

Iouem, ignem: Iunonem, terram: Aidoneum, aerem. Nestin, aquam dicens: & hæc ait assiduas versare vices, desinere nusquam. Estque æternus iuxta illum hic rerũ ordo. Denique infert,

Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα,
Ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει.

Nonnunquam connectit amor simul omnia, rursus
Nonnunquam seiuncta iubet contentio ferri.

καὶ τὸν μὲν ἥλιον φησὶ πυρὸς ἄθροισμα μέγα, καὶ τῆς σελήνης μείζω· τὴν δὲ σελήνην, δισκοειδῆ· αὐτὸν δὲ τὸν οὐρανὸν, κρυσταλλοειδῆ. καὶ τὴν ψυχὴν παντοῖα εἴδη ζώων καὶ φυτῶν ἐνδύεσθαι. φησὶ γοῦν,

Solem ait ignis ingentem massam, lunáque maiorem, lunámque disci habere similitudinem. Cælum ipsum crystalli obtinere speciem: & animam, & omnigenûm animalium atque arborum species indui: ait nempe,

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε,
Θάμνος τ' οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς.

Nam (memini) fueram quondam puer atque puella,
Plantaque, & ignitus piscis, pernixque volucris.

τὰ μὲν οὖν περὶ φύσεως αὐτῷ καὶ οἱ καθαρμοὶ εἰς ἔπη τείνουσι πεντακισχίλια, ὁ δὲ ἰατρικὸς λόγος εἰς ἔπη ἑξακόσια. περὶ δὲ τῶν τραγῳδιῶν προειρήκαμεν.

Quæ igitur ille De natura deque expiationibus scripsit, ad quinque millia versuum pertingunt: quæ verò de medicina, ad sexcentos. De tragœdiis suprà iam diximus.

ΕΠΙΧΑΡΜΟΣ.

Ἐπίχαρμος Ἠλοθαλοῦς, Κῷος, καὶ οὗτος ἤκουσε Πυθαγόρου. τριμηνιαῖος δ' ὑπάρχων, ἀπηνέχθη τῆς Σικελίας εἰς Μέγαρα· ἐντεῦθεν δ' εἰς Συρακούσας, ὥς φησι καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς συγγράμμασι. καὶ αὐτῷ ἐπὶ τοῦ ἀνδριάντος ἐπιγέγραπται τάδε.

EPICHCRMVS.

Epicharmus, Elothalis filius, Cous, & ipse Pythagoræ auditor fuit. Trimestris verò quum esset, è Sicilia profectus, peruenit Megara: inde contendit Syracusas, vt & ipse in suis testatur libris. Eius statuæ eiusmodi carmen inscriptum est.

Εἴ τι παραλλάσσει φαέθων μέγας ἅλιος ἄστρων,
Καὶ πόντος ποταμῶν μείζον' ἔχει δύναμιν.
Φαμὶ τοσοῦτον ἐγὼ σοφίᾳ προέχειν Ἐπίχαρμον,
Ὃν πατρὶς ἐστεφάνωσ' ἅδε συρακοσίων.

Quantum sol vincit sublimia sidera cæli,
Quanto vis pelago maior inest fluuiis:
Tantum ego profiteor sophis præstare Epicharmum,
Cui Syracusa comis patria serta dedit.

Οὗτος ὑπομνήματα καταλέλοιπεν, ἐν οἷς φυσιολογεῖ, γνωμολογεῖ, ἰατρολογεῖ· καὶ παραστιχίδα γε τοῖς πλείστοις τῶν ὑπομνημάτων πεποίηκεν, οἷς διασαφεῖ ὅτι αὐτοῦ ἐστι τὰ συγγράμματα. βιοὺς δ' ἔτη ἐνενήκοντα, κατέστρεψε τὸ ζῆν.

Commentaria reliquit, in quibus de natura rerum, de sententiis, de medicina disseruit. Notásque breues Commẽtariorum locis apposuit, quibus apertè indicat ab se elaborata opuscula. Obiit anno ætatis nonagesimo.

ΑΡΧΥΤΑΣ.

Ἀρχύτας Μνησαγόρου, Ταραντῖνος, ὡς δ' Ἀριστόξενος, Ἑστιαίου, Πυθαγορικὸς καὶ αὐτός. οὗτός ἐστιν ὁ Πλάτωνα ῥυσάμενος δι' ἐπιστολῆς, παρὰ Διονυσίου μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι. ἐθαυμάζετο δὲ καὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ πάσῃ ἀρετῇ· καὶ δὴ ἑπτάκις τῶν πολιτῶν ἐστρατήγησε, τῶν ἄλλων μὴ πλέον ἐνιαυτοῦ στρατηγούντων διὰ τὸ κωλύειν τὸν νόμον. πρὸς τοῦτον καὶ Πλάτων γέγραφεν ἐπιστολὰς δύο, ἐπειδήπερ αὐτῷ πρότερος ἐγεγράφει τοῦτον τὸν τρόπον,

ARCHYTAS.

Archytas Mnesagoræ, siue (vt Aristoxenus ait) Hestiæi filius, Tarentinus, Pythagoricus nobilissimus fuit. Hic Platonem, quum à Dionysio necandus esset, per epistolam eripuit. Admirationi summæ apud plurimos habitus est in omni virtutis genere. Nam septies ciuibus præfectus est, quum ceteri plus quàm annum imperare lege prohiberentur. Ad hunc Plato scribit epistolas binas, quòd is ad eum prior scripsisset in hunc modum.

Ἀρχύτας Πλάτωνι ὑγιαίνειν.

Καλῶς ποιεῖς ὅτι ἀποπέφευγας ἐκ τᾶς ἀρρωστίας. ταῦτα γὰρ αὐτός τυ ἐπέσταλκας, καὶ τοὶ περὶ Δαμίσκον ἀπάγγελον. περὶ δὲ τῶν ὑπομναμάτων ἐπεμελήθημες, καὶ ἀνήλθομες ὡς Λευκανώς, καὶ ἐνετύχομες τοῖς Ὀκέλλω ἐκγόνοις. τὰ μὲν ὦν περὶ νόμω, καὶ βασιληίας, καὶ ὁσιότατος, καὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος, αὐτοί τε ἔχομες καί τινα ἀπεστάλκαμες· τὰ δὲ λοιπὰ οὔτοι νῦν γα δύναται εὑρεθῆμεν. αἰ δέ κα εὑρεθῇ, ἥξει τοι. ὧδε μὲν ὁ Ἀρχύτας. ὁ δὲ Πλάτων ἀντεπιστέλλει τοῦτον τὸν τρόπον.

Πλάτων Ἀρχύτᾳ εὖ πράττειν.

Τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόντα ὑπομνήματα θαυμαστῶς ἄσμενοί τε ἐλάβομεν, καὶ τοῦ γράψαντος αὐτὰ ἠγάσθημεν ὡς ἔνι μάλιστα· καὶ ἔδοξεν ἡμῖν ἁνὴρ ἄξιος ἐκείνων τῶν παλαιῶν προγόνων. λέγονται γὰρ δὴ οἱ ἄνδρες οὗτοι μυραῖοι εἶναι. οὗτοι δ᾽ ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων Τρώων, ἄνδρες ἀγαθοί, ὡς ὁ παραδεδομένος μῦθος δηλοῖ. τὰ δὲ παρ᾽ ἐμοὶ ὑπομνήματα περὶ

Archytas Platoni S.

Facis tu quidem rectè, quòd nobis te conualuisse ex ægritudine significaris: de Damisco item certiores feceris. De commentariis autē curauimus, venimúsque ad Lucanos, ibíque conuenimus Occelli nepotes. Quæ igitur de regno, legibus, iustitia, omniúmque generatione, & ipsi habemus, & ex his quædam misimus. Reliqua modò reperiri nō possunt, quum inuenta fuerint, ad te deferentur. In hunc modum Archytas. Plato autē ita rescripsit:

Plato Archytæ S.

Quæ abs te nobis allata sunt commētaria, dici non potest quàm libenter accepimus, quique illa scripsit, inprimis admirati sumus. Ostendit enim profectò vir ille dignum se maioribus illis suis antiquissimis atque optimis viris. Feruntur autem isti viri Myræi fuisse. Hi autem ex illis fuere Troianis, qui cum Laomedonte migrarunt, viri boni, vt de illis tradita significant. Quæ apud me sunt commētaria,

περὶ ὧν ἐπέστειλας, ἱκανῶς μὲν οὔπω ἔχει· ὡς δὲ ποτὶ τὺ ἔχοντα, ἀπέσταλκά τοι. περὶ δὲ τᾶς φυλακᾶς ἀμφότεροι συμφωνοῦμεν· ὥστε οὐδὲν δεῖ παρακελεύεσθαι. ἔρρωσο. καὶ ὧδε μὲν πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς ἔχουσιν αἱ ἐπιστολαί.

Γεγόνασι δ' Ἀρχῦται τέτταρες· πρῶτος αὐτὸς οὗτος· δεύτερος, Μιτυληναῖος, μουσικός· τρίτος, περὶ γεωργίας συγγεγραφώς· τέταρτος, ἐπιγραμματοποιός. ἔνιοι καὶ πέμπτον ἀρχιτέκτονά φασιν, οὗ φέρεται βιβλίον περὶ μηχανῆς, ἀρχὴν ἔχον ταύτην, τάδε παρὰ Τεύκρου Καρχηδονίου διήκουσα. περὶ δὲ τοῦ μουσικοῦ φέρεται καὶ τόδε, ὡς ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ μὴ ἐξακούεσθαι, εἴποι, τὸ γὰρ ὄργανον ὑπὲρ ἐμοῦ διαγωνιζόμενον λαλεῖ. τὸν δὲ Πυθαγορικὸν Ἀριστόξενός φησι μηδέποτε στρατηγοῦντα ἡττηθῆναι· φθονούμενον δ' ἅπαξ, ἐκχωρῆσαι τῆς στρατηγίας, καὶ τοὺς αὐτίκα ληφθῆναι. οὗτος πρῶτος τὰ μηχανικὰ ταῖς μηχανικαῖς προσχρησάμενος ἀρχαῖς ἐμεθώδευσε, καὶ πρῶτος κίνησιν ὀργανικὴν διαγράμματι γεωμετρικῷ προσήγαγε,

e quibus fieri pssisti, nondum satis elucubrata sunt, neque vnquam satis erunt, ea tamen misi. De custodia verò ambo consentimus. Nihil itaque adhortatione opus est. Vale. In hunc modum illi ad se inuicem scripserunt.

Porro Archytæ quatuor fuere: Primus hic ipse: secundus, Mitylenæus musicus: tertius, qui de agricultura scripsit: quartus, poeta epigrammatum, quintũ, plerique addunt architectum, cuius proferunt librum De machina, cuius istud initium est, Hæc de Teucro Carthaginiẽsi audiui. De musico autem dicitur, quòd quum probro ipsi daretur quòd non exaudiretur, dixerit, organũ verò pro me pugnans loquitur. Pythagoricum verò Aristoxenus refert quũ exercitui præesset, nũquam fuisse superatum. Semel autem, dum inuidiæ cederet, sese imperio abdicasse, moxque exercitũ in ius hostiũ concessisse. Primus hic mechanica mechanicis principiis vsus exposuit, primusque motũ organicũ descriptiōi geometricæ admouit,

διὰ τῆς τομῆς τοῦ ἡμικυλίνδρου δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν ζητῶν εἰς τὸν τοῦ κύβου διπλασιασμόν. καὶ γεωμετρίᾳ πρῶτος κύβον εὗρεν, ὥς φησι Πλάτων ἐν πολιτείᾳ.

ex dimidij cylindri sectione duas medias secundum proportionẽ sumere quærẽs, ad cubi publicationẽ: hic in geometria cubum primus (vt Plato in Republica testatur) inuenit.

ἈΛΚΜΑΙΩΝ.

Ἀλκμαίων Κροτωνιάτης, καὶ οὗτος Πυθαγόρου διήκουσε, καὶ τὰ πλεῖστά γε ἰατρικὰ λέγει. ὅμως δὲ καὶ φυσιολογεῖ ἐνίοτε, λέγων, δύο τὰ πολλά ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων. δοκεῖ δὲ πρῶτος φυσικὸν λόγον συγγεγραφέναι, (καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ) καὶ τὴν σελήνην καθόλου ταύτην ἔχειν αἴδιον φύσιν. ἦν δὲ Πειρίθου υἱός, ὡς αὐτὸς ἐναρχόμενος τοῦ συγγράμματός φησιν. ἀλκμαίων κροτωνιήτης τάδε ἔλεξε, Πειρίθου υἱός, Βροτίνῳ καὶ Λέοντι καὶ Βαθύλλῳ. περὶ τῶν ἀφανέων, περὶ τῶν θνητῶν σαφήνειαν μὲν θεοὶ ἔχοντι· ὡς δὲ ἀνθρώποις τεκμαίρεσθαι, καὶ τὰ ἑξῆς. ἔφη δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον, καὶ κινεῖσθαι αὐτὴν συνεχῶς ὡς τὸν ἥλιον.

ALCMÆON.

Alcmæõ Crotoniates, & Pythagoræ auditor fuit, vt plurimum vero in medicina versatur: plerunque item de natura disputat, dicẽs, multas humanarum rerum causas. Videtur autem primus de naturæ ratione scripsisse, vt Phauorinus in Omnimoda tradit historia, lunámque hanc sempiternam habere naturam dixit. Fuit autem Pirithi filius, sicut & ipse in principio sui operis testatur. Alcmæon Crotoniates hæc ait Pirithi filius Brotino & Leoni, & Bathyllo. De inuisibilibus, de immortalibus rebus, manifestã quidẽ scientiam habent dij, quantum verò coniicere hominibus licet. & cætera. Animam verò immortalem dixit, moueríque perpetuo instar solis.

Hippasus.

ΙΠΠΑΣΟΣ.

Ἵππασος, Μεταποντῖνος, καὶ αὐτὸς Πυθαγορικός. ἔφη δὲ χρόνον ὡρισμένον εἶναι τῆς τοῦ κόσμου μεταβολῆς, καὶ πεπερασμένον εἶναι τὸ πᾶν καὶ ἀεικίνητον. φησὶ δ' αὐτὸν Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις, μηδὲν καταλιπεῖν σύγγραμμα.

Γεγόνασι δὲ Ἵππασοι δύο, οὗτός τε, καὶ ἕτερος γεγραφὼς ἐν ε' βιβλίοις Λακώνων πολιτείαν. ἦν δὲ καὶ αὐτὸς Λάκων.

HIPPASVS.

Hippasus, Metapontinus, & ipse Pythagoricus fuit. Ait autem definitum esse tempus mundi mutationis, finitúmque hoc vniuersum esse ac semper moueri. Demetrius autem in Æquiuocis refert illum nullum opus reliquisse.

Fuerunt autem Hippasi duo, hic, & qui Lacedæmoniorum rempub. quinque libris comprehendit. Erat autem & ipse Lacon.

ΦΙΛΟΛΑΟΣ.

Φιλόλαος Κροτωνιάτης, Πυθαγορικός. παρὰ τούτου Πλάτων ὠνήσασθαι τὰ βιβλία τὰ Πυθαγορικὰ Δίωνι γράφει. ἐτελεύτα δὲ νομισθεὶς ἐπιτίθεσθαι τυραννίδι. καὶ ἡμῶν ἐστιν εἰς αὐτόν,

Τὴν ὑπόνοιαν πᾶσι μάλιστα λέγω θεραπεύειν·
εἰ γὰρ καὶ μὴ δρᾷς, ἀλλὰ δοκεῖς, ἀτυχεῖς.
Οὕτω καὶ Φιλόλαον ἀνεῖλε Κρότων ποτὲ πάτρη,
ὥς μιν ἔδοξε θέλειν δῶμα τύραννον ἔχειν.

Δοκεῖ δὲ αὐτῷ πάντα ἀνάγκῃ καὶ ἁρμονίᾳ γίνεσθαι. καὶ τὴν

PHILOLAVS.

Philolaus, Crotoniata, Pythagoricus & ipse fuit. Ab hoc Pythagoricos libros emendos vt curaret, Dioni scribit Plato. Moritur autem suspectus quòd tyrannidem inuadere moliretur. Nostrũ est in ipsum epigramma hoc,

Suspicio haud res est minimi, mihi crede, pericli,
Non pecces quicquam, si videare, facis.
Sic Philolae Croton te patria perdidit olim,
Te arbitrata trucem velle tyrannum agere.

Opinatur autẽ omnia harmonia ac necessitate fieri.

γῆν κινεῖσθαι κατὰ κύκλον, πρῶτον εἰπεῖν. οἱ δὲ, ἱκέταν συρακούσιον φασίν.

Γέγραφε δὲ βιβλίον ἓν, ὅ φησιν ἕρμιππος λέγειν τινὰ τῶν συγγραφέων, πλάτωνα τὸν φιλόσοφον παραγενόμενον εἰς σικελίαν πρὸς διονύσιον ὠνήσασθαι παρὰ τῶν συγγενῶν τοῦ φιλολάου, ἀργυρίου ἀλεξανδρινῶν μνῶν μ΄ καὶ ἐντεῦθεν μεταγεγραφέναι τὸν τίμαιον. ἕτεροι δὲ λέγουσι τὸν πλάτωνα λαβεῖν αὐτὰ παρὰ διονυσίου, παραιτησάμενον ἐκ τῆς φυλακῆς νεανίσκον, ἀπηγμένον τῶν τοῦ φιλολάου μαθητῶν. τοῦτον φησὶν δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις πρῶτον ἐκδοῦναι τῶν πυθαγορικῶν περὶ φύσεως· ὧν ἡ ἀρχὴ ἥδε, φύσις δὲ ἐν τῷ κόσμῳ ἁρμόχθη ἐξ ἀπείρων τε καὶ περαινόντων, καὶ ὅλος κόσμος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα.

terram iuxta primum circulum moueri dicit. Alij Hicetam Syracusanum id sensisse affirmant.

Scripsit autem librum in quo illum Hermippus quempiam scriptorem dixisse refert, Platonem philosophũ quum in Siciliam ad Dionysium profectus esset, emisse à Philolai consanguineis argenti minas Alexandrinas quadraginta, atque inde transcripsisse Timæũ. Alij Platonem dicunt hæc à Dionysio accepisse, reluctantem licet abductum ex carcere adolescentem ex Philolai discipulis. Refert Demetrius in Homonymis Pythagorica de natura rerum hunc primum edidisse. quorum est initiũ. In mundo natura coacta est ex infinitis ac finitis, mundúsque totus, & quæ sunt in ipso omnia.

ΕΥ̓ΔΟΞΟΣ.

Εὔδοξος αἰσχίνου, κνίδιος, ἀστρόλογος, γεωμέτρης, ἰατρὸς, νομοθέτης. οὗτος τὰ μὲν γεωμετρικὰ ἀρχύτα διήκουσε· τὰ δὲ ἰατρικὰ,

EVDOXVS.

EVdoxus, Æschini filius, Cnidius, astrologus, geometra, medicus, ac legumlator fuit: Geometriã quidem ab Archyta didicit: In medicina verò

φιλιστίωνος τοῦ σικελιώτου, καθὰ καλλίμαχος ἐν τοῖς πίναξί φησιν. σωτίων δ' ἐν ταῖς διαδοχαῖς λέγει, καὶ πλάτωνος αὐτὸν ἀκοῦσαι. γενόμενον γὰρ ἐτῶν γ' που καὶ κ', καὶ στενῶς διακείμενον, κατὰ κλέος τῶν σωκρατικῶν εἰς ἀθήνας ἀπᾶραι σὺν θεομέδοντι τῷ ἰατρῷ, τρεφόμενον ὑπ' αὐτοῦ. οἱ δὲ, καὶ παιδικὰ ὄντα, καταχθέντα δὲ εἰς τὸν πειραιέα, ὁσημέραι ἀνιέναι ἀθήναζε, καὶ ἀκούσαντα τῶν σοφιστῶν αὐτόθι, ὑποστρέφειν. δύο δὲ μῆνας διατρίψαντα, οἴκαδε ἐπανελθεῖν, καὶ πρὸς τῶν φίλων ἐρανισθέντα εἰς αἴγυπτον ἀπᾶραι μετὰ χρυσίππου τοῦ ἰατροῦ, συστατικὰς φέροντα παρ' ἀγησιλάου πρὸς νεκτάναβιν· τὸν δὲ τοῖς ἱερεῦσιν αὐτὸν συστῆσαι. καὶ τέτταρας μῆνας πρὸς ἐνιαυτῷ διατρίψαντα αὐτόθι ξυρόμενόν τε ἥβην καὶ ὀφρῦν, τὴν ὀκταετηρίδα κατά τινας συγγράψαι. ἐντεῦθέν τε γενέσθαι ἐν κυζίκῳ καὶ τῇ προποντίδι σοφιστεύοντα. ἀλλὰ καὶ παρὰ μαύσωλον ἀφικέσθαι. ἔπειθ' οὕτως ἐπανελθεῖν ἀθήναζε,

Philistione Siculo præceptore vsus est, vt Callimachus in tabulis. Porro Sotion in Successionibus, Platonis quoque auditorem fuisse scribit. Nam quum annum vigesimum tertium ætatis ageret, summóque inter paupertatis angustias discendi studio flagraret, Socraticorum gloria percitum, Athenas contendisse cum Theomedonte medico, à quo & nutriri solitum: nec defuerunt qui dicerent ipsius delicias fuisse. Deuectus autem in Pireum, Athenas quotidie ascendebat, ibique quum sophistas audisset, ad portum regrediebatur. Duos autem ibi menses moratus, domum reuertitur. Vnde rursus amicorũ largitate suffultus, in Ægyptum cum Chrysippo medico profectus est, commendatitias ab Agesilao literas ad Nectanabin ferens, à quo & sacerdotibus commendatus est. Ibi annum vnum & menses quatuor moratus, mẽto attonso atque supercilio, octo annorum historiam, secundum quosdam, conscripsit. Inde iam Cyzici atque in Propontide Phantus Mausolum itidem visere voluit. Tum verò Athenas rediit,

πάλιν πολλοὺς περὶ ἑαυτὸν ἔχοντα μαθητάς, ὥς φασί τινες, ἕνεκα τοῦ Πλάτωνα λυπῆσαι, ὅτι τὴν ἀρχὴν αὐτὸν παρεπέμψατο. τινὲς δέ φασι καὶ συμπόσιον ἔχοντι τῷ Πλάτωνι αὐτὸν τὴν ἡμικύκλιον κατάκλισιν, πολλῶν ὄντων, εἰσηγήσασθαι. φησὶ δ' αὐτὸν Νικόμαχος ὁ Ἀριστοτέλους τὴν ἡδονὴν λέγειν τὸ ἀγαθόν.

Ἀπεδέχθη δὲ ἐν τῇ πατρίδι μεγαλοτίμως, ὥς τό γε περὶ αὐτοῦ ψήφισμα γενόμενον δηλοῖ.

Ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιφανέστατος ἐγένετο, γράψας τοῖς ἰδίοις πολίταις νόμους, ὥς φησιν Ἕρμιππος ἐν τετάρτῃ περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν, καὶ ἀστρολογούμενα, καὶ γεωμετρούμενα, καὶ ἕτερ' ἄττα ἀξιόλογα. ἔσχε δὲ καὶ θυγατέρας τρεῖς, Ἀκτίδα, Φιλτίδα, Δελφίδα. φησὶ δ' αὐτὸν Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς πρὸς Βάτωνα, καὶ κυνῶν διαλόγους συνθεῖναι. οἱ δέ, γεγραφέναι μὲν Αἰγυπτίους τῇ αὐτῶν φωνῇ, τοῦτον δὲ μεθερμηνεύσαντα ἐκδοῦναι τοῖς Ἕλλησι. τούτου διήκουσε Χρύσιππος Ἐρίνεω Κνίδιος τά τε περὶ θεῶν καὶ κόσμου καὶ τῶν μετεωρολογου-

habens secum discipulos plurimos, contristandi (vt quidam volunt) Platonis gratia, quòd is ab initio illum ab se dimiserat. Sunt qui dicant conuiuium Platoni celebranti ipsum adstantibus plurimis, hemicyclium in accubitum introduxisse. Enimuero Nicomachus Aristotelis filius illum ait voluptatem bonũ dicere. Exceptus autem in patria magno cũ honore est, cui⁹ rei indicio est honorificũ de illo factũ decretũ.

Apud Græcos quoque clarissimus fuit, ciuibúsque suis leges conscripsit, vt Hermippus in quarto De septem sapientibus libro refert.

Scripsit autem de astrologia & de geometria & de aliis quibusdam insignia opuscula. Tres autẽ habuit filias, Actidem, Philtidem, Delphidem. Refert Eratosthenes in libris ad Hecatonem, ipsum & Cynicorũ dialogos composuisse: alij, Ægyptios lingua sua illos cõscripsisse: hunc verò traductos Græcis edidisse traduntur. Eius Chrysippus Erinei filius Cnidius auditor fuit, in his quæ de his, de mundo, de cælestibus docẽ-

εἰν ... ικιδιος τά τε περὶ θεῶν καὶ κόσμου καὶ τῶν μετεωρολογου-

μων· τὰ δὲ ἰατρικὰ παρὰ φιλιστίωνος τοῦ σικελιώτου. κατέλιπε δὲ καὶ ὑπομνήματα κάλλιστα. τούτου γέγονε παῖς ἀρισταγόρας, οὗ χρύσιππος ἀεθλίου μαθητής· οὗ τὰ θεραπεύματα φέρεται ὁρατικὰ, τῶν φυσικῶν θεωρημάτων ὑπὸ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ πεσόντων.

Γεγόνασι δὲ εὔδοξοι τρεῖς· αὐτὸς οὗτος· ἕτερος, ῥόδιος, ἱστορίας γεγραφώς· τρίτος, σικελιώτης, παῖς ἀγαθοκλέους, ποιητὴς κωμῳδίας, νίκας ἑλὼν, ἀστικὰς μὲν τρεῖς, ληναϊκὰς δὲ πέντε, καθά φησιν ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς. εὑρίσκομεν δὲ καὶ ἄλλον ἰατρὸν κνίδιον, περὶ οὗ φησιν εὔδοξος ἐν γῆς περιόδῳ, ὡς εἴη παραγγέλλων ἀεὶ συνεχὲς κινεῖν τὰ ἄρθρα πάσῃ γυμνασίᾳ· ἀλλὰ καὶ τὰς αἰσθήσεις ὁμοίως. ὁ δ' αὐτός φησι τὸν κνίδιον εὔδοξον ἀκμάσαι κατὰ τὴν γ′ καὶ ρ′ ὀλυμπιάδα, εὑρεῖν τε τὰ περὶ τὰς καμπύλας γραμμάς.

Ἐτελεύτησε δὲ τρίτον ἄγων καὶ ν′ ἔτος. ὅτε δὲ συνεγένετο ἐν αἰγύπτῳ ἰχόνυφι τῷ ἡλιουπολίτῃ, ὁ ἆπις αὐτοῦ θοἰμάτιον

tur. In medicina verò Philistione Siculo præceptore vsus est. Reliquit autem & Commẽtaria pulcherrima & eruditionis plena. Huius filius Aristagoras fuit, cuius Chrysippus Aethlij discipulus fuit, cuius feruntur modi illi ad videndas speculationes naturales quæ in mentem eius venerant accommodati.

Fuerunt autem EVdoxi tres: Primus, hic ipse: secundus, Rhodius, historiarum scriptor: tertius, Siculus, Agathoclis filius, poeta comicus, qui ter vrbana vicit certamina, quinquiésque Lenaica, vt Apollodorus in Chronicis ait. Inuenimus & alium medicũ Cnidium, quem ait EVdoxus in terræ ambitu, semper admonere solitum articulos continua agitatione exercendos, sensúsque similiter. Idem verò refert EVdoxum Cnidium circa centesimam & tertiam Olympiadem claruisse, atque lineas curuas reperisse.

Moritur autem tertium & quinquagesimum agẽs annum. Quum verò adhuc in Ægypto moraretur cum Ichonuphy Heliopolitano Apis illi⁹ palliũ lingere visus

περιλιχμήσασθαι. ἔνδοξον μὲν αὐτὸν ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον ἔφασαν οἱ ἱερεῖς ἔσεσθαι, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονεύμασιν. ἔστι δὲ καὶ ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχον,

Ἐν μέμφει λόγος ἐστὶ μαθεῖν
ἰδίην ποτὲ μοίρην
Εὔδοξον ἄπ' ἐδοῦς τοῦ καλλικέρω ταύρου.
Κ' οὐδὲν ἔλεξε. (πόθεν; βοὶ γὰρ λόγον οὐ πόρε φύσις,
Οὐδὲ λάλον μόσχῳ ἄπιδι στόμα) δοχμὰ παρ' αὐτὸν
Λέχρια κείμενος περιφαντῶς λιχμήσατο λώπην,
Δηλῶν ὡς ἀποδύσῃ δὴ βιοτὴν ἔσσον ὕπω.
Καὶ δή οἱ ταχέως ἐπήλυθεν αὐτίκα πότμος,
Ἡλίους δεκάκις πέντ' οὐδὲ τρεῖς ἐπιδόντι.

Τοῦτον ἀντὶ Εὐδόξου ἔνδοξον ἐκάλουν διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς φήμης. ἐπειδὴ δὲ περὶ τῶν ἐλλογίμων πυθαγορικῶν διεληλύθαμεν, ἤδη περὶ τῶν σποράδην (ὥς φασι) διαλεχθῶμεν. λεκτέον δὲ πρῶτον περὶ ἡρακλείτου.

est. Celebrem ergo illum fore nec longæuum, ex eo ostento sacerdotes dixere, vt Phauorinus in Commẽtariis refert. Significat autem carmen quod in eum scripsimus, *Fama est EVdoxum quondam in Memphi fatum suum sciscitatũ, à pulchrè cornuto boue. Neque illi respondit quicquam. Nam unde sermo boui contigisset? Siquidem Apidi vitulo os loquax non dedit natura. Verùm obliquus quum staret, vestem lambebat, hoc apertè innuens, illum propediem vita excessurum: quare & breui postea mors hominem inuasit, quum nimirum decies quinque super tres vixisset annos.* Hunc pro EVdoxo ἔνδοξον ob famæ claritatem gloriámque appellabant. Quoniam ergo de nobilibus Pythagoricis diximus, nunc iam sparsim (vt aiunt) de claris quibusdam philosophis loquamur: ac primùm de Heraclito dicendum.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ ΠΕΡΙ βίων, δογμάτων καὶ ἀποφθεγμάτων, τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, βιβλίον θ τῶν ι'.

DIOGENIS LAERTII de vitis, dogmatis & apophthegmatis eorum qui in philosophia claruerunt, Liber IX.

ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ.

Ἡράκλειτος Βλύσωνος, ἢ (ὥς τινες) ἡρακίοντος, ἐφέσιος. οὗτος ἤκμαζε μὲν κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα.

Μεγαλόφρων δὲ γέγονε παρ' ὀντιναοῦν, καὶ ὑπερόπτης, ὡς καὶ ἐκ τοῦ συγγράμματος αὐτοῦ δῆλον, ἐν ᾧ φησι, πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει. ἡσίοδον γὰρ ἂν ἐδίδαξε καὶ πυθαγόρην, αὖθίς τε ξενοφάνεά τε καὶ ἑκαταῖον. εἶναι γὰρ ἓν τὸ σοφὸν ἐπίστασθαι γνώμην ἥτε οἱ ἐγκυβερνήσει πάντα διὰ πάντων.

HERACLITVS.

HEraclitus Blysonis, siue (vt quidam voluũt) Heratiõtis filius, Ephesius, circa LXIX Olympiadem clarus est habitus.

Fuit autem vltra cæteros alto animo & contemnente omnes, vt ex ipso eius opere ostenditur, vbi ait, Multa peritia mentem non docet. Hesiodum siquidem docuit & Pythagoram, rursusque Xenophõtem atque Hecatæum. Nam licere scire sapiẽtẽ sententiã qua gubernãtur omnia per omnia.

τόν τε Ὅμηρον ἔφασκεν ἄξιον ἐκ τῶν ἀγώνων ἐκβάλλεσθαι καὶ ῥαπίζεσθαι, καὶ Ἀρχίλοχον ὁμοίως. ἔλεγε δὲ καί, ὕβριν χρὴ σβεννύειν μᾶλλον ἢ πυρκαϊήν. καί, μάχεσθαι χρὴ τὸν δῆμον ὑπὲρ τοῦ νόμου, ὅκως ὑπὲρ τείχεος. καθάπτεται δὲ καὶ τῶν Ἐφεσίων, ἐπὶ τῷ τὸν ἑταῖρον ἐκβαλεῖν Ἑρμόδωρον· ἐν οἷς φησιν, ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀποθανεῖν πᾶσι, καὶ τοῖς ἀνήβοις τὴν πόλιν καταλιπεῖν, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἑωυτῶν ὀνήϊστον ἐξέβαλον λέγοντες, ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήϊστος ἔστω. εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλη τε καὶ μετ' ἄλλων. ἀξιούμενος δὲ καὶ νόμους θεῖναι πρὸς αὐτῶν, ὑπερεῖδε, διὰ τὸ ἤδη κεκρατῆσθαι τῇ πονηρᾷ πολιτείᾳ τὴν πόλιν. ἀναχωρήσας δὲ εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος μετὰ τῶν παίδων ἠστραγάλιζε· περιστάντων δ' αὐτὸν τῶν Ἐφεσίων, τί, ὦ κάκιστοι, θαυμάζετε; ἔφη. ἢ οὐ κρεῖττον τοῦτο ποιεῖν ἢ μεθ' ὑμῶν πολιτεύεσθαι;

Καὶ τέλος, μισανθρωπήσας καὶ ἐκπατήσας, ἐν τοῖς ὄρεσι διῃτᾶτο, πόας σιτούμενος καὶ βοτάνας. καὶ

Homerúmque dicebat dignum qui ex certaminibus eiiceretur, colaphísque cæderetur, Archilocúmque similiter. Dicebat autem & iniuriam extinguere oportere magis quàm incendiũ, plebémque pro lege non secus ac pro muro pugnare. Acriter autem Ephesios carpit, quòd amicum suum Hermodorum eiecerant, dicens, Merentur Ephesij omnes adulti mori, impuberibúsque vrbem derelinquere, quoniã Hermodorum sui præstantissimum expulerunt, dicentes, Nostrûm nemo inæqualis sit, quoniam siquis erit talis, alibique & cum aliis. Quũ autem rogaretur a ciuibus vt leges eis poneret, contẽpsit, quòd iam ciuitas pessima consuetudine imbuta esset. Secedens verò ad phanum Dianæ cum pueris ludebat. Circũmstantibus autem Ephesiis, Quid (inquit) miramini, ô perditi, nõnne præstat istuc facere, quam vobiscum rempub. administrare?

Tandem hominum odio secessit, vitamque in montibus ducebat, olera ac herbas comedens. Ar-

φήνας καὶ διὰ ταῦτα περιτραπεὶς εἰς ὕδερον, κατῆλθεν εἰς ἄστυ, καὶ τῶν ἰατρῶν αἰνιγματωδῶς ἐπυνθάνετο εἰ δύναιντο ἐξ ἐπομβρίας αὐχμὸν ποιῆσαι. τῶν δὲ μὴ συνιέντων, αὑτὸν εἰς βούστασιν κατορύξας, τῇ τῶν βολίτων ἀλέᾳ ἤλπισεν ἐξατμισθήσεσθαι. οὐδὲν δ' ἀνύων οὐδ' οὕτως, ἐτελεύτα, βιοὺς ἔτη ξ. καὶ ἔστιν εἰς αὐτὸν ἡμῶν οὕτως ἔχον,

Πολλάκις Ἡράκλειτον ἐθαύμασα, πῶς ποτε τὸ ζῆν
ὧδε διαντλήσας, δύσμορος, εἶτ' ἔθανεν.
Σῶμα γὰρ ἀρδεύσασα κακὴ νόσος ὕδατι, φέγγος
ἔσβεσεν ἐν βλεφάροις, καὶ σκότον ἠγάγετο.

Ἕρμιππος δέ φησι λέγειν αὐτὸν τοῖς ἰατροῖς, εἴ τις δύναται τὰ ἔντερα πιέσας ὑγρὸν ἐξεράσαι· ἀπειπόντων δὲ, θεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν ἥλιον, καὶ κελεύειν τοὺς παῖδας βολίτοις καταπλάττειν. οὕτω δὲ κατατεινόμενον, δευτεραῖον τελευτῆσαι, καὶ ταφῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ. Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνός φησι μὴ δυνηθέντα αὐτὸν ἀποσπάσαι τὰ βόλιτα, μεῖναι, καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν ἀ-

qui ob eam causam morbo aquæ intercutis abreptus, ad vrbem descendit, medicósque per ænigmata sciscitabatur an possent ex imbre siccitatē facere. Illis nō intelligentibus, seipsum boum stabulo includens: & fimo bubulo obruens, eo calore arbitrabatur noxium ac exundantē humorem exhaurire posse. Vbi verò ne sic quidem aliquid proficere conspexerat, moritur LX ætatis agens annum. éstque in ipsum nostrum sic habens epigrāma,

Mecum ego Heraclitum mirabar sæpe, quòd olim
Sic vitam infelix hausit, & inde obiit.
Nam malus ossa rigans & aquosus corpora lāguor,
Extincto inuexit lumine mox tenebras.

Hermippus autem refert illum medicis dixisse, Num possit quisquiam pressis intestinis humorem exhaurire? negantibus autem, seipsum solis obiecisse radiis, ac iussisse pueris boum fimo se oblinere, eo calore maceratum, postridie obiisse diē, sepultúmque in foro fuisse. Neanthes verò Cyzicenus ait, illum fimo bubulo quum se eximere non posset, ita perstitisse, atque ob eam mutationem igno-

ἐνδεθέντα, κυνόβρωτον γενέσθαι. γέγονε δὲ θαυμάσιος ἐκ παίδων, ὅτε καὶ νέος ὢν ἔφασκε μηδὲν εἰδέναι, τέλειος μέντοι γενόμενος, πάντα ἐγνωκέναι. ἤκουσέ τε οὐδενὸς, ἀλλ᾽ αὑτὸν ἔφη διζήσασθαι, καὶ μαθεῖν πάντα παρ᾽ ἑαυτοῦ. Σωτίων δέ φησιν εἰρηκέναι τινὰς Ξενοφάνους αὐτὸν ἀκηκοέναι. λέγειν τε Ἀρίστωνα ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείτου, καὶ τὸν ὕδερον αὐτὸν θεραπευθῆναι, ἀποθανεῖν δ᾽ ἄλλῃ νόσῳ. τοῦτο δὲ καὶ Ἱππόβοτός φησι.

Τὸ δὲ φερόμενον αὐτοῦ βιβλίον ἐστὶ μὲν ἀπὸ τοῦ συνέχοντος περὶ φύσεως· διῄρηται δὲ εἰς τρεῖς λόγους, εἴς τε τὸν περὶ τοῦ παντὸς, καὶ πολιτικὸν, καὶ θεολογικόν. ἀνέθηκε δὲ αὐτὸ εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ὡς μέν τινες, ἐπιτηδεύσας ἀσαφέστερον γράψαι, ὅπως οἱ δυνάμενοι προσίοιεν αὐτῷ, καὶ μὴ ἐκ τοῦ δημώδους εὐκαταφρόνητον ᾖ. τοῦτον δὲ καὶ ὁ Τίμων ὑπογράφει λέγων,

Τοῖς δ᾽ ἔνι κοκκυστὴς ὀχλολοίδορος Ἡράκλειτος
Αἰνικτὴς ἀνόρουσε.

Θεόφραστος δέ φησιν ὑπὸ μελαγχολίας τὰ μὲν ἡμιτελῆ, τὰ δὲ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα γράψαι.

tum, à canibus discerptum esse. Fuit autem à puero non paruæ admirationi, & quum esset iuuenis, nihil se dicebat scire: vbi verò ad vtilitatis annos euaserat, nihil ignorare. Neminem quidem audiuit, verùm semet inuestigandæ veritati dedisse, omniáque ex semetipso didicisse ait. Sotiō autē quosdam dixisse refert Xenophanis illum fuisse auditorem, Aristonémque in libro De Heraclito dicere, aquæ intercutis illum curatum ægritudine, morbo alio vitā finisse. Ei opinioni & Hippobotus accedit.

Eius verò qui legitur liber, generaliter quidem de natura est, cæterùm tres in partes scinditur. Nāque & de vniuerso, & de repub. & de theologia disserit. Illum verò in templo Dianæ deposuit, vt quidam putant, de industria obscurius scriptum, vt soli eruditi illum legerent, ne si à vulgo passim legerétur, contemptibilis esset. Hunc verò & Timon descripsit, appellans maledicum & turbæ infestum. Theophrastus illum atra bile laborantem, alia semiperfecta, alia aliter scripsisse refert.

σημεῖον δ' αὐτοῦ τῆς μεγαλοφροσύνης Ἀντισθένης φησὶν ἐν διαδοχαῖς· ἐκχωρῆσαι γὰρ τἀδελφῷ τῆς βασιλείας. τοσαύτην δὲ δόξαν ἔσχε τὸ σύγγραμμα, ὡς καὶ αἱρετιστὰς ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι τοὺς κληθέντας Ἡρακλειτείους.

Eius alti animi signum Antisthenes in Successionibus id asserit, quòd fratri concesserit regnum. Tantum verò gloriæ promeruit ipsius liber, vt sectatores habuerit qui appellarentur Heraclitij.

Ἐδόκει δὲ αὐτῷ καθολικῶς μὲν τάδε. Ἐκ πυρὸς τὰ πάντα συνεστάναι, καὶ εἰς τοῦτο ἀναλύεσθαι· πάντα τε γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην, καὶ διὰ τῆς ἐναντιοτροπῆς ἡρμόσθαι τὰ ὄντα· καὶ πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη. εἴρηκε δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ συνισταμένων παθῶν, ὅτι τε ὁ ἥλιος ἐστὶ τὸ μέγεθος οἷος φαίνεται. λέγεται δὲ καὶ ψυχῆς ἀπρατέον, ὃν οὐκ ἂν ἐξεύροι ὁ πᾶσαν ἐπιπορευόμενος ὁδόν· οὕτω βαθὺν λόγον ἔχει. τήν τε οἴησιν, ἱερὰν νόσον ἔλεγε, καὶ τὴν ὅρασιν ψεύδεσθαι. λαμπρῶς τε ἐνίοτε ἐν τῷ συγγράμματι καὶ σαφῶς ἐκβάλλει· ὥστε καὶ τὸν νωθέστατον ῥᾳδίως γνῶναι, καὶ δίαρμα ψυχῆς λαβεῖν. ἥ τε βραχύτης καὶ τὸ βάρος τῆς ἑρμηνείας ἀσύγκριτον.

Sunt autem ista quæ illi summatim visa sunt: Ex igne cuncta constare, in eúmque resolui omnia. Fato omnia fieri, & ex conuersione contraria quæ sint, omnia congruere & coaptari. Animatum item & dæmonum plena esse omnia. Dixit & de iis quæ in mundo cótingunt variis mutationibus ista: Solis eam esse magnitudinem quæ cernitur oculis. Dicitur & id de animæ sensisse natura, nunquam illam reperiri posse, quantalibet quis viæ conficiat spatia, adeo profundam eius esse rationem. Opinionem siue æstimationem sacrum morbum appellabat: aspectumque mentiri. Lucidè quidem interdum & apertè in suo opere loquitur, & vt tardissimo cuique facilis intelligendum sit. Breuitas quoque & interpretationis grauitas incóparabilis est.

Καὶ τὰ ἐπὶ μέρους δὲ αὐτῷ ὧδε ἔχει τῶν δογμάτων, πῦρ εἶναι στοιχεῖον, καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα ἀραιώσει καὶ πυκνώσει γινόμενα. (σαφῶς δὲ οὐδὲν ἐκτίθεται) γίνεσθαι πάντα κατ' ἐναντιότητα, καὶ ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην· πεπρᾶσθαί τε τὸ πᾶν, καὶ ἕνα εἶναι κόσμον. γεννᾶσθαί τε αὐτὸν ἐκ πυρὸς, καὶ πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατά τινας περιόδους ἐναλλὰξ τὸν σύμπαντα αἰῶνα. τοῦτο δὲ γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην. τῶν δὲ ἐναντίων τὸ μὲν ἐπὶ τὴν γένεσιν ἄγον, καλεῖσθαι πόλεμον καὶ ἔριν· τὸ δ' ἐπὶ τὴν ἐκπύρωσιν, ὁμολογίαν καὶ εἰρήνην, καὶ τὴν μεταβολὴν ὁδὸν ἄνω κάτω· τόν τε κόσμον γίνεσθαι κατὰ ταύτην. πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι, συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ· πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ, εἰς γῆν τρέπεσθαι· καὶ ταύτην ὁδὸν ἐπὶ τὸ κάτω εἶναι. πάλιν τε αὖ τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι· ἐκ δὲ τούτου, τὰ λοιπά σχεδὸν πάντα ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἀνάγων, τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης. αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδός. γίνεσθαι δὲ

Iam verò per partes digesta sic se habent eius decreta: Ignem elementũ esse dicit, ignisque vicissitudinem tum raritate, tum densitate constare, quæ fiunt omnia (apertè verò nihil explicat) fierique omnia per contrarietatem, & fluminis in morem vniuersa decurrere, finitúmque esse hoc vniuersum, & vnũ esse mundum, eúmque ex igne nasci, & rursus per quosdam ambitus per vices hoc omne seculum ignescere. Id autem fato fieri. Ex his verò quæ contraria sunt, id quidem quod ad generationem adducat, vocari bellum & contentionem; quod autem ad incensionem, cõcordiam & pacem. Mutationem quoque viam esse suprà infráque ducentem, secundum quam fieri mundum arbitratur. Densatum quippe ignem liquescere, constantémque aquam fieri, concretam verò aquam in humum verti, idque inter inferiora adesse. Humum ipsam denuo effundi: atque ex ea fieri humorem: ex eo autem reliqua ferme omnia, ad euaporationem eam referens quæ ex mari fit: ipsámque ad superiora viam esse. Porro

ἀναθυμιάσεις ἀπό τε γῆς καὶ θαλάττης, ἃς μὲν, λαμπρὰς καὶ καθαρὰς, ἃς δὲ, σκοτεινάς. αὔξεσθαι δὲ τὸ μὲν πῦρ, ὑπὸ τῶν λαμπρῶν· τὸ δὲ ὑγρὸν, ὑπὸ τῶν ἑτέρων. τὸ δὲ περιέχον ὁποῖόν ἐστιν, οὐ δηλοῖ. εἶναι μέντοι ἐν αὐτῷ σκάφας ἐπεστραμμένας κατὰ κοῖλον πρὸς ἡμᾶς· ἐν αἷς ἀθροιζομένας τὰς λαμπρὰς ἀναθυμιάσεις ἀποτελεῖν φλόγας· ἃς εἶναι τὰ ἄστρα. λαμπροτάτην δὲ εἶναι τὴν τοῦ ἡλίου φλόγα καὶ θερμοτάτην. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἄστρα πλεῖον ἀπέχειν ἀπὸ γῆς, καὶ διὰ τοῦτο ἧττον λάμπειν καὶ θάλπειν· τὴν δὲ σελήνην προσγειοτέραν οὖσαν, μὴ διὰ τοῦ καθαροῦ φέρεσθαι τόπου. τὸν μέντοι ἥλιον ἐν διαυγεῖ καὶ ἀμιγεῖ κινεῖσθαι, καὶ σύμμετρον ἀφ' ἡμῶν ἔχειν διάστημα. τοιγάρτοι μᾶλλον θερμαίνειν τε καὶ φωτίζειν. ἐκλείπειν τε ἥλιον καὶ σελήνην, ἄνω στρεφομένων τῶν σκαφῶν. τούς τε κατὰ μῆνα τῆς σελήνης σχηματισμοὺς γίνεσθαι, στρεφομένης ἐν αὐτῇ κατὰ μικρὸν τῆς σκάφης. ἡμέραν τε καὶ νύκτα γίνεσθαι, καὶ μῆνας,

euaporationes ex terra fieri & mari, alias quidem perspicuas & liquidas, alias verò tenebrosas. A liquidioribus ignem, à reliquis humorem incrementa capere. Aerem verò cuiusmodi sit non significat, esse tamen scaphas per concauum ad nos conuersas, in quibus conuenientes euaporationes liquidas reddere flammas, quæ sint sidera, dicit. Esse autem lucidissimam calidissimámque solis flammam. Nanque astra cætera remotiora esse, neque adeo terræ vicina, atque ideo minus lucere minusque calefacere. Lunam, quæ terræ vicinior sit, non per liquidum locum deferri. Solem in suo splendore, nulli admixtioni obnoxiū durare, certis à nobis spatiis mensurísque distantem. Ex eo igitur magis calescere atque illustrare. Deficere item solem ac lunam quum scaphæ ad superiora vertuntur: menstruásque figuras lunæ fieri, dum in illam sensim vertitur scapha. Diem item ac noctem & menses,

καὶ ὥρας ἐτείους, καὶ ἐνιαυτοὺς, ὑετούς τε καὶ πνεύματα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, κατὰ τὰς διαφόρους ἀναθυμιάσεις. τὴν μὲν γὰρ λαμπρὰν ἀναθυμίασιν, φλογωθεῖσαν ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ ἡλίου, ἡμέραν ποιεῖν· τὴν δὲ ἐναντίαν ἐπικρατήσασαν, νύκτα ἀποτελεῖν. καὶ ἐκ μὲν τοῦ λαμπροῦ τὸ θερμὸν αὐξανόμενον, θέρος ποιεῖν· ἐκ δὲ τοῦ σκοτεινοῦ τὸ ὑγρὸν πλεονάζον χειμῶνα ἀπεργάζεσθαι. ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ περὶ τῶν ἄλλων αἰτιολογεῖ. περὶ δὲ τῆς γῆς οὐδὲν ἀποφαίνεται, ποία τίς ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν σκαφῶν. καὶ ταῦτα μὲν ἦν αὐτῷ τὰ δοκοῦντα. τὰ δὲ περὶ Σωκράτους, καὶ ὅσα ἐντυχὼν τῷ συγγράμματι εἴποι, κομίσαντος Εὐριπίδου, (καθά φησιν Ἀρίστων) ἐν τῷ περὶ Σωκράτους εἰρήκαμεν. Σέλευκος μέντοι φησὶν ὁ γραμματικὸς, Κρότωνά τινα ἱστορεῖν ἐν τῷ Κατακολυμβητῇ, Κράτητά τινα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι τὸ βιβλίον· ὃν καὶ εἰπεῖν Δηλίου τινὸς δεῖσθαι κολυμβητοῦ, ὃς οὐκ ἀποπνιγήσεται ἐν αὐτῷ. ἐπιγράφουσι δὲ αὐτὸ, οἱ μὲν, Μούσας·

& annos annique statuta tempora, pluuias & ventos & his similia secundum euaporationes varias fieri. Nam liquidam euaporationem in solis circulo inflammatam, diem facere: cōtrariam verò vbi obtinuerit efficere noctem. atque ex lumine calorem augeri, æstatémque perficere: ex tenebris humorem abundare, vnde hyems oriatur. In hunc modum & de causis cæteris disputat. Enimuero de terra cuiusmodi sit, penitus tacet, ac de scaphis. Itidem ista eius dogmata fuere. Porro quod ad Socratem attinet, quænam eius de illo sententia fuerit, quum eius legisset librū ab EVripide sibi delatum, vt Ariston ait, diximus quum de Socrate loqueremur. Seleucus tamen grammaticus ait Crotoniatem quēdam in eo quem Catacolymbitem inscripsit libro, tradere Cratetē quendam hunc librum primò Græcis inuexisse, ac dixisse, librum ipsum Delio aliquo indigere natatore, qui in illo non suffocaretur. Inscribunt illum plerique Musas:

οἱ δὲ, περὶ φύσεως· Διόδοτος δὲ, ἀκριβὲς οἰάκισμα πρὸς στάθμην βίου· ἄλλοι, γνώμην ἠθῶν, τρόπου κόσμον ἕνα τῶν ξυμπάντων. φασὶ δὲ αὐτὸν ἐρωτηθέντα διὰ τί σιωπᾷ, φάναι, ἵν᾽ ὑμεῖς λαλῆτε. ἐπόθησε δὲ αὐτοῦ καὶ Δαρεῖος μετασχεῖν, καὶ ἔγραψεν ὧδε πρὸς αὐτόν,

Βασιλεὺς Δαρεῖος, πατρὸς Ὑστάσπου, Ἡράκλειτον Ἐφέσιον σοφὸν ἄνδρα προσαγορεύει χαίρειν.

Καταβέβλησαι λόγον περὶ φύσεως δυσνόητόν τε καὶ δυσεξήγητον. ἔν τισι μὲν οὖν ἑρμηνευόμενος κατὰ λέξιν σήν, δοκεῖ δύναμίν τινα περιέχειν θεωρίας κόσμου τε τοῦ σύμπαντος καὶ τῶν ἐν τούτῳ γινομένων· ἅπερ ἐστὶν ἐν θειοτάτῃ κείμενα κινήσει. τῶν δὲ πλείστων ἐποχὴν ἔχοντα· ὥστε καὶ τοὺς ἐπὶ πλεῖστον μετεσχηκότας συγγραμμάτων, διαπορεῖσθαι τῆς ὀρθῆς δοκούσης γεγράφθαι παρὰ σοὶ διηγήσεως. βασιλεὺς οὖν Δαρεῖος Ὑστάσπου βούλεται τῆς σῆς ἀκροάσεως μετασχεῖν καὶ παιδείας Ἑλληνικῆς. ἔρχου δὴ συντόμως πρὸς ἐμὴν ὄψιν, καὶ βασίλειον οἶκον.

alij, De natura: Diodotus verò, Gubernaculum exploratum certúmque ad libram vitæ: quidam, Sententiam morum, vnius omnium instituti ornamentum. Aiunt illum, quum rogaretur cur taceret, dixisse, Vt vos loquamini. Eius frui contubernio & Darius optauit, scripsitque ad illum ita,

Rex Darius Hystaspis filius Heraclitum Ephesium sapientem virum salutat.

Librum de natura scripsisti, obscurum difficilémque in plerisque: qui si ad verbum exponatur, vim quandam speculationis cõtinere videtur mundi totius, & quæ in eo fiunt omnium, quæ quidem sunt in diuino motu constituta, in quibus plurimi hæserunt, adeo vt & qui complura legerunt, ambigant, quum recta abs te narratio conscripta videatur. Rex igitur Darius Hystaspis filius, auditor esse tuus cupit, particépsque Græcæ eruditionis fieri. Venias itaque quamprimum ad conspectum meum, ac regiam domum.

Ἕλληνες γὰρ ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀνεπισήμαντοι σοφοῖς ἀνδράσιν ὄντες, παρορῶσι τὰ καλῶς ὑπ' αὐτῶν ἐνδεικνύμενα πρὸς σπουδαίαν ἀκοὴν καὶ μάθησιν. παρ' ἐμοὶ δὲ ὑπάρχει σοι πᾶσα μὲν προεδρία, καθ' ἡμέραν δὲ καλὴ καὶ σπουδαία προσαγόρευσις, καὶ βίος ἀδόκιμος ταῖς παραινέσεσιν.

Ἡράκλειτος Ἐφέσιος Δαρείῳ βασιλεῖ παιδὸς Ὑστάσπεω, χαίρειν.

Ὁκόσοι τυγχάνουσιν ὄντες ἐπιχθόνιοι, τῆς μὲν ἀληθείης καὶ δικαιοπραγμοσύνης ἀπέχονται, ἀπληστίῃ δὲ καὶ δοξοκοπίῃ προσέχουσι, κακῆς εἵνεκεν ἀνοίης. ἐγὼ δὲ ἀμνηστίην ἔχων πάσης πονηρείης, καὶ κόρον φεύγων παντὸς οἰκειούμενον φθόνου, καὶ διὰ τὸ περιίστασθαι ὑπερηφανίας, οὐκ ἂν ἀφικοίμην εἰς Περσῶν χώρην, ὀλίγοις ἀρκεύμενος, κατ' ἐμὴν γνώμην.

Τοιοῦτος μὲν ὁ ἀνὴρ καὶ πρὸς βασιλέα. Δημήτριος δέ φησιν ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις, καὶ Ἀθηναίων αὐτὸν ὑπερφρονῆσαι, δόξαν ἔχοντα παμπλείστην. καταφρονούμενόν τε ὑπὸ

Græci enim vtplurimum sapientibus viris obseruandis minus diditi, aspernantur ea quæ ab his rectè fuerint elucubrata, tametsi eiusmodi sint vt eruditione & grauitate non careant. Apud me autem aderit tibi omnis honor, primatusque omnis, quotidiéque solicita obseruatio, & grata colloquutio, vitáque tuis moribus probabilis. Vale.

His ille ita respondit.

Heraclitus Ephesius regi Dario Hystaspis filio S.

Quotquot mortales in terris viuunt, à veritate ac iustitia abstinent, auaritiæ autem & inani gloriæ inexplebiliter intendunt, perditæ dementiæ causa. Ego autem omnis immemor nequitiæ, fastidiúmque deuitans omnis inuidiæ domesticæ, quæ splendorem comitari solet, nunquam in Persarum solum aduenirem paucis contentus, quæ sunt secundum meam sententiam.

Huiusmodi ille & aduersus regem fuit. Demetrius autem in Æquiuocis ipsum & Athenienses aspernatum ait, apud quos magna de illo erat opinio, & quum Ephesiis esset contemptui

τῶν ἱερέων, ἤδη μόνον τὰ νήπια. μέμνηται αὐτοῦ καὶ ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ. πλεῖστοί τέ εἰσιν ὅσοι ἐξήγηνται αὐτοῦ τὸ σύγγραμμα. καὶ γὰρ ἀντισθένης καὶ ἡρακλείδης ὁ ποντικὸς, κλεάνθης τε ὁ ποντικὸς, καὶ σφαῖρος ὁ στωϊκὸς· πρὸς δὲ, παυσανίας ὁ κληθεὶς ἡρακλειτιστὴς, νικομήδης τε, καὶ διονύσιος· τῶν δὲ γραμματικῶν, διόδοτος· ὅς οὔ φησι περὶ φύσεως εἶναι τὸ σύγγραμμα, ἀλλὰ περὶ πολιτείας· τὰ δὲ περὶ φύσεως ἐν παραδείγματος εἴδει κεῖσθαι. ἱερώνυμος δέ φησι καὶ σκυθῖνον, τὸν τῶν ἰάμβων ποιητὴν, ἐπιβαλέσθαι τὸν ἐκείνου λόγον διὰ μέτρου ἐκβάλλειν. πολλά τε εἰς αὐτὸν ἐπιγράμματα φέρεται, ἀτὰρ δὴ καὶ τόδε,

Ἡράκλειτος ἐγώ· τί μ' ἄνω κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι;
 Οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δ' ἔμ' ἐπισταμένοις.
Εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος, τρισμύριοι· οἱ δ' ἀνάριθμοι,
 Οὐδείς· ταῦτ' αὐδῶ καὶ παρὰ φερσεφόνῃ.

Καὶ ἄλλο τοιόνδε.

Μὴ ταχὺς ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἴλεε βίβλον

temptui, nusquam alibi maluisse conuersari. Meminit illius Demetrius quoque Phalereus in Socratis defensione, plurimique fuere qui illius exponerent librũ: quippe & Antisthenes & Heraclides Ponticus & Spherus Stoicus, Pausanias præterea qui Ἡρακλειτιστὴς appellatus est, Nicomedes quoque ac Dionysius, & ex grammaticis Diodorus, qui opus illud, non de natura sed de republ. dixit disserere. Nam quæ de natura differit, in exempli speciem inserta illic esse. Hieronymus autem Scythinũ quendam iamborum poetam in illius librum metro iocari, illúmque euertere dixit. Multa autem epigrammata in ipsum feruntur: cuiusmodi sunt hæc,

Sum Heraclitus ego, quid me vexatis inepti?
 Non vos, sed doctos integra ne quærit opus.
Vnus homo est nobis id quod ter mille, sed vnus
 Vix sunt innumeri, & Manibus hæc recito.

Item aliud in hanc sententiã.

Noli Heraclitum rabido percurrere cursu,

Τήφεσιν μάλα τοι δύσβατος ἀτραπιτός.
Ὀρφνὴ καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον. ἢν δέ σε μύστης
Εἰσαγάγῃ, φανεροῦ λαμπρότερ' ἠελίου.

Est via difficilis, luce papyrus eget.
In sua si doctus te duxerit atria vates,
Cuncta videbuntur lucidiora die.

Γεγόνασι δὲ Ἡράκλειτοι πέντε· πρῶτος, αὐτὸς οὗτος· δεύτερος, ποιητὴς λυρικός, οὗ ἐστι τῶν δώδεκα θεῶν ἐγκώμιον· τρίτος, ἐλεγείας ποιητὴς Ἁλικαρνασσεύς, εἰς ὃν Καλλίμαχος πεποίηκεν οὕτως,

Quinque autem Heracliti fuere. Primus hic ipse: secundus, poeta lyricus, cuius est illa duodecim deorum laus: tertius elegiæ poeta Halicarnasseus, in quem Callimachus sic scripsit,

Εἶπέ τις Ἡράκλειτε τεὸν μόρον, ἐς δέ με δάκρυ
Ἤγαγεν· ἐμνήσθην δ' ὁσσάκις ἀμφότεροι
Ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν, ἀλλὰ σὺ μέν που
Ξεῖν' Ἁλικαρνασσεῦ τετράπαλαι σποδιή·
Αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ᾗσιν ὁ πάντων
Ἁρπακτὴρ Ἀΐδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

Heraclite mihi quidam tua funera dixit,
Et subitò lacrymis immaduere genæ.

Quum memini longos quoties consumpsimus ambo
Soles, miscentes seria multa iocis.

Puluis at es tenuis nunc hospes: sed tua musa
Viuit, Plutonis nec timet illa manus.

Τέταρτος, Λέσβιος, ἱστορίαν γεγραφὼς Μακεδονικήν· πέμπτος, σπουδογέλοιος, ἀπὸ κιθαρῳδίας μεταβεβηκὼς εἰς τὸ εἶδος.

Quartus Lesbius, qui Macedonum scripsit historiam. Quintus, ex industria ridiculus, qui ex citharæ pulsu transiuit ad speciem.

ΞΕΝΟΦΑΝΗΣ.

Ξενοφάνης Δεξίου, ἢ (ὡς Ἀπολλόδωρος) ὀρθομένους, κολοφώνιος, ἐπαινεῖται πρὸς τοῦ τίμωνος. φησὶ γοῦν,

Ξεινοφάνη θ' ὑπότυφον, ὁμηραπάτην, ἐπικόπτην.

Οὗτος ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος, ἐν ζάγκλῃ τῆς σικελίας διέτριβε, καὶ ἐν κατάνῃ. διήκουσε δὲ κατ' ἐνίους μὲν, οὐδενὸς κατ' ἐνίους δὲ, βότωνος ἀθηναίου ἢ (ὥς τινες) ἀρχελάου. καὶ (ὡς σωτίων φησὶ) κατ' ἀναξίμανδρον ἦν. γέγραφε δὲ καὶ ἐν ἔπεσι καὶ ἐλεγείας καὶ ἰάμβους καθ' ἡσιόδου καὶ ὁμήρου, ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐρραψῴδει τὰ ἑαυτοῦ. ἀντιδοξάσαι τε λέγεται θαλῇ καὶ πυθαγόρᾳ, καθάψασθαι δὲ καὶ ἐπιμενίδου. μακροβιώτατός τε γέγονεν, ὥς που καὶ αὐτός φησιν,

Ἤδη δ' ἑπτά τ' ἔασι καὶ ἑξήκοντ' ἐνιαυτοὶ
Βληστρίζοντες ἐμὴν φροντίδ' ἀν' ἑλλάδα γῆν.
Ἐκ γενετῆς δὲ τότ' ἦσαν ἐείκοσι, πέντε τε πρὸς τοῖς,
Εἴπερ ἐγὼ περὶ τῶνδ' οἶδα λέγειν ἐτύμως.

XENOPHANES.

Xenophanes Dexij, siue (vt Apollodorus ait) Orthomenis filius, Colophonius, à Timone laudatur, vbi ait,

Xenophanem subacerbum,
& Homeri nobile flagrum.

Pulsus autem patria in Zàcla Siciliæ moratus est, atque Catanæ. Sunt qui neque desunt qui Botonis Atheniensis auditorem fuisse asseuerent. alij Archelaũ audisse. Atque (vt Sotion ait) Anixamandri ætate vixit. Scripsit autem versus, elegias & iambos, contra Hesiodum atque Homerũ, subsannans ea quæ de diis dixere: ipse quoque sua resarciebat poemata. Thaletis ac Pythagoræ opinionibus contraria sensisse fertur, Epimenidémque sugillasse. Fuit autẽ & longæuus maximè, sicuti & ipse quodam in loco testatur, dicẽs septuaginta septem annos se à patria peregrinatum esse, quum tum viginti quinque esset annorum.

Φησὶ δὲ τέτταρα εἶναι τῶν ὄντων στοιχεῖα, κόσμους δὲ ἀπείρους, ἀπαραλλάκτους δέ. τὰ νέφη συνίστασθαι τῆς ἀφ' ἡλίου ἀτμίδος ἀναφερομένης, καὶ αἰρούσης αὐτὰ εἰς τὸ περιέχον. οὐσίαν θεοῦ, σφαιροειδῆ, μηδὲν ὅμοιον ἔχουσαν ἀνθρώπῳ· ὅλον δὲ ὁρᾶν, καὶ ὅλον ἀκούειν, μὴ μέντοι ἀναπνεῖν. σύμπαντά τε εἶναι νοῦν, καὶ φρόνησιν, καὶ ἀΐδιον. πρῶτός τε ἀπεφήνατο ὅτι πᾶν τὸ γινόμενον, φθαρτόν ἐστι καὶ ἡ ψυχὴ, πνεῦμα. ἔφη δὲ καὶ τὰ πολλὰ ἥττω νοῦ εἶναι· καὶ τοῖς τυράννοις ἐντυγχάνειν ἢ ὡς ἥκιστα ἢ ὡς ἥδιστα. Ἐμπεδοκλέους δὲ εἰπόντος αὐτῷ ὅτι ἀνεύρετός ἐστιν ὁ σοφὸς, εἰκότως, ἔφη· σοφὸν γὰρ εἶναι δεῖ τὸν ἐπιγνωσόμενον τὸν σοφόν. φησὶ δὲ Σωτίων πρῶτον αὐτὸν εἰπεῖν ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πάντα, πλανώμενος. ἐποίησε δὲ καὶ Κολοφῶνος κτίσιν, καὶ τὸν εἰς Ἐλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποικισμὸν, ἔπη δισχίλια. καὶ ἤκμαζε κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα. φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῷ περὶ γήρως, καὶ Παναίτιος ὁ Στωϊκὸς ἐν τῷ περὶ εὐθυ-

Ait autem quatuor esse omnium rerum elementa, infinitósque mundos, neque variabiles. Nubes consistere quum solis vapor sursum fertur, eásque in aerem cogi. Dei substantiã rotundam esse, & globosam, nihilque cum hominibus habere commune, totum cernere totúmque audire, non tamen respirare: simulque esse omnia, mentem, prudentiam, æternitatem. Primusque definiuit, omne quod fiat, corruptioni obnoxium esse. Animáque esse spiritum ait, & plurima deteriora mente esse. Tyrannis congrediendum aut minimè aut suauissimè. Empedocle autẽ dicente, difficile inueniri iuuenẽ posse sapientem, Rectè, inquit. nam sapiens sit necesse est, qui norit explorare sapientem. Omnia incomprehensibilia esse, primum hunc dixisse Sotion autor est: sed fallitur. Scripsit autem de Colophonis conditione, & de Italica in Eleam colonia, versus ad duo millia. Claruit circa sexagesimã Olympiadẽ. Refert Demetrius Phalereus in libro De senectute, Panætiusque Stoicus in libro De tran-

μόναις ταῖς ἰδίαις χερσὶ θάψαι τοὺς υἱεῖς αὐτὸν, καθάπερ καὶ ἀναξαγόραν. δοκεῖ δὲ πεπρᾶσθαι ὑπὸ τῶν πυθαγορικῶν παρμενίσκου καὶ ὀρεστάδου. καθά φησι φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ.

Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος ξενοφάνης λέσβιος ποιητὴς ἰάμβων. καὶ οὗτοι μὲν οἱ σποράδην.

quillitate, filios illum suos propriis sepelisse manibus, sicuti & Anaxagoram. Videtur autem à Pythagoricis Parmenisco & Orestade (vt Phauorinus in primo Commentariorum ait) defecisse.

Fuit autem & alius Xenophanes poeta Iambicus ex Lesbo. Atque hi quidem quos commemorauimus sparsim.

ΠΑΡΜΕΝΙΔΗΣ.

Ξενοφάνους δὲ διήκουσε παρμενίδης πύρητος, ἐλεάτης. τοῦτον θεόφραστος ἐν τῇ ἐπιτομῇ, ἀναξιμάνδρου φησὶν ἀκοῦσαι. ὅμως δ' οὖν ἀκούσας καὶ ξενοφάνους, οὐκ ἠκολούθησεν αὐτῷ. ἐκοινώνησε δὲ καὶ ἀμεινίᾳ καὶ διοχαίτῃ τῷ πυθαγορικῷ, (ὡς ἔφη Σωτίων) ἀνδρὶ πένητι μὲν, καλῷ δὲ καὶ ἀγαθῷ. ᾧ καὶ μᾶλλον ἠκολούθησε. καὶ ἀποθανόντος ἡρῷον ἱδρύσατο. γένους τε ὑπάρχων λαμπροῦ καὶ πλούτου, ὑπὸ ἀμεινίου, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ ξενοφάνους εἰς ἡσυχίαν προετράπη.

Πρῶτος δὲ οὗτος τὴν γῆν ἀπέφηνε σφαιροειδῆ, καὶ ἐν μέσῳ κεῖσθαι. δύο τε εἶναι στοιχεῖα, πῦρ, καὶ γῆν,

PARMENIDES.

Parmenides Pyretis filius, Eleates, Xenophanis auditor fuit. tametsi eum Theophrastus in Epitome Anaximandrum audisse tradat. Licet autem Xenophanis auditor fuerit, sequutus tamē illum non est. Adiunctus est & Ameniæ & Diochætæ Pythagorico (vt Sotion ait) pauperi illi quidem, sed honesto sane viro ac bono: quem etiam ob hoc potius sequutus est, ac vita functo sacellum ædificauit. Quum & genere & opibus illustris esset, tamen ab Amenia, non à Xenophane. ad quietam vitam inductus est.

Primus hic terram globosam dixit, ac rotundā, & in medio sitam. Duoque esse elementa ignē & terrā,

καὶ τὸ μὲν, δημιουργοῦ τάξιν ἔχειν· τὴν δὲ, ὕλης. γένεσίν τε ἀνθρώπων ἐξ ἡλίου πρῶτον γενέσθαι. αὐτὸν δὲ ὑπάρχειν τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, ἐξ ὧν τὰ πάντα συνεστάναι. καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸν νοῦν ταὐτὸν εἶναι, καθὰ μέμνηται καὶ Θεόφραστος ἐν τοῖς φυσικοῖς, πάντων σχεδὸν ἐκτιθέμενος τὰ δόγματα. διττήν τε ἔφη εἶναι τὴν φιλοσοφίαν· τὴν μὲν, κατὰ ἀλήθειαν· τὴν δὲ, κατὰ δόξαν. διὸ καὶ φησί που,

-χρεὼ δέ σε πάντα πυθέσθαι
Ἠμὲν ἀληθείης εὐπειθέος ἀτρεκὲς ἦτορ,
Ἠδὲ βροτῶν δόξας, ταῖς οὐκ ἔνι πίστις ἀληθής.

Καὶ αὐτὸς δὲ διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ, καθάπερ Ἡσίοδός τε καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς. κριτήριον δὲ τὸν λόγον εἶπε· τάς τε αἰσθήσεις μὴ ἀκριβεῖς ὑπάρχειν. φησὶ γοῦν,

Μή σε ἔθος πολύπειρον ὁδὸν κατὰ τήνδε βιάσθω,
Νωμᾶν ἄσκοπον ὄμμα καὶ ἠχήεσσαν ἀκουὴν,
Καὶ γλῶσσαν, κρῖναι δὲ λόγῳ πολύδηριν ἔλεγχον.

διὸ καὶ περὶ αὐτοῦ φησὶν ὁ Τίμων,
Παρμενίδου τε βίην μεγαλόφρονα, τὴν πολύδοξον.

illum, opificis, hanc, materiæ tenere ordinem. Generationem item hominum ex sole primùm esse ortam. Solem ipsum calidum esse atque frigidum, ex quibus constant omnia. Animam ac mentem idem esse, sicuti & Theophrastus in Physicis meminit, quum ferè omnium opiniones exponeret. Vnde quodam in loco ait,

--velim simul omnia noscas
Aut verum simplex, & pectore semper aperto,
Aut malè constantis laudem & suffragia vulgi.

Philosophiam & ipse carmine expressit, quemadmodum Hesiodus & Xenophanes atque Empedocles. Iudicium rationis esse dixit, sensusque minus esse exactos & idoneos ad iudicandum. Ait enim,

Nec tibi communis sensus persuadeat unquam
Quicquam ut fallaces oculi, aut ut iudicet auris,
Aut lingua: at ratio dirimat discrimina rerum.

Quamobrem & Timon de eo ait,

Parmenidæ ingentes animos, viresque potentes

ὅτι ῥ᾽ ἐπὶ φαντασίας ἀπάτης ἀνεπάξατο νώσεις.

Εἰς τοῦτον καὶ Πλάτων τὸν διάλογον γέγραφε, Παρμενίδην ἐπιγράψας, ἢ περὶ ἰδεῶν. ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν θ' καὶ εἰκοστὴν ὀλυμπιάδα. καὶ δοκεῖ πρῶτος πεφωρακέναι τὸν αὐτὸν εἶναι ἕσπερον καὶ φωσφόρον, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν πέμπτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων· οἱ δὲ, Πυθαγόραν. Καλλίμαχος δέ φησι μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποίημα. λέγεται δὲ καὶ νόμους θεῖναι τοῖς πολίταις, ὥς φησι Σπεύσιππος ἐν τῷ περὶ φιλοσόφων. καὶ πρῶτος ἐρωτῆσαι τὸν ἀχιλλέα λόγον, ὡς Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ.

Γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Παρμενίδης, ῥήτωρ τεχνογράφος.

Qui sensus vanis simulacris fallier inquit.

Huius nomine Plato dialogum inscripsit, vocauitque, Parmenidem siue De ideis. Floruit autem Olympiade XCIX: primúsque animaduertisse videtur eundē esse vesperum atque luciferū, vt Phauorinus in quinto Commentariorum ait: alij Pythagoram dicunt. Negat Callimachus ipsius poema esse. Fertur ciuibus suis tulisse leges, vt Speusippus in libro De philosophis ait. Primus itē sermone interrogasse Achillem, vt Phauorinus ait in Omnimoda historia.

Fuit autem & alius Parmenides orator, qui artem scripsit oratoriam.

ΜΕΛΙΣΣΟΣ.

Μέλισσος Ἰθαιγένους, Σάμιος. οὗτος ἤκουσε Παρμενίδου. ἀλλὰ καὶ εἰς λόγους ἦλθεν Ἡρακλείτῳ. ὅτε καὶ συνέστησεν αὐτὸν τοῖς Ἐφεσίοις ἀγνοοῦσι, καθάπερ Ἱπποκράτης Δημόκριτον Ἀβδηρίταις. γέγονε δὲ καὶ πολιτικὸς ἀνὴρ, καὶ ἀποδοχῆς παρὰ τοῖς πολίταις ἠξιωμένος. ὅθεν ναύαρχος αἱρεθεὶς, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐθαυμάσθη,

MELISSVS.

Melissus, Ithægenis filius, Samius, Parmenidis auditor fuit, & cum Heraclito item venit in colloquium: quo tempore illū etiam ignorantibus commēdauit Ephesiis, sicuti Democritū Hippocrates Abderitis. Fuit autem & ciuilis in primis vir, ciuibusque maximè acceptus atq; charus.

διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετήν. ἐδόκει δ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἄπειρον εἶναι, καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ ἀκίνητον, καὶ ἓν ὅμοιον ἑαυτῷ, καὶ πλῆρες. κίνησίν τε μὴ εἶναι, δοκεῖν δ' εἶναι. ἀλλὰ καὶ περὶ θεῶν ἔλεγε μὴ δεῖν ἀποφαίνεσθαι· μὴ γὰρ εἶναι γνῶσιν αὐτῶν. φησὶ δ' ἀπολλόδωρος ἠκμακέναι αὐτὸν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα.

Vnde & praefectus classis magna virtutis documenta dedit. Placuit autem ei vniuersum infinitum esse & immutabile atque immobile. & vnum sibiipsi simile ac plenum. Motumque non esse, verum videri esse. De diis nihil definiendum dicebat: neque enim illorum certam esse cognitionem. Floruisse circa LXXXIIII olympiadem Apollodorus refert.

ΖΗΝΩΝ ἘΛΕΑΤΗΣ.

Ζήνων, ἐλεάτης. τοῦτον ἀπολλόδωρός φησιν εἶναι ἐν χρονικοῖς, πύρρητος τὸν δὲ παρμενίδην, φύσει μὲν, τελευταγόρου· θέσει δὲ παρμενίδου. περὶ τούτου καὶ μελίσσου, τίμων φησὶ ταῦτα,

Ἀμφοτερογλώσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδνὸν
Ζήνωνος πάντων ἐπιλήπτορος, ἠδὲ μελίσσου,
Πολλῶν φαντασμῶν ἐπάνω, παύρων γε μὲν ἥττω.

Ὁ δὴ ζήνων διήκουσε παρμενίδου, καὶ γέγονεν αὐτοῦ παιδικά· καὶ εὐμήκης ἦν, καθά φησι πλάτων ἐν τῷ παρμενίδῃ, ὁ δ' αὐτὸς ἐν τῷ σοφιστῇ καὶ ἐλεατικὸν παλαμήδην αὐτὸν

ZENO ELEATES.

Zeno Eleates Pyrrhetis (vt Apollodorus ait in Chronicis) filius. Parmenidem verò natura quidē Teleutagorae, adoptione verò Parmenidis filium dixit. De hoc atque Melisso Timon haec ait,

Expressitque Plato vires vtriusque periti:
Lingua Zenonis, iurgatorisque Melissi,
Phantasias qui aluit paucas, multásque subegit.

Enimuero Zeno Parmenidis auditor ac paedica fuit. Fuit autem procerae staturae, quemadmodum Plato in Parmenide indicat, idémque in Sophista ipsum Eleaticū Parmenidē

καλεῖ. φησὶ δ' Ἀριστοτέλης εὑρετὴν αὐτὸν γενέσθαι διαλεκτικῆς, ὥσπερ Ἐμπεδοκλέα ῥητορικῆς. γέγονε δ' ἀνὴρ γενναιότατος καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ ἐν πολιτείᾳ. φέρεται γοῦν αὐτοῦ βιβλία πολλῆς συνέσεως γέμοντα. καταλῦσαι δὲ θελήσας Νέαρχον τὸν τύραννον (οἱ δὲ, Διομέδοντα) συνελήφθη καθά φησιν Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σατύρου ἐπιτομῇ. ὅτε καὶ ἐξεταζόμενος τοὺς συνειδότας, καὶ περὶ τῶν ὅπλων ὧν ἦγεν εἰς Λιπάραν, πάντας ἔφη αὐτοῦ τοὺς φίλους αὐτὸν τοῦτον συνειδέναι· βουλόμενος αὐτὸν ἔρημον καταστῆσαι. εἶτα περί τινων εἰπὼν ἔχειν τινὰ εἰπεῖν αὐτῷ πρὸς τὸ οὖς, καὶ δακὼν, οὐκ ἀνῆκεν ἕως ἀπεκεντήθη ταὐτὸν Ἀριστογείτονι τῷ τυραννοκτόνῳ παθών. Δημήτριος δέ φησιν ἐν τοῖς ὁμωνύμοις τὸν μυκτῆρα αὐτὸν ἀποτραγεῖν. Ἀντισθένης δ' ἐν ταῖς διαδοχαῖς φησι μετὰ τὸ μηνῦσαι τοὺς φίλους, ἐρωτηθῆναι πρὸς τοῦ τυράννου, εἴ τις ἄλλος εἴη· τὸν δ' εἰπεῖν, σὺ ὁ τῆς πόλεως ἀλιτήριος. πρός τε τοὺς παρεστῶτας φάναι, θαυμάζω ὑμῶν

vocat. Inuentorē Dialecticæ, sicuti & Empedoclem Rhetoricæ fuisse, Aristoteles autor est. Fuit & in philosophia & in repub. vir sanè nobilissimus. Feruntur nempe ipsius volumina sapientiæ plenissima. Is quum Nearchum tyrannum, seu (vt alij volunt) Diomedontem deiicere ac profligare voluisset, comprehēsus est, vt in Satyri epitome ait Heraclides. Quo tempore quum de consciis & armis quæ in Lipara habuit, inquireretur, volens ipsum desertum destitutumque ostendere, omnes illius amicos coniurationis esse conscios dixit, deinde quum de quibusdā dixisset quiddam sibi ad aurem loqui velle, eam mordicus apprehensam non antè dimisit quàm dentibus perforaret: idem agens quod Aristogiton tyrannicida. Demetrius verò in Æquiuocis nasum ei præcidisse ait. Porro Antisthenes in Successionibus, illum quum amicos indicasset, rogatum à tyranno essétne alius quispiam, dixisse, Tu, ciuitatis pernicies: atque adstantibus ita loquutum esse, Admiror equidem

τὴν δειλίαν, εἰ τούτων ἕνεκεν ὧν νῦν ἐγὼ ὑπομένω, δουλεύετε τῷ τυράννῳ· καὶ τέλος ἀποτραγόντα τὴν γλῶτταν προσπτύσαι αὐτῷ. τοὺς δὲ πολίτας παρορμηθέντας, αὐτίκα τὸν τύραννον καταλεῦσαι. ταῦτα δὲ σχεδὸν οἱ πλείους λαλοῦσιν. Ἕρμιππος δέ φησιν, εἰς ὅλμον αὐτὸν βληθῆναι, καὶ κατακοπῆναι. καὶ εἰς αὐτὸν ἡμεῖς εἴπομεν οὕτως,

Ἤθελες ὦ Ζήνων, καλόν, ἤθελες ἂν ἄρα τύραννον
Κτείνας, ἐκλῦσαι δουλοσύνης Ἐλέαν.
Ἀλλ' ἐδάμης. δὴ γάρ σε λαβὼν ὁ τύραννος ἐν ὅλμῳ
Κόψε. τί τοῦτο λέγω; σῶμα γὰρ, οὐχὶ δὲ σέ.

γέγονε δὲ τά τε ἄλλα ἀγαθὸς ὁ Ζήνων· ἀλλὰ καὶ ὑπεροπτικὸς τῶν μειζόνων, κατ' ἴσον Ἡρακλείτῳ. καὶ γὰρ οὗτος τὴν πρότερον μὲν Ὕλην, ὕστερον δὲ Ἐλέαν, Φωκαέων οὖσαν ἀποικίαν, αὐτοῦ δὲ πατρίδα, πόλιν εὐτελῆ, καὶ μόνον ἄνδρας ἀγαθοὺς τρέφειν ἐπισταμένην, ἠγάπησε μᾶλλον τῆς Ἀθηναίων μεγαλαυχίας· οὐκ ἐπιδημήσας τὰ πολλὰ πρὸς αὐτούς, ἀλλ' αὐτόθι καταβιούς.

vestram ignauiam, si horum gratia quæ nunc ego tolero, tyranno seruire sustinetis. Demum præcisam linguam in ora tyrannidi conspuisse, ciuésque continuò facto impetu, lapidibus tyrannum obruisse. Hæc omnes fermè ita tradiderunt. Cæterùm Hermippus illum in cauum lapidem iniectum contusúmque fuisse ait. In hunc autem nos sic diximus.

Fortiter extincto voluisti Zeno tyranno
Tristi Eleam patriam seruitio excutere.
Victus es infelix: sæui tamen arte tyranni
Arreptum qui te contudit are cauo.

Præclarus & in cæteris fuit Zeno, maiorumque non secùs atque Heraclitus quadam animi altitudine contemptor. Nam & ipse prius quidem Hylen, postea verò Eleam Phocensium coloniam, suámque patriam ciuitatem humilem, bonos tantùm viros nutrire solitam, dilexit magis quam Atheniensium magnificentiam: ad quos rarò proficiscebatur, domi assiduè commorans.

εἶναι καὶ τὸν ἀχιλλέα πρῶτον λόγον ἐρωτῆσαι· φαβωρῖνος δέ φησι παρμενίδην, καὶ ἄλλους συχνούς. ἀρέσκει δὲ αὐτῷ τάδε· κόσμους εἶναι· κενόν τε μὴ εἶναι· γεγενῆσθαι δὲ τὴν τῶν πάντων φύσιν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, λαμβανόντων αὐτῶν εἰς ἄλληλα τὴν μεταβολήν. γένεσίν τε ἀνθρώπων ἐκ γῆς εἶναι, καὶ ψυχὴν κρᾶμα ὑπάρχειν ἐκ τῶν προειρημένων, κατὰ μηδενὸς τούτων ἐπικράτησιν. τοῦτόν φασι λοιδορούμενον ἀγανακτῆσαι· αἰτιασαμένου δέ τινος, φάναι, ἐὰν λοιδορούμενος προσποιῶμαι, οὐδὲ ἐπαινούμενος αἰσθήσομαι.

Ὅτι δὲ γεγόνασι ζήνωνες ὀκτὼ, ἐν τῷ κιτιεῖ διειλέγμεθα. ἤκμαζε δὲ οὗτος κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα.

Hic & Achillem primus orationé cõpellauit, quamuis Phauorinus Parmenidem & alios cõplures profert. Placet autem illi mundos esse plures, vacuumque non esse, naturam omnium rerum ex calido & frigido aridóque & humido fuisse profectam, quum ista in alterutrum commutentur. Generationem hominum è terra esse, animámque ita ex his omnibus commixtam quæ prædiximus, vt à nullo eorum plus quam à cæteris obtineatur. Hunc aiunt quum maledictis ageretur, indignari solitum, causantibusque quibusdam, dixisse, Si maledicta æquo animo admittam, ne laudes quidem sentiam.

Octo verò fuisse Zenones, quum de Cittieo loqueremur, diximus. Floruit autem Olympiadem circiter sexagesimam.

ΛΕΥ´ΚΙΠΠΟΣ.

Λεύκιππος, ἐλεάτης· ὡς δέ τινες, ἀβδηρίτης· κατ' ἐνίους δὲ, μιλήσιος. οὗτος ἤκουσε ζήνωνος.

Ἤρεσκε δὲ αὐτῷ, ἄπειρα εἶναι τὰ πάντα, καὶ εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν.

LEVCIPPVS.

LEVcippus Eleates, siue (vt aliis placet) Abderites, aut iuxta alios Milesius, Zenonis auditor fuit.

Placebat illi infinita esse omnia, & in seipsa cõmutari,

τό, τε πᾶν εἶναι κενόν, καὶ πλῆρες σωμάτων. τούς τε κόσμους γίνεσθαι σωμάτων εἰς τὸ κενὸν ἐμπιπτόντων, καὶ ἀλλήλοις περιπλεκομένων· ἔκ τε τῆς κινήσεως, κατὰ τὴν αὔξησιν αὐτῶν, γίνεσθαι τὴν τῶν ἀστέρων φύσιν. φέρεσθαι δὲ τὸν ἥλιον ἐν μείζονι κύκλῳ περὶ τὴν σελήνην. τὴν γῆν ὀχεῖσθαι, περὶ τὸ μέσον δινουμένην· σχῆμά τε αὐτῆς τυμπανοειδὲς εἶναι. πρῶτός τε ἀτόμους ἀρχὰς ὑπεστήσατο. κεφαλαιωδῶς μὲν ταῦτα. ἐπὶ μέρους δὲ ὧδε ἔχει· τὸ μὲν πᾶν, ἄπειρόν φησιν, ὡς προείρηται. τούτου δὲ τὸ μὲν, πλῆρες εἶναι· τὸ δὲ, κενόν. καὶ στοιχεῖά φησι, κόσμους τε ἐκ τούτων ἀπείρους εἶναι, καὶ διαλύεσθαι εἰς ταῦτα. γίνεσθαι δὲ τοὺς κόσμους οὕτω· φέρεσθαι κατ᾽ ἀποτομὴν ἐκ τῆς ἀπείρου πολλὰ σώματα παντοῖα τοῖς σχήμασιν εἰς μέγα κενόν· ἅπερ ἀθροισθέντα δίνην ἀπεργάζεσθαι μίαν, καθ᾽ ἣν προσκρούοντα καὶ παντοδαπῶς κυκλούμενα, διακρίνεσθαι χωρὶς τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια. ἰσορρόπων δὲ διὰ τὸ πλῆθος μηκέτι δυναμένων περιφέρεσθαι,

atque vniuersum istud inane esse plenumque corporibus: mundósque fieri corporibus in hoc inane incidentibus, & in se inuicem implicatis, atque ex motu secundum illorum incrementa naturam siderum fieri. Solem in circo maiori secundum lunam ferri, terram vehi, ac circa medium verti, figuramque illius tympano similẽ. Primus hic atomos principia subiecit. Summatim ista illi visa sunt, sed sunt explicanda per partes. Vniuersum quidem (vt diximus) infinitum ait. Huius partem plenam esse, partem inanem, & elementa ait, mundósque ex eis infinitos esse, & in illa dilabi atque dissolui. Sicut autem fieri mundos ex infinito per abscissionem, multa corpora figuris omnigena in magnum vacuum ferri, eáque in vnum coacta vnam vertiginem efficere, secundum quam offendere ac circumuolui modis omnibus, atque ita discerni, vt seorsum similia quæ sunt sui similia petant. Cæterùm æquilibra quum ob multitudinem minimè iam circumferri possint,

τὰ μὲν λεπτὰ χωρεῖν εἰς τὸ ἔξω κενὸν, ὥσπερ διαττώμενα· τὰ δὲ λοιπὰ, συμμένειν, καὶ περιπλεκόμενα συγκατατρέχειν ἀλλήλοις, καὶ ποιεῖν τι πρῶτον σύστημα σφαιροειδές. τοῦτο δ' οἷον ὑμένα ἀφίστασθαι, περιέχοντα ἐν ἑαυτῷ παντοῖα σώματα· ὧν κατὰ τὴν τοῦ μέσου ἀντέρεισιν περιδινουμένων, λεπτὸν γενέσθαι τὸν πέριξ ὑμένα, συρρεόντων ἀεὶ τῶν συνεχῶν κατ' ἐπίψαυσιν τῆς δίνης. καὶ οὕτω γενέσθαι τὴν γῆν, συμμενόντων τῶν ἐνεχθέντων ἐπὶ τὸ μέσον. αὐτόν τε πάλιν τὸν περιέχοντα, οἷον ὑμένα, αὔξεσθαι κατὰ τὴν ἐπέκκρισιν τῶν ἔξωθεν σωμάτων· δίνῃ τε φερόμενον αὐτὸν ὧν ἂν ἐπιψαύσῃ, ταῦτα ἐπικτᾶσθαι. τούτων δέ τινα συμπλεκόμενα ποιεῖν σύστημα· τὸ μὲν πρῶτον κάθυγρον καὶ πηλῶδες, ξηρανθέντα καὶ περιφερόμενα σὺν τῇ τοῦ ὅλου δίνῃ· εἶτ' ἐκπυρωθέντα, τὴν τῶν ἀστέρων ἀποτελέσαι φύσιν. εἶναι δὲ τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον, ἐξώτατον· τὸν δὲ τῆς σελήνης, προσγειότατον· τοὺς δὲ τῶν ἄλλων, μεταξὺ τούτων. καὶ πάντα μὲν τὰ ἄστρα διὰ τὸ

exilia quidem ad exterius vacuum contendere, sic ordinante natura: cætera subsidere & innexa atque in se implicata inuicem concurrere, atque ea concursione prius quandam concretionem efficere rotundam. Hanc autem veluti membranam subsistere, continentem in se omnigena corpora, quæ dum secundum medij reluctationem circumuoluuntur, tenuem per gyrum membranulam fieri, iuxta vertiginis tractũ corporibus perpetuis semper confluentibus: atque ita fieri terram, manentibus quæ semel in medium iniecta erant, ipsumque rursus continentem membranę instar augeri iuxta externorum influentiam corporum: & quũ vertigine fertur, quæcunque attigerit ea acquirere. Ex his quædam complicata concretionem facere, primò quidem humidã ac luteam, exiccata & circumacta cum totius vertigine: deinde incensa & ignita, siderum efficere naturam: esséque solis circulum extimum: lunæ verò terræ proximum, cæteris in medio horum positis. ac sidera quidem omnia ob

τάχος τῆς φορᾶς, τὸν δ' ἥλιον ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἐκπυροῦσθαι. τὴν δὲ σελήνην, τοῦ πυρὸς ὀλίγον μεταλαμβάνειν. ἐκλείπειν δὲ ἥλιον καὶ σελήνην, τῷ κεκλίσθαι τὴν γῆν πρὸς μεσημβρίαν· τὰ δὲ πρὸς ἄρκτον, ἀεί τε νίφεσθαι, καὶ κατάψυχρα εἶναι, καὶ πήγνυσθαι. καὶ τὸν μὲν ἥλιον ἐκλείπειν σπανίως, τὴν δὲ σελήνην, συνεχῶς διὰ τὸ ἀνίσους εἶναι τοὺς κύκλους αὐτῶν. εἶναί τε, ὥσπερ γενέσεις κόσμου, οὕτω καὶ αὐξήσεις, καὶ φθίσεις, καὶ φθοράς, κατά τινα ἀνάγκην, ἣν ὁποία ἐστὶν οὐ διασαφεῖ.

celeritatem motus ignescere, solem verò inflammari à sideribus, lunam paululum ex igne sibi vsurpare. solem lunámque deficere, quòd terra ad meridiem vergat: quæ ad septentrionem sunt, niuibus conspergantur, & pruinis algeant, in glaciémque cócrescant. Solem quidem raró deficere, lunam verò perpetuò, quòd sint impares eorum circuli. Enimuero, vt generatio, ita & incrementa mundi esse; & diminutiones, & corruptiones ex quadam necessitate, quæ cuiusmodi sit, ipse exponit ac disserit.

ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.

DEMOCRITVS.

Δημόκριτος, Ἡγησιστράτου· οἱ δέ, Ἀθηνοκρίτου· τινές, Δαμασίππου· Ἀβδηρίτης, ἢ (ὥς ἔνιοι) Μιλήσιος. οὗτος μάγων τινῶν διήκουσε, καὶ Χαλδαίων, Ξέρξου τοῦ βασιλέως ἐπιστάτας τῷ πατρὶ αὐτοῦ καταλιπόντος, ἡνίκα ἐξενίσθη παρ' αὐτῷ, (καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος) παρ' ὧν τά τε περὶ θεολογίας καὶ ἀστρολογίας ἔμαθεν, ἔτι παῖς ὤν. ὕστερον δὲ Λευκίππῳ παρέβαλε.

Democritus, Hegesistrati, siue (secundum alios) Athenocriti, vel certè Damasippi filius, siue (vt alij putant) Milesius fuit. Magos autem quosdam & Chaldæos audiuit, Xerxe rege patri illius præceptores, quando apud illum hospitatus est, relinquente, vt etiam refert Herodotus: à quibus & Theologiam & Astrologiam didicit, quum adhuc puer esset. Postea verò Leucippum conuenit,

κατ' Ἀναξαγόρα, (κατά τινας) ἔτεσιν ὢν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα.

Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ λέγειν Δημόκριτον περὶ Ἀναξαγόρου, ὡς οὐκ εἴησαν αὐτοῦ αἱ δόξαι αἵ τε περὶ ἡλίου καὶ σελήνης, ἀλλὰ ἀρχαῖαι. τὸν δ' ὑφῃρῆσθαι, διασύρειν τε αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς διακοσμήσεως καὶ τοῦ νοῦ, ἐχθρῶς ἔχοντα πρὸς αὐτόν, ὅτι δὴ μὴ προσήκατο αὐτόν. πῶς οὖν (κατά τινας) ἀκήκοεν αὐτοῦ; φησὶ δὲ Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις, καὶ Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς, ἀποδημῆσαι αὐτὸν καὶ εἰς Αἴγυπτον, πρὸς τοὺς ἱερέας, γεωμετρίαν μαθησόμενον, καὶ πρὸς Χαλδαίους εἰς τὴν Περσίδα, καὶ εἰς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν γενέσθαι. τοῖς τε γυμνοσοφισταῖς φασί τινες συμμῖξαι αὐτὸν ἐν Ἰνδίᾳ, καὶ εἰς Αἰθιοπίαν ἐλθεῖν. τρίτον τε ὄντα ἀδελφόν, νείμασθαι τὴν οὐσίαν. καὶ οἱ μὲν πλείους φασὶ τὴν ἐλάττω μοῖραν ἑλέσθαι, τὴν ἐν ἀργυρίῳ, χρείαν ἔχοντα κατ' ἀποδημίαν· τοῦτο κἀκείνων δολίως ὑποπτευόντων.

&, secundum quosdam, Anaxagoram, quum annis XL iunior quàm ille esset.

Refert Phauorinus in Omnimoda historia, Democritum de Anaxagora dixisse, non illius esse quas scripserit de sole ac luna opiniones, verùm illo antiquiores, ipsumque sibi eas furatum esse: derogasse itē iis quæ de mundi compositione & mente dixisset, infesto aduersus illum animo. Quum ergo illum improbarit, quo pacto ille eius auditor fuit? Demetrius autem in Æquiuocis, & Antisthenes in Successionibus tradunt illum in Ægyptum contendisse ad sacerdotes, Geometriam percepturum, & in Persidem ad Chaldæos atque ad rubrū mare. Non defuere qui dicerent & Gymnosophistis in India congressum esse, atque in Æthiopiā venisse. Quumque tertius esset frater, diuisisse substantiam, minorémque portionem, quæ erat in pecunia, sibi elegisse, qua illi in peregrinatione opus erat: hoc illis dolo factum arbitrantibus.

ὁ δὲ Δημήτριος ὑπὲρ ἑκατὸν τάλαντά φησιν εἶναι αὐτῷ τὴν μερίδα, ἃ πάντα δὴ καταναλῶσαι. λέγει δὲ ὅτι τοσοῦτον ἦν φιλόπονος, ὥστε τοῦ περικήπου δωμάτιόν τι ἀποτεμόμενος, κατακλείεσθαι ἦν· καί ποτε τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πρὸς θυσίαν βοῦν ἀγαγόντος, καὶ αὐτόθι προσδήσαντος, ἱκανὸν χρόνον μὴ γνῶναι, ἕως αὐτὸν διαναστήσας προφάσει τῆς θυσίας, καὶ τὰ περὶ τοῦ βοῦ διηγήσατο. δοκεῖ δὲ (φησὶ) καὶ Ἀθήναζε ἐλθεῖν, καὶ μὴ σπουδάσαι γνωσθῆναι, δόξης καταφρονῶν· καὶ εἰδέναι μὲν σωκράτην, ἀγνοεῖσθαι δὲ ὑπ' αὐτοῦ. Ἦλθον γὰρ (φησὶν) εἰς Ἀθήνας, καὶ οὔτις με ἔγνωκεν. εἴπερ οἱ ἀντερασταὶ πλάτωνός εἰσι, (φησὶ θράσυλλος) οὗτος ἂν εἴη ὁ παραγενόμενος ἀνώνυμος, τῶν περὶ Οἰνοπίδην καὶ Ἀναξαγόραν ἕτερος, ἐν τῇ πρὸς σωκράτην ὁμιλίᾳ διαλεγόμενος περὶ φιλοσοφίας· ᾧ (φησὶ) ὁ φιλόσοφος ὡς πεντάθλῳ ἔοικε. καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος. τὰ γὰρ φυσικὰ, καὶ τὰ ἠθικὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ, καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους.

Demetrius ipsius partem centum talenta excessisse autor est, eumque illa breui consumpsisse. Adeo vero studiosum fuisse, vt ex vicino hortulo sibi cellulam seligeret, ibique seipsum includeret: & quum aliquando ipsius pater bouem ad immolandum adduxisset, ibique alligasset, tandiu hoc ab illo non fuisse cognitum, quoad hunc ille sacrificij causa excitauit, ac bouis admonuit. Constat (inquit) illum Athenas venisse, atque ob despectum gloriæ agnosci noluisse: & quum agnouisset Socratem, ipsum à Socrate fuisse ignoratum. Veni enim Athenas (inquit) & me nemo cognouit. Siquidem Platonis illi rivales sunt, ait Thrasyllus: hic profectò obscurus ac sine nomine venisset, qui de Oenopidis familia, & Anaxagoras alter colloquio cum Socrate habito de philosophia, Hic (inquit) philosophus similis est quinque certaminum victori. Et erat reuera in philosophia πένταθλος, hoc est, quinque certaminum. Namque naturalia, moralia, mathematica, liberalium disciplinarum rationes,

artiumque

καὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν. τούτου ἐστὶ καὶ τὸ, λόγος ἔργου σκιή. Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ, μηδὲ ἐλθεῖν φησιν αὐτὸν εἰς Ἀθήνας. τοῦτο δὲ καὶ μεῖζον, εἴγε τοσαύτης πόλεως ὑπερεφρόνησεν, οὐκ ἐκ τόπου δόξαν λαβεῖν βουλόμενος, ἀλλὰ τόπῳ δόξαν περιθεῖναι προελόμενος. δῆλον δὲ κἀκ τῶν συγγραμμάτων, οἷος ἦν.

Δοκεῖ δὲ (φησὶν ὁ Θράσυλλος) ζηλωτὴς γεγονέναι τῶν πυθαγορικῶν. ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ πυθαγόρου μέμνηται, θαυμάζων αὐτὸν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ συγγράμματι. πάντα δὲ δοκεῖν παρὰ τούτου λαβεῖν, καὶ αὐτοῦ δ' ἂν ἀκηκοέναι, εἰ μὴ τὰ τῶν χρόνων ἐμάχετο. πάντως μέντοι τῶν πυθαγορικῶν τινος ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸν Γλαῦκος ὁ Ῥηγῖνος, κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους αὐτῷ γεγονώς. φησὶ δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ κυζικηνὸς, Φιλολάῳ αὐτὸν συγγεγονέναι. ἤσκει δὲ (φησὶν ὁ Ἀντισθένης) καὶ ποικίλως δοκιμάζειν τὰς φαντασίας, ἐρημάζων ἐνίοτε, καὶ τοῖς τάφοις ἐνδιατρίβων.

artiúmque omnē peritiam callebat. Huius illud est, Sermo operis vmbra. Porro Demetrius Phalereus in Socratis defensione, ne venisse quidem illum Athenas dixit. Id autem profectò maius est, si quidem tātam contempsit ciuitatem. Non enim ex loco gloriam aucupari contendebat, verùm loco gloriam imponere. Constat autem ex scriptis eius cuiusmodi fuerit.

Videtur autem (vt ait Thrasyllus) & Pythagoreorum fuisse imitator. Ipsius enim Pythagoræ meminit, illum singulari admiratione prosequutus in Æquiuoco opere. Adeo autem videtur ab illo accepisse omnia, vt nisi temporum ratio obstaret, illum & audisse putaretur. Pythagoreorum tamen quempiam audisse Glaucus Rheginus, qui eius seculo vixit, omnino affirmat. Refert autem & Apollodorus Cyzicenus Philolao illum in amicitiam venisse, illóque familiariter vsum fuisse. Nitebatur autem (vt ait Antisthenes) etiam variè probare imaginationes, sæpe solitarius viuens, atque etiam sepulcra incolens.

quum non possit animal tendere quasi ad minus aliquid, & aliud quærere quo animi corporísque consummetur bonum. Tunc voluptate nobis opus est, quum illam non adesse dolemus, non etiam voluptate indigemus. Quocirca voluptatem finem dicimus, ac principium beatæ vitæ. Hanc enim primum bonū atque ingenitum nouimus, atque ab hac electionem omnem ac deuitationem inchoamus, atque huic occurrimus, perturbationē, tanquam norma, bonum quoduis discernētes. Quoniam verò primum istud insitum bonum est, idcirco non omnem voluptatem eligimus, verùm sæpe plerasque transgredimur, quando ex iis maior molestia sequitur: doloresque nōnullos voluptatibus præstare arbitramur, quando ex diutina toleratione dolorum maior nos voluptas sequitur. Omnis itaque voluptas eo quòd naturam propriam habet, bonū est: non tamen eligenda omnis. Sicut & dolor malum est, non tamen semper quiuis repudiandus est dolor.

τῇ μέντοι συμμετρήσει, καὶ συμφερόντων καὶ ἀσυμφόρων βλέψει ταῦτα πάντα κρίνειν καθήκει. χρώμεθα γὰρ τῷ μὲν ἀγαθῷ, κατά τινας χρόνους, ὡς κακῷ· τῷ δὲ κακῷ, τοὔμπαλιν, ὡς ἀγαθῷ. καὶ τὴν αὐτάρκειαν δὲ ἀγαθὸν μέγα νομίζομεν, οὐχ ἵνα πάντως τοῖς ὀλίγοις χρώμεθα· ἀλλ' ὅπως, ἐὰν μὴ ἔχωμεν τὰ πολλά, τοῖς ὀλίγοις χρώμεθα, πεπεισμένοι γνησίως ὅτι ἥδιστα πολυτελείας ἀπολαύουσιν οἱ ἥκιστα ταύτης δεόμενοι. καὶ ὅτι τὸ μὲν φυσικὸν πᾶν, εὐπόριστόν ἐστι, τὸ δὲ κενὸν, δυσπόριστον. οἵ τε λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελεῖ διαίτῃ τὴν ἡδονὴν ἐπιφέρουσιν, ὅταν ἅπαν τὸ ἀλγοῦν κατ' ἔνδειαν ἐξαιρεθῇ· καὶ μᾶζα καὶ ὕδωρ τὴν ἀκροτάτην ἀποδίδωσιν ἡδονὴν, ἐπειδὰν ἐνδέων τις αὐτὰ προσοίσηται. τὸ συνεθίζειν οὖν ἐν ταῖς ἁπλαῖς καὶ οὐ πολυτελέσι διαίταις, καὶ ὑγιείας ἐστὶ συμπληρωτικὸν, καὶ πρὸς τὰς ἀναγκαίας τοῦ βίου χρήσεις ἄοκνον ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον. καὶ τοῖς πολυτελέσιν ἐκ διαλειμμάτων προσερχομένοις, κρεῖττον ἡμᾶς διατίθησι, καὶ πρὸς τὴν τύχην ἀφόβους παρασκευάζει.

Commensione itaque & vtilium inutiliúmque respectu hæc omnia iudicare cõuenit. Vtimur enim bono interdum vt malo, contra & malo tanquam bono.

Frugalitatem præterea magnum existimamus bonũ, non vt semper vtamur modicis, verùm vt, nisi multa habeamus, vtamur paucis, credentes verissimè illos magnificentia frui suauissime qui illa minimum indigent: quódque naturale sit, id omne esse parabile, noua verò difficilè parari posse. Dapes item simplices æquam magnifico luxui adferre voluptatem, quando omne quod dolet, per inediam sublatum sit. Panis ergo cibarius & aqua summam voluptatem afferunt quum egens quis illa in cibum sumit. Itaque simplicibus & non magnificè paratis cibis assuescere, & salubritatis est, & hominem ad vitæ vsus necessarios impigrum reddit, ac splendidis (si per interualla sumantur) nos commodius aptat, atque aduersus fortunam interritos facit.

ὅταν οὖν λέγωμεν ἡδονὴν τέλος ὑπάρχειν, οὐ τὰς τῶν ἀσώτων ἡδονὰς, καὶ τὰς ἐν ἀπολαύσει κειμένας λέγομεν, ὥς τινες ἀγνοοῦντες καὶ οὐχ ὁμολογοῦντες ἢ κακῶς ἐκδεχόμενοι νομίζουσιν, ἀλλὰ τὸ μήτε ἀλγεῖν κατὰ σῶμα, μήτε ταράττεσθαι κατὰ ψυχήν. οὐ γὰρ πότοι καὶ κῶμοι συνείροντες, οὐδ' ἀπολαύσεις παίδων καὶ γυναικῶν, οὐδ' ἰχθύων καὶ τῶν ἄλλων ὅσα φέρει πολυτελὴς τράπεζα, τὸν ἡδὺν γεννᾷ βίον, ἀλλὰ νήφων λογισμὸς, καὶ τὰς αἰτίας ἐξερευνῶν πάσης αἱρέσεως καὶ φυγῆς, καὶ τὰς δόξας ἐξελαύνων, ἀφ' ὧν πλεῖστος τὰς ψυχὰς καταλαμβάνει θόρυβος. τούτων δὲ πάντων ἀρχὴ καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν, φρόνησις. διὸ καὶ φιλοσοφίας τιμιώτερον ὑπάρχει φρόνησις, ἐξ ἧς αἱ λοιπαὶ πᾶσαι πεφύκασιν ἀρεταί· διδάσκουσα ὡς οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν, ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς, καὶ δικαίως ἄνευ τοῦ ἡδέως· συμπεφύκασι γὰρ αἱ ἀρεταὶ τῷ ζῆν ἡδέως. καὶ τὸ ζῆν ἡδέως, τούτων ἐστὶν ἀχώριστον.

Quum itaque dicamus voluptatem finem esse, non luxuriosorum & nepotum voluptates, easque quæ in gustu & ingluuie sunt positæ, vt quidam ignorantes, aut à nostra sententia dissentientes, aut malè accipientes, arbitrantur, sed non dolere corpore, animóque tranquillum esse, & perturbatione vacare dicimus. Non conuiuia & comessationes, non puerorum mulierumque congressus, non piscium vsus, & cæterorum quæ affert pretiosior mensa, suauem gignit vitam, verum ratio sobria causásque perscrutans, cur quæque vel eligenda, vel fugienda sunt, opinionésque expellens, per quas animas vt plurimum occupat tumultus. Horum omnium initium maximúmque bonum prudentia est. Quocirca philosophiam quoque prudentia antecellit, ex qua reliquæ virtutes omnes oriuntur, docentes quòd non iucundè viuere possit quisquam, nisi prudenter, honestè, iustéque viuatur: virtutes enim suaui & iucundæ vitæ coniunctę sunt, iucundáque vita separari à virtutibus nequit.

ἐπεὶ τίνα νομίζεις εἶναι κρείττονα τοῦ καὶ περὶ θεῶν ὅσια δοξάζοντος, καὶ περὶ θανάτου διαπαντὸς ἀφόβως ἔχοντος, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἐπιλελογισμένου τέλος; καὶ τὸ μὲν τῶν ἀγαθῶν πέρας, ὡς ἔστιν εὐσυμπλήρωτόν τε καὶ εὐπόριστον, διαλαμβάνοντος. τὸ δὲ τῶν κακῶν, ὡς ἢ χρόνους ἢ πόνους ἔχει βραχεῖς· τὴν δὲ ὑπό τινων δεσπότιν εἰσαγομένην πάντων ἀγγέλλοντος, ἃ μὲν ἀπὸ τύχης, ἃ δὲ παρ' ἡμᾶς· διὰ τὸ τὴν μὲν ἀνάγκην ἀνυπεύθυνον εἶναι, τὴν δὲ τύχην, ἄστατον ὁρᾶν, τὸ δὲ παρ' ἡμᾶς, ἀδέσποτον ᾧ καὶ τὸ μεμπτὸν καὶ τὸ ἐναντίον παρακολουθεῖν πέφυκεν· ἐπεὶ κρεῖττον ἦν τῷ περὶ θεῶν μύθῳ κατακολουθεῖν, ἢ τῇ τῶν φυσικῶν εἱμαρμένῃ δουλεύειν. ὁ μὲν γὰρ, ἐλπίδα παραιτήσεως ὑπογράφει θεῶν διὰ τιμῆς· ἡ δὲ, ἀπαραίτητον ἔχει τὴν ἀνάγκην. τὴν δὲ τύχην, οὔτε θεὸν, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν, ὑπολαμβάνων (οὐδὲν γὰρ ἀτάκτως θεῷ πράττεται) οὔτε ἀβέβαιον αἰτίαν, (οἴεται μὲν γὰρ ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἐκ ταύτης πρὸς τὸ μακαρίως ζῆν

Nam quem eo arbitraris præstantiorem esse, qui & piè de diis opinatur, mortémque interritus sustinet, finémque naturæ rectè æstimat, finémque bonorum vt facilis ad implendum parabilísque sit, comprehendit? Malorum verò finem, vt aut tempus aut dolorem habeat, dominámque non diu molestam futuram, vtà plerisque inducitur, nuntiat, partim à fortuna, partim à nobis. quòd necessitas obnoxia nulli sit, instabilísque fortuna. quod autem à nobis est, dominatu caret, quod querimonia & contrarietas solet e uestigio subsequi. Præstat enim fabulam quæ de diis traditur, sequi, quàm naturalium seruire fato. Illa enim speciem excusationis obtendit honorem deorum, hæc ineuitabilem necessitatem habet. Fortunam verò neque deam, vt vulgo suspicantur, putat. Nihil enim deus agit temere neque instabile, causam nempe arbitratur bonum siue malum ex hac ad beatè viuendum

αἰσθάνεται δίδοσθαι) ἀρχὰς μέντοι μεγάλων ἀγαθῶν ἢ κακῶν ὑπὸ ταύτης χορηγεῖσθαι. κρεῖττον εἶναι νομίζων ἀλογίστως ἀτυχεῖν, ἢ ἀλογίστως εὐτυχεῖν. βέλτιον γὰρ τὸ κριθὲν ἐν ταῖς πράξεσι καλῶς, ὀρθωθῆναι διὰ ταύτην. ταῦτα οὖν καὶ τὰ τούτοις συγγενῆ μελέτα πρὸς ἑαυτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς πρὸς ἑαυτ., καὶ πρὸς τὸν ὅμοιον σεαυτῷ, καὶ οὐδέποτε οὔθ' ὕπαρ οὔτ' ὄναρ διαταραχθήσῃ, ζήσῃ δὲ ὡς θεὸς ἐν ἀνθρώποις. οὐθὲν γὰρ ἔοικε θνητῷ ζώῳ ζῶν ἄνθρωπος ἐν ἀθανάτοις ἀγαθοῖς. μαντικὴν δὲ ἅπασαν ἐν ἄλλοις ἀναιρεῖ, ὡς καὶ ἐν τῇ μικρᾷ ἐπιτομῇ. καί φησι, μαντικὴ οὖσα ἀνύπαρκτος· εἰ δὲ καὶ ὑπαρκτική, οὐδὲν παρ' ἡμᾶς ἡγητέον τὰ γινόμενα. τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν βιωτικῶν· καὶ ἐπὶ πλεῖον διείλεκται ἀλλαχόθι.

Διαφέρεται δὲ πρὸς τοὺς Κυρηναϊκοὺς περὶ τῆς ἡδονῆς. οἱ μὲν γὰρ τὴν καταστηματικὴν οὐκ ἐγκρίνουσι, μόνην δὲ τὴν ἐν κινήσει· ὁ δ', ἀμφοτέρας, ψυχῆς καὶ σώματος, ὥς φησιν ἐν τῷ περὶ αἱρέσεως καὶ φυγῆς,

hominibus . . . ri. Principia tamē magnorum bonorum aut malorum ab ista suppeditari. Præstat enim rationabiliter esse infelicem, quàm absque ratione felicem. Melius est enim in actibus quod bene iudicatum est, per eam digeri. Hæc igitur atque his similia, tecum si die noctúque meditere aliquis, fiet vt nunquam seu vigiles, seu dormias, perturbatione vlla tenearis, verùm vt deus inter homines viues. Nihil enim habet commune cum mortali animanti animal homo immortalibus bonis exercitatus. Diuinationem autem omnem ab aliis tollit, sicuti & in parua Epitome: dicens eam non subsistere. Et si (inquit) substantialis sit, nihil ad nos existimes pertinere quæ fiunt. Hęc & eiusmodi de iis quę vitam informant: pluráque his aliis etiam in locis disserit.

Dissentit autem à Cyrenaicis de voluptate. Illi enim non eam quæ in statu est, sed eam solùm quæ in motu fit, admittunt. Hic autem vtranque, animi videlicet, corporísque, complectitur, vt in libro De electionibus & fuga, ait,

καὶ ἐν τῷ περὶ τέλους, καὶ ἐν α' περὶ βίων, καὶ ἐν τῇ πρὸς τοὺς ἐν μιτυλήνῃ φίλους ἐπιστολῇ. ὁμοίως δὲ καὶ διογένης ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τῶν ἐπιλέκτων, καὶ μητρόδωρος ἐν τῷ τιμοκράτει, λέγουσιν οὕτως, νοουμένης δὲ ἡδονῆς τῆς τε κατὰ κίνησιν καὶ τῆς καταστηματικῆς. ὁ δ' ἐπίκουρος ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων οὕτω λέγει, ἡ μὲν γὰρ ἀταραξία καὶ ἀπονία, καταστηματικαί εἰσιν ἡδοναί· ἡ δὲ χαρὰ καὶ εὐφροσύνη, κατὰ κίνησιν ἐνεργείᾳ βλέπονται. ἔτι πρὸς τοὺς κυρηναϊκούς. οἱ μὲν γὰρ, χείρους τὰς σωματικὰς ἀλγηδόνας τῶν ψυχικῶν (κολάζεσθαι γοῦν τοὺς ἁμαρτάνοντας σώματι) ὁ δὲ, τὰς ψυχικάς. τὴν γοῦν σάρκα τὸ παρὸν μόνον χειμάζειν, τὴν δὲ ψυχὴν, καὶ τὸ παρελθὸν καὶ τὸ παρὸν καὶ τὸ μέλλον. οὕτως οὖν καὶ μείζονας ἡδονὰς εἶναι τῆς ψυχῆς. ἀποδείξει δὲ χρῆται τοῦ τέλος εἶναι τὴν ἡδονὴν, τῷ τὰ ζῶα, ἅμα τῷ γεννηθῆναι, τῇ μὲν εὐαρεστεῖσθαι, τῷ δὲ πόνῳ προσκρούειν φυσικῶς, καὶ χωρὶς λόγου.

& in libro De fine, & in primo De vitis, & in Epistola ad Mitylenenses amicos: similiter & Diogenes in decimosexto Electorũ, & Metrodorus in Timocrate, ita asserunt intelligi voluptatem, & quæ in motu sit, & in statu. Et Epicurus in libro De hæresibus ita dicit, Nanque perturbationis dolorísque vacatio, constantes sunt voluptates: gaudium verò ac lætitia, actio secũdum motum videntur. Item aduersus Cyrenaicos. Illi enim corporis dolores deteriores arbitrantur doloribus animi. (corpore enim peccantes cruciari) hic autem, animi dolores. Carnem enim præsenti tantummodo dolore affici, animum verò & præterito, & præsenti, & futuro. Ea ergo ratione maiores quoque animi quam corporis esse voluptates. Demonstratione verò vtitur, quòd sit voluptas finis, quòd animalia simulátque nata sunt, ista quidem delinitri, offendi contrà dolore naturaliter absque rationis adminiculo cernimus.

αὐτοπαθῶς οὖν φεύγομεν τὴν ἀλγηδόνα· ἵνα καὶ ὁ ἡρακλῆς καταβιβρωσκόμενος ὑπὸ τοῦ χιτῶνος, --βοᾷ

Δάκνων, ἰύζων· ἀμφὶ δ' ἔστενον πέτραι,

Λοκρῶν τ' ὄρειοι πρῶνες,

Εὐβοίας τ' ἄκρα.

Διὰ δὲ τὴν ἡδονὴν καὶ τὰς ἀρετὰς αἱρεῖσθαι, οὐ δι' αὐτάς, ὥσπερ τὴν ἰατρικὴν διὰ τὴν ὑγίειαν· καθά φησι καὶ Διογένης ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν Ἐπιλέκτων· ὃς καὶ διαγωγὴν λέγει τὴν ἀγωγήν. ὁ δ' Ἐπίκουρος καὶ ἀχώριστον φησὶ τῆς ἡδονῆς τὴν ἀρετὴν μόνον· τὰ δ' ἄλλα χωρίζεσθαι, οἷον βρωτά. Καὶ φέρε οὖν δὴ νῦν τὸν κολοφῶνα (ὡς ἂν εἴπη τις) ἐπιθῶμεν τῷ παντὸς συγγράμματος, καὶ τοῦ βίου τοῦ φιλοσόφου, τὰς κυρίας αὐτοῦ δόξας παραθέμενοι, καὶ ταύταις τὸ πᾶν σύγγραμμα κατακλείσαντες τέλει χρησάμενοι τῇ τῆς εὐδαιμονίας ἀρχῇ. Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον, οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει· ὥστε οὔτε ὀργαῖς, οὔτε χάρισι συνέχεται· ἐν ἀσθενεῖ γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον.

Nostra ergo sponte dolorem fugimus, sicuti & Hercules quidem ipse, qui dum à missa sibi tunica consumeretur, clamat, mordens atque eiulans,

--at circumgemunt petræ,
Locrorum, & alta EVbœæ
promontoria.

Voluptatis verò causa virtutes quoque eligi, nō propter se (sicuti & medicinā propter sanitatem) vt ait & Diogenes in vigesimo Electorum. At verò Epicurus inseparabilem quoque dixit esse à voluptate virtutem solam: cętera verò separari, nempe vt mortalia. Agedum igitur nunc colophonem addamus, (vt ita dixerim) & scriptorum omnium & vitæ philosophi, ratas ipsius opiniones adiicientes, hisque omne hoc opus nostrum concludentes, fine illo vtentes, qui felicitatis ac beatitudinis initium sit. Quod beatum atque immortale est, neque ipsum negotia habet, neq; alij prębet: quo fit, vt neq; ira neque gratia tangatur. Nam huiusmodi omnia infirmitatis sunt.

ἐν ἄλλοις δέ φησι τοὺς θεοὺς λόγῳ θεωρητούς. οὓς μὲν, κατ' ἀριθμὸν ὑφεστῶτας· οὓς δὲ, κατὰ ὁμοείδειαν ἐκ τῆς συνεχοῦς ἐπιρρύσεως τῶν ὁμοίων εἰδώλων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀποτετελεσμένων ἀνθρωποειδεῖς. ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. τὸ γὰρ διαλυθὲν, ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητοῦν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. ὅπου δ' ἂν τὸ ἡδόμενον ἐνῇ, καθ' ὃν ἂν χρόνον ᾖ, οὐκ ἔστι τὸ ἀλγοῦν, ἢ τὸ λυπούμενον, ἢ τὸ συναμφότερον. οὐ χρονίζει τὸ ἀλγοῦν συνεχῶς ἐν τῇ σαρκὶ, ἀλλὰ τὸ μὲν ἄκρον, τὸν ἐλάχιστον χρόνον πάρεστι· τὸ δὲ μόνον ὑπερτεῖνον, τὸ ἡδόμενον κατὰ σάρκα, οὐ πολλὰς ἡμέρας συμβαίνει. αἱ δὲ πολυχρόνιοι τῶν ἀρρωστιῶν πλεονάζον ἔχουσι τὸ ἡδόμενον ἐν τῇ σαρκὶ, ἤπερ τὸ ἀλγοῦν. οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν, ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως, ἄνευ τοῦ ἡδέως. ὅτῳ δὲ τοῦτο μὴ ὑπάρχει, οὐ ζῇ φρονίμως καὶ καλῶς· καὶ ᾧ δικαίως ὑπάρχει, οὐκ ἔστι τοῦτον ἡδέως ζῆν, ἕνεκα τοῦ θαρρεῖν ἐξ ἀνθρώπων, ἦν κατὰ φύ-

In aliis verò ait deos ratione conspici, alios quidem numero subsistentes, alios vero secundum speciei similitudinem, ex perpetuo similium imaginum fluxu quæ in sese perfectæ sint humana specie. Mors nihil ad nos. quod enim dissoluitur, sensu priuatur: quod autem sensu caret, nihil ad nos. Terminus magnitudinis voluptatum, eius qua cuique doleat sublatio est. Vbicunque verò fuerit id quod delectat, quandiu ibi est, nihil est quod doleat aut afficiat mœrore, aut vtrunque simul. Non moratur diutius in carne quod dolet, sed summus dolor minimum durat: quod autem nimium solum delectat secũdum carnem, non multos dies durare contingit. At diuturni morbi plus habent in carne quod oblectent, quam quod doleant. Non potest iucundè viui, nisi prudenter, ac honestè ac iustè viuatur: neque prudenter, honestè, ac iustè, nisi iucundè. Cui autem hoc non contingit, is non viuit prudenter atque honestè: & cui iustè nõ euenit, non potest hic iucundè viuere, eo quòd cõfidat hominibus, aut secũdum na-

ἀρχῆς καὶ βασιλείας ἀγαθόν, ἐξ ὧν ἄν ποτε τοῦτο οἷός τ' ᾖ παρασκευάζεσθαι. ἔνδοξοι καὶ περίβλεπτοί τινες ἐβουλήθησαν γενέσθαι, τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀσφάλειαν οὕτω νομίζοντες περιποιήσασθαι. ὥστε εἰ μὲν ἀσφαλὴς ὁ τῶν τοιούτων βίος, ἀπέλαβον τὸ τῆς φύσεως ἀγαθόν· εἰ δὲ μὴ ἀσφαλής, οὐκ ἔχουσιν οὗ ἕνεκα ἐξ ἀρχῆς κατὰ τὸ τῆς φύσεως οἰκεῖον ὠρέχθησαν. οὐδεμία ἡδονὴ καθ' ἑαυτὴν κακόν· ἀλλὰ τὰ τινῶν ἡδονῶν ποιητικὰ, πολλαπλασίους ἐπιφέρει τὰς ὀχλήσεις τῶν ἡδονῶν. εἰ κατεπυκνοῦτο πᾶσα ἡδονὴ καὶ χρόνῳ, καὶ περὶ ὅλον τὸ ἄθροισμα ὑπῆρχεν ἢ τὰ κυριώτατα μέρη τῆς φύσεως, οὐκ ἄν ποτε διέφερον ἀλλήλων αἱ ἡδοναί, εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυε τοὺς φόβους τῆς διανοίας, τούς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων. ἔτι τε τὸ πέρας τῶν ἐπιθυμιῶν ἐδίδασκον, οὐκ ἄν ποτε εἴχομεν ὅ τι μεμψαίμεθα αὐτοῖς πανταχόθεν εἰσπληρουμένοις τῶν ἡδονῶν, καὶ οὐδαμόθεν οὔτε τὸ ἀλγοῦν οὔτε τὸ λυπούμενον ἔχουσιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ κακόν,

turam principatus & regni, bonum ex quibuſcunque potuerit hoc parari. Glorioſi atque conſpicui quidam eſſe cupierunt, ita ſe, vt ab hominibus tuti ſint, adepturos exiſtimãtes. Itaque, ſi quidem tuta ſit talium vita, naturæ bonum receperunt: ſin minus, nihil habẽt cuius gratia principiò contra naturæ proprietatẽ appetierunt. Nulla per ſeſe voluptas malũ eſt, ſed cauſæ quarundã voluptatũ multiplices ingerunt voluptatum perturbationes. Si cumularetur voluptas omnis, & tempore & ambitu, congregatio fieret, aut maximè principales naturæ partes, nequaquam à ſe inuicem differrent voluptates, ſi efficientia voluptatum luxurioſorum metus animi ſoluerent, metus inquam & de cæleſtibus, & de morte, & de doloribus. Præterea ſi voluptatem doceret finem, nihil haberemus quo eos culpare poſſemus, vndique voluptatibus hauriendis inſtantes, nulláque ex parte neque quod doleret, neque quod vrgeret habentes. Quod profectò malũ foret,

εἰ μηδὲν ἡμᾶς αἱ τῶν μετεώρων ὑποψίαι ἠνώχλουν. καὶ αἱ περὶ θανάτου, μήποτε πρὸς ἡμᾶς ἐστί. ἔτι τε τὸ μὴ κατανοεῖν τοὺς ὅρους τῶν ἀλγηδόνων καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν, οὐκ ἂν προσεδεόμεθα φυσιολογίας. οὐκ ἦν τὸ φοβούμενον λύειν ὑπὲρ τῶν κυριωτάτων, μὴ κατειδότα τίς ἡ τοῦ σύμπαντος φύσις, ἀλλ' ὑποπτευόμενόν τι τῶν κατὰ τοὺς μύθους. ὥστε οὐκ ἦν ἄνευ φυσιολογίας ἀκεραίας τὰς ἡδονὰς ἀπολαμβάνειν. οὐθὲν ὄφελος ἦν τὴν κατ' ἀνθρώπους ἀσφάλειαν κατασκευάζεσθαι, τῶν ἄνωθεν ὑπόπτων καθεστώτων, καὶ τῶν ὑπὸ γῆς, καὶ ἁπλῶς τῶν ἐν τῷ ἀπείρῳ, τῆς ἀσφαλείας τῆς ἐξ ἀνθρώπων γινομένης μέχρι τινός. δυνάμει τε ἐξερισικῇ καὶ εὐπορίᾳ εἰλικρινεστάτη γίνεται ἡ ἐκ τῆς ἡσυχίας καὶ ἐκχωρήσεως τῶν πολλῶν ἀσφάλεια. ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος καὶ ὥρισται, καὶ εὐπόριστός ἐστιν· ὁ δὲ τῶν κενῶν δοξῶν, εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει. βραχέα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει· τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα ὁ λογισμὸς διώκει, καὶ κατὰ τὸν συνεχῆ χρόνον διοικεῖ καὶ διοικήσει· ὁ δίκαιος, ἀταρακτότατος.

si nihil nos cęlestium suspiciones perturbarent: neque mortis opinio, si nihil nos moueret, aud aliud quippiã. Quod si adhuc non dubitẽ scrutari dolorum ac voluptatum fines, non indigeremus physiologia, nec liceret de iis quæ maximè rata sunt, metuentem soluere, nisi planè nouisset quæ sit totius natura, sed fabulosum aliquid suspicaretur. Non itaque liceret absque physiologia accipere synceras voluptates, neque prodesset aliquid humanam sibi parare securitatem, quũ & superna & quæ sub terra sunt suspecta essent, ac simpliciter quæ sunt in infinito, quum humana securitas fuerit vsque ad aliquid, virtúsque innixa, & purissima fœcũditas sit, quæ ex quiete & multis cedendo securitas prouenis. Naturæ opes diffinitæ & parabiles sunt: porro inaniũ opinionum diuitiæ in infinitũ excedunt. Breuis sapienti fortuna subincidit. Quæ verò sunt maxima & in primis rata, disposuit ratio, & perpetuo vitæ tempore disponit atque disponet. Iustus à perturbatione remotissim',

ὁ δ' ἄδικος, πλείστης ταραχῆς γέμων. οὐκ ἐπαύξεται ἡ ἡδονὴ ἐν τῇ σαρκί, ἐπειδὰν ἅπαξ τὸ κατ' ἔνδειαν ἀλγοῦν ἐξαιρεθῇ, ἀλλὰ μόνον ποικίλλεται. τῆς δὲ διανοίας τὸ πέρας τὸ κατὰ τὴν ἡδονὴν ἀπεγέννησεν ἥ τε τούτων αὐτῶν ἐκλόγισις καὶ τῶν ὁμογενῶν τούτοις, ὅσα τοὺς μεγίστους φόβους παρεσκεύαζε τῇ διανοίᾳ. ὁ ἄπειρος χρόνος ἴσην ἔχει τὴν ἡδονὴν καὶ ὁ πεπερασμένος, ἐάν τις αὐτῆς τὰ πέρατα καταμετρήσῃ τῷ λογισμῷ. ἡ μὲν σὰρξ ἀπέλαβε τὰ πέρατα τῆς ἡδονῆς ἄπειρα, καὶ ἄπειρος αὐτὴν χρόνος παρεσκεύασεν· ἡ δὲ διάνοια τοῦ τῆς σαρκὸς τέλους καὶ πέρατος λαβοῦσα τὸν ἐπιλογισμόν, καὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ αἰῶνος φόβους ἐκλύσασα, τὸν παντελῆ βίον παρεσκεύασε, καὶ οὐθὲν ἔτι τοῦ ἀπείρου χρόνου προσεδεήθημεν. ἀλλ' οὔτε ἔφυγε τὴν ἡδονήν, οὐδ' ἡνίκα τὴν ἐξαγωγὴν ἐκ τοῦ ζῆν τὰ πράγματα παρεσκεύαζε, ὡς ἐλλείπουσά τι τοῦ ἀρίστου βίου κατέστρεφεν. ὁ τὰ πέρατα τοῦ βίου κατειδώς, οἶδεν ὡς εὐπόριστόν ἐστι τὸ ἀλγοῦν κατ' ἔνδειαν ἐξαιρεῖν, καὶ τὸ τὸν ὅλον βίον παντελῆ καθιστᾶν.

iniustus verò perturbatione plenus est. Non crescit in carne voluptas, quum semel quod per indigentiam dolebat, ablatum est, sed solùm variatur. Porro mẽtis finis, finem qui secundũ voluptatem est genuit, horúmque ipsorum, & eorum quæ his affinia sunt, electio maximos quosque metus animo parat. Infinitum tẽpus ac finitum æquam habet voluptatem, si quis voluptatis ipsius fines ratione metiatur. Nam caro voluptatis fines accepit infinitos, infinitúmque ipsam efficit tẽpus. Porro mens carnis finem ac terminum ratione pertractans, æternisque exuta timoribus, vitam omni ex parte consummatã fecit. Nihilque iam infinito tempore opus habuimus: sed neque voluptatem quidem effugit, ne tum quidẽ quum exitum ex vita molestiæ atque anxietates cõpellunt, quasi aliquid beatæ vitæ desiderat in qua vitæ terminos noscens, non ignorat quàm sit parabile id quod indigẽtiæ dolorẽ tollat, omnémq; vitã cõstituat.

ὥστε οὐδὲν προσδεῖται πραγμάτων ἀγῶνας κεκτημένων. τὸ ὑφεστηκὸς δὲ τέλος ἐπιλογίζεσθαι, καὶ πᾶσαν τὴν ἐνάργειαν, ἐφ᾽ ἣν τὰ δοξαζόμενα ἀνάγομεν· εἰ δὲ μὴ, πάντα ἀκρισίας καὶ ταραχῆς ἔσται μεστά. εἰ μάχῃ πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, οὐχ ἕξεις οὐδ᾽ ἃς ἂν φῇς αὐτῶν διεψεῦσθαι, πρὸς τί ποιούμενος τὴν ἀναγωγὴν κρίνῃς. εἴ τινα ἐκβαλεῖς ἁπλῶς αἴσθησιν, καὶ μὴ διαιρήσεις τὸ δοξαζόμενον, κατὰ τὸ προσμένον, καὶ τὸ παρὸν ἤδη κατὰ τὴν αἴσθησιν καὶ τὰ πάθη, καὶ πᾶσαν φανταστικὴν ἐπιβολὴν τῆς διανοίας, συνταράξεις καὶ τὰς λοιπὰς αἰσθήσεις τῇ ματαίᾳ δόξῃ. ὥστε τὸ κριτήριον ἅπαν ἐκβαλεῖς· εἰ δὲ βεβαιώσεις καὶ τὸ προσμενόμενον ἅπαν ἐν ταῖς δοξαστικαῖς ἐννοίαις, καὶ τὸ μὴ, τὴν ἐπιμαρτύρησιν οὐκ ἐκλείψεις τὸ διεψευσμένον, ὡς τετηρηκὼς ἔσῃ πᾶσαν ἀμφισβήτησιν καὶ πᾶσαν κρίσιν τοῦ ὀρθῶς, ἢ μὴ ὀρθῶς. εἰ μὴ παρὰ πάντα καιρὸν ἐπανοίσεις ἕκαστον τῶν πραττομένων ἐπὶ τὸ τέλος τῆς φύσεως, ἀλλὰ προκαταστρέψεις, εἴτε φυγὴν εἴτε δίωξιν ποιούμενος

Itaque nihil negotiis opus est quæ certamina habent. Subsistentem verò finem versare animo oportet, omnémque euidentiam ad quam ea quæ opinamur, referamus. Alioquin omnia rationem iudicij desiderabunt, tumultúque plena erunt: si sensibus omnibus repugnabis, non habebis, neque quo suis ex iis quos mētiri dixeris, quo pacto iudices, aut ad quid te referas: siquem simpliciter eiicias sensum, neque diuidas in id quod opinaris, iuxta id quod accessit, quod iam per sensum præsens est, affectus insuper & omnem imaginalem mentis intuitū confundes, ac sensus reliquos opinione inani, vt qui iudicium eiicias omne. Porro si & quod expectatur omne, inopinabilibus notionibus firmes, idque quod attestationem nō admittit, vt quod falsum sit non dimiseris, eris quasi omne certamen obseruans, omnéque iudicium rectum siue non rectum. Nisi per omne tempus quæ geruntur singula ad naturæ referas finem, verùm antea euertes siue fugam, siue insectationem in aliud aliquid faciens, non erunt

εἰς ἄλλο τι, οὐκ ἔσονταί σοι τοῖς

λόγοις αἱ πράξεις ἀκόλουθοι. τῶν ἐπιθυμιῶν ὅσαι μὴ ἐπ' ἀλγοῦν ἐπανάγουσιν, ἐὰν μὴ συμπληρωθῶσιν, οὐκ εἰσὶν ἀναγκαῖαι, ἀλλ' εὐδιάχυτον τὴν ὄρεξιν ἔχουσιν, ὅταν δυσπόρεισι ἢ βλάβης ἀπεργαστικαὶ δόξωσιν εἶναι. ὧν ἡ σοφία παρασκευάζεται εἰς τὴν τοῦ ὅλου βίου μακαριότητα, πολὺ μέγιστόν ἐστιν ἡ τῆς φιλίας κτῆσις. ἡ αὐτὴ γνώμη θαρρεῖν τε ἐποίησεν ὑπὲρ τοῦ μηδὲν αἰώνιον εἶναι δεινὸν, μηδὲ πολυχρόνιον· καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς τοῖς ὡρισμένοις ἀσφάλειαν φιλίας μάλιστα κατεῖναι συντελουμένην. τῶν ἐπιθυμιῶν αἱ μέν εἰσι φυσικαὶ, καὶ οὐκ ἀναγκαῖαι· αἱ δὲ, οὔτε φυσικαὶ, οὔτε ἀναγκαῖαι, ἀλλὰ παρὰ κενὴν δόξαν γινόμεναι. φυσικὰς καὶ ἀναγκαίας ἡγεῖται ὁ Ἐπίκουρος, τὰς ἀλγηδόνας ἀπολυούσας, ὡς ποτὸν ἐπὶ δίψους· φυσικὰς δὲ, οὐκ ἀναγκαίας, τὰς ποικιλλούσας μόνον τὴν ἡδονὴν, μὴ ὑπεξαιρουμένας δὲ τὸ ἄλγημα, ὡς πολυτελῆ σιτία. οὔτε δὲ φυσικὰς, οὔτε ἀναγκαίας, ὡς στεφάνους, καὶ ἀνδριάντων ἀναθέσεις. ἐν αἷς τῶν φυσικῶν ἐπιθυμιῶν,

verbis consentaneæ tibi actiones. Voluptatum quæcunque ad dolorem non inducunt, nisi impletę sint, nō sunt necessariæ, sed appetitum habent minus lætum, quoties paratu difficiles, autorésque detrimenti esse constiterit, quas in totius vitæ beatitudinem sapiētia parat. Longè maxima res est amicitiæ acquisitio. Eadem sententia confidētiam parit, quòd nihil sit ęternū, neque diuturnū, ac ne grauius quidem quicquam ac molestius, & ea quam in ipsis definitis est amicitiæ seruitus consummatæ maximè confert. Voluptatum aliæ naturales, aliæ necessariæ sunt, aliæ naturales & non necessariæ, aliæ verò neque naturales neque necessariæ sunt, sed circa inanem opinionem versantur. Naturales & necessarias existimat Epicurus eas quæ dolores sedant, vt est in siti potus. Naturales verò non necessarias, quæ voluptates solùm variant, non autem dolorem tollūt, vt sunt preciosi cibi. Neque naturales autē neque necessarias putat eas, quemadmodum coronæ & statuarū ornamenta. Naturalium voluptatum

μὴ ἐπ' ἀλγοῦν δὲ ἐπαναγουσῶν, ἐὰν μὴ συντελεσθῶσιν, ὑπάρχει ἡ σπουδὴ σύντονος, παρὰ κενὴν δόξαν αὗται γίνονται, καὶ οὐ παρὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν οὐ διὰ χρείαν τινά, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου κενοδοξίαν. τὸ τῆς φύσεως δίκαιον, ἐστι σύμβολον τοῦ συμφέροντος, εἰς τὸ μὴ βλάπτειν ἀλλήλους μηδὲ βλάπτεσθαι. ὅσα τῶν ζώων μὴ ἠδύνατο συνθήκας ποιεῖσθαι τὰς ὑπὲρ τοῦ μὴ βλάπτειν, ἀλλὰ μηδὲ βλάπτεσθαι, πρὸς ταῦτα οὐθὲν ἔστιν οὐδὲ δίκαιον, οὐδὲ ἄδικον. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν ὅσα μὴ ἠδύνατο ἢ ἐβούλετο τὰς συνθήκας ποιεῖσθαι τὰς ὑπὲρ τοῦ μὴ βλάπτειν, μηδὲ βλάπτεσθαι, οὐκ ἦν τι καθ' ἑαυτὸ δικαιοσύνη, ἀλλ' ἐν ταῖς μετ' ἀλλήλων συστροφαῖς, καθ' ὁπηλίκους δή ποτε ἀεὶ τόπους συνθήκη τις ὑπὲρ τοῦ μὴ βλάπτειν, ἢ βλάπτεσθαι. ἡ ἀδικία, οὐ καθ' ἑαυτὴν κακόν, ἀλλ' ἐν τῷ κατὰ τὴν ὑποψίαν φόβῳ, εἰ μὴ λήσει ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐφεστηκότας κολαστάς. οὐκ ἔστι τὸν λάθρα τι ποιοῦντα ὧν συνέθεντο πρὸς ἀλλήλους εἰς τὸ μὴ βλάπτειν μηδὲ βλάπτεσθαι, πιστεῦσαι ὅτι λήσει, κἂν μυριάκις ὑπὸ τοῦ παρόντος λανθάνῃ. μέχρι γὰρ καταστροφῆς ἄδηλον εἰ καὶ λήσει.

quæ dolorem non inferant, nisi consummatæ fuerint, sit vehemens studium circa naturam, nouam nõ diffundit, sed circa inanem opinionem, neque circa suam opinionem hominis naturę vtilitatis est signum, vt neque inuicem lædant, neque lædantur. Quæ animantes eo fœdere iungi nõ possunt, vt neque lædant mutuò neque lædãtur, in his ius nullum aut iniuria est. Eadem est in gentibus ratio, quæ aut nolunt aut nequeunt ita fœderari vt neque lædãt mutuò neque lædantur. Iustitia enim nihil per se esset, verùm in contractibus mutuis quibuslibet locis id fœdus initur, vt non lædamus neque lædamur. Iniuria per se malum non est, verùm in suspicionis metu id malum situm est, si non lateat quod huiusmodi sunt iniustitiæ vindices. Nõ credat is qui clàm aliquid facit contra id quod inter se constituerunt homines ne lædantur, aut lædant se latere posse: & si millies etiam tum lateat, ad finem vitæ tamen incertum est an latere possit.

κατὰ μὲν κοινὸν, πᾶσι τὸ δίκαιον τὸ αὐτὸ, (συμφέρον γάρ τι ἦν ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους κοινωνίᾳ) κατὰ δὲ τὸ ἴδιον, χώρας καὶ ὅσων δήποτε αἰτιῶν, οὐ πᾶσι συμβαίνει τὸ αὐτὸ δίκαιον εἶναι. τὸ μὲν ἐπιμαρτυρούμενον ὅτι συμφέρει ἐν ταῖς χρείαις τῆς πρὸς ἀλλήλους κοινωνίας, τῶν νομισθέντων εἶναι, δίκαιον ἔχει, ἐάν τε τὸ αὐτὸ πᾶσι γένηται, ἐάν τε μὴ τὸ αὐτό· ἐάν τε μόνον θῆταί τις, μὴ ἀποβαίνῃ δὲ κατὰ τὸ συμφέρον τῆς πρὸς ἀλλήλους κοινωνίας, οὐκέτι τοῦτο τὴν τοῦ δικαίου φύσιν ἔχει. κἂν μεταπίπτῃ τὸ κατὰ τὸ δίκαιον συμφέρον, χρόνον δέ τινα εἰς τὴν πρόληψιν ἐναρμόττῃ, οὐδὲν ἧττον ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἦν δίκαιον τοῖς μὴ φωναῖς κεναῖς ἑαυτοὺς συνταράττουσιν, ἀλλ᾽ ἐπὶ πλεῖστα πράγματα βλέπουσιν. ἔνθα μὴ καινῶν γενομένων τῶν περιεστώτων πραγμάτων, ἀνεφάνη μὴ ἁρμόττοντα εἰς τὴν πρόληψιν τὰ νομισθέντα δίκαια ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν ἔργων, οὐκ ἦν ταῦτα δίκαια· ἔνθα δὲ καινῶν γενομένων τῶν περιεστώτων πραγμάτων, ἀπεφάνη μὴ ἁρμόττοντα εἰς τὴν πρόληψιν τὰ νομισθέντα δίκαια ἐπὶ αὐτῶν τῶν ἔργων, οὐκ ἦν ταῦτα δίκαια· ἔνθα δὲ κενῶν γενομένων τῶν πραγμάτων,

Communiter quidem omnibus ius idem eſt,(vtilitatis enim aliquid confert in mutua ſocietate) priuatim verò agri & quarumcũque rerum. non omnibus idem conſequitur ius eſſe. Aliud quidẽ omnium teſtimonio firmatum, quod expediat in vſu mutuę ſocietatis eorum quæ iuſta putantur eſſe,ius dicitur, ſiue idem ſit omnibus, ſiue non idem. Porro ſi ponat tantũ quiſpiam,non autem proueniat commoditas mutuę ſocietatis,non iam hoc iuris naturam habet, etiamſi intercidat commodũ iuris,nonnunquam autem ad anticipationem congruit. Nihilominus id temporis iuſtũ erat iis qui inanibus vocibus ſemet confundunt, ſed res plurimas cernunt: vbi quum vanæ fuerint circũſtantes res non congruẽtes, ad anticipatione̅ viſa ſunt, quæ putabãtur iuſta in ipſis rebus, ea iuſta non erant. Vbi verò vaneſcẽtibus circumſtantibus rebus viſa ſunt non congruere, ad anticipationem quæ exiſtimata ſunt iuſta. Vbi verò vaneſcentibus rebus,

οὐκέτι συνέφερε τὰ αὐτὰ δίκαια κείμενα, ἐνταῦθα δὴ τότε μὲν ἦν δίκαια ὅτε συνέφερεν εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν τῶν συμπολιτευομένων, ὕστερον δ᾽ οὐκ ἦν ἔτι δίκαια, ὅτε μὴ συνέφερεν. ὁ τὸ μὴ θαρρεῖν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἄριστα συστησάμενος, οὗτος τὰ μὲν δυνατὰ, ὁμόφυλα κατεσκευάσατο· τὰ δὲ μὴ δυνατὰ, οὐκ ἀλλόφυλά γε, ὅσα δὲ μηδὲ τοῦτο δυνατὸς ἦν, ἀνεπίμικτος ἐγένετο, καὶ ἐξωρίσατο ὅσα τοῦτ᾽ ἐλυσιτέλει πράττειν. ὅσοι τὴν δύναμιν ἔσχον τοῦ τὸ θαρρεῖν μάλιστα ἐκ τῶν ὁμορούντων παρασκευάσασθαι, οὗτοι καὶ ἐβίωσαν μετ᾽ ἀλλήλων ἥδιστον, βεβαιότατον πίστωμα ἔχοντες, καὶ πληρεστάτην οἰκειότητα ἀπολαβόντες, οὐκ ὠδύραντο, ὡς ἔλεον, τὴν τοῦ τελευτήσαντος προκαταστροφήν.

iam nō vtilia erant ea cōposita iura. Hic autem iusta quidem fuere, quoniam erant vtilia societati mutuò simul conuersantium: postea verò non ita fuerunt iusta, quando neque vtilia erant. Qui rebus externis minimè confidere præclarè constituit, hic ea quidem quæ sunt possibilia, & familiaria efficit: quæ verò huiusmodi non sunt, non aliena sanè neque eiusdem cognationis, atque vbi in illis non poterat, se studuit non immiscere, exclusítque omnia quæ agere non conducebat. Atqui omnes qui eò profecerant, vt se ex eis maximè confidendum pararent, quæ sunt propinqua & finitima, hi etiam inter se vixere suauissimam vitam, firmissimam habentes fidem ac probationem, certissimámque propinquitatem adsumentes, lamentis prosequuti non sunt defuncti celeriorem obitum.

ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΩΝ ΤΙΝΩΝ
συγγραμμάτων ἀποσπασμάτια.

ἘΚ ΤΩΝ ἹΠΠΟΔΆΜΟΥ
Θουρίου τοῦ Πυθαγορείου, ἐν τῷ περὶ εὐδαιμονίας.

EX QVORVNDAM
Pythagoreorum libris fragmenta, in quibus de philosophia morali agitur.

Gulielmo Cantero interprete.

EX HIPPODAMO THVRIO Pyth. in libro De felicitate.

ΤῶΝ ζώων τὰ μὲν ἐντὶ δεκτικὰ τᾶς εὐδαιμονίας· τὰ δ' ἄδεκτα. καὶ δεκτικὰ μὲν, ὅσα λόγον ἔχει· (ἁ μὲν γὰρ εὐδαιμονία, οὐκ ἄτερθεν ἀρετᾶς· ἁ δ' ἀρετὰ ἐγγίνεται τῷ λόγον ἔχοντι ζώῳ).

ANimalia beatitudinis alia capacia sunt, alia non sunt. Capacia sunt ea quæ ratione sunt prædita: (quandoquidem beatitudo sine virtute subsistere non potest: virtus autem in eo quòd rationis est compos, cernitur)

ἀδύνατα δέ, ὅσα λόγον οὐκ ἔχει. οὔτε γὰρ τὸ ἄψυχον ἀμοιρεῖν δέχεται τᾶς ὄψιος ἔργον, ἢ τᾶς ὄψιος ἀρετάν· οὔτε τὸ λόγω ἀμοιρεῖν, τὸ τῶ λόγον ἔχοντος ἔργον, ἢ τὰν τῶ λόγον ἔχοντος ἀρετάν. ἁ δ' εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῶ λόγον ἔχοντος, τὸ μὲν, ὡς ἔργον τί ἐστι, ὡς τέχνα τίς ἐντί. τῶν δὴ λόγον ἐχόντων ζώων, τὰ μέν ἐντι αὐτοτελέα, ὅσα δι' αὐτὰ τέλεά ἐντι, καὶ οὐδενὸς ἐπιδεῆ τῶν ἔξωθεν, οὔτε ποτὶ τὸ ἦμεν, οὔτε ποτὶ τὸ καλῶς ἦμεν. τοιοῦτος δέ κα εἴη ὁ θεός. οὐκ αὐτοτελέα δέ, ὅσα μὴ δι' αὐτὰ τέλεά ἐστι, ποτιδέεται δὲ τᾶς ἔξωθεν αἰτίας. τοιοῦτος δέ κα εἴη ὁ ἄνθρωπος. τῶν δὴ οὐκ αὐτοτελέων τὰ μὲν ἐστι τέλεα, τὰ δ' οὐ τέλεα. καὶ τέλεα μέν, ὅσα καὶ παρὰ τὴν αὐτῶν αἰτίαν καὶ παρὰ τὰς ἔξωθεν αἰτίας γίνονται. καὶ παρὰ μὲν τὴν αὐτῶν, τὸ καὶ φύσιν ἀγαθὰν καὶ προαίρεσιν περιήγκασθαι· παρὰ δὲ τὰς ἔξωθεν, τὸ εὐνομίαν καὶ ἐπιστάτας ἀγαθοὺς λαβεῖν. οὐ τέλεα δέ, τὰ ἤτοι μηδ' ἑτέρω τούτων κοινωνάσαντα, ἢ τινὸς αὐτῶν, ἢ τὸ καθόλου φαῦλα ὑπάρχοντα κα πλόν γε ἐπὶ τᾶς ψυχᾶς.

capacia non sunt, quæ ratione carent. Etenim nec quod visu caret, visus aut operis aut virtutis est capax: nec quod rationis est expers, ratione præditi vel opus vel virtutem potest capere. At beatitudo & virtus ratione præditi, illa tanquam opus, hæc tanquam ars quædam est. Iam ratione prædita quædam ipsa perfecta sunt, quæ per se sunt perfecta, nec vlla re externa vel vt sint, vel vt bene sint, indigent. qualis quidem sit deus. Non ipsa perfecta sunt, quæ per se non sunt perfecta, verùm externas res requirunt. qualis quidem sit homo. Non ipsa perfecta porro quædam perfecta sunt, quædam imperfecta. Perfecta, quę & suis & externis causis nituntur: suis, quòd & naturam bonam, & consilium rectum attulerint: externis, quòd rectam legum constitutionem ac probos præfectos nacti sint. qualis quidem sit homo bonus. Imperfecta sunt, quę vel neutrum horum, vel tantùm aliquod sunt consequuta, vel prorsus prauo sunt ingenio.

βιῶντος δὲ καὶ ἐν θάτερος ἄνθρωπος. τῶν δὲ τελέων ἀνθρώπων διτταὶ διαφοραί. τοὶ μὲν γὰρ ἐντὶ αὐτῶν κατ' αὐτὰν φύσιν τέλειοι, τοὶ δὲ κατὰ τὸν βίον. καὶ κατ' αὐτὰν φύσιν μὲν, τοὶ μόνοι ἀγαθοί. οὗτοι δέ κ' εἶεν οἱ ἔχοντες τὰν ἀρετάν. ἁ γὰρ ἀρετὰ, τᾶς ἑκάστω φύσιος, καὶ ἀκρότας καὶ τελειότας ἐντί. ἁ μὲν τῶ ὀφθαλμῶ, τᾶς τῶ ὀφθαλμῶ φύσιος ἀκρότας καὶ τελειότας· ἁ δὲ τῶ ἀνθρώπω, τᾶς τῶ ἀνθρώπω φύσιος καὶ ἀκρότας καὶ τελειότας. κατὰ τὸν βίον δὲ τέλειοι, τοὶ μὴ μόνον ἀγαθοὶ ὄντες, ἀλλὰ καὶ εὐδαίμονες. ἁ μὲν γὰρ εὐδαιμονία, τελειότας ἐντὶ βίω ἀνθρωπίνω. ὁ δὲ βίος ὁ ἀνθρώπινος, σύσταμα τᾶν πράξεων· ἁ δ' εὐδαιμονία συμπεραίνουσα τὰς πράξιας. συμπεραίνει δὲ τὰς πράξιας ἀρετὰ καὶ τύχα· τὰ μὲν ἀρετὰ, κατ' αὐτὰν χρῆσιν· τὰ δ' εὐτυχία, κατ' αὐτὰν κα προθωσιν. ὁ μὲν ὦν θεὸς οὔτε μαθὼν παρά τινος τὰν ἀρετὰν, ἀγαθὸς ἐγένετο, οὔτε ὀπισωαρξαμένας αὐτῶ τᾶς τύχας εὐδαίμων. φύσει γὰρ ἦν ἀγαθὸς, καὶ φύσει εὐδαίμων, καὶ ἀεὶ ἦν, καὶ ἐσσεῖται, καὶ οὐδέποτε ἀπολείψει τοιοῦτος ἐὼν, ἄφθαρτος ἐὼν, καὶ φύσει ἀγαθός.

qualis quidem sit alterius generis homo. Perfecti homines porro alij natura sunt, alij vita perfecti. Natura, qui boni duntaxat sunt, id est, virtute præditi. Virtus enim cuiusque, in cuiusque rei natura supremum est & perfectio: tum oculi, in oculi natura supremum & perfectio: tum hominis, in hominis natura supremum & perfectio. Vita perfecti sunt, qui non boni tantùm, sed etiam beati sunt. Quum enim beatitudo sit humanæ vitæ perfectio: vitæ quidem est actionum compositio, eas autem ad finem deducit beatitudo: id quod per virtutem fit & felicitatem: illam, propter vsum, hanc, propter successum. Ac deus quidem nec virtute ab aliquo percepta, bonus: nec felicitate comitante, beatus est redditus. Etenim natura tum bonus tum beatus erat, sempérque & fuit & erit, neç vnquam talis esse desinet, quum interire non possit.

ὁ δὲ ἄνθρωπος, οὔτε τᾷ φύσει εὐδαίμων, ἀλλὰ μαθήσιος καὶ προνοίας ποτιδέεται· ποτὶ μὲν τὸ γενέσθαι ἀγαθὸς, τᾶς ἀρετᾶς· ποτὶ δὲ τὸ γενέσθαι εὐδαίμων, τᾶς εὐτυχίας. καὶ διὰ τοῦτο ἐκ δύο τούτων ἁ ἀνθρωπίνα εὐδαιμονία συγκεφαλαιοῦται, ἐπαίνω τε καὶ μακαρισμοῦ· ἐπαίνω μὲν, τῶ ἐξ ἀρετᾶς, μακαρισμῶ δὲ, τῶ ἐξ εὐτυχίας. καὶ τὰν μὲν ὦν ἀρετὰν ἔχει, διὰ τὰν θείαν μοῖραν· τὰν δὲ εὐτυχίαν, διὰ τὰν θνατάν. ἐξήρτηται δὲ τὰ μὲν θνατὰ, ἀπὸ τῶν θεῶν, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς τῶν οὐρανίων· τὰ δὲ χείρονα, ἀπὸ τῶν βελτιόνων. καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν ἑπόμενος τοῖς θεοῖς ἀγαθὸς, εὐδαιμονεῖ, ὁ δὲ ἑπόμενος τοῖς θνατοῖς κακοδαιμονεῖ. τῷ μὲν γὰρ τὰν φρόνασιν ἔχοντι, ἀγαθὸν εὐτυχία, καὶ χρήσιμον. καὶ ἀγαθὸν μὲν, διὰ τὰν γνῶσιν τᾶς χρήσιος· ὠφέλιμον δὲ, διὰ τὸ συνεργὲν ταῖς πράξεσι. καλὸν οὖν ἐστιν εὐτυχία παρὰ τῷ νόῳ, ὥσπερ οὐρίῳ ἀνέμῳ θέοντα ποτὶ τὰν ἀρετὰν ἀποβλέποντα ποιέεσθαι τὰς πράξιας· ὥσπερ καὶ τὸν κυβερνάταν ποτὶ τὰς τῶν ἄστρων κινήσιας. οὕτω γὰρ οὐ μόνον ἀκολουθήσει τῷ θεῷ, ἀλλὰ καὶ συντάξει τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ποτὶ τὸ θεῖον.

Homo verò, nec bonus natura nec beatus est, verùm disciplinam & fortunam requirit: virtutis quidem, vt bonus: felicitatis autem, vt beatus euadat, indigens. Quocirca duo hæc beatitudinem humanam constituunt, laudatio & felicitatis prædicatio. Laudatio virtuti, altera felicitati tribuitur. Iam virtutem ex diuina, felicitatem ex humana sorte adipiscitur. Differunt autem cùm diuina cælestiáque à mortalibus ac terrenis, tum à melioribus deteriora. Itaque qui deos sequitur, beatus: qui mortales, miser euadit. Nam prudentia prædito decens & vtilis est felicitas: decẽs, quoniam vti nouit: vtilis, quia factis manum admouet. Pulchrum igitur est, quando cum felicitate prudentia coniungitur, tanquam secundo vento actiones ad virtutem tanquam cynosuram respiciẽdo perficere. Sic enim non deum tantùm sequetur, sed etiam humanum bonum cum diuino cõponet.

καὶ μὰν καὶ τοῦτό γε φανερόν, ὅτι ἐκ διαθέσιος καὶ πράξιος βίω διάφορον γίνεται. ἀνάγκα δὲ τὰν μὲν διάθεσιν, ἢ σπουδαίαν ἢ φαύλαν ἦμεν· τὰν δὲ πρᾶξιν, ἢ εὐδαίμονα ἢ κακοδαίμονα. καὶ σπουδαίαν μὲν, τὰν ἀρετᾶς μετειληφυῖαν· φαύλαν δὲ, τὰν κακίας. τὰς δὲ πράξιας, εὐδαίμονας μὲν ἐν τᾷ εὐτυχίᾳ (συμπεραίνονται γὰρ ποτὶ τὸν λόγον) κακοδαίμονας δ' ἐν τᾷ ἀτυχίᾳ. ἀποτευκτικὸν γὰρ τῶ συμπράσματος. διόπερ οὐ μόνον μαθεῖν δεῖ τὰν ἀρετὰν, ἀλλὰ καὶ κτήσασθαι, καὶ χρῆσθαι αὐτᾷ ἤτοι ἐς ἀσφάλειαν, ἢ εἰς συναύξασιν, ἢ τὸ μέγιστον, ἐς ἐπανόρθωσιν οἴκων καὶ πολίων. οὐ γὰρ μόνον τὰν κτῆσιν ἔχειν δεῖ τῶν καλῶν, ἀλλὰ καὶ τὰν ὄνασιν. ταῦτα δὲ πάντα ἐσσεῖται, αἴκα πόλιος εὐνομευμένας τύχῃ ὁ ἄνθρωπος. καὶ ταύταν μὲν ἐγὼ φαμὶ ἦμεν τὸ ὀνομαζόμενον Ἀμαλθείας κέρας. ἐν εὐνομίᾳ γὰρ τὰ πάντα ἐντί· καὶ ἄνευ ταύτας, οὔτε γίνεται τὸ μέγιστον τᾶς ἀνθρωπίνας φύσιος ἀγαθόν, οὔτε γίνεσθαι καὶ αὔξασθαι δύναιτο καὶ διαμένειν.

Hoc quoque manifestum est, ex affectionibus & factis vitæ discrimen gigni. Est autem tum affectio vel honesta vel turpis, tum factum vel beatum vel miserum. Honesta affectio est, quæ virtutis: turpis, quæ vitij particeps est. Facta quoque beata sunt, quæ in felicitate cernũtur, quoniam ratione perficiuntur: misera, quæ in infelicitate, quoniam finem non assequuntur. Quapropter virtus non modo discenda, sed etiam possidenda, & ad familiarum ac rerumpub. vel securitatem, vel augmentum, vel etiam quod est maximum, emendationem est vsurpanda. Rerum enim præclararum non tam possessionem quàm vsum sectari debemus. Quæ quidem omnia contingent, siquis remp. bene constitutam nanciscatur: id quod equidem Amaltheæ (quod dicitur) cornu voco. Etenim in recta legum constitutione sunt omnia, neque maximum humanæ naturę bonum vel existere absquę ea, vel comparatum & auctum permanere possit.

καὶ γὰρ ταὶ ἀρεταὶ καὶ ταὶ φορὰ ποτὶ ἀρετὰν αὐτὰ ἀμπίσχει, τῷ καὶ φύσιας ἀγαθὰς γεννᾶσθαι κατ' αὐτάν· καὶ ἤθεα δὲ καὶ ἐπιταδεύματα, καὶ νόμως ὑμὲν τὼς ἀρίστως. ἔτι δὲ λόγος ὀρθογνώμεναι, καὶ εὐσέβειαν δὲ καὶ ὁσιότατα ποτὶ ταὶ τιμιότατα. ὥστε τὸν μέλλοντι εὐδαιμονήσειν, καὶ ὀρθόπλοον ἕξειν τὸν αὐτοῦ βίον, ἀνομίας ὑπαρχούσης, καὶ διατετρᾶσθαι δεῖ καὶ διαζῆν αὐτὸν ἀνομίαν καταλιπόντα. ἅμα δὲ καὶ ἀνάγκαν ἐπιφέρει ὁ λόγος τοῖσιν ἔμπροσθεν εἰρημένοις. ὁ γὰρ ἄνθρωπος, κοινωνίας μέρος ἐντί. καὶ συντέτακται ὁ ὁλόκλαρος γίνεται κατ' τὸν αὐτὸν λόγον, σὺν τῷ μὴ μόνον κοινωνεῖν, ἀλλὰ καὶ καλῶς κοινωνεῖν. αἱ μὲν γὰρ ἐν πλειόνων, ἀλλ' οὐκ ἐν ἑνὶ πέφυκε γίνεσθαι· ἃ δὲ ἐν ἑνὶ μὲν, οὐ μὰν ἔστι ἐν πλείοσιν· τὰ δὲ καὶ ἐν πλείοσι, καὶ ἐν ἑνί. καὶ διὰ τοῦτο ἐν ἑνὶ, ὅτι καὶ ἐν πλείοσιν. ἁρμονία μὲν γὰρ καὶ συμφωνία καὶ ἀριθμὸς ἐν πλείοσιν ἐγγίγνεσθαι πέφυκεν. οὐδὲν γὰρ αὔταρκες, ὃ τούτων τῶν μορίων ποιεῖ τὸ ὅλον. ὀξυωπία δὲ καὶ ὀξυηκοΐα, καὶ ποδῶν ὠκύτας, ἐν ἑνὶ μόνον.

Nam & virtutem & ad virtutem viam hæc in se continet, quando quidem in ea partim naturæ bonæ procreantur, partim & mores, studia, leges optimè se habent, & recta ratio, & pietas, sanctimonia, magnopere vigent. Quamobrem qui beatus futurus & feliciter victurus est, cũ in bene constituta rep. & viuere necesse est & mori. Quid quod etiam necessariò, quæ antè dicta sunt, ita se habent? Quum sit enim homo societatis pars, hac ratione fit eodem pacto perfectus, si non tantùm socium, sed & probum socium se præbeat. Quædam etenim in pluribus non in vno: quædam in vno, non in pluribus cernuntur: quædam & in pluribus & in vno, ideóque in vno, quoniam & in pluribus. Nam harmonia, concentus, numerus, in pluribus cernuntur: quandoquidem horum nulla pars totum queat constituere. Iam visus & auditus præstantia, pedúmque velocitas in vno duntaxat existunt.

εὐδαιμονία δὲ καὶ ἀρετὰ ψυ-
χῆς, καὶ ἐν ἑνὶ καὶ ἐν πλειό-
σι, καὶ ἐν τῷ ὅλῳ, καὶ ἐν τῷ
παντί. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ
ἑνί, ὅτι καὶ ἐν πλειόσι· καὶ ἐν τοῖς
πλειόσιν, ὅτι καὶ ἐν τῷ ὅλῳ καὶ
ἐν τῷ παντί. ἅτε γὰρ τᾶς ὅλας
φύσιος διακόσμασις, καὶ τὸ
καθ' ἓν ἕκαστον διακεκόσμα-
κε. καὶ ἁ καθ' ἕκαστον δὲ δια-
κόσμασις τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν
ἐκπεπλήρωκε. τοῦτο δὲ ἀκολου-
θεῖ, διὰ τὸ τᾷ φύσει προτερεῖν
ἦμεν τὸ ὅλον τῶ μέρεος, ἀλλ'
οὐ τὸ μέρος τῶ ὅλω. αἴτε γὰρ
μὴ ἦ ὁ κόσμος, οὐδ' αὖ ὁ ἥ-
λιος ἦν, οὐδ' ἁ σελάνα, οὐδ'
οἱ πλανᾶτες ἀστέρες, οὐδ' οἱ
ἀπλανέες. ὄντος δέ γε τῶ κό-
σμω, καὶ τούτων ἕκαστόν ἐντι.
ἴδοι δὲ καὶ τοῦτο αὖ τις καὶ ἐπ'
αὐτᾶς τᾶς τῶν ζώων φύσιος.
αἴκα γὰρ μὴ ἦ ζῶον, οὐδ' ὀ-
φθαλμός, οὐδ' αὖ στόμα,
οὐδ' αὖ ἀκοά. ὄντος δ' ἔκα
ζώω, καὶ τούτων ἕκαστόν ἐντι.
ὡς δὲ ἔχει τὸ ὅλον ποτὶ τὸ
μέρος, οὕτω καὶ ἁ τῷ ὅλω
ἀρετὰ ποτὶ τὰν τῶ μέρεος.
μὴ ὑπαρχούσας γὰρ ἁρμο-
νίας καὶ ἐπόψιος θείας
περὶ τὸν κόσμον, οὐκ ἂν ἔ-
δυνάατο συμμένειν ἐν τῷ καλῶς ἔχοντα τὰ ἐνδιακεκοσμαμένα.

At beatitudo & animi virtus & in vno, & in pluribus, & in toto, & in vniuerso cernitur: ideóque in vno, quoniam & in pluribus: ideóque in pluribus, quoniam & in toto atque vniuerso. Nam & naturæ totius constitutio singulas partes constituit: & singulorum constitutio totum atque vniuersum absoluit. Id autem inde fit, quòd natura prius est parte totum, non pars toto. Si enim mũdus non esset, nec sol, nec luna, nec vel fixæ vel errantes extarent stellæ. Postquam verò mundus est, horum quoque singula cernuntur. Atque hoc in ipsa quoque animalium natura perspicitur. Si enim animal non esset: nec oculus, nec os, nec auris appareret. Postquam autem est animal, hæc quoque singula cernuntur. Sicut porro totum ad partem sic etiam totius virtus ad partis virtutem se habet. Siquidem absque harmonia diuinaque mundi cura non possent, quæ constituta sunt, in statu suo permanere.

μὴ ὑπαρχούσας δ' εὐνομίας περὶ τὰς πόλιας, οὐκ ἂν δύναιτό τις ἀγαθὸς ἢ εὐδαίμων πολίτας ἦμεν· μὴ ὑπαρχούσας δ' ὑγιείας περὶ τὸ ζῶον, οὐκ ἂν δύναιντο πόδες ἢ χεὶρ δυνατά τε καὶ ὑγιεινὰ ἦμεν. ἔστι γὰρ ἁ μὲν ἁρμονία, ἀρετὰ κόσμω· ἁ δ' εὐνομία, ἀρετὰ πόλιος· ἁ δ' ὑγίεια καὶ ἰσχὺς, ἀρετὰ σώματος. καὶ ἕκαστον δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς μερέων συντέτακται ποτὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν. ὀφθαλμοί τε γὰρ ὁρῶντι ὑπὲρ τῶ παντὸς σώματος, καὶ τἆλλα ἀπομέρεά τε καὶ μέρεα ὑπὲρ τῶ ὅλω καὶ τῶ παντὸς συντέτακται.

absque recta legum in ciuitate constitutione nullus vel bonus vel beatus posset esse ciuis: absque animalis sanitate non posset nec pes nec manus roboris & valetudinis esse particeps. Est enim vt mundi virtus, harmonia, ita ciuitatis, bona legum constitutio: & corporis, sanitas ac robur. Atque singulæ totorum partes ad totum & vniuersum referuntur. Nam & oculi totius corporis causa cernunt, & reliquæ partes totius atque vniuersi causa constitutæ sunt.

EX EVRY-

ΕΚ ΤΩΝ ΕΥΡΥΦΑΜΟΥ ΤΟΥ Πυθαγορείω, ἐν τῷ περὶ βίω.

EX EVRYPHAMO PYTH. in libro De vita.

Βίος ἀνθρώπω τέλειος, θεῶ μὲν λείπεται, τῷ μὴ αὐτοτελὴς ἦμεν, ἀλόγων δὲ ζώων καθυπερέχει, τῷ ἀρετᾶς καὶ εὐδαιμοσύνας ἐπιμελέος ἦμεν. οὔτε γὰρ ὁ θεὸς ταῖς ἔξωθεν αἰτίας ποτιδεὴς ἐντί (φύσει γὰρ ἀγαθὸς ἐὼν καὶ φύσει εὐδαίμων, ἐξ ἑαυτῶ τέλειός ἐντι) οὔτε τῶν ἀλόγων ζώων οὐδέν. λόγω γὰρ ἄμοιρα ὄντα, καὶ ταῖς ἐς τὰς πράξιας ἐπιστάμας ἄμοιρά ἐντι. ἀνθρώπω δὲ φύσις, τὰ μὲν ἐκ ταῖς ἰδίας προαιρέσιος, τὰ δὲ καὶ ταῖς ἐκ τῶ θεῶ γινομέναις ἐπικουρήσιος ποτιδεής ἐντι. τὸ μὲν γὰρ λόγω τυπωτικὸς ἦμεν καὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν νοατικὸς, καὶ τὼς ὀρθῶς ἀπὸ γῆς ἀνακεκλίσθαι, καὶ εἰς τὸν ὠρανὸν ἀποβλέπεν, καὶ θεῶν τῶν ἀνωτάτων νοατικὸς

Perfecta hominis vita, quemadmodũ deo cedit, quoniam ipsa perfecta non est: ita brutis præstat, quoniam virtutis & beatitatis est particeps. Nam nec deus externam causam requirit. quum enim natura bonus ac beatus sit, per se perfectus est. Nec brutum vllum. etenim quũ ratione carent, actionum quoque carent scientia. At hominis natura partim sui est consilij, partim etiam diuinum requirit auxilium. Quòd enim rationẽ capere, honesta turpiáque cognoscere, recta in cælum à terra suspicere, deósque altissimos potest

ἦμεν, ταῦτα δὲ καὶ ταῖς ἐκ τῶν θεῶν ἐπικουρήσιος τέτευχε. τὸ δὲ βούλησιν ἔχειν καὶ προαίρεσιν καὶ ἀρχὰν ἐν ἑαυτῷ τοιαύταν, καθ' ἃν κύριος ἐντὶ καὶ ἀρετὰν ἐπιταδεῦσαι, καὶ κακίαν ζαλῶσαι, καὶ θεοῖς ἀποδῆσαι, καὶ ἀπὸ θεῶν ἀποτράπημεν. ταῦτα δὲ καὶ καθ' αὐτὸν κινέεσθαι δυνατός ἐντι. διὸ καὶ ψόγον καὶ ἐπαίνων, καὶ τιμὰς καὶ ἀτιμίας, τὸ μὲν ἐκ τᾶς τῶν θεῶν, τὸ δὲ καὶ τὼς ἐκ τῶν ἀνθρώπων τυγχάνοντί τοι, ἤτοι ἀρετάν, ἢ κακίαν ζαλώσαντες. ἔχει γὰρ οὕτως ὁ σύμπας λόγος. τὸ θεῖον ἄνθρωπον, πολυτελέστατον ζῶον, ἐς τὸν κόσμον ἐσῴκισεν, ἀντίτιμον μὲν τᾶς ἰδίας φύσιος, ὀφθαλμὸν δὲ τᾶς τῶν ὄντων διακοσμάσιος. διὸ καὶ ὀνόματα μὲν ἔθηκε τοῖς πράγμασι, χαρακτὴρ αὐτῶν γενόμενος, ἀνεῦρε δὲ καὶ γράμματα, θησαυρὼς τᾶς μνάμας παρασκευασάμενος. ἐμιμάσατο δὲ καὶ τὰν τῶ παντὸς διακόσμασιν, δίκαις τε καὶ νόμοις κοινωνίαν πόλεων συναρμοσάμενος. οὐθὲν γὰρ οὕτω κοσμοπρεπὲς καὶ θεῶν ἄξιον ἔργον ἀνθρώποις πέπρακται, ὡς πόλιος εὐνομημένας συναρμογά, καὶ νόμων καὶ πολιτείας διακόσμασις. εἷς γὰρ ἕκαστος ἄνθρωπος αὐτὸς καθ' αὐτὸν οὐδείς ἐστι, οὔτε ποτὶ ζῆν

comprehendere, diuinum quoque adeptus est auxiliũ. Rursum quòd voluntatem habet atque consilium, ac tale in se initium, quo possit & virtuti & vitio studere, deósque & colere & auersari: per se quoque moueri valet. Quapropter tum laudem & honorem, tum vituperium & ignominiam partim diuino, partim humano facto consequuntur, siue virtuti siue vitio dederint operam. Sic nanque se tota res habet. Hominem deus animal præstantissimum, & vt suæ naturæ respondens, ita vniuersi constitutionis oculum in mundo collocauit. Quamobrem hic & rebus imposuit nomina, quarum fuit signator: & literas inuenit, memoriæ thesauro instructo: & vniuersi cõstitutionem imitatus, iure ac legibus vrbium societatem concinnauit. Nullum enim factum nec mundo nec diis potest esse dignius, quàm ciuitatis bene constitutæ compositio, legumq; & reip. constitutio. Siquidem vnusquisque, quã sit per se nullus, nec ad vitã

ὁμοφρονεούσᾳ ξυνᾶ καὶ ξυναρμογᾶ πολιτείας, αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἱκανὸς γίγνεται, καὶ ποτὶ ὅλον καὶ τὸ τέλειον σύστημα τᾶς κοινωνίας ἀνάρμοστος. ἀνθρώπω γὰρ ὁ βίος λύρας ἐξωνεισωμένας καὶ κατὰ πᾶν ἐπιτηδείως ἐάσας εἰκών ἐντι. λύρα τε γὰρ ταῦτα χρήζει τριῶν τούτων τυχῆν, ἐξαρτύσιος, συναρμογᾶς, ἐπαφᾶς τινος μωσικᾶς. ἐξάρτυσις μὲν ὦν ἐντὶ ἁ τῶν οἰκηίων μερέων τῶ σώματος παραθεσία ἁπάντων. λέγω δὲ τᾶν χορδᾶν, καὶ τῶν ὀργάνων τῶν ποτ' εὐφωνίαν καὶ πλαγὰν ἐπισυνεργούντων. συναρμογὰ δὲ, ἁ ποτ' ἀλλάλως σύγκρασις τῶν φθόγγων. ἐπαφὰ δὲ μωσικά, ἁ κατὰ συναρμογὰν κίνασις ἤδη τούτων. οὕτως ὦν καὶ βίος ἀνθρώπων χρήζει τριῶν τούτων τυχῆν. ἐξαρτύσιος μὲν, ἁ τῶν τῶ βίω μερέων ἐντὶ συμπλάρωσις. βίω δὲ μέρεα, τὰ τε σώματος ἀγαθά, καὶ τὸ τῶν χρημάτων, καὶ τὸ τᾶς δόξας, καὶ τὰ τῶν φίλων. συναρμογὰ δὲ, ἁ κατ' ἀρετὰν καὶ νόμως τούτων σύνταξις. ἐπαφὰ δὲ μωσικά, ἁ κατ' ἀρετὰν καὶ νόμως τούτων σύγκρασις, ὀρθοπλοουμένας τᾶς ἀρετᾶς, καὶ μηδὲν ἔξωθεν ἀντιπίπτον ἐχούσας αὐτᾶς. οὐ γὰρ ἐν τῷ

in communi cõcordia, reique pub. compositione degendam per se aptus est. & ad integram perfectámque societatis compagem cõstituendam ineptus. Etenim humana vita lyræ vndique perfectæ & accuratæ similis est. Sicut enim lyra omnis tria hæc requirit, apparatum, compositionem, & pulsum musicùm, (apparatum dico, propriarũ partium omnium copiam, vt chordarum, & ad pulsum ac sonum pertinentium instrumẽtorum: compositionem autem, mutuam sonorum proportionem: pulsum denique, horum pro cõpositione motum) sic etiam humana vita tribus his indiget. Apparatus quidẽ est vitæ partium iustus numerus. Sunt autem vitæ partes corporis bona, opes, amici, gloria. Compositio est horum secundum virtutem & leges cõstructio. Pulsus denique musicus est horum secundum eadem permistio, quum secundo vento virtus fertur, neque aduersi quicquam aliunde sentit. Non enim in eo,

ἀφρουρῆσθαι τᾶς προαιρέσιος τῶν
ἑκουσίων σκοπῶν πέπτωκε τὸ
εὐδαιμονεῖν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ κατε-
πιτυγχάνεσθαι· οὐδ᾽ ἐν τῷ ἀδο-
ρυφόρατον ἦμεν καὶ ἀνυπηρέ-
τατον τὰν ἀρετάν· ἀλλ᾽ ἐν τῷ
συμπληρεῦσθαι ταῖς οἰκήαις
δυνάμεσι ποτὶ τὰς πρά-
ξιας. οὐ γὰρ αὐτοτελής ἐντι ὁ
ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ἀτελής. τέ-
λειος δὲ γινόμενος, ὁ μὲν παρ᾽
αὑτὸν, ὁ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἔξω-
θεν αἰτίαν. καὶ τέλειος, ἤτοι
κατὰ τὰν φύσιν, ἢ κατὰ τὸν βίον.
καὶ κατὰ μὲν τὰν φύσιν, αἴκα ἀγα-
θὸς γένηται. ἁ γὰρ ἑκάστω ἀρε-
τὰ, ἀκρότας καὶ τελειότας ἐν-
τὶ τᾶς ἑκάστω φύσιος. οἷον,
ἁ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν φύσις ἀ-
κρότας καὶ τελειότας τᾶς τῶν ὀ-
φθαλμῶν· ἁ δὲ τῶν ὤτων, τᾶς
τῶν ὤτων. οὕτω δὲ τῶ ἀνθρώπω
ἁ ἀρετὰ, ἀκρότας ἐντὶ καὶ τε-
λειότας τᾶς ἀνθρώπω φύσιος.
τέλειος δὲ κατὰ τὸν βίον, αἴκα
εὐδαίμων γένηται. ἁ γὰρ εὐ-
δαιμονία, τελειότας καὶ συμ-
πλάρωσις ἐντὶ τῶν ἀνθρωπίνων
ἀγαθῶν. διὸ πάλιν ἀρετὰ καὶ
εὐτυχία, μέρεα γίνονται τῶ
ὑπ᾽ αὐτῷ βίω· τὰς μὲν ἀρετὰς, ὡς ψυχᾶς κειμένας· τὰς δ᾽ εὐ-
τυχίας, ὡς σώματος· τῶν δὲ συναμφοτέρων αὐτῶν, ὡς ζώω. τῶ
μὲν γὰρ χρέεσθαι καλῶς αὐτὸν δεῖ τοῖς κατὰ φύσιν ἀγαθοῖς, τῶ

ſi voluntario ſcopo excidãt
conſilia, verùm ſi eum aſſe-
quantur, eſt poſita beatitu-
do: neque tã vt ſatellitibus
ac miniſtris virtus careat,
quàm vt ſuis facultatibus
ad res agendas affatim in-
ſtruatur. Nam non ipſe
perfectus, ſed imperfectus
eſt homo. Fit autem per-
fectus, partim ſua, par-
tim aliena opera: idque vel
natura, vel vita. Natura, ſi
bonus euadat. Virtus e-
nim cuiuſque in cuiuſque
rei natura ſupremum eſt &
perfectio: tum oculorum, in
oculorum natura ſupremũ
& perfectio: tum aurium, in
aurium: tum hominis, in
hominis natura ſupremum
& perfectio. Vita perfectus
fit, ſi beatus euadat. Beatitu-
do enim humanorum bo-
norum ſumma eſt & perfe-
ctio. Quo fit vt rurſum vir-
tus & felicitas eius vitæ pa-
res exiſtãt, & virtus animę,
felicitas corporis, ſimul v-
trũque animalis vicem ge-
rat. Vt enim illius eſt,
naturæ bonis rectè vti, ita

δὲ τὰν χρῆσιν ἐμπαρέχεν. καὶ χρέεσθαι μὲν ἀρετᾷ, χρᾶσιν δὲ παρέχεν εὐτυχίᾳ. καὶ ἁ μὲν, τὰν προαίρεσιν καὶ τὸν λόγον ὀρθὸν παρέχεσθαι· ἁ δὲ, τὰς ἀφορμίας καὶ τὰς πράξιας. τὸ μὲν γὰρ βωληθῆμεν τὰ καλὰ, καὶ ὑποστᾶμεν τὰ δεινὰ, τᾶς ἀρετᾶς οἰκῆον ἐντί. τὸ δ' ὀρθοπλοῆσαι, τᾶς προαιρέσιος, καὶ ἐπὶ τέλος ἥκειν τὰς πράξιας, τᾶς εὐτυχίας. νικάσει γὰρ ὁ στραταγὸς καὶ σὺν τᾷ ἀρετᾷ καὶ σὺν τᾷ εὐτυχίᾳ· καὶ εὐπλοήσει ὁ κυβερνάτας, καὶ σὺν τᾷ τέχνᾳ, καὶ σὺν τοῖς οὐρίοις πνεύμασιν. καὶ εἴδοι ὁ ὀφθαλμὸς καλῶς, καὶ σὺν τᾷ ὀξυδορκίᾳ, καὶ σὺν τῷ φάει· καὶ ἄριστος ὁ βίος ὁ τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο, καὶ διὰ τὰν ἀρετὰν αὐτάν, καὶ διὰ τὰν εὐτυχίαν.

huius vſum ſuppeditare: & vt, vti, virtutis: ita, vſum præbere, felicitatis. Illius eſt, conſilium & rationem rectam: huius, actiones & facta conferre. Nam vt honeſta velle, & ferre grauia, virtutis eſt proprium: ita conſiliorum optatus euentus, & factorum finis in felicitate ſitus eſt. Quemadmodum etenim vincit imperator virtute & felicitate: feliciter gubernator nauigat arte & vento ſecundo: rectè cernit oculus & videndi facultate & luce: ita præſtantiſsima humana vita & virtute & felicitate redditur.

ΕΚ ΤΩΝ ΙΠΠΑΡΧΟΥ ΤΟΥ Πυθαγορείου, ἐν τῷ περὶ εὐθυμίας.

EX HIPPARCHO PYTH. in libro De animi tranquillitate.

Ὡς πρὸς τὸν
ξύμπαντα
αἰῶνα ἐξε-
τάζοντι,
βραχύτατον
ἔχοντες οἱ ἄνθρωποι τὸν τᾶς
ζωᾶς χρόνον, κάλλιστον ἐν τῷ
βίῳ οἱονεί τινα παρεπιδημίαν
ποιησεῦνται, ἐπ' εὐθυμίᾳ κα-
ταβιώσαντες. ταῦτα δ' ἕξοντι
μάλιστα πάντων ἀκριβῶς ἐ-
πιστάμενοι, καὶ ἐπεγνωκότες ἑ-
αυτούς, ὅτι ἐντὶ θνατοὶ καὶ σάρ-
κινοι, εὐαδίκητον καὶ φθαρτὸν
κεκτημένοι σῶμα, καὶ πάντων
χαλεπωτάτων αὐτοῖς ἐπι-
κρεμαμένων, μέχρις ἐσχάτας
ἀναπνοᾶς. καὶ πρᾶτόν γε πει-
Quum Acron medicus, ob illustre inter medicos nomen, à senatu Agrigentino locum extruendo paterno monumento postulasset, accedens Empedocles id fieri vetuit: inter cætera quę de æqualitate egregiè disseruit, tali vsus elogio, Ecquod carmen lugubre incidemus tumulo? istúdne?

Acronem celebrem medicum & Acragantis alumnũ,
Patre satum celebri, tymbus habet celebris.

Iste quum in opinionẽ hominum irrepsisset ob restitutam vitæ mortuam mulierem, sacrificium fecit publicè, præsentibus amicorũ nonnullis: quo peracto dilapsi alii quieti se dederũt,

δογμάτων μεμνῆσθαι, ἐτέλευτησε, καί ἐστιν εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα·

Χαίρετε καὶ μέμνησθε τὰ δόγματα, τοῦτ' Ἐπίκουρος
Ὕστατον εἶπε φίλοις τοῦτο ἀποφθίμενος. 43
Χαλκείας πύελον γὰρ ἐσήλυθε, καὶ τὸν ἄκρατον
Ἔσπασεν· εἶτ' ἀΐδην ψυχρὸν ἐπεσπάσατο.

Ἄκρωνος τοῦ ἰατροῦ τόπον αἰτοῦντος παρὰ τῆς βουλῆς ἀκραγαντίνων εἰς κατασκευὴν πατρῴου μνήματος, διὰ τὴν ἐν τοῖς ἰατροῖς ἀκρότητα, παρελθὼν ὁ ἘΜΠΕΔΟΚΛΗΣ ἐκώλυσε, τά τε ἄλλα περὶ ἰσότητος διαλεχθείς, καὶ τοιοῦτόν τι ἐρωτήσας, τί δ' ἐπιγράψομεν ἐλεγεῖον, ἢ τοῦτο,

"Ἄκρον ἰατρὸν ἄκρων ἀκραγαντῖνον, πατρὸς ἄκρου, 44
Κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης.

ΟΥ̓͂ΤΟΣ ἀποστείλας τὴν νεκρὰν ἄνθρωπον ζῶσαν, καὶ δοξασθεὶς, θυσίαν συνετέλει. παρῆσαν δὲ καὶ τῶν φίλων τινές. μετὰ δὲ τὴν εὐωχίαν, οἱ μὲν ἄλλοι χωρισθέντες, ἀνεπαύοντο, οἱ μὲν, ὑπὸ τοῖς δένδρεσι,

ὡς ἀγροῦ παρακειμένου, οἱ δ' ὅπη βούλοιντο· αὐτὸς δ' ἐμεῖναι ἐπὶ τοῦ τόπου ἐφ' οὗπερ κατεκέκλιτο. ὡς δ' ἡμέρας γενηθείσης ἐξανέστησαν, οὐχ εὑρέθη μόνος. ζητουμένου δὲ, καὶ τῶν οἰκετῶν ἀνακρινομένων, καὶ φασκόντων μὴ εἰδέναι, εἷς τις ἔφη μέσων νυκτῶν φωνῆς ὑπερμεγέθους ἀκοῦσαι προσκαλουμένης Ἐμπεδοκλέα, εἶτα ἐξαναστὰς ἑωρακέναι φῶς οὐράνιον, ἄλλο δὲ μηδέν. τῶν δ' ἐκπλαγέντων, ἐνομίσθη δεῖν θύειν αὐτῷ καθάπερ θεῷ. περὶ ἄπνου φασὶ τοιοῦτόν τι εἶναι, ὡς τριάκοντα ἡμερῶν τηρεῖν ἄπνουν τὸ σῶμα καὶ ἄσιτον. οὗτος ὁ Ἐμπεδοκλῆς πολλὰς τῶν πολιτίδων ἀπροίκους οὔσας προεῖκισε, διὰ τὸν παρόντα πλοῦτον. διὸ καὶ πορφύραν ἀνέλαβε, καὶ στρόφιον ἐπέθετο χρυσοῦν, ἔτι τε ἐμβάτας χαλκᾶς καὶ στέμμα Δελφικόν. κόμη τε ἦν αὐτῷ βαθεῖα, καὶ παῖδες ἀκόλουθοι, καὶ αὐτὸς ἀεὶ σκυθρωπὸς ἐφ' ἑνὸς σχήματος ἦν. τοιοῦτος δὴ προῄει, τῶν πολιτῶν ἐντυχόντων, καὶ

aut sub agri villæ adiacentis arbusto, aut quocunque tandem libuit loco: ipse accubitus sedem non mutauit. Orta demum luce, quũ cæteri exurrexissent, solus inuentus non est. Habita de viro quæstione, negantibúsque se quidquam scire famulis, vnus inter reliquos dixit se media nocte immanem audisse vocem, Empedoclem nomine vocantem: quúmque subitò euigilasset, cæleste iubar oculis aspexisse, nec aliud quidquam. Attonitis rei miraculo omnibus placuit illi, vt deo, rem diuinã fieri oportere. Porro quod de exanimi muliere fertur miraculum, eiusmodi fermè esse perhibent, quasi triginta diebus corpus absque spiritus & cibi vsu conseruauerit. Ipse Empedocles multas puellas, populares suas, indotatas, ex priuatis opibus dote addita locupletauit: propterea purpuram sumpsit, & aureo strophio vsus fuit, adhæc crepidas æreas induit, & vittam Delphicam. Capillus illi erat promissus, pueros alebat asseclas: ipse seueritatis semper plenus in vno eodémque tenore perseuerabat, sic in publicum prodibat, non defugientibus, imò iu-

bentibus id ciuibus, tanquam imperij cuiusdam insigne. Postremò ad festum solenne dum curru inuectus Messanam petit, prolapsus crus perfregit, vnde contracto morbo decessit: vti Neanthes Cizycenus literis consignauit.

Z

ZENON Cittieus. Hunc Citio, Cypri oppido, oriundum suspexit atque admiratus est Antigonus Macedonum rex: qui interrogatus cur tantopere illum in honore haberet, Quòd (inquit) nunquàm remiserit contraxeritve animos, post multa & ingentia à me accepta beneficia. Cuidam caramito formoso dicenti sibi non videri futurum, vt in amoribus esset sapiens, respondit, Nihil vobis formosulis esset infelicius, nisi nos in amore essemus. Hic dicere solebat in sapientem non cadere mœrorem atque animi ægritudinem: cuius dicti cōstantiam periclitari volens rex Antigonus, subornauit qui falsò illi nunciaret, agros ipsius ab hostibus direptos, vxorem cum liberis abductam. Quem quum rex vultu deiecto mœstum animaduertisset, Viden',

αὐτῷ ἀξιώσαιτο οἱονεὶ βασιλείας τινὸς παράσημον. ὕστερον δὲ διά τινα πανήγυριν πορευόμενος ἐφ' ἁμάξης ὡς εἰς μεσσήνην, ἔπεσε, καὶ τὸ μηρὸν ἐκλάσθη. καὶ νοσήσας ἐκ τούτου, ἐτελεύτησεν, ὡς φησὶ νεάνθης ὁ κυζικηνός.

Z

ΖΗΝΩΝΑ τὸν κιττιέα ἐθαύμαζεν ἀντίγονος ὁ βασιλεύς. ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί θαυμάζοι αὐτὸν, ὅτι (ἔφη) πολλῶν καὶ μεγάλων διδομένων αὐτῷ ὑπ' ἐμοῦ, οὐδέποτε ἐχαυνώθη, οὐδὲ ταπεινὸς ὤφθη. τοῦ τινος πρὸς τὸν καλὸν εἰπόντος ὅτι οὐ δοκεῖ ἐρασθήσεσθαι ὁ σοφὸς, οὐδὲν ἀθλιώτερον (ἔφη) ὑμῶν ἔσται τῶν καλῶν, εἰ μὴ ἡμεῖς ἐρασθησόμεθα. 45

Τοῦτο λέγοντος ὡς οὐ λυπηθήσεται ὁ σοφὸς, διὰ πεῖραν βουληθεὶς λαβεῖν ὁ βασιλεὺς ἀντίγονος, ἐποίησεν αὐτῷ πλαστῶς ἀγγελθῆναι ὡς εἴη τὰ χωρία αὐτοῦ πρὸς τῶν πολεμίων ἀφῃρημένα, καὶ ἡ γυνὴ καὶ οἱ παῖδες. τοῦ δὲ σκυθρωπάσαντος, Ὁρᾷς

(ἔφη) ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ πλοῦτος ἀδιαφόρων;

(inquit) diuitias non esse ex his rebus quibus neutram in partem moueri debeamus?

ΖΗΝΩΝ ὁ ΕΛΕΑ-

46 της ἔλεγε "κόσμον εἶναι, κενὸν δὲ μὴ εἶναι. γεγενῆσθαι δὲ τὴν

47 τῶν" ὑδάτων φύσιν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, λαμβανόντων αὐτῶν εἰς ἄλληλα τὴν μεταβολήν. γενεάν τε ἀνθρώπων ἐκ γῆς εἶναι, καὶ ψυχὴν κρᾶμα ὑπάρχειν ἐκ τῶν προειρημένων, κατὰ μηδενὸς τούτων ἐπικράτησιν. τοῦτον φασὶ λοιδορούμενον ἀγανακτῆσαι. αἰτιασαμένου δέ τινος, φάναι, εἰ μὴ λοιδορούμενος προσποιοῦμαι, οὐδὲ ἐπαινού-

48 μενος "αἰσθανθήσομαι.

Zenon Eleates dicebat mundum esse, vacuum non esse: vniuersi naturam conflatam esse è calido, frigido, humido, & sicco, mutuas operas inter se mutando tradentibus: homines è terra ortum ducere: animam esse miscellam è prædictis concinnatam, nullo omnium præualente aut exsuperante. Aiunt conuitio verberatum, ita exarsisse: quod quum alius illi vitio vertisset, respondisse, si contumelia vexatus id dissimulauero, ne tum quidem quum laudabor, voluptatem capiam.

H

ΗΡΑ'ΚΛΕΙΤΟΣ

ὑδέρῳ περιπεσὼν ἤλεγχε τοὺς ἰατροὺς εἴτις δύναιτο ἔντερα

49 στενῶσαι, ὑγρὸν "τ' ἐξάξαι· ἀπειπόντων δὲ, ἔθηκεν ἑαυτὸν εἰς τὸν ἥλιον, καὶ ἐκέλευ-

50 σε τοὺς παῖδας "βολβίτοις καταπλάττειν. οὕτω δὴ κατατεινόμενος, μὴ δυνηθεὶς ἀποσπάσαι τὸ βόλβιτα, ἔμεινε· καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν ἀγνοηθεὶς, κυνό-

H

Heraclitus, aqua intercure correptus, medicos rogauit num quis intestina cõprimere & humorem exinanire posset: illis inficiantibus, soli feruenti se exposuit, iussit pueris vt se fimo bubulo oblinerent. Eo pacto expassus porrectusque quum fimum duratum deripere non valeret, permansit, ignoratusque, ob insignẽ mutationẽ quòd hominis nihil referret, à

canibus laniatus fuit. Nullius auditor extitit, séque suo marte inuestigasse didicisséque omnia professus est. Extat in eum tale epigramma,

Vitam Heraclitus qui sic tolerando malignam,
Morte cadat misera, sæpius obstupui.
Nam Stygia inuoluit morientia lumina nocte
Morbus aquis tumidis languida membra rigans.

Iste existimationem, sacrum morbum nominabat: Visum dicebat mentiri falli que. Ignem esse elementum: ignísque vicem exhibere vniuersitatis corpus, raritate & densitate conflatum. Nihil apertè explicat. Cuncta ait fieri ex pugnantibus & contrariis: vniuersa amnis in morem defluere: rerum vniuersitatem terminis circumscriptam esse. vnum esse mundum, eumque ex igne nasci, & vice versa vniuersum æuum post certos annorum circuitus atque decursus cõflagraturum: idque fati lege fieri. Contrariorum alterum quod genitale est & ad generationem vergit, bellum & discordiam vocari: alterum verò quod inflãmat, concordiam & pacem.

βρωθεὶς γέγονεν. οὐδενὸς δ' ἤκουσεν, ἀλλ' αὐτὸν ἔφη δι-ζήσασθαι καὶ μαθεῖν πάντα παρ' ἑαυτοῦ. ἔστι δ' εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα,

St. διζή-σασθαι.

Πολλάκις ἡράκλειτον ἐθαύμασα, πῶς ποτε τὸ ζῆν
Ὧδε διαντλήσας δύσμορος, εἶτ' ἔθανε.
Σῶμα γὰρ ἀρδεύσασα κακὴ νόσος ὕδατι φέγγος
Ἔσβεσεν ἐν βλεφάροις καὶ σκότος ἠγάγετο.

Οὗτος τὴν οἴησιν ἱερὰν νόσον ἔλεγε, καὶ τὴν ὅρασιν ψεύδεσθαι. πῦρ εἶναι στοιχεῖον, καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα ἀραιώσει καὶ πυκνώσει τὰ γινόμενα. σαφῶς δ' οὐδὲν ἐκτίθεται. γίνεσθαί τε πάντα κατ' ἐναντιότητα, καὶ ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην. πεπεράνθαι τε τὸ πᾶν, καὶ εἶναι κόσμον ἕνα. γεννᾶσθαί τε αὐτὸν ἐκ πυρὸς, καὶ πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατά τινας περιόδους ἐναλλὰξ τὸν σύμπαντα αἰῶνα. καὶ τοῦτο γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην. τῶν δὲ ἐναντίων τὸ μὲν ἐπὶ τὴν γένεσιν ἄγον, καλεῖσθαι πόλεμον καὶ ἔριν· τὸ δ' ἐπὶ τὴν ἐκπύρωσιν, ὁμολογίαν καὶ εἰρήνην.

51 καὶ τὴν μεταβολὴν, " ὁδὸν ἄνω κάτω· τόν τε κόσμον γίνεσθαι κατ' αὐτήν. πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι, συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ· πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέπεσθαι, καὶ ταύτην ὁδὸν εἶναι ἐπὶ τὸ κάτω. πάλιν τε αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι. ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπὰ σχεδὸν

52 " πάντα ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἀνάγων τὴν ἀπὸ τῆς θαλάσσης· αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδός. γίνεσθαι δὲ ἀναθυμιάσεις ἀπό τε γῆς καὶ θαλάσσης, αἱ μὲν, λαμπραὶ καὶ καθαραὶ, αἱ δὲ, σκοτειναί. αὔξεσθαι δὲ τὸ μὲν πῦρ ὑπὸ τῶν λαμπρῶν, τὸ δὲ ὑγρὸν, ἀπὸ τῶν ἑτέρων. τὸ δὲ περιέχον ὁποῖόν ἐστιν, οὐ δηλοῖ. εἶναι μέντοι ἐν αὐτῷ σκάφας ἐπεστραμμένας κατὰ κοῖλον πρὸς ἡμᾶς, ἐν αἷς ἀθροιζομένας τὰς λαμπρὰς ἀναθυμιάσεις, ἀποτελεῖν φλόγας αἳ εἶναι τὰ ἄστρα. λαμπροτάτην δὲ εἶναι τὴν τοῦ ἡλίου φλόγα καὶ θερμοτάτην. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἄστρα πλεῖον ἀπέχειν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ διὰ τοῦτο ἧττον λάμπειν καὶ θάλπειν. τὴν δὲ

Mutationem esse viam quandam sursum ac deorsum ducentem: euius ratione mundum gigni autumat. nam spissatum ignem liquari & humescere, atque vbi coierit, in aquam abire: rursus aquam coagmentatam, in terram verti, eámque esse viam ad inferna. E diuerso terram ipsam fusilem fieri, vnde aqua existat, è qua reliqua propemodum effici. omnia nimirum ad exhalationem, quam mare emittit, retulit ille, hánceque nominat viam ad superna. Porro euaporationes existere è terra pariter & mari, partim serenas & limpidas, partim nebulosas caliginosásque: capere autem incrementum à serenis ignem, ab aliis humorem. Ambiens verò cuiusmodi sit, non explicat, esse tamen in eo alueos siue scaphas conuexas ait, in quibus coaceruatæ lucidæ exhalationes flammas elidant, eáque esse sidera. Solis autem iubar esse splendidissimũ feruentissimúmque: reliquis astris longiore spatio à terra distantibus, ac ob id minus fulgentibus & calefacientibus.

Lunam, vt pote viciniorem telluri, non ferri per lucidum locum: at solem in claro puróque positum, commenso congruóque à nobis interuallo esse disiūctum, qua ratione fiat, cur melius calefaciat & illustret. Hunc, vt & lunam, deliquium pati scaphis illis sursum versis: item lunæ quolibet mense variantes figuras (quos schematismos appellant) fieri, dum sensim in ea vertitur alueus ille siue scapha. Præterea diem, noctem, menses, anni temporum vices, annos, imbres, ventos, & horum similia, pro diuersitate exhalationum fieri. serenam namque & claram exhalationem in solis circulo inflammatam, diem producere: contrariam verò, si superior fuerit, noctem gignere: sic calorem splendoris ope adauctum, æstatem facere: è contrario humorem redundantem ob ambientis aeris tenebricosam obscuritatem, hyemem efficere. De terra, cuiusmodi sit, nihil definit. Extant in eum hæc epigrammata,

σελήνην, προσγειοτέραν οὖσαν, μὴ διὰ τοῦ καθαροῦ φέρεσθαι τόπου. τὸν μέντοι ἥλιον ἐν διαυγεῖ καὶ ἀμιγεῖ κινεῖσθαι, καὶ σύμμετρον ἀφ' ἡμῶν ἔχειν διάστημα. παρ' ὃ καὶ μᾶλλον θερμαίνειν τε καὶ φωτίζειν, ἐκλείπειν τε καὶ ἥλιον καὶ σελήνην, ἄνω στρεφομένων τῶν σκαφῶν. τούς τε κατὰ μῆνα τῆς σελήνης σχηματισμοὺς γίνεσθαι, στρεφομένης ἐν αὐτῇ κατὰ μικρὸν τῆς σκάφης. ἡμέραν τε καὶ νύκτα γίνεσθαι καὶ μῆνας, ὥρας" αἰτίους καὶ ἐνιαυτούς, ὑετούς τε καὶ πνεύματα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, κατὰ τὰς διαφόρους ἀναθυμιάσεις. τὴν μὲν γὰρ λαμπρὰν ἀναθυμίασιν φλογωθεῖσαν ἐν τῷ κύκλῳ ἡλίου, ἡμέραν· τὴν δὲ ἐναντίαν ἐπικρατήσασαν, νύκτα ἀποτελεῖν. καὶ ἐκ μὲν τοῦ λαμπροῦ τὸ θερμὸν αὐξανόμενον, θέρος ποιεῖν· ἐκ δὲ τοῦ σκοτεινοῦ τὸ ὑγρὸν πλεονάσαν, χειμῶνα ἀπεργάζεσθαι. περὶ δὲ τῆς γῆς οὐδὲν ἀποφαίνεται ὁποία ἐστί. φέρονται δὲ εἰς αὐτὸν ἐπιγράμματα τάδε,

53 L. ἐτείους.

54 Ἡράκλειτος ἐγώ· τί με ὦ κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι,
Οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δ' ἔμ' ἐπισταμένοις.
Εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος, τρισμύριοι· οἱ δ' ἀνάριθμοι,
Οὐδείς. ταῦτ' αὐδῶ καὶ παρὰ Περσεφόνῃ.

Ἄλλο.

Μὴ ταχὺς ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἴλεε βίβλον
Τοὐφεσίου, μάλα τοι δύσβατος ἀτραπιτός.
Ὄρφνη καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον· ἢν δέ σε μύστης
55 Εἰσαγάγῃ, φανεροῦ λαμπρότερ' ἠελίου.

Λαμπρῶς τε ἐν τοῖς συγγράμμασι καὶ σαφῶς, ὥστε καὶ
56 τὸν "νωθέστατον ῥᾳδίως γνῶναι, καὶ δίαρμα ψυχῆς λαβεῖν. ἥ τε βραχύτης καὶ τὸ βάρος τῆς ἑρμηνείας, ἀσύγκριτον.

L. νωθί-σαλον.

Θ

ΘΕΟΔΩΡΟΣ ὁ καὶ
57 θεὸς "ἄθεος, εἶτα θεός, παντάπασιν ἀνῄρει τὰς περὶ θεῶν δόξας. τέλος δ' ὑπελάμβανε χαρὰν καὶ λύπην· τὴν μὲν, ἐπὶ φρονήσει· τὴν δέ, ἐπὶ ἀφροσύνῃ. ἀγαθὰ δέ, φρόνησιν καὶ δικαιοσύνην· κακὰ δέ, τὰς ἐναντίας ἕξεις.

Heraclitus ego, quid me gens barbara vexas?
Iste labor doctis, non tibi suscipitur.
Vnum habes pro sexcentis, pro nemine turbam,
Hoc in regno Hecates differo tergeminæ.

Aliud.

Heracliti oculo librum properante caueto
Voluere, namque aperit se via inexplicita.
Omnia nigrescunt tenebris, quas mysta peritus
Si retegat, nitido sunt mage clara die.

Dilucidus alioquin & perspicuus in scriptis est, vt etiam quamuis tardo homini obuius intellectu sit, & in mentem facilè penetret, verùm styli breuitas & grauitas incomparabilis est.

Θ

THEODORVS cognomento dictus [illegible], *hoc est, impius*, postea [illegible], *id est, Deus*, opiniones de diis penitus antiquauit ac sustulit. Finem statuebat esse gaudium & tristitiam: illud, prudentia & rerum cognitione: hanc vecordia & stultitia metiens. Bona esse prudentiā & iustitiam: mala cōtrarias animi affectiones:

media

media verò, voluptatem & dolorem. Sustulit idem amicitiam, quòd ea neque penes stolidos, neque penes sapientes sit. nam sublato vsu, amicitiam confestim aboleri atque interire: sapientes rursus, quum sua sint sorte contenti, amicorum opem non requirere. Aiebat rationi consentaneum esse vt vir bonus subtraheret se vitæ pro patria impendendæ periculo: neque enim abiiciendam temerè cordati viri prudentiam pro stultorum commodis. Mundum esse nobis patriam. Sapientem furto, adulterio, sacrilegióque se dediturum, ex vsu temporis. horum etenim nihil natura turpe esse, si tollas popularem de hisce opinionem, quæ ad continendum in officio vulgus hominum recepta est. Iste aliquando periculum adiit vt in Martium vicum, Areopagum nomine, pertraheretur, ni Demetrius Phalereus eum discrimini exemisset. Sunt qui dicunt illum etiam cicutam hausisse iudicio condemnatum.

μέσα δὲ, ἡδονὴν καὶ πόνον. ἀνῄρει δὲ καὶ φιλίαν, διὰ τὸ μήτε ἐν ἄφροσιν αὐτὴν εἶναι, μήτε ἐν σοφοῖς. τοῖς μὲν γὰρ χρείας ἀναιρεθείσης, καὶ τὴν φιλίαν ἐκποδὼν εἶναι. τοὺς δὲ σοφοὺς, αὐτάρκεις ὑπάρχοντας, μὴ δεῖσθαι φίλων. ἔλεγε δὲ καὶ εὔλογον εἶναι, τὸν σπουδαῖον μὴ ὑπεξάγειν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἑαυτόν. οὐ γὰρ ἀποβαλεῖν τὴν φρόνησιν ἕνεκα τῆς τῶν ἀφρόνων ὠφελείας. εἶναί τε πατρίδα τὸν κόσμον. καὶ κλέψειν τε καὶ μοιχεύσειν καὶ ἱεροσυλήσειν ἐν καιρῷ. μηδὲν γὰρ τούτων φύσει αἰσχρὸν εἶναι, τῆς ἐπ᾽ αὐτοῖς δόξης αἱρεθείσης, ἣ σύγκειται ἕνεκα τῆς τῶν ἀφρόνων συνοχῆς. οὗτος κινδυνεύσας ποτὲ εἰς ἄρειον πάγον ἀχθῆναι, εἰ μὴ δημήτρειος ὁ φαληρεὺς αὐτὸν ἐρρύσατο. οἱ δέ φασι καὶ κώνειον αὐτὸν πιεῖν καταδικασθέντα.

58

THEODORVS alter, Samius, consulit vt templi Ephesini fundamētis carbones substernerentur, quòd loco vliginoso carbones

ΘΕΟΔΩΡΟΣ δεύτερος, σάμιος, συνεβούλευσεν ἄνθρακας ὑποτεθῆναι τοῖς θεμελίοις τοῦ ἐν ἐφέσῳ νεώ. καθύγρου γὰρ ὄντος ἐφ᾽ τοῦ τόπου, τοὺς ἄνθρακας

τὸ ξυλῶδες ἀποβαλόντα, καὶ τὸ στερεὸν ἀπαθὲς ἐν ὕδατι.

lignea exuti natura soliditatem acciperent aquis inexpugnabilem.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

λέγεται εἰς τὴν Θεοφράστου διατριβὴν φοιτῆσαι μαθητὰς πρὸς δισχιλίους.

THEOPHRASTVS.

Huius ludum frequentasse ad bis mille auditores dicuntur.

I

ἽΠΠΑΣΟΣ ὁ μεταποντῖνος ἔλεγε χρόνον ὡρισμένον εἶναι τῆς τοῦ κόσμου μεταβολῆς, καὶ πεπερασμένον εἶναι τὸ πᾶν, καὶ ἀεικίνητον.

H

HIPPASVS Metapontinus dicebat statum esse interitus mundi tempus, ipsumque vniuersum certis finitum esse terminis, motuque sempiterno cieri.

K

ΚΑΡΝΕΑ'ΔΟΥ λίβυος, φιλοσόφου, τελευτήσαντος, ἡ σελήνη ἐξέλιπε, καὶ ὁ ἥλιος ἀμυδρὸς ἐγένετο.

K

KARNEADE Libyco, philosopho, è vita discedente Luna defecit, & sol tenebris obscuratus est.

59 St. Fortasse deest τῆς τελευταίας ante ἀναπνοῆς

ΚΡΑ'ΤΗΣ καὶ πολέμων οὕτως ἐφιλήτην ἀλλήλω, ὥστε καὶ ζῶντε μὴ μόνον τῶν αὐτῶν ἦσαν ἐπιτηδευμάτων, ἀλλὰ καὶ μέχρι σχεδὸν ἀναπνοῆς ἐξωμοιώτην ἀλλήλοιν, καὶ θανόντες τῆς αὐτῆς ταφῆς κοινωνήτην. ἔνθεν καὶ ἀρκεσίλαος μετελθὼν παρὰ θεοφράστου πρὸς αὐτοὺς, ἔλεγεν ὡς εἶεν θεοί τινες, ἢ λείψανα τῶν ἐκ τοῦ χρυσοῦ γένους. καὶ γὰρ ἦσαν οὐ φιλοδημώδεις,

60 L. ἐξωμοιώτην. Pro quo scribendum potius est ἐξωμοιώτην. L. κοινωνήτην.

KRATES Atheniensis & Polemon ita mutuo se inuicem amore complexi fuerunt, vt viui non iisdem modò studiis dediti, verum etiam vsque ad extremum penè spiritum inter se mores cõformauerint, ac mortui communi sepulchro tumulati sint: Vnde & Arcesilaus Theophrasto ad eos diuertẽs dicere solebat, illos esse deos quospiam, & aurei sæculi reliquias: neque enim vulgi applausum quærebãt,

sed Dionysodori tibicinis similes erant, quem gloriatum accepimus, quòd suos modos ad lyram pulsos nemo vnquam inaudisset in triremi aut apud fontem, quemadmodum Ismeniæ Thebani.

Krantor Solensis admiratione Homeri & EVripidis tenebatur, dictitans arduum esse & operosum, Tragicè & seruatis affectibus scribere: protulitque versum ex EVripidis Bellerophonte,

Hei mihi, quid hei? mortalia at passi sumus.

In fingendis vocabulis mirè felix: itaque poetæ cuiusdam versus blattis refertos esse dixit, & Theophrasti theses testa fuisse exaratas.

Kleanthes, Kratetis discipulus, ita ad labores impiger fuit, vt Hercules alter nominaretur; nam, quum deesset illi vnde victum quæreret, nocturno tempore hauriebat è puteo aquam, mercede, interdiu disciplinis grauioribus vacabat: vnde pro Kleanthe Phreantles, *seu puteorum exantlator*, cognominatus est. Iste prolata in medium familiarium cœtuum pecunia quam la-

ἀλλ' οἷον Διονυσόδωρόν ποτε τὸν αὐλητὴν φασὶν εἰπεῖν, σεμνυνόμενον ἐπὶ τῷ μηδένα τῶν κρουμάτων αὐτοῦ μήτ' ἐπὶ τριήρους μήτ' ἐπὶ κρήνης ἀκηκοέναι, καθάπερ Ἰσμηνίου.

ΚΡΑΝΤΩΡ ὁ Σολεὺς ἐθαύμαζεν Ὅμηρον καὶ Εὐριπίδην, λέγων ἐργῶδες τραγικῶς καὶ συμπαθῶς γράψαι. καὶ προεφέρετο τὸν στίχον τὸν ἐκ τοῦ Βελλεροφόντου,

Οἴμοι, τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.

ἦν δὲ δεινὸς ὀνοματοποιῆσαι. ποιητοῦ γοῦν τινος σιλφῶν μεστοὺς εἶναι τοὺς στίχους εἶπε, καὶ τὰς Θεοφράστου θέσεις, ὀστρέῳ γεγράφθαι.

ΚΛΕΑΝΘΗΣ, ὁ μαθητὴς Κράτητος, πόνων γέγονε φιλόπονος, ὡς καὶ δεύτερος Ἡρακλῆς προσαγορευθῆναι. μὴ ἔχων γὰρ ὅθεν τραφῇ, τὰς μὲν νύκτας ἤντλει ὕδωρ, μισθοῦ, μεθ' ἡμέραν δὲ τοῖς μαθήμασιν ἐσχόλαζεν. ὅθεν ἐπωνομάσθη Φρεάντλης. οὗτος τὸ ἀπὸ τοῦ κόσμου αὐτοῦ συναχθὲν κέρμα εἰς μέσον ποτὲ ἀγαγὼν τῶν

γηρεί μον, ἔφη, Κλεάνθης μὲν καὶ ἄλλον Κλεάνθην δύναιτ' ἂν τρέφειν, εἰ βούλοιτο. οἱ δὲ ἔχοντες ὅθεν τρέφονται, παρ' ἑτέρων ἐπιζητοῦσι τὰ ἐπιτήδεια, καίπερ ἀνειμένως φιλοσοφοῦντες. εἰπόντος τινὸς Ἀρκεσίλαον μὴ ποιεῖν τὰ δέοντα, παῦσαι, ἔφη, καὶ μὴ ψέγε. εἰ γὰρ καὶ λόγῳ τὸ καθῆκον ἀναιρεῖ, τοῖς γοῦν ἔργοις αὐτὸ τιθεῖ. καὶ ὁ Ἀρκεσίλαος, οὐ κολακεύομαι, φησί. πρὸς ὃν ὁ Κλεάνθης, καὶ κολακεύω, φησί, φάμενός σε ἄλλα μὲν λέγειν, ἕτερα δὲ ποιεῖν. Ἐρωτῶντος τινὸς τί ὑποτίθηται τῷ υἱῷ, 63 ἔφη, "τὸ ἐκ τῆς Ἠλέκτρας,

Σῖγα σῖγα, λευκὸν ἴχνος,

Σωσίθεον τὸν ποιητὴν ὑβρίσαντα αὐτὸν καὶ μετανοήσαντα, προσήκατο εἰπὼν, ἄτοπον εἶναι, τὸν μὲν Διόνυσον καὶ τὸν Ἡρακλέα φλυαρουμένους ὑπὸ τῶν ποιητῶν, μὴ ὀργίζεσθαι, αὐτὸν δ' ἐπὶ τῇ τυχούσῃ βλασφημίᾳ δυσχεραίνειν.

St. δύναιτ' ἂν

bore coegerat, Kleanthes, inquit, si velit, etiam alteri Kleanthi victum ministrare queat, quum hi, quibus abundè est vnde alantur, ab aliis ad vsum vitæ necessaria expetant, quamuis perfunctoriam philosophiæ operam nauantes. Quum quidam dixisset Arcesilaum ab officio discedere, respondit, Desine maledicere: etsi namque contra officium loquitur, re tamen ipsa illud stabilit. Tum Arcesilaus, Adulationem, inquit, non recipio: Subiecit Kleanthes, Certè adulor tibi, qui aliud loqui te, aliud præstare dixi. Interroganti cuidam quid potissimum filio inculcaret atque præciperet, illud (inquit) Electræ,

Sile, sile, candidum vestigiũ.

Sosithéum poetam, conuitium ipsi ingerentem, & pœnitentia ductum, recepit in gratiam: dictitans absurdum fore, si quum Liber pater & Hercules à poetis toties ludibrio habiti non incandescant; ipse ob leuem offensam & maledictum succenseret.

Λ

ΛΕΥΚΙΠΠΟΣ ὁ Ἠλεάτης ἔλεγε ἄπειρα εἶναι τὰ πάντα, καὶ εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν.

Λ

LEVCIPPVS Eleates dicebat cuncta esse infinita & in se mutuò commutari,

vniuersum esse inane & corporibus plenum: mundósque gigni dum corpuscula inane illud replent, atque inter se complicantur ac cohærescunt: próque ratione illorum incrementi per motum sidera existere. Solem ampliore circulo circumagi extra Lunam: tellurem verò in medio rapi, veluti vehiculo actam: eiúsque speciem tympano esse non absimilem. Primus iste insectilia corpuscula rerum initia statuit. Vniuersum fine carere dicit, cuius hoc plenum sit: aliud, inane: statuit & elementa, & mundos ex his infinitos esse, ac in elementa abire dissoluíque. Mundos autem hac ratione fieri: ex infinito multa & figuris omnigenis prædita corpuscula dissilire, velut assulas abscissas in magnum inane: quæ coacta rapi vna vertigine & circumactu: cuius impetu impacta & modis variis in orbem rotata similia seorsum ad sui similia separari secernique contingat. E quibus æquo momento libratis & ob multitudinem circumagi nequeuntibus, exilia discedere ad exterius inane,

τό, τε πᾶν εἶναι κενὸν καὶ πλῆρες σωμάτων. τούς τε κόσμους γίνεσθαι, σωμάτων εἰς τὸ κενὸν ἐμπιπτόντων, καὶ ἀλλήλοις περιπλεκομένων. ἔκ τε τῆς κινήσεως κατὰ αὔξησιν αὐτῶν γίνεσθαι τὴν τῶν ἀστέρων φύσιν. “φαίνεσθαι δὲ τὸν ἥλιον ἐν 64 μείζονι κύκλῳ περὶ τὴν σελήνην. τὴν γῆν ὀχεῖσθαι, 65 περὶ τὸ μέσον δινουμένην· σχῆμά τε αὐτῆς τυμπανοειδὲς εἶναι. πρῶτός τε ἀτόμους ἀρχὰς ὑπεστήσατο. τὸ πᾶν ἄπειρόν φησι· τούτου δὲ τὸ μὲν, πλῆρες εἶναι, τὸ δὲ, κενόν. καὶ στοιχεῖά φησι, κόσμους τε ἀπείρους εἶναι, καὶ “διαλύεσθαι εἰς ταῦ- 66 τα. γίνεσθαι δὲ τοὺς κόσμους οὕτως· φέρεσθαι κατὰ ἀποτομὴν ἐκ τῆς ἀπείρου πολλὰ σώματα παντοῖα τοῖς σχήμασιν εἰς μέγα κενὸν, ἅπερ “ἀ- 67 θεισθέντα μίαν ἀπεργάζεσθαι δίνην· καθ᾽ ἣν προσκρούοντα, καὶ παντοδαπῶς κυκλούμενα, διακρίνεσθαι χωρὶς τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια. ἰσορρόπων δὲ διὰ τὸ πλῆθος μηκέτι δυναμένων περιφέρεσθαι, τὰ μὲν λεπτὰ χωρεῖν εἰς τὸ ἔξω κενὸν,

L. ἀθροισθέντα.

ὥσπερ διαττόμενα· τὰ δὲ λοιπὰ, συμμένειν, καὶ περιπλεκόμενα, συγκατατρέχειν ἄλληλα· καὶ ποιεῖν πρῶτόν τι σύστημα σφαιροειδές. τοῦτο δὲ οἷον ὑμένα ὑφίστασθαι, περιέχοντα ἐν ἑαυτῷ παντοῖα σώματα· ὧν κατὰ τὴν τοῦ μέσου ἀντέρεισιν περιδινουμένων, λεπτὸν γενέσθαι τὸν πέριξ ὑμένα, συῤῥεόντων ἀεὶ τῶν συνεχῶν κατ' ἐπίψαυσιν τῆς δίνης· καὶ οὕτω γενέσθαι τὴν γῆν, συμμενόντων τῶν ἐνεχθέντων ἐπὶ τὸ μέσον. αὐτόν τε πάλιν τὸν περιέχοντα οἷον ὑμένα αὔξεσθαι, κατὰ τὴν ἐπικράτησιν τῶν ἔξωθεν σωμάτων. δίνῃ τε φερόμενον αὐτὸν, ὧν ἂν ἐπιψαύσῃ, ταῦτα ἐπικτᾶσθαι. τούτων δέ τινα συμπλεκόμενα, ποιεῖν σύστημα, τὸ μὲν πρῶτον, κάθυγρον καὶ
68 “ ἀπλῶδες· ξηρανθέντα δὲ καὶ περιφερόμενα σὺν τῇ τοῦ ὅλου δίνῃ, εἶτ' ἐκπυρωθέντα, τὴν τῶν ἄστρων ἀποτελέσαι φύσιν. εἶναι δὲ τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον, ἐξώτατον· τὸν δὲ τῆς σελήνης, προσγειότατον. τῶν ἄλλων μεταξὺ τούτων ὄντων. καὶ πάντα μὲν τὰ ἄστρα πυροῦσθαι διὰ τὸ τάχος τῆς φορᾶς·

St. συγκατατρέχειν εἰς ἀλλήλας.

L. πηλῶδες

veluti cribro increta, reliqua considere simul & complexu quodam in vnum cócurrere : primumque efficere coagulum quoddam sphæriforme : atque id ceu fœtus inuolucrum edi ac produci, in se omnigena corpuscula quæ ambit continens. Quibus circa centri medij vmbilicum circumrotatis, ambientem membranam extenuari, dum semper continua corpuscula attactu vertiginis rapta in vnum confluunt. Eáque ratione tellurem esse factam, quando illa quæ in meditullium delata sunt, simul hærent atque permanent. Rursus ambiens illud inuolucro simile, incremento augeri, corpusculis externis in potestatem redactis, quando vortico circũactum, quæcunque attigerit, sibi adiungat velut peculium. Ex his nonnulla quę adhæsere, in massam cogere, madidam initio & limosam : arefacta verò & cũ vniuersi rotatu circumuoluta, ac deinde inflammata, in astrorum naturam conuerti. Solis circluum esse extimum, lunæ nouissimũ terręq; proximũ, cęteris intermedium positũ obtinẽtibus. Sidera omnia ignescere, ob cócitatissimi mot' celeritatẽ:

à sideribus solem quoque flammam concipere: lunam verò paululum ignis participare. Solem item & lunam defectu laborare, propterea quòd versus meridiem tellus deuergat. Borealem plagam semper niue horrere, algere, & gelu concrescere. Solem rarius, lunam frequenter deficere, eo quòd vtriusque circuli impares sint & inæquales. Mundum & gigni & augeri, & imminui tabescereque necessitate quadam: quæ cuiusmodi sit, ipse explanat.

τὸν δὲ ἥλιον καὶ ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἐκπυροῦσθαι· τὴν δὲ σελήνην ὀλίγον τοῦ πυρὸς μεταλαμβάνειν. ἐκλείπειν δὲ ἥλιον καὶ σελήνην, τῷ κεκλίσθαι τὴν γῆν πρὸς μεσημβρίαν. τὰ δὲ πρὸς ἄρκτῳ ἀεί τε νίφεσθαι καὶ κατάψυχρα εἶναι, καὶ πήγνυσθαι. καὶ τὸν ἥλιον ἐκλείπειν ἀραιῶς· τὴν δὲ σελήνην συνεχῶς, διὰ τὸ ἀνίσους εἶναι τοὺς κύκλους αὐτῶν. εἶναί τε ὥσπερ γενέσεις κόσμου, οὕτω καὶ αὐξήσεις καὶ φθίσεις, κατά τινα ἀνάγκην, ἣν ὁποία ἐστὶ διασαφεῖ.

M

Menedemvs, Eretriensis, architecti filius fuit: vnde ex Alexini cœtu quidam conuitio eum incessit ob promulgatam ab eo legem: dictitans, Non decere sapientem vel scenam, vel populi scitum vt fabricet. Missus Megaram ab Eretriensibus præsidiariorum præfectus, venit ad Platonem in Academiam, captúsque veluti reti, valedixit militiæ. Grauitati motum deditus fuit: quamobrem Crates parodicè in eum lusit,

M

ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ ὁ Ἐρετριεὺς, ἀρχιτέκτονος υἱὸς ἦν, ὅθεν γράψαντος αὐτοῦ ψήφισμά τι, καθήψατό τις Ἀλεξίνειος, εἰπὼν ὡς οὔτε σκηνὴν οὔτε ψηφίσματα πρέπον τῷ σοφῷ γράφειν. πεμφθεὶς δὲ φρουρὸς ὑπὸ τῶν Ἐρετριέων εἰς Μέγαρα, ἀνῆλθεν εἰς Ἀκαδημίαν πρὸς Πλάτωνα, καὶ θηραθεὶς, κατέλιπε τὴν στρατείαν. ἦν δὲ σεμνὸς ἱκανῶς· ὅθεν αὐτὸν Κράτης παρῳδῶν φησι,

Φλιάσιόν τ' Ἀσκληπιάδην
καὶ ταῦρον Ἐρετριῆα.
ὁ δὲ Τίμων οὕτω,

69 Λῆρον ἀναστήσας ὁ φρυωμένος
ἀφροσιβόμβαξ.

ΟΥ'τω δ' ἦν σεμνὸς, ὡς Εὐρύλοχον τὸν κασσανδρέα μετὰ κλειππίδου κυζικηνοῦ μειρακίου κληθέντα ὑπ' ἀντιγόνου, ἀντειπεῖν. φοβεῖσθαι γὰρ μὴ μενέδημος αἴσθηται. ἦν γὰρ ἐπικόπτης καὶ παρρησιαστής. ἀντιγόνου συμβουλευομένου τί εἰ ποιεῖ ἐπὶ κῶμον ἀφίκοιτο, σιωπήσας τὰ ἄλλα, μόνον ἐκέλευσεν ἀπαγγεῖλαι ὅτι βασιλέως υἱός ἐστι. πρὸς τὸν ἀναίσθητον, ἀναφέροντά τι αὐτῷ εἰκαίως, ἠρώτησεν εἰ ἀγρὸν ἔχοι· φήσαντος δὲ καὶ πάμπλειστα κτήματα, πορεύου τοίνυν (ἔφη) κἀκείνων ἐπιμελοῦ, μὴ συμβῇ σοι καὶ ταῦτα διαφθεῖραι, καὶ κομψὸν ἰδιώτην ἀποβαλεῖν. πρὸς τὸν εἰπόντα πολλὰ τὰ ἀγαθὰ, ἐπύθετο πόσα τὸν ἀριθμὸν καὶ εἰ νομίζοι πλείω τῶν ἑκατόν.

70 ἦν δὲ καὶ ἀνεκλεκτής, καὶ τὰ τῆς σχολῆς ἀδιάφορος. οὔτε γοῦν τάξιν τινὰ ἦν παρ' αὐτῷ βλέπειν,

Phliasiúmque Asclepiadem
taurúmque Eretrensem.
& Timon ita,

Ille supercilium tollens, & vendere nugas,
Ac medium digitum consuetus porgere vulgo.

Seueritas eius tanta fuit, vt EVrylochus Cassandreus cum Cyziceno Cleippide puero accitus ad Antigonum, respuerit venire, dictitans vereri se vt Menedemo res innotescat. erat enim impendio mordacior in carpendo, & liberioris linguæ. Antigono consilium petenti quid dicturus esset, si ad coepulantes accederet, cætera tacitus, solùm iussit illi nunciari quòd regis esset filius. A stupido quodam, qui ad illum nescio quid sine delectu attulerat, interrogauit num agrum haberet: quum ille prædia sibi complura esse adiecisset, Abi, inquit, & illorum satage, ne & illa fortè perdas, & scitum idiotam inuitus amittas. Dicentem multa esse bona, sciscitatus est, quot essent numero, & an centenis plura. Idem erat leni & remisso animo, parumque satagens rerum scholæ suæ: itaque nullum apud illum videre erat ordinem,

neque sedilia in orbem erant disposita: sed vt quisque forrè obambulabat aut sedebat, ita illi audiendo operam dabant. Cratetem, qui in cœtu hominum astans asperiùs illum incesserat, quòd ad capessendam rempublicam accessisset, in carcerem duci præceperat: sed ille nihilo ob id deiectior, prætereuntem ac præ aliis eminentem, obseruare, & hominem Agamemnonium atque ἡγησίπολιν, *hoc est, ciuitatis principem*, appellare non destiterit. Erat idem paulo superstitiosior: quare quum aliquando cum Asclepiade in diuersorio carnes proiectas edisset, re cognita, nauseare cœpit & impallescere: donec eum obiurgans Asclepiades diceret, non carnes illi attulisse eam molestiam, sed præsumptam suspicionem. Cæteróqui vir fuit in excipiendis hospitio amicis liberalis, & agitandis frequentioribus conuiuiis intentior, quòd Eretria morbidum aerem haberet atque insalubrem. Plurimum Homero tribuit & Melicis, deinde Sophocli & Achæo, cui in Satyris secundum, vt Æschylo principem locum, dedit. Vnde in eos qui in regenda republica sibi aduersabantur, vt fertur, hos senarios iactabat.

ὑπὸ βάθροις κύκλῳ διέκειτο, ἀλλ' οὗ ἂν ἕκαστος ἔτυχε περιπατῶν ἢ καθήμενος, ἤκουε· καὶ αὐτοῦ τοῦτον τὸν τρόπον διακειμένου. Κράτητος δέ ποτε πτεισαμένου αὐτὸν καὶ καθαπτομένου εἰς τὸ ὅτι πολιτεύεται, ἐκέλευσέ τισιν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμβαλεῖν αὐτόν. τὸν δὲ, μηδὲν ἧττον τηρεῖν παριόντα καὶ ὑπερκύπτοντα, ἀγαμεμνόνειόν τε καὶ ἡγησίπολιν ἀποκαλεῖν. ἦν δέ πως ἠρέμα καὶ δεισιδαιμονέστερος· συνὼν ἀσκληπιάδῃ γοῦν ποτὲ κατ' ἄγνοιαν ἐν πανδοχείῳ κρεάτων ῥιπτουμένων φαγὼν, ἐπεὶ μάθοι, ἐναυτία τε καὶ ὠχρία, ἕως ἀσκληπιάδης ἐπετίμησεν αὐτῷ· "ὡς δὲ, εἰπὼν, ἠνώχλησεν αὐτῷ τὰ κρέα. ἦν δὲ φιλυπόδοχος, καὶ διὰ τὸ νοσῶδες τῆς ἐρετρίας, πλείω συνάγων συμπόσια. προσεῖχε δὲ ὁμήρῳ, καὶ τοῖς μελικοῖς, εἶτα σοφοκλεῖ καὶ ἀχαιῷ. ᾧ καὶ τὸ δευτερεῖον ἐν τοῖς σατύροις, αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου. πρὸς γοῦν τοὺς ἀντιπολιτευομένους ταῦτα προσέφερε,

Ἁλίσκετ' ἄρα καὶ πρὸς ἀσθενῶν ταχύς,
Καὶ πρὸς χελώνης αἰετὸς βραχεῖ χρόνῳ.

Ταῦτα δέ ἐστιν Ἀχαιοῦ ἐκ τῆς σατυρικῆς Ὀμφάλης. ὥστε παρασφάλλονται οἱ λέγοντες αὐτὸν μηδὲν ἀνεγνωκέναι πλὴν τῆς Εὐριπίδου Μηδείας. Στίλπωνα ἐπαινῶν, ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶπε πλὴν ὅτι ἐλευθέριος. ἐν δὲ ταῖς ζητήσεσιν ὧδε μάχιμος ἦν ὡς ὑπώπια φέρων ἀπῄει. οὕτω δ' ἦσαν οὗτός τε καὶ Ἀσκληπιάδης φίλοι, ὥστε Ἀρχεπόλιδος τρισχιλίας αὐτοῖς διαχεάντος, "συνεριζόμενοις περὶ τοῦ τίς δεύτερος ἄρξει, μηδέτερον λαβεῖν. ἔγημαν δὲ γυναῖκας, Ἀσκληπιάδης μὲν τὴν θυγατέρα, τὴν δὲ μητέρα Μενέδημος. καὶ ἐπειδὴ τελευτῆσαι τῷ Ἀσκληπιάδῃ τὸ γύναιον, ἔλαβε τὸ τοῦ Μενεδήμου, ἐκεῖνός τε αὖ, ἐπειδὴ προὔστη τῆς πολιτείας, πλουσίαν ἔγημε. ἐπέτρεψε μέντοι τὴν τῆς οἰκίας διοίκησιν τῇ προτέρᾳ γυναικί. τὸ δὲ συμπόσιον οὕτως ἐποιεῖτο· προηρίστα μετὰ δυοῖν ἢ τριῶν, "ἕως βραδέως ἦν τῆς ἡμέρας·

72

Iun. ιῶς

Quandoque pernicem capit tardus pede,
Aquilámque testudo breui prauerterit.

Sunt autem ex Omphale Satyrica Achæi, quapropter falluntur qui nihil illum legisse, præter vnam EVripidis Medeam, dictitant. Quum Stilponem laudaret, aliud non dixit quàm quòd liberalis esset. In quæstionibus adeo vehemens fuit & pugnax, vt non discederet nisi sugillatis priùs oculis. Tam arcta verò amicitia deuincti erant ipse & Asclepiades, vt quum Archepolis censuisset danda illis tria drachmarum millia, obfirmatis animis vter secundo loco tolleret, neuter acceperit. Vxores autem duxerant, Menedemus matrem, filiam Asclepiades: qua extincta, Menedemi coniugem hic sibi adiunxit: ille verò iam reipubl. præfectus, opulentam duxit, permissa priori vxori ędium communium administratione.

Symposia hunc in modum obibat: Cum duobus tribusve prius cibũ sumebat, donec præceps iam esset dies:

deinde vocabat aliquos accedentes, & quidem iam antè cœnatos. Itaque si quis adueniret, ocius deflectens sciscitabatur egredientes quid in mensa esset appositum, & quod esset diei tempus. si igitur olusculum aut salsamentum id erat, abibant: sin carnium quippiam, ingrediebantur. Æstate, lectuli storea insternebantur: hyeme, villosis pellibus stragulisve. Ceruical autem sibi quemque adferre oportebat. Poculum quod obambulabat, hemina capacius non erat. Tragemata erant lupini aut fabæ: interdum è temporariis fructibus, poma, mala punica, pira, & plerunque ficus passæ. Lycophron, qui illius encomium conscripsit, de eo sic ait,

ἔπειτά τις ἐκάλει τοὺς προσερχομένους, καὶ αὐτοὺς ἤδη δεδειπνηκότας. ὥστε εἴ τις ἥκοι θᾶττον ἀνακάμπτων ἐπυνθάνετο τῶν ἐξιόντων τί εἴη παρακείμενον, καὶ πῶς ἔχοι τοῦ χρόνου. εἰ μὲν οὖν λάχανον ἢ τάριχον, ἀνεχώρουν· εἰ δὲ κρεάδιον, εἰσῄεσαν. ἦν δὲ τοῦ μὲν θέρους ψίαθος ἐπὶ τῶν κλινῶν· τοῦ δὲ χειμῶνος, κῴδιον. προσκεφάλαιον δ᾽ αὑτοῦ φέρειν ἔδει. τό, τε περιαγόμενον ποτήριον οὐ μεῖζον κοτυλιαίου. τράγημα, θέρμος ἢ κύαμος. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ὡραίων, ἄπιος, ἢ ῥόα, ἢ ὦχροι, ἢ νὴ Δί᾽ ἰσχάδες. Λυκόφρων δὲ γράψας αὐτῷ ἐγκώμιον, περὶ τούτου φησίν,

Cœna in breui pusillus admodum calix
In orbem obambulat, tragematum efficit
Vicem eruditus sermo cum sodalibus.

Ὡς ἐκ βραχείας δαιτὸς ἡ βαιὰ κύλιξ
Αὐτοῖς κυκλεῖται πρὸς μέτρον, τράγημα δὲ
Ὁ σωφρονιστὴς τοῖς φιληκόοις λόγος.

Aiunt illum patriam è tyrannorum manibus non semel liberasse, & ad Antigonum se contulisse, voluisséque eã iterũ reddere liberã: sed quũ ille flecti non posset,

Τοῦτον φασὶ τυράννων πολλάκις ἐλευθερῶσαι τὴν πατρίδα· φοιτᾶν γοῦν καὶ πρὸς Ἀντίγονον· καὶ βούλεσθαι ἠλευθερῶσαι πάλιν αὐτήν. τοῦ δὲ μὴ εἴκοντος,

St. ὸν

"ὑπ' ἀθυμίας ἀποκαρτερήσαντα ἑπτὰ ἡμερῶν, τὸν βίον μεταλλάξαι.

præ animi mœrore postquam septem dies inediam tolerasset, vita excessisse.

ΜΕΛΙΣΣΟΣ ἔλεγε τὸ πᾶν ἄπειρον εἶναι, καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ ἀκίνητον, καὶ ἕν, ὅμοιον ἑαυτῷ, καὶ πλῆρες. κίνησίν τε μὴ εἶναι, δοκεῖν δὲ εἶναι. καὶ περὶ θεῶν ἔλεγε μὴ δεῖν ἀποφαίνεσθαι. μὴ γὰρ εἶναι γνῶσιν αὐτῶν.

MELISSVS dicebat vniuersitatis corpus esse infinitum, ac mutationis motúsque expers: & vnum, sibi ipsi simile ac plenum motum non esse, sed videri. De deo nihil esse certò statuendum & asseuerandum censebat. nullam enim eius esse cognitionem.

N

ΝΙΚΟΛΑΟΣ φιλόσοφος, ὁ δαμασκηνός, τοσοῦτον ἠγαπήθη παρὰ τοῦ αὐγούστου καίσαρος, ὥστε τοὺς ὑπ' ἐκείνου πεμπομένους "πλακοῦντας τῷ καίσαρι, νικολάους αὐτὸν καλεῖν. καὶ διαμένει τοῦτο ἄχρι τοῦ σήμερον.

73

NICOLAVS. Nicolaum, philosophum Damascenum, tanto amore complexus fuit Augustus Cæsar, vt missas ab eo ad se placentas, Nicolaos vocaret. quæ in hunc vsque diem durat appellatio.

ΝΟΥΜΗΝΙΟΣ, πυθαγορικὸς φιλόσοφος, ὁ ἀπαμεύς, τὴν πλάτωνος διάνοιαν ἤλεγξεν ὡς ἐκ τῶν μωσαϊκῶν βιβλίων τὰ περὶ θεοῦ καὶ κόσμου ἀποσυλήσασαν. διὸ καί φησι, τί γάρ ἐστι πλάτων ἢ μωσῆς ἀττικίζων;

NVMENIVS, Pythagoricus philosophus, Apamia oriundus, Platonis ingenium nota perstringit, quòd veluti plagio subripuerit è Mosaicis libris quæ de deo & mundo prodidit. Eò spectat quod dicit, Quid enim aliud est Plato quam Moses Atticissans?

ΝΕΣΤΩΡ ἐποποιός, ὁ ἐκ λυκίας, ἔγραψεν ἰλιάδα λειπογράμματον. ἔστι γὰρ ἐν τῷ α', μὴ εὑρεῖν σκεδὸν α'. καὶ "κατὰ ῥαψῳδίαν οὕτω

74

NESTOR Lycius, carminum scriptor, composuit Iliadem certis literis carentem. nam in primo libro, qui per A notatur, nullum A inuenias, atque ita in omnibus

libris alphabeti Græci ordine distinctis deest sua cuique litera. Similiter illi Odysseam scripsit Tryphiodorus.

τὸ ἑκάστης ἐλλιμπάνειν στοιχεῖον. ἐποίησε δὲ καὶ Τρυφιόδωρος ὀδύσσειαν ὁμοίως αὐτῷ.

Ξ

Xanthvs, Lydius, historicus, in Lydiacæ historiæ secundo memoriæ prodidit Gygen Lydorum regem, primum feminas castrasse, quò illis semper ætate florentibus nouísque vteretur.

Ξ

Ξάνθος, λυδὸς, ἱστορικὸς, ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν λυδιακῶν "τῶν ἱστοριῶν φησὶν ὅτι πρῶτος γύγης ὁ λυδῶν βασιλεὺς γυναῖκας εὐνούχισεν, ὅπως αὐταῖς χρῷτο ἀεὶ νεαζούσαις.

St. Videtur articulus τῶν redundare.

Xenocrates philosophus quum Alexander Macedo misisset illi dono triginta auri talenta, remisit: dictitás regem pecuniis, non autem philosophum, opus habere. Antipatro Athenas venienti, ipsúmque complexo, non prius sermonis vicem reddidit, quàm ille inceptam orationem finiuisset. Ipse verò a fastu alienissimus, secum frequenter luce meditabatur, horámque vnam silentio partiebatur. Tantum tamen virum Athenienses aliquando venundederunt, quum non posset inquilinariū tributū appendere. Eum emit Demetrius Phalere⁹, vtrique subueniens atq; opitulatus:

ΞΕΝΟΚΡΑΤΗΣ

ὁ φιλόσοφος, πέμψαντος αὐτῷ τοῦ μακεδόνος ἀλεξάνδρου χρυσοῦ τριάκοντα τάλαντα, ἀπέπεμψεν, εἰπὼν βασιλέα δεῖσθαι χρημάτων, οὐ φιλόσοφον. ἀντιπάτρου ποτὲ ἐλθόντος εἰς ἀθήνας, καὶ ἀσπασαμένου τοῦτον, οὐ πρότερον ἀντιπροσηγόρευσε, πρὶν ἢ τὸν λόγον ὃν ἔλεγε διαπεράνασθαι. ἄτυφος δὲ ὢν, πολλάκις ἑαυτῷ τῆς ἡμέρας ἐμελέτα, καὶ ὥραν μίαν (φασὶν) ἀπένεμε σιωπῇ. Ἀθηναῖοι δ' ὅμως αὐτὸν τοιοῦτον ὄντα, ἐπίπρασκόν ποτε, " τὸ μετοίκιον ἀδυνατοῦντα 75 θεῖναι. καὶ αὐτὸν ὠνεῖται δημήτριος ὁ φαληρεὺς, καὶ ἑκάτερον ἀποκαταστήσας

ξενοκράτει μὲν, τὴν ἐλευθερίαν· Ἀθηναίοις δὲ τὸ μετοίκιον.

quando Xenocrati reddidit libertatem & Athenienfibus tributum inquilinarium perfoluit.

ΞΕΝΟΦΑΝΗΣ ὁ κολοφώνιος ἔλεγε τέσσαρα εἶναι τῶν ὄντων στοιχεῖα, κόσμους δ' ἀπείρους, οὐ παραλλάκτους δέ. τὰ νέφη συνίστασθαι, τῆς ἀφ' ἡλίου ἀτμίδος ἀναφερομένης, καὶ αἰρούσης αὐτὰ εἰς τὸ περιέχον. οὐσίαν θεοῦ σφαιροειδῆ, μηδὲν ὅμοιον ἔχουσαν ἀνθρώπῳ. ὅλον δὲ ὁρᾶν καὶ ὅλον ἀκούειν, μὴ μέντοι ἀναπνεῖν. σύμπαντά τε εἶναι νοῦν καὶ φρόνησιν καὶ ἀΐδιον. πρῶτός τε ἀπεφήνατο ὅτι πᾶν τὸ γινόμενον φθαρτόν ἐστι· καὶ ἡ ψυχὴ, πνεῦμα. ἔφη τε καὶ τὰ πολλὰ ἥσσω νοῦ εἶναι. καὶ τοῖς τυράννοις ἐντυγχάνειν ἢ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα. Ἐμπεδοκλέους εἰπόντος αὐτῷ ὅτι ἀνεύρετός ἐστιν ὁ σοφὸς, εἰκότως, ἔφη. σοφὸν γὰρ εἶναι δεῖ τὸν ἐπιγνωσόμενον τὸν σοφόν. πρῶτος δὲ εἶπεν ὅτι ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πάντα.

Xenophanes, Colophonius, quatuor effe rerum elementa dixit, mundos fine fine, immutabiles: nubes concrefcere attractis furfum vi folis humoribus, & in ambiente locum capientibus. Dei fubftantiam effe fphæriformem, nihil homini fimile habentem. & totum, quicquid vbique eft, videre ac audire, nec tamen fpiritum ducere: fimulque omnia effe, mentem, prudentiam, & æternitatem. Primus affeuerauit, quicquid gignitur, interitui effe obnoxium: & animam effe fpiritum. Dixit & plæraque effe mente inferiora deterioráque. Cũ tyrannis vel non omnino fermonem habendum effe, vel quàm fuauiffimè. Empedocli dicenti fapientem haud temerè reperiri, refpondit, Rectè tu quidem, quippe fapiens fit neceffe eft qui fapientis cognitionem habebit. Primus etiam dixit cuncta effe incomprehenfibilia.

Ο

ΟΜΗΡΟΣ ἱστορεῖται γενέσθαι τυφλὸς, ὡς μὴ

O

Homervs. Hunc tradunt hiftoriæ captum oculis fuiffe, quòd cupi-

ditati, & libidini, quæ per oculos irrepit, non cesserit victus.

Π

PALAMEDES literaria elementa quatuor inuenit, ζ, π, φ & χ.

PINDARVS, lyricus, precatus deos vt quod in vita maximè optandum sit, sibi darent, in theatro repentina morte extinctus est, reclinis capite super amasij Theoxeni genua.

PLATO philosophus dicitur & connubium & Venereum congressum in vniuersum respuisse. Rumor erat matrem ipsius è numine grauidam vterum tulisse, obiecto illi Apollinis viso: ac post editum Platonem, tum demum Aristonē maritum cum ea consuetudinem habuisse. Platonis nomē accepit quòd πλατὺς id est, lato vel pectore vel fronte esset: alij inditum nomen ferunt ab vbertate sermonis, hoc est, verborum latitudine. Timon comicè illum traducens in Sillis (*ita vocauit sales ac dicteria in philosophos iacta*) de eo hunc in modum ait,

Prauius ante omnes ductor latissimus ibat.

ἡττηθεὶς ἐπιθυμίας, “ἡ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρχεται.

Π

ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ εὗρε τὸ ζ καὶ π, καὶ φ καὶ χ στοιχεῖα.

ΠΙΝΔΑΡΟΣ ὁ λυρικὸς αἰτήσας τὸ κάλλιστον αὐτῷ δοθῆναι τῶν ἐν τῷ βίῳ, ἀθρόον ἀπέθανεν ἐν θεάτρῳ, “ἀνακεκλιμένα εἰς τὰ τοῦ ἐρωμένου αὐτοῦ Θεοξένου γόνατα.

77 Iun. ἀνακεκλιμένος.

ΠΛΑΤΩΝ ὁ φιλόσοφος λέγεται μὴ γάμον εἶναι, μηδὲ ὁμιλίαν σώματος καθάπαξ ἀνασχέσθαι. φασὶ δὲ ὡς ἔκ τινος θείας ὄψεως ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἔγκυος γέγονεν, ἐπιφανέντος αὐτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος· καὶ ἡνίκα ἔτικε τὸν πλάτωνα, τότε αὐτῇ ὁ ἀνὴρ συνεγένετο. πλατὺς δὲ ὢν τὰ στέρνα, ἢ τὸ μέτωπον, πλάτων προσηγορεύθη. οἱ δὲ ὡς πλατὺν ἐν λόγοις οὕτω φασὶν αὐτὸν κληθῆναι. τίμων δὲ κωμῳδῶν αὐτὸν ἐν σίλλοις, φησί,

Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς

Ἡδυεπὴς τέττιξ ἰσογράφος, οἵθ' Ἑκαδήμου
Δένδρῳ ἐφεζόμενοι, ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

Πρότερον γὰρ ἡ ἀκαδημία τὸ χωρίον ἑκαδημίας ἐκαλεῖτο. οὗτος μίξιν ἐποιήσατο τῶν τε ἡρακλειτείων λόγων καὶ πυθαγορικῶν καὶ σωκρατικῶν. τὰ μὲν γὰρ, αἰσθητὰ, καθ' ἡράκλειτον· τὰ δὲ, νοητὰ, κατὰ πυθαγόραν· τὰ δὲ, πολιτικὰ, κατὰ σωκράτην ἐφιλοσόφει. ὠφέληται δὲ πολλὰ παρ' ἐπιχάρμου. φησὶ γὰρ ὁ " ἐπίχαρμος, λέγουσιν οἱ σοφοὶ τὴν ψυχὴν τὰ μὲν διὰ τοῦ σώματος αἰσθάνεσθαι, οἷον ἀκούουσαν, βλέπουσαν· τὰ δ' αὐτὴν καθ' αὑτὴν ἐνθυμεῖσθαι, μηδὲν τῷ σώματι χρωμένην. διὸ καὶ τῶν ὄντων τὰ μὲν, αἰσθητὰ εἶναι· τὰ δὲ, νοητά. ὧν ἕνεκα καὶ πλάτων ἔλεγεν ὅτι δεῖ τοὺς συνιδεῖν τὰς τοῦ παντὸς ἀρχὰς ἐπιθυμοῦντας, πρῶτον μὲν αὐτὰς καθ' αὑτὰς διελέσθαι τὰς ἰδέας· οἷον ὁμοιότητα, καὶ μονάδα καὶ πλῆθος, καὶ μέγεθος, καὶ στάσιν καὶ κίνησιν·

78

Suauiloquens oratur, & is quem iure cicadis
Argutis possis componere, quas Hecademi
Consonet arbustum modulantes voce canora.

Initio enim Hecademi fundus Academia dicta fuit. Hic Heracliti, Pythagoræ & Socratis rationes commiscuit atque confudit. nam quæ sensibus obuia sunt, ex Heracliti sententia tractauit: quæ mente comprehenduntur, secundum Pythagoram explicuit: in politicis & ciuilibus rebus, à Socrate non discessit. Multa ab Epicharmo comico mutuatus est, vt testatur Alcimus: qui etiam hæc dicit, Rerum periti dicunt animam partim per corpus persentiscere, nimirum videndo audiendóque: partim per se ipsam concipere atque intelligere, nusquam corporis ope vsam: ac proinde rerum alias sensibus percipi, alias animo cognosci. Quamobrem Plato dixit eos qui vniuersitatis primordia animo complecti desiderant, primum oportere seorsum per se rerum formas (ideas appellant) disiungere atque dispartire: exempli gratia, similitudinem & vnitatem, multitudinem & magnitudinem, statum & motum,

secundo

Secundo loco ipsum per se honestum, bonū & æquum, quæque eius generis sunt alia constituere. Tertiò, cernere quæ ideæ sub eandem rationem cadant: vt scientiam aut proceritatem, aut principatum: idque animo reputare, quòd nostratia cum illis gentilia sint, ac nomine conueniant, & quòd cum iis participent: verbi gratia, Æqua esse quæ cum æquo: honesta, quæ cum honesto communicēt. Inter ideas autem vnum est aliquid sempiternum, & intelligentia ipsa, omniumque affectionum vacuum: propterea dicit ideas, id est, rerum formas, existere tanquam exemplaria, cætera iis assimilari, velut earum expressa simulachra. De bono summo & ideis sic fermè Epicharmus loquitur. Num tibiæ cantillatio res quæpiam est? certè est. homo ergo cantillatio tibiæ est. Minimè gentium. Agè videam: quid verò tibicen aliquis, videtur ne tibi esse homo, an secus? Prorsus. Idem igitur sentire de bono videris, vt hoc, bonū sit, illud, res sit per se: qui dena carminum genera perdidicit, is iā bonus efficitur.

δεύτερον αὐτὸ καθ' αὐτὸ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ δίκαιον καὶ τὰ τοιαῦτα ὑποθέσθαι. τρίτον δὲ, τῶν ἰδεῶν συνιδεῖν ὅσαι περὶ ἀλλήλας εἰσὶν, οἷον ἐπιστήμην, ἢ μέγεθος, ἢ δεσποτείαν· ἐνθυμουμένους ὅτι τὰ παρ' ἡμῖν, διὰ τὸ μετέχειν ἐκείνων, ὁμώνυμα ἐκείναις ὑπάρχει. λέγω δὲ οἷον, δίκαια μὲν, ὅσα τοῦ δικαίου· καλὰ δὲ, ὅσα τοῦ καλοῦ. ἔστι δὲ τῶν εἰδῶν ἕκαστον ἀΐδιόν τε καὶ νόημα, καὶ πρὸς τούτοις ἀπαθές. διὸ καὶ φησὶν ἐν τῇ φύσει τὰς ἰδέας ἱστάναι, καθάπερ παραδείγματα· τὰ δ' ἄλλα ταύταις ἐοικέναι, τούτων ὁμοιώματα καθεστῶτα. ὁ τοίνυν Ἐπίχαρμος περί τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ περὶ τῶν ἰδεῶν οὕτω λέγει, ἆρ' ἐστὶν αὔλησις τὶ πρᾶγμα; πάνυ μὲν οὖν. ἄνθρωπος οὖν αὔλησίς ἐστιν; οὐδαμῶς. φέρ' ἴδω· τί δ', αὐλητάς τις, εἶ μέντοι δοκεῖ ἄνθρωπος, ἢ γὰρ οὔ; πάνυ μὲν οὖν. οὐκοῦν δοκεῖς οὕτως ἔχειν καὶ περὶ τἀγαθοῦ. τὸ μὲν ἀγαθὸν τὸ δὲ, πρᾶγμα εἶμεν καθ' αὑτό, ὅστις δέκα εἴδη μαθὼν τηνο, ἀγαθὸς γίγνεται οὗτος.

St. ἱστάναι

St. αὐλητάς τις εἶμεν τοι

St. τἀγαθοῦ. vel ✱ ἀγαθοῦ. 79

ὁ πλάτων Χαβρίᾳ συνεῖπε τῷ στρατηγῷ φεύγοντι θανάτου, μηδενὸς τῶν πολιτῶν τοῦτο πρᾶξαι βουληθέντος. ὅτε καὶ ἀνιόντι αὐτῷ εἰς τὴν ἀκρόπολιν σὺν τῷ Χαβρίᾳ,

Κρωβύλος

" κρωβύλος ὁ συκοφάντης ἀπαντήσας, φησὶν, ἄλλῳ συναγορεύσων ἥκεις, ἀγνοῶν ὅτι καὶ σὲ τὸ σωκράτους κώνειον ἀναμένει; ὁ δ' ἔφη, καὶ ὅτε ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐστρατευόμην, ὑπέμενον τοὺς κινδύνους, καὶ νῦν ὑπὲρ τοῦ καθήκοντος διὰ φίλον ὑπομενῶ. τοιοῦτος δ' ὤν, ὅμως ἐσκώφθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν κωμικῶν. θεόπομπος γοῦν φησίν,

Ἓν γάρ ἐστιν οὐδὲ ἕν,
Τὰ δὲ δύο μόλις ἕν ἐστιν ὥς
φησι πλάτων,

Ἀλλὰ καὶ ἀναξανδρίδης,
Ὅτε " τὰς μορίας ἔτρωγεν
ὥσπερ πλάτων.

Καὶ τίμων, παραγραμματίζων αὐτὸν,

Ὡς ἀνέπλασε πλάτων, πεπλασμένα θαύματα εἰδώς.

Ἄλεξις.

Εἰς καιρὸν ἥκεις, ὡς ἔγωγ' ἀπορουμένη
Ἄνω κάτω τε περιπατοῦσ', ὥσπερ πλάτων,
Σοφὸν οὐδὲν εὕρηκα, ἀλλὰ κοπιῶ τὰ σκέλη.

Plato Chabriam ducem capitis accusatum comitabatur, nullo id ciuium tentare auso: quo tempore inter ascendendum vnà cum illo in arcem Athenarum, quum Crobylus quadruplator illi obuiam factus, istud ingessisset: Alteri auxiliaturus venis, at nescis te quoque manere Socratis cicutam: ipse respondit, Quum pro patria militarẽ, pericula sustinui, & quidem nunc in amici gratiam, ne officium deseram, sustinere non verebor. Eiusmodi tamen vir non effugit maledicta & scommata comicorum: inter quos Theopompus,

Vnum enimuero ne vnũ quidem est,
Imò duo vix sunt vnum, quòd sentit Plato.

Præterea Anaxandrides,

Quum deuorabat oleas, vt solet Plato.

Et Timon ad nomen alludens,

Ceu finxit portenta loqui & miracula doctus
Vana Plato.

Item Alexis,

In tempore aduenis: nam consilij indiga
Sursum deorsum palor, vt Plato, obambulans:
Nec repperi sapientem lassa cruribus.

Iterum,

Ipsi tibi ignota loqueris, quin vt Plato
Vagus discurre, & quid cepe ac nitrum, scies.

καὶ πάλιν.

Λέγεις περὶ ὧν οὐκ οἶσθα, " 81
συγγνοῖς περίχων
Πλάτωνι, καὶ γνώσῃ λίτρον καὶ
κρόμμυον.

L. συγγενῶς.

Amphis in Amphicrate,

Quod nam istud sit bonum, quo tu potirier
Te posse reris propter hanc, equidem minus
Here scio, quàm Platonis quod fuerit bonum.

Ἄμφις Ἀμφικράτει,

Τὸ δ' ἀγαθὸν ὅ, τι ποτ' ἐστὶν,
οὗ σὺ τυγχάνειν
Μέλλεις διὰ ταύτην, ἧττον οἶ- 82
δα τοῦτ' ἐγὼ
Ὦ δέσποτ' ἢ τὸ τοῦ Πλάτωνος
ἀγαθόν.

Plato, quæ assecutus & animo complexus fuit, asserit, falsa refutat, de incertis definire supersedet: de iis quæ approbat, per quatuor personas sententiam suam prodit, nempe Socratem, Timæum, Atheniensem hospitem, & exterum Eleatem. Mendacium verò refellentes inducit Thrasymachum, Calliclem, Polum, & Gorgiam. Animam dicebat principium sui habere arithmeticam, corpus verò, geometriam. definiebátque animam esse formam spiritus quoquouersum distracti, & se suapte vi mouentem.

Ὁ Πλάτων περὶ μὲν ὧν κατεί-
ληφεν ἀποφαίνεται. τὸ δὲ
ψεῦδος διελέγχει. περὶ δὲ τῶν ἀ-
δήλων ἐπέχει. καὶ περὶ μὲν τῶν
αὐτῷ δοκούντων ἀποφαίνεται
διὰ τεσσάρων προσώπων,
" σωκράτους, τιμαίου. περὶ δὲ 83
τῶν ψευδῶν ἐλεγχομένους εἰ-
σάγει θρασύμαχον, καλλικλέα,
πῶλον, γοργίαν. ἔλεγε δὲ τὴν
μὲν ψυχὴν, ἀρχὴν ἔχειν ἀριθ-
μητικὴν, τὸ δὲ σῶμα, γεωμε-
τρικήν. ὡρίζετο δὲ αὐτὴν ἰ-
δέαν τοῦ πάντῃ διεστῶτος
πνεύματος· αὐτοκίνητόν τε
εἶναι.

Pyrrho, Eleus, Anaxarcho comes, cum Gymnosophistis, Indis, & Magis, consuetudinem habuit. Hic legem quandam

ΠΥΡΡΩΝ ὁ ἠ-
λεῖος, ἀναξάρχῳ συνακο-
λουθῶν, καὶ τοῖς γυμνοσοφι-
σταῖς καὶ τοῖς μάγοις συνέμι-
ξεν. οὗτος τὸ τῆς " ἀκαταληψίας 84

καὶ ἐποχῆς εἶδος εἰσήγαγε. οὐδὲν γὰρ ἔφασκεν οὔτε καλὸν οὔτε αἰσχρὸν, οὔτε δίκαιον, οὔτε ἄδικον· καὶ ὁμοίως ἐπὶ πάντων, μηδὲν εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, νόμῳ δὲ καὶ ἔθει πάντα τοὺς ἀνθρώπους πράττειν. οὐ γὰρ μᾶλλον τόδε ἢ τόδε εἶναι ἕκαστον. φασὶ δὲ αὐτὸν ἐκπατεῖν καὶ ἐρημάζειν, σπανίως ἐπιφαινόμενον τοῖς οἰκείοις. τοῦτο δὲ ποιεῖν, ἀκούσαντα Ἰνδοῦ τινὸς ὀνειδίζοντος Ἀναξάρχῳ, ὡς οὐκ ἂν ἕτερόν τινα διδάξαι οὗτος ἀγαθὸν, αὐτὸς αὐλὰς βασιλικὰς θεραπεύων. ἀεί τε εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ καταστήματι· ὥστε εἰ καί τις αὐτὸν καταλίποι μεταξὺ λέγοντα, αὑτῷ διαπεραίνειν τὸν λόγον. πολλάκις δὲ καὶ ἀπεδήμει μηδενὶ προειπὼν, καὶ συνερρέμβετο οἷς τισιν ἤθελε. καταληφθείς δέ ποτε αὑτῷ λαλῶν, καὶ ἐρωτηθεὶς τὴν αἰτίαν, ἔφη μελετᾶν χρηστὸς εἶναι. ἐν ταῖς ζητήσεσιν ὑπ' οὐδενὸς κατεφρονεῖτο, διὰ τὸ ἐξοδικῶς λέγειν καὶ πρὸς ἐρώτησιν.

& formulam, innexit incomprehensibilitatis (quam ἀκαταληψίαν vocat, *quasi nihil percipi possit*) & epoches: *quam assensionis retentionem, suspensionémve dicimus*. Negabat quidquam reuera esse honestum, vel flagitiosum, iustum vel iniustum: & consimiliter de cæteris. Homines tantummodo cuncta agere aut ex legis instituto aut ex consuetudine disserebat, nihilo enim magis hoc quàm illud esse. Prædicant, illum solere solitudines & secessus captare, raro domesticis videndum se præbendo. Idque fecisse ab eo tempore quo Indum audierat Anaxarcho exprobrantem obiicientémque, quòd alium neminem virtutem & bonum doceret, ipse aulas regum colens atque frequentans. Præterea eodem in statu habitúque persistere solitum memorant: vt etiamsi dicentem quis desereret, secum nihilominus incœptum sermonem perageret. Non raro peregrinationem suscipiebat, nemini sui instituti indicium faciens: & quibuscum vellet vnà vagabatur. Deprehensus quandoque secum loqui, caussamque interrogatus, respondit meditari secum, qua ratione vir bonus fiat, & aliis vtilis. In quæstionibus nemo despectui illum habuit, eo quòd oratione pressa & ad interrogationem accommodata responderet.

In patria tanti est habitus, vt pontifex maximus designatus fuerit: atque in eius gratiam omnibus philosophis immunitas à vectigalibus plebiscito promulgata est. Piè vixit & cum sorore obstetricante: Idem in forum deferebat venum auiculas, si ita res ferebat, & porcellos. Vtensilia domus promiscuè tergebat atque mundabat. Commotior in sororem, cui Philistę nomen erat, ob id reprehensus ab alio, dixit, In muliercula non esse edendum specimen adiaphoriæ & indifferentiæ. Irruente olim in eum cane exterritus, ad culpantem dixisse memoratur, Quàm difficile est hominem penitus exuere. contendendum tamen est primùm, quàm fieri potest maximè operibus, si id nequeat, saltem ratione.

οὕτω δ' ὑπὸ τῆς πατρίδος ἐτιμήθη, ὥστε καὶ ἀρχιερεὺς κατέστη, καὶ δι' ἐκεῖνον πᾶσι τοῖς φιλοσόφοις ἀτέλεια ἐψηφίσθη. Εὐσεβῶς καὶ τῇ ἀδελφῇ συνεβίω "μαιευομένῃ" καὶ φέρων 85. 86 εἰς τὴν "ἀγορὰν, ἐπιπράσκεν, ὀρνίθια εἰ τύχοι καὶ χοιρίδια. καὶ τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐκάθαιρεν ἀδιαφόρως. καὶ χολήσας τι περὶ τῆς ἀδελφῆς, St. ἀδελφῆς (Φιλίστα ἐκαλεῖτο) πρὸς δὲ τὸν Φιλίστα ἐκαλεῖτο· πρὸς δὲ τὸν λαβόμενον, εἰπεῖν "ὡς οὐκ ἐν γυναίῳ ἐπίδειξις τῆς ἀδιαφορίας. καὶ κυνός ποτε ἐπενεχθέντος 87 8 "διασοβηθέντος, εἰπεῖν πρὸς τὸν αἰτιασάμενον ὡς χαλεπὸν εἴη ὁλοσχερῶς ἐκδῦναι τὸν ἄνθρωπον. διαγωνίζεσθαι δ' ὡς οἷόν τε πρῶτον μὲν τοῖς ἔργοις πρὸς τὰ πράγματα, εἰ δὲ μή, τῷ γε λόγῳ.

Potamon. Potamonem Ditylenæum rhetorem, patrium solum repetentem, Tiberius Cæsar huiusmodi literis viatici loco instructum dimisit, Potamonem Lesbonactis Filivm Si qvis Offendere Avt Incommodare Avsvs Fverit, Consideret Secvm Ille An Mecvm Svscipere Bellvm Valeat.

ΠΟΤΑΜΩΝΑ, τὸν μιτυληναῖον, ῥήτορα, εἰς τὴν πατρίδα ἐπανιόντα ποτὲ, ὁ Καῖσαρ Τιβέριος τοιούτοις ἐφωδίαζε χρήμασι, ΠΟΤΑΜΩΝΑ ΤΟΝ ΛΕΣΒΩΝΑΚΤΟΣ ΕἸ ΤΙΣ ἈΔΙΚΕΙ͂Ν ΤΟΛΜΗ͂ΣΟΙ, St. τολμή- ΣΚΕΨΑΣΘΩ ΕἸ ΜΟΙ ΔΥΝΗΣΕΤΑΙ ΠΟΛΕΜΕΙ͂Ν.

Σ

ΣΙΒΥΛΛΑ, ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστὶν, ἑρμηνευομένη προφῆτις. ὅθεν καὶ θήλειαι μάντιδες ἑνὶ ὀνόματι σίβυλλαι ὠνομάζοντο. γεγόνασι δὲ σίβυλλαι δέκα. ὧν πρώτη ἡ χαλδαία, ἡ περὶ χριστοῦ προφητεύσασα. εἰ δὲ οἱ στίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς εὑρίσκονται καὶ ἄμετροι, οὐκ αὐτῆς ἡ αἰτία, ἀλλὰ τῶν ταχυγράφων, ἀσυμφθασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου· ἅμα γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ ἐπέπαυτο ἡ τῶν λεγομένων μνήμη.

ΣΤΗΣΙΧΟΡΟΣ ὁ λυρικὸς, γράψας ψόγον Ἑλένης, ἐτυφλώθη· πάλιν δὲ γράψας Ἑλένης ἐγκώμιον, ἀνέβλεψε. ἐκλήθη δὲ στησίχορος ὡς πρῶτος ἐν κιθαρῳδίᾳ στήσας χορόν· πρότερον γὰρ Τισίας ἐλέγετο.

ΣΑΠΦΩ ἡ λεσβία δι' ἔρωτα φάωνος τοῦ μιτυληναίου ἐκ τοῦ λευκάτα κατεπόντισεν ἑαυτήν.

ΣΟΦΟΚΛΗΣ ὁ τραγικὸς μέλιττα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἡδύ.

S

SIBYLLA, Romana vox est, fatidicam mulierem significans: vnde vaticinæ fœminæ vno nomine Sibyllæ vocantur. decem autem numero fuere: quarum prima, Chaldæa, de Christo vaticinata est. Cuius si versus aliquot imperfecti & metricis legibus parum constantes inueniantur, non ipsius id culpa, sed notariorum vitio accidit, qui vim ac flumen verborum calamo assequi nequiuerunt: quòd simul cum cessante inspiratu, dictorum memoria intercideret atque moreretur.

STESICHORVS, Lyricus, quum scripsisset Helenæ vituperium, luminibus orbatus fuit: recepto visu postquam recantasset, edito Helenæ encomio. Nomen autem Stesichori accepit, quòd primus chorum statuerit in cantu ad citharam: dictus antea Tisias.

SAPPHO, Lesbia, amore Phaonis Mitylenæi ardens, de Leucate promontorio in mare præcipitem dedit.

SOPHOCLES tragicus, Apis cognominatus fuit, ob carminis suauitatē.

SOPHRON, Syracusius, Agathoclis F. scripsit oratione soluta, sed Dorica dialecto, Mimos masculos & muliebres: quos Platonem semper in manibus habuisse ferunt, illisque etiam indormire suetum.

ΣΩΦΡΩΝ συρρακούσιος, ἀγαθοκλέους, ἔγραφε καταλογάδην δωρίδι διαλέκτῳ, μίμους ἀνδρείους καὶ γυναικείους. καὶ φασὶ πλάτωνα τὸν φιλόσοφον ἀεὶ ἐντυγχάνειν αὐτοῖς, ὡς καὶ καθεύδειν ἐπ' αὐτῶν ἔσθ' ὅτε.

STILPON, Megarensis, inuentionis gratia & argutiis in tantum superauit cæteros, vt omnis tantumnon Græcia coniectis in eum oculis intenta Megarisare cœperit. Auellit itaque ab illis multos discipulos: præterea Diphilum Bosphorianum, & Myrmecem Exæneti F. ad se venientes arguendi gratia, affectatores habuit. Excepit eum benignè Ptolemæus, cognomento Seruator: qui Megaris potitus & pecuniam illi dedit, & vt secum in Ægyptum nauigaret, hortatus est. At ille exiguum quid pecuniolæ admisit: itérque abnuens, in Æginam tantisper concessit donec ille regnum repetisset. Quin & Demetrius, Antigoni F. occupatis Megaris, & ædificium ipsius ab iniuria conseruari, & facultates iam antè direptas restitui

ΣΤΙΛΠΩΝ ὁ μεγαρεὺς τοσοῦτον εὑρησιλογίᾳ καὶ σοφιστείᾳ προῆγε τοὺς ἄλλους, ὥστε μικροῦ δεῆσαι πᾶσαν τὴν ἑλλάδα ἀφορῶσαν εἰς αὐτὸν, μετρίσαι. ἀπέσπασε μὲν οὖν καὶ ἄλλους πολλοὺς, δίφιλον δὲ τὸν βοσπορειανὸν καὶ μύρμηκα τὸν ἐξαινέτου διαλεγομένους ὡς ἐλέγξοντας, ζηλωτὰς ἔσχε. τοῦτον ἀπεδέχετο καὶ πτολεμαῖος ὁ σωτὴρ καὶ ἐγκρατὴς μεγάρων γενόμενος, ἐδίδου τε ἀργύριον αὐτῷ καὶ παρεκάλει εἰς αἴγυπτον συμπλεῖν. ὁ δὲ, μέτριον μέν τι τἀργυρίου προσήκατο. ἀρνησάμενος δὲ τὴν ὁδὸν, μετῆλθεν εἰς αἴγιναν, ἕως ἐκεῖνος ἀπέπλευσεν. ἀλλὰ καὶ δημήτριος ὁ ἀντιγόνου, καταλαβὼν τὰ μέγαρα, τήν τε οἰκίαν αὐτοῦ φυλαχθῆναι, καὶ πάντα τὰ ἁρπασθέντα προυνόησεν ἀ-

L. & alij Στίλπων.

St. μεγαρίσαι.

προσδοθῆναι. ὅτε καὶ βουλομένῳ παρ' αὐτοῦ τὴν ἀπολωλότων ἀναγραφὴν λαβεῖν, ἔφη μηδὲν τῶν ἰδίων ἀπολωλεκέναι. παιδείαν γὰρ μηδένα ἐξενηνοχέναι· τόν τε λόγον ἔχειν καὶ τὴν ἐπιστήμην. καὶ αὐτῷ διαλεχθεὶς περὶ ἀνθρώπων εὐεργεσίας οὕτως εἷλεν, ὥστε προσέχειν αὐτῷ. ἦν δ' ἀληθῶς χαριέστατος, καὶ ἀφελὴς, καὶ ἀνεπίπλαστος, πρός τε τὸν ἰδιώτην εὔθετος· οὗτος ἰδὼν τὸν

89 Κράτητα χειμῶνι συγκεκαλυμμένον, ὦ Κράτης, εἶπε, δοκεῖς μοι χρείαν ἔχειν ἱματίου καινοῦ. ὅπερ ἦν νοῦ καὶ ἱματίου.

Extat Iliad. θ.

Καὶ ὃς παρῳδήσας, εἶπεν εἰς αὐτὸν οὕτω,

> Καὶ μὴν Στίλπων' ἐσεῖδον χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα
> Ἐν μεγάροις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς·
> Ἔνθ' ἐρίζεσκε, πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι,
> Τὴν δ' ἀρετὴν παρὰ γράμμα διώκοντες κατέτριβον.

90 οὗτος ὁ Στίλπων γηράσας, καὶ νοσήσας, οἶνον προσηνέγκατο, ὡς τάχιον ἀποθάνῃ· ὃ καὶ γέγονεν. οὗτος ἀνῄρει τὰ εἴδη· καὶ ἔλεγε τὸν λέγοντα ἄνθρωπον εἶναι μηδένα· οὔτε γὰρ τόνδε λέγειν, οὔτε τόνδε.

curauit. Quando poscenti tabulas amissæ substantiæ indices regi respondit, nihil sibi priuatæ rei perisse, quando nemo ademerit sibi doctrinam, & eloquentiam scientiámque reliquas habeat. Itaque de beneficentia disserens, quæ à mortalibus præstari possit, ita regem cepit atque demulsit, vt ab eo totus penderet. Fuit reuera festiuus, simplex, simulationis nescius, & rudibus accommodatus. Hic videns Cratetem hyeme amictu obnuptum, Videris, inquit, mihi Crates nouo opus habere indumento: nimirum mente & veste. In quem mox Crates parodia Homerica ita lusit:

> *Vidi equidem Megaris Stilponem infanda ferentem,*
> *Fama vbi centimanum cepisse Typhoea sedes.*
> *Ille agitat lites: circum illum densa caterua*
> *Virtutem contra hac actoris scripta terebat.*

Porò Stilpon, senio confectus, morbóque implicitus, vinum poscit, quò mors acceleraretur: quod & euenit. Hic tollebat species: aiebátque, qui diceret hominē esse neminē: neq; enim de hoc loqui, aut de illo.

cur enim potius de hoc, quàm de illo? neque igitur de hoc: rursus, Olus quod digito monstratur, non est: fuit enim ante millenos annos olus, non est igitur hoc olus.

Τί γὰρ μᾶλλον τόνδε ἢ τόνδε; οὔτε ἄρα τόνδε. καὶ πάλιν, τὸ λάχανον οὐκ ἔστι τὸ δεικνύμενον· λάχανον γὰρ ἦν πρὸ μυρίων ἐτῶν, οὐκ ἄρα ἐστὶ τοῦτο λάχανον.

T

TIMAEVS Tauromenita dictus fuit conuitio, Anus collectrix: eò quòd triuialia conscriberet, velut anilia fabulamenta.

TIMOLAVS Larissæus rhetor congeminauit Iliadem, versum semper versui subiiciens, hoc modo,

Iram diua mihi Pelida suggere Achillis,
Quam Chryse ob natam sumpsit (cui iniuria facta)
Letalem, quæ mille malis inuoluit Achiuos,
Pugnantes, dum bella cient ductore carentes,
Heroúmque animam fortes demisit ad orcum,
Hectoreis manibus quos hausit missile ferrum.

TRIBONIANVS, Iustiniano imperatori adulans, ei persuasit non moriturum ipsum, sed vnà cum corpore raptum cœlo immigraturum. erat autem paganus & impius.

T

ΤΙΜΑΙΟΣ ὁ Ταυρομενίτης γραοσυλλέκτρια ἐκλήθη διὰ τὸ τὰ τυχόντα ἀναγράφειν.

ΤΙΜΟΛΑΟΣ ὁ Λαρισσαῖος ῥήτωρ ἐδιπλασίασε τὴν Ἰλιάδα παρεμβαλὼν στίχον παρὰ στίχον. ἔχει δὲ οὕτως,

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
Ἣν ἔθετο Χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης,
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκεν
Μαρναμένοις, ὅτι ἡρώων ἄτερ πολέμιζον ἄνακτος·
Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί.

ΤΡΙΒΩΝΙΑΝΟΣ, κολακεύων Ἰουστινιανὸν βασιλέα, ἔπειθεν αὐτὸν ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλὰ μετὰ σαρκὸς εἰς οὐρανὸν ἁρπαγήσεται. ἦν δὲ ὁ Τριβωνιανὸς, Ἕλλην καὶ ἄθεος.

ΤΥΡΤΑΙΟΝ φασὶ τὸν ἐλεγειοποιὸν τοῖς μέλεσι χρησάμενον, ὅτε Λακεδαιμόνιοι Μεσσηνίοις ἐπολέμουν, παρεστρωκέναι Λακεδαιμονίους καὶ ταύτῃ ἐπικρατεστέρους ποιῆσαι.

TYRTAEVS. Tyrtæum, elegiacum poetam carminibus Lacedæmonios (quo tempore cum Messeniis bellum gerebant) animasse, eaque ratione victoriam illis peperisse proditum est.

ΤΥΡΑΝΝΙΩΝ ὁ ἐμισηνὸς, Θεόφραστος πρὶν καλούμενος, μετεκλήθη Τυραννίων, ὡς κατατρέχων τῶν 90 ὁμοσχόλων· "οὗτος αἰχμάλωτος ὑπὸ Λουκούλλου ληφθεὶς, καὶ πλούσιος ἐν Ῥώμῃ γενόμενος, ἐκτήσατο "βιβλίων ὑπὲρ τὰς τρεῖς μυριάδας.

TYRANNION Emisenus, prius Theophrastus, [*ab eloquij diuinitate*:] posterius Tyrannion mutato nomine dictus est: quòd æquales qui in eodem secum ludo erudiebantur, vexaret molestaretque. Captus fuit à Lucullo, Romæque in magnis diuitiis viuens possedit supra tres librorum myriadas.

Υ

ΥΠΑΤΙΑ, ἡ Θέωνος θυγάτηρ τοῦ Ἀλεξανδρέως φιλοσόφου, καὶ αὐτὴ φιλόσοφος, διεσπάσθη ὑπὸ τῶν Ἀλεξανδρέων, καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς ἐνυβρισθὲν, 91 "καθ' ὅλης τῆς πόλεως διεσπάρη. τοῦτο δὲ πέπονθε, 92 "διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν σοφίαν, καὶ μάλιστα εἰς τὰ περὶ ἀστρονομίας.

Y

HYPATIA, Theonis Alexandrini philosophi filia, ab Alexandrinis diuulsa ac discerpta est. cadauer ludibrio iactatum per totam vrbem frustatim disparatum ac sparsum fuit. quod illi accidit ex inuidia orta ob eximiam peritiam rerum præsertim Astronomicarum.

Φ

ΦΑΙΔΩΝ, Ἠλεῖος, ὁ Σωκράτους μαθητὴς, αἰχμάλωτος ὑπὸ Ἰνδῶν ληφθεὶς, εἶτα πραθεὶς πορνοβοσκῷ τινὶ,

Φ

PHAEDON, Eleus, Socratis auditor, ab Indis captus, ac lenoni venundatus,

ab eo prostitutus Athenis fuit ad stuprum. Is fortè in Socratem incidens, publicè profitentem, disputationibus illius mirè affici cœpit: petiítque obnixè vt redimeretur. Itaque Alcibiadem flexit Socrates, qui eũ mercaretur. quo facto iam inde philosophari incepit. AVspicatus est Eliacam sectã, à se nomen adeptã: quæ postea à Menedemo Eretriẽsi Eretriaca appellata fuit.

PHERECYDES Syrius (est autem Syra è Cycladibus insulis vna) nullo vsus fuisse magistro, suóque marte profecisse dicitur, postquam apocrypha & arcana Phœnicum commentaria nactus fuerat. Hic primus opinionem de animorum transmigratione inuexit. absumptus autem fuit à pediculis.

PHILEMON, Syracusanus, nimio risu extinctus fuit: & Philistiõ Nicæensis, de quo extat epigramma,

Mortalium ærumnosam vitam miscuit

Risu Philistion, Nicæa quem edidit.

Hic scripsit Cachinnatorem.

προέστη ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἑταίρησιν ἐν ἀθήναις. ἐντυχὼν δὲ σωκράτει ἐξηγουμένῳ, ἠράσθη τῶν λόγων αὐτοῦ, καὶ αἰτεῖ λύσασθαι. ὁ δὲ πείθει ἀλκιβιάδην πρίασθαι αὐτόν· καὶ ἦν τὸ ἐντεῦθεν φιλόσοφος. οὗτος ἦρξε τῆς ἀπ' αὐτοῦ κληθείσης ἠλειακῆς αἱρέσεως· ἥτις ὕστερον ὑπὸ μενεδήμου τοῦ ἐρετριέως ἐρετρικὴ προσηγορεύθη.

ΦΕΡΕΚΥΔΗΝ τὸν σύριον, (ἔστι δὲ μία τῶν κυκλάδων νήσων ἡ σύρα) φασὶν οὐ σχεῖν διδάσκαλον, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀσκῆσαι, κτησάμενον τὰ φοινίκων ἀπόκρυφα βιβλία. οὗτος πρῶτος τὸν περὶ μετεμψυχώσεως λόγον εἰσηγήσατο. γέγονε δὲ φθειρόβρωτος.

ΦΙΛΗΜΩΝ ὁ συρακούσιος ὑπὸ σφοδροῦ γέλωτος ἐτελεύτησεν, ὡς δὲ καὶ φιλιστίων ὁ νικαεύς. εἰς ὃν καὶ ἔστι τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα. Steph. δη καὶ

Ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον

Γέλωτι μίξας νικαεὺς φιλιστίων.

ΟΥΤΟΣ ἔγραψε τὸν φιλόγελων.

Φιλίσκον τὸν μιλήσιον, ῥήτορα, πρότερον αὐλητὴν ὄντα παραδοξότατον, Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ αὐλοτρύπην ἐκάλει.

PHILISCVS, Milesius, rhetor, antea clarus artis gloria tibicen: quem Isocrates orator tibiarum foratorem nuncupabat.

ΦΙΛΗΤΑΣ ὁ κῷος, ἰσχνωθεὶς ἐκ τοῦ ζητεῖν τὸν καλούμενον ψευδόμενον λόγον, ἀπέθανε.

PHILETAS, Cous, præ macilentia vitam finiit, dum fallacem, quam vocant, ratiocinationem exquirere studet.

ΦΙΛΩΝ ὁ ἑβραῖος τοσαύτην πρὸς πλάτωνα ὁμοιότητα ἔσχε, κατά τε φράσιν καὶ διάνοιαν, ὡς καὶ εἰς παροιμίαν παρ᾽ ἕλλησι τοῦτο χωρῆσαι, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει.

PHILON, Hebræus, tantam cum Platone & ingenio & scriptis affinitatem habuit, vt in prouerbium abierit apud Græcos, Aut Plato Philonisat, aut Philo Platonisat.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΣ ὁ λήμνιος, ὁ τὰς εἰκόνας γράψας, υἱὸς ἦν τοῦ πρώτου σοφιστοῦ φιλοστράτου λημνίου. οὗτος ὁ δεύτερος ἐσοφίστευσεν ἐν ἀθήναις, εἶτα ἐν ῥώμῃ, ἐπὶ σεβήρου τοῦ βασιλέως.

PHILOSTRATVS, Lemnius, qui de imaginibus librum scripsit, filius fuit primi sophistæ Philostrati Lemnij. Docuit Athenis postea, Romæ imperante Seuero.

Χ

ΧΟΙΡΙΛΛΟΣ σάμιος ποιητὴς ἔγραψε τὴν ἀθηναίων νίκην κατὰ ξέρξου. ἐφ᾽ οὗ ποιήματος κατὰ στίχον στατῆρα χρυσοῦν ἔλαβε· καὶ σὺν τοῖς ὁμήρου ἀναγινώσκεσθαι ἐψηφίσθη.

X

CHOERILLVS, Samius poeta, scripsit Atheniensium victoriam de Xerxe: pro cuius poematis singulis versibus aureum staterem dono accepit: decretúmque senatusconsulto vt cum Homericis scriptis simul legeretur.

ΧΡΥΣΙΠΠΟΝ τὸν φιλόσοφον αἰτιῶνταί τινες,

CHRYSIPPVS. Chrysippum philosophum criminantur nonnulli, quòd

præuidisse animo se dixerit, qua ratione sapienti quæstus sit faciendus, & qua de causa instituendus. Nam si in vitæ gratiam id fiat, vitam ait esse in mediis habendam: sin vt voluptati seruiatur, ipsam quoque eodem in numero habendam: at si propter virtutem, hanc abundè per se instructam opibus ad vitam beatè peragendam. Sunt autem (vt dicunt) ridiculi modi quæstus eiusmodi: qui si à rege proficiscatur, cedendum illi necessariò fuerit: si ab amicitia, venalis ea fuerit, accepto munere: sin à sapientia, hæc quoque mercenaria fuerit. Hunc ad philosophiã accessisse perhibent, postquam in fiscum regis tota paterna substantia diffluxisset.

προνοεῖν λέγοντα ὅπως ποριστέον τῷ σοφῷ. φασὶ γὰρ, τίνος χάριν ποριστέον αὐτῷ; εἰ μὲν γὰρ τοῦ ζῆν ἕνεκα, ἀδιάφορον τὸ ζῆν· εἰ δὲ ἡδονῆς, καὶ αὐτὸ ἀδιάφορον· εἰ δὲ τῆς ἀρετῆς, αὐτάρκης αὐτὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. καταγέλαστοι δὲ (φασὶ) καὶ οἱ τρόποι τοῦ πορισμοῦ, οἷον οἱ ἀπὸ βασιλέως, εἴκειν γὰρ αὐτῷ δεήσει· καὶ οἱ ἀπὸ φιλίας· λήμματος γὰρ ὠνιος ἡ φιλία ἔσται, καὶ οἱ ἀπὸ σοφίας· μισθαρνήσει γὰρ ἡ σοφία. τοῦτον δὲ χρύσιππον φασὶν " ἦξεν St. ᾖξεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, τῆς οὐσίας αὐτοῦ τῆς πατρῴας εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληφθείσης.

HADRIANI IVNII
ANNOTATIONES ET Castigationes in Hesychium.

1 Ἀττῶ καὶ σῖτον, καὶ ἴτον. Hoc postremum in Laertio addendum est inserendúmque suo loco: quando integram lectionem agnouerit & interpres.

2 ἀργυραμήτῳ. Scribendum ἀργυραμήτῳ.

3 φιλονικότατος ἦν, Ἐλεγξῖνος. Duplici mendo liberandus est Laertij codex, in φιλονεικότατος, & Ἀλεξῖνος. non enim victoriæ studiosum fuisse indicare voluit, sed ob contentionis studium (quæ νεῖκος dicitur) cognomen accepisse ἐλεγξῖνος, hoc est hominis carpendi & reprehendendi morbo laborantis. Veræ itaque & germanæ lectionis fontes aperuit Milesius.

4 περιέπεσε πως. Laertij codex legit περιεπείρετο. Pro Ἀλφέου verò scribe Ἀλφειῷ. Id fluuij Elidis nomen est, vbi Alexinus ludum aperuerat.

5 Γεγράφθαι, Laertij liber ὑπογεγράφθαι.

6 Ἀνθῶν. Non dubium est quin ἀγαθῶν reponi debeat.

7 ξενικὴν. In Laertio leges ἐρωτικήν. Ego vtrumque codicem vitium habere suspicor, vnóque cataplasmate sanari posse reor, si huic auctori ἐρωτικὴν adiicias, Laertio ξενικήν. hoc pacto reparata lectione, ἦν συγγενικὴν, τὴν δ' ἐρωτικὴν, τὴν δὲ ξενικήν. Tria enim amicitiæ genera esse statuit Aristoteles. vnã quæ ex propinqua cognatione & consanguinitatis iure accedat: alteram, quam amoris vis conciliet: & tertiam, sanctissimo hospitij iure celebratam.

8 ἀνέχειν, Magis placet Laertiana scriptura περιέχειν.

9 ἀπιθώτατος, Plenius est apud Laertium ἀπιθολογώτατος.

10 κυκλοφορητικῶ. illic legas κυκλοφορικῶ.

11 θέρμας. Vitiose scriptum est pro ὁ ἑρμῆς.

12 Leuiora erant vitia, ἀπεδείκνυ pro ἀπεδείκνυε, δεομένης pro δεομένῳ, & αὐταρκῶς pro αὐταρκῆ.

13 Pro περὶ πλείον restitue πλείονος.

14 Pro ἀστραγαλωτῇ, quod aduerbiali formula scriptum hic legas, ego puto rectius legendum ἀστραγαλωτῇ, subaudiendo μάστιγι: vt allusserit ad Cratetis comici dictũ, ex fabula cui ἑορταῖς nomẽ. sic scutica astragalis iũctis innodata dicebatur, vt ex Polluce testatur Eustathius: qua flagellari solebãt in matris deorum templis Galli eius deæ ministri, si quippiã deliquissent: vt ex Plutarcho aduersus Colotẽ adnotatum à me olim est in Animaduersorũ libris. Quod haud dubiè respexit Arcesilaus, cohibendam esse & castigandam ad exemplũ Gallorum Cybeles, proteruiam insolentius se gerentis adolescẽtis, & quidem effœminati, innuere volens. Quod verò proximè sequitur apophthegma, Laertij interpres non intellexit, qui illud τὸν αὐτὸν ἔχοντα περαίνειν, conuertit ita, *vitiosè concludens*, quũ περαίνειν sit quod Martialis *præscindi* dixit, nos cũ Sallustio, *muliebria pati*.

15 ἀποτετοσμωτος. Hæc scriptura rectè habet, ex qua repurgandus est Laertij codex, qui malè legit, ἐκ ἀπονενοημένως, ἐκ ἀπήντησεν, pro ἀποτετορευμένως ἐκ ἀπήντησεν.

16 ἑτέρας. Pro ἑτέρας restitui ἑταίρας. Pro ἀδρεκαχίας autem restitue ἀνεξικακίας.

17 περὶ αντιζα. Versus ita emẽdandus γλαῦκα περὶ ἀντίζας. Lego item ὅθεν ἐνεγκὼν ὄχλῳ ἀρέσκεις, aut vna voce, ὀχλαρέσκεις. quum antea legeretur ὅθ' ἐνεγκὼν ταχα ὄχλῳ ἀρέσκ' εις.

18 Pro στραγοῦν reposui στρατηγοῦν.

19 ὑπ' ἐμοῦ ἐνδείξόμενον. Vitiosa lectio & improba: quæ ex Laertio restituenda est ita, ὑπ' ἐμοῦ διαγωνιζόμενον.

20 ἔφησεν ἡ σκύθισσα. Lege ἔφυσεν ἡ σκυθὶς αἶα. & mox pro ὄντες, ὄντως legit Laertij codex. vtraque lectio constat.

21 ὄνησω. Scribendum est ὄνησιν. & paulo post θρυλήμασι pro θυλήμασι, & ἔδαφος, pro ἔδος, & ἤλιτον pro ἄλιτον. Porro ex hoc auctore emẽdari potest Laertianus codex, qui legit ὤμωμος, quum

legi debeat εὔμαρις. & θήρῳ pro quo scribe θύρῳ· vt & ἄπιστα μᾶλλον, pro ἢ μᾶλλον.

22 ὁ τλυκπαστλεμβις ἄνθραξ, Siue, vt apud Laertium est, ὅτ' ἦν ἅπας ὁ λέμβος ἄνθραξ. quod interpres ita vertit, *quum lembus erat carbo totus*. Quid autem sibi velit hoc siue adagij siue scommatis, ad eos relegandum puto qui soli exorienti somnia sua narrare sunt soliti. Verùm totum hoc epigramma integritati suæ restitutum in versione nostra oculis subiecimus. secundum quam formulam Laertij codex repurgandus quoque venit. Est autem Carmen istud à Mario Plotio vetusto grammatico. Comicum tetrametrũ catalecticum nominatum. cuius exempla hæc profert,

Ἀκαρις ἐστὶ φθόνος. [illegible] ...τουμπα [illegible].

Indormis cunctis omnium cubilibus malignus.

At Marius Seruius Honoratus idem vocat Aristophanium alterum, dicitque constare tetrametro catalectico: addens hoc exemplum, quod in excusis codicibus desideratur, substituto altero notho, *Portum petamus, aura cessat, vela solue malo*.

Dedita verò opera in his prolixior fui, vt metri legem reuocarem è duobus veteribus grammaticis, altero adhuc ignoto, altero mirè lacero. Hephæstionis scholia adducunt istud,

Εἰ μοι γένοιτο παρθένος καλὴ τε καὶ τέρεινα.

23 αὐτὸς ὁ μὲν μόρ. Hemistichij postrema pars est, cum sequente pentametro. Hoc adnotasse libuit, quòd nec qui Laertium Græce excudit, nec qui Latij iure donauit, id obseruasse videantur. In iambicis verò Græcis malè legebatur ξενίρκασιν, & λύσαι, pro λύσαι.

24 λαμπετώ. Dedita opera adieci *à nitore formæ*: tametsi sciam scorti speciosi fuisse nomen è Samo: quam amasiam habuisse Phalereum auctoritate Dayllì refert Athenæus: eandémque & [illegible] aliàs ab ipso dictam ob palpebrarum decorem.

25 [illegible]. Hic locus plurimum lucis adfert Laertio, qui solummodo cognominis rationem adducit, ab iniuriola Iunoni facta, διὰ τὸ ἀδικῆσαί τι δοκεῖν περὶ τὴν Ἥραν.

26 ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς Δαμάσω. Ita noster habet Laertius, [illegible]. vt Damasus fratris nomen fuerit, quicum facultates ex hereditate relictas partitus sit.

27. δι' ὧν καὶ ἀσειφορῶν. Lege ἀπὸ τῶν καί.

28. Οὐ τὴν αὐτὴν ἄγιαν, restitue ἄγιαν participium.

29 ἐξειδέξατο, Suidas & Laertius. ἐξηγήσατο.

30 παρατεθομένη Turbatus. at Suidas legit τυραννομένη, hoc est, *subactus & obsessus*.

31 καθιδύμαι Est à verbo καθίζομαι. Laertij interpres legisse videtur κατίδομαι, vel κατιδύμαι. vertit enim *consumor atque deficio*.

32 διὰ χυλῶν. Athenæus, Epicuri verba non semel citans, constante vbique in excusis libris scriptura, διὰ χειλῶν legit, vt sit, *Voluptates quæ per labra ministrantur*, aut *de quibus labra indicant*: Illud verò, ἔχω τί νοῆσαι, idē in Dipnosoph. septimo citat semel atque iterū, οὐ δύναμαι νοῆσαι sententiā quàm verba, vti reor magis appendens.

33 ὥστε μοι. In Laertio legitur μοί. Locus est insignioris mēdæ mihi suspectus: quem ita legendum existimo, vt rei veritatem secutus conuerti. ὥστε μὴ οἱ λοιδορεῖσθαι καὶ μὴ ἀποκαλεῖν διδάσκαλον. nam Epicurus, quò videretur à seipso doctus, Nausiphanis (cuius discipulus fuerat) famæ derogabat, eúmque non agnoscebat præceptorem, magnam cum eo simultatē gerens. Itaque in epistola quadam ad Mitylenæos philosophos refert eū ita scripsisse Sextus Empiricus in hęc verba, *Arbitror suspiriosos illos opinatúros me Pulmonis discipulū: qui vna cū temulentis aliquot & crapula addictis adolescentulis eum audierim*. Pulmonem vocat Nausiphanem, vt nullo præditum sensu vel potius tumidū & gloriosum discipulum [illegible] ro.

34 πόρνον (ho est, scortum masculum,) non πόρνην, lego. Istud codici Laertij typis excuso adiiciendum est: quandoquidem eius interpres ex vetusto exemplari legisse ita videatur.

35 φαρμακοπώλην. Scribe φαρμακοπωλεῖν

36 μιμητήν. Imitatorem & aliorum nimium sonat. Laertius habet κυκητήν quod magis probarim: & *turbatorem* significat potius quàm *merobibum*, vt vertit interpres.

37 λημόκριτον. Interpres viciniùs ad primigenium nomen, Lemocritū, siue Λημόκριτον, legit: eíque lectioni faueo, vt sit cōposita vox à λήμη, quę gramiā oculorum, lippitudinis parentem, sonat. Quis nō nouit lemas philosophis probri loco à Comicis obiectari solitas, tum ob lippos oculos è studio natos, tum ob cęcutientam in rebus? eóque legi potest Erasmi adagium Saturniæ lemę. Quo lepidissimè vsus est Gregorius Palama Thessalonicensis: apud quem anima cum corpore in ius descēdens, post enumerata quæ sibi accidant mala, αὐτὴ δ' ἐγώ, inquit, κρονικαῖς λήμαις ἐπισκοτοῦμαι hoc est, *Ipsa ego Saturniis lemis*, (aut si mauis, *temporariis lemis*) *obtenebresco, nihilque acutius exaudire queo*. vt κρονικαὶ λῆμαι sint senectutis vitia, quæ tempus & senium secum adfert.

38 σαπίδωρον, Malim σαρίδωρον, vt interpres legit: vt sit σαινίδωρος, ὁ σαίνων τὰ δῶρα, (qui canis more adulетur, & muneribus inhiet) potiùs quàm ὁ σαίνων τοῖς δώροις, qui donis hominum beneuolentiam captet, quod in Lexicis legas. Diuersa

sonat Laertii lectio vulgata, σαννίδωρον, obscœniore fortassis sensu, ἀλλ' τὸ σαννίον ἀπορρεῖσθαι.

39 ἐξῆλυ. Malè, restitue ἐξῆλυ.

40 καὶ τὸ ἐπελθόν. Malim Laertii scripturam sequi, quę habet, τοῦ μὴ ἐπελθεῖν. quamuis priori lectioni astipulari magis videatur Sambucus noster in Latino Laertio, vt margini adiecta adnotatio ostendit. Hęc autem particula rationem reddit (quātum ego cōiectura assequi possum) cur in scriptis suis eadem iterauerit atq; identidem inculcarit Chrysippus, nimirum quòd oblitus in tanto scriptorum numero ea prodidisse, fugiēte memoria, iterum & sępius materiā eandem tractauerit. Siquis tamen alteram illam lectionem magis vrgeat, non repugno: at tum vertendum ita fuerit, *eadem scriptis prodiderit, & quicquid in mentem illi venerat.*

41 ἦξαι. Legas & αἶξαι apud Laertium, scriptura non pœnitenda, qua etiā alio loco vtitur.

42 ὕστατος αὖ φυσικῶν καὶ κύντατος. In Laertio est οὐ φυσικός, & interpres loco κυντατος, restituit ὕστατος. illud verò emenda apud Laertium, ἀναγωγόστατος pro ἀναγωγότατος.

43 πρῶτος, Apud Diogenem variat lectio horum versuū nōnihil. illic enim inuenias scriptū οἶνον pro πρῶτος & in proximi versus initio θερμὴν vice χαλκὴν: nullo sententia detrimento, nisi quòd finis eiusdem hîc claudicat mutilus & corruptus: quem ex Laertio ita persanes,

Ἐς σίφλον γὰρ ἐσῆλυθε καὶ τὸ ἄκρατον

Ἔσπασεν· εἶτ' ἀΐδην ψυχρὸν ἐπεσπάσατο.

44 ἄκρον ἰατρόν. Elegii istius gratia nullo verborū Latinorum ornatu aptè exprimi potest, ob vocem ἄκρον, quæ celebrem & summū notat: quę singulis vocibus epitheti vicem pręstat: & Acroni medico, & Acragāti (sic enim eam vrbem vocat Virgilius poeta, quam cęteri Agrigentum) nomen dedit.

45 Ἐρασθήσεσθαι ὁ σοφός. Passiuè vertēdum existimo, quod interpres agēdi formula reddidit, *vt sapiens amaret*: quum ille qui in deliciis erat catamitus, (ita καλὸν Lucianus & alii vocant) vice dicterii in sapientiæ amatores illud distrinxerit: sibi non videri quòd sapiens in amorib. esset, propterea quòd austeritate vitæ & grauioris disciplinæ seueritate ab amoribus auersus sit. Cui scommati appositè occurrit philosophus, respondens, formosulis illis nihil inueniri posse calamitosius, nisi sapientiā professi in amore essent, seu amarentur: eo quod docēdo iuuentutem viā virtutis, grati sint, amorémque sibi omnium concilient. Desideratur autem extrema responsi pars, in Laertii codice isthic mutilo, tam Latino quàm Gręco, εἰ μὴ ἡμεῖς ἐρασθησόμεθα quæ verba illuc adscribenda sunt ex hoc auctore qui loci integritatem nobis seruauit. Porro huius loci occasio monet vt alterū quoque locum adscribam, vbi similiter infinitiuus accipitur: is est apud Laer. in Arcesilao, de Hemone Chio, qui deformis, sua tamē opinione pulcher, semper byssinū indutus amiculum, interrogauit Arcesilaum, οὐ δοκεῖ αὐτῷ σοφὸς ἐρασθήσεσθαι, *num* [illegible] *sapiens in amore* [illegible] *futurus videretur*: respondit, *Quid si nemo per* [illegible] *de præstante forma sit vt tu, neque ita splendido vestitu vtatur?* Quem

locum non modò nō intellexit, verùm etiā peruertit interpres.

46 κόσμον. Laertij codex pro κόσμον legit multitudinis numero κόσμους hoc est, mūdos.

47 ὑδάτων. Restituendum, vt & verti, puta πάντων, ex Laertio, pro ὑδάτων, id est, aquarum.

48 αἰσθανθήσομαι. Admonet quidam legendum esse αἰσθήσομαι, apud Laertium, interpolata vetere lectione ἀδήσομαι. quam ego genuinam loci huius scripturam iudico, simúlque obiter apud illum emaculanda est lectio hoc pacto, ἐὰν λοιδορούμενος, μὴ προσποιῶμαι., venusta enim phrasi dicunt Græci, μὴ προσποιεῖσθαι, quod nos dissimulare. Voluit autem innuere Zenon, philosophum haud ita debere affectionum vacuitatem & liberationem omnimodam amare, vt ab honesto discedat, vt immoto animo velut cautes quæpiam contumelias quasuis perferat, vbi nominis naufragium incurrat, vtque cum Themistocle non perfundatur voluptate, si virtutem suam optimè prædicari audiret, præsertim si à laudato id viro fiat: nam qui ἀπάθειαν illam profiteri velit, tam ad virtutis suæ encomium obsurdescat oportet, quàm ad conuitia patientia & æquanimitate occalleat.

49 Ἐξερῦσαι. Laertius eadem significatione dixit Ἐξεράσαι propriè magis: quomodo Aristophanis scholiastes ἐξεράσαι exponit ἐκκενῶσαι.

50 βολβίτοις. Laertius βολβίτοις, vtrunque rectè.

51 οὐδ' ἐν αἰῶ κάτω, repone οὐδ' ἐν loco οὐδ' ἐν ex Laertio.

52 πάντα ἐπὶ τὴν αἰσθησίαν ἀνάγων. Hæc verba desiderantur in Laertiano codice, ac proinde illic adscribenda: hoc admonendum lectorem putaui, vt veluti in lucro deputet istam appendicem.

53 ὥρας αἰτίους. Vitiosa scriptura pro ἐτείους hanc enim natiuam loci lectionem res ipsa inculcat: pro quo verti ego, *anni temporum vices.*

54 In his epigrammatibus non possum tacito pede pertrāsire variam lectionem quam inuenio passim, pro τί μ' ὦν, malè legas in Laertio τί μ' ὤν. & pro ᾠδῶ, melius αὐδῶ. quam scripturam sequitur & Epigrāmatum Græcorum editio. pro ἄλλος, Laertius habet εἶλεο. Epigrāmatum liber εἶλυε sed εἷλεο, laudo.

55 Φαεινῦ λαμπρότερον, Versus legi conueniens scriptura ista, φανερῦ λαμπρότερ' ἠελίου, seipsam approbat, & assentitur Laertij codex.

56 νωθρέστατον. Repono νωθέστατον à νωθὴς, alioqui νωθρότατον scribendum fuerat.

57 Hic ἄθεος dictus fuit, quòd opiniones de diis omnes euertisset: Idem θεὸς audiuit, quasi deus, ob stultam suam assensionem in Stilponis verba. qua de re legendus est Laertius in Aristippo.

58 ὑπεξαγαγεῖν. Placet hæc lectio meliùs quàm Laertiana, quæ habet μὴ ἐξαγαγεῖν.

59 ἐφηλῆτιν, Rectius ita scribi puto, quàm quod apud Laertium inuenias, ἀφελείτιν. Porrò Cratetis nomini adieci de industria, *Atheniensis*, vt isto discrimine à Cratete Thebano dignosceretur.

60 ἐξωμοιωκέναι. Emenda, ἐξωμοιοῦσθαι: quæ scriptura in Laertio seruata est. & mox

ἐκοινωνεῖ τὴν.

61 τί δῆτα. Ita perperam scribitur, repone αἰ δή οἴμοι; versiculi sensum non rectè appendit nobis interpres Laertij. exprimit enim animum afflicti fluctuantem, ac seipsum corrigentem recordatione cõditionis humanæ ad miserias natæ.

62 σκίφας Legendum arbitror σίλφας, non σκίφας, vt ex hoc auctore citat Suidas. aut σκίφθης, sicuti in Laërtiano codice est. Cur autem ita scribendum augurer cõiectura, dicam. innuere enim voluisse Crantorē existimo, poetastri illius versus ætatem nõ laturos, sed blattarum (quæ vt vestimentis, ita & libris inimicæ sunt) dentibus breui cõficiendos. Alios rectius aliquid & eruditius allaturos, vltro prouoco, vt doceant, gratiam etiam illis habiturus.

63 τί ἐκ τῆς Ἠλέκτρας. Lego constanter, τὸ τῆς Ἠλέκτρας. quã melioris codicis scripturam expressit & interpres Laertij. sunt enim Electræ verba ex Oreste EVripidis, ne quis existimet ea extare vel in EVripidis vel in Sophoclis Electra: quo nomine vterque poeta fabulã dictauit: ea ita leguntur in vulgatis editionibus, choro Argiuarum mulierum attributa, sed perperam:

σίγα σίγα λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης τιθεῖτε. Quũ Electra loquatur, & illas moneat vti suspenso gradu & silentio accedant, néve strepitum cieant, vt ne malè sopito Oresti fratri somnus abrũpatur. Electræ autem verba esse, non chori, perspexit incertus auctor, qui in eam tragœdiam πολυγνώμονα scripsit. hallucinatus est hac in re & Erasmus noster, qui ab interpretis fide discedens, locum istum ex Electra citat. Porro λευκὸν (vt iste habet) agnoscit etiam scholiastes EVripidis: vt, si priori lectioni insistas, iubeat tacitè & leui pede accessum moliri fœminas: at si posteriorem sequaris, moneat vt tacitè candidos pedes promoueant.

64 φαίνεσθαι. Videtur legendum potius esse φέρεσθαι loco φαίνεσθαι ex Laertio.

65 περὶ τὴν σελήνην. Apud Laertiũ est. παρὰ τὴν σελήνην: quod hic est περὶ. & sententiam coniungit cum orbis terræ motu. Laertij codicis fidei subscribo.

66 διαδύεσθαι. Potiorem indico lectionem Laertij. διαλύεσθαι. Quæ verò sequuntur omnia, vt è Laertio transscripta sunt, mirum quàm mendosa in eo auctore legantur, adde & trunca: vt vel hoc solo nomine multum Milesio debeamus, qui integrum magna religione locum & à vitio purum posteris nobis reliquerit. Studiosus quisque hinc suum codicem emaculare poterit, quem labor neutiquam illiberalis aut superuacuus iuuabit. multa enim non leuis operæ inueniet corrigenda, vt μίαν pro ζημίαν, pro περὶ, πόρος pro ἐπέκρυσεν ἐπικράτησεν, aliáque à scripturæ & veri fide longissimè dissidentia.

67 ἀθεριζόντα. lege ἀθροισθέντα, hoc est, coacta. nam alterum illud sonat despecta & cõtempta.

68 σπιλάδες. Laertium secutus, πηλῶδες reponendum rectiùs iudico quàm σπιλάδες.

69 λόγοι εἰσαγωγικοὶ. Quid si

λῆρον reponas, cùm quòd initiũ heroici versus ob pedis naturã λόγον respuat, tum quòd Sillographus mal dicentissimo poemate famosus, facilius λῆρον cũ iniuria, quàm cum laude λόγον attributurus philosopho fuerit? Coactus verò fui laciniosiùs hũc versum reddere, quòd nimia breuitate Timon obscurior sit: preterea βόμβαξ locum nominis obtinet: quæ tamen vox interiectio est, παρεμβολοειδής, conuitiis inspergi solita, & irrisioni congrua: Eustathius aduerbium facit illusoriũ, καὶ παιγνικόν, quo vsum alicubi Aristophanem scio. Itaque per illud, ἄφρον βόμβαξ, innuit, vti reor, eum parui pendere vulgus hominum, iisque oppedere, ac medium, quod ille dixit, digitum ostendere.

70 ἐκκλιτής. Vox mihi incognita, neque lecta: cuius loco restituendum arbitror ἐκλυτός. nisi vitio codicis Laertiani hic epitomiasta deceptus fuerit. certè eadẽ sententia constabit.

71 ὡς δ' εἰπών. Locus & mendo deformatus & mutilus, qui hoc modo in integrum restituendus venit. ὡς οὐδὲν εἰπών, ἐπιφέρηλησεν αὐτοῦ τὰ χρέα, ἢ δ' ἀκείτρύτων ὑπόνοια.

72 συριζομένως. Laertij interpres videtur legisse ἐριζομένως. vertit enim ita, *quum orta esset amica contentio.*

73 παλαιοτινῶνας. Si Athenæi præualebit fides & auctoritas, vt antiquioris, φοίνικας, (hoc est palmulas) legẽdum fuerit: Cui enim non suboleat verisimilius fieri, has è Syria genitali loco ad Cæsarem missas, quàm placentas, quas tam longinqui spatij & longæ moræ vitio corrumpi ac mucescere oportuerit, faci è hac ratione gratiam amissuras? Sed audiamus eius verba, Latinè ita sonantis, *De palmulis vulgo Nicolais dictis, quæ è Syria adferuntur, hoc habeo quod dicam, illis nomen indidisse Augustum Cæsarem impensè delectatum edulio isto, quod Nicolaus Damascenus, ipsius familiaris, peripateticus philosophus, assiduè ad eum mißitabat.* Confirmat item Plutarchus cõuiualium octaua decade, in hanc sententiam scribens: *Augustus* (inquit) *quingenti amore prosecutus fuit Nicolaum Peripateticum philosophum, ingenio suaui hominem, corpore ob proceritatem imbecillo, facie purpureo rubore perfusa, palmulas maximas & speciosissimas, Nicolaos nominauit, & huc vsque nomen retinent:* φοινικοβαλάνων τοὺς μεγίστας καὶ καλλίστας Νικολάους ὀνόμασεν. Astipulatur tamen huic nostro transcriptor Suidas, exponens placentas, μελιτοῦττας, id est *mellitas*, aut *melle imbutas placentas*, vel *offas*. Et apud Theophrastum lego μελιτοῦττας τριμήνους, hoc est, *trimestres offas*. Nemini præiudicatum volo: credat quod velit quisque.

74 κατὰ ῥαψῳδίαν. Dilucidè magis quàm ad verbum ista à me versa scio, vt auctoris sententia eluceret: quam transcriptam à Suida, eius interpres non intellexit, cuius ad marginem libri annotatio ista legitur: *Fortaßis quicquid quoque libro prætermisit Homerus, id hi eodem ordine & numero librorum sunt executi.*

75 τὸ μετοίκιον. Non possum non hoc loco versionis meæ rationem reddere; præsertim quũ videam toto cælo eam dissidere à Laertiani interpretis conuersione: quæ ita habet, *vt eo modo in exilio positus frangeretur.* Et paulò post, *Atheniensibus verò imposito illi viro ab vrbe exilii sa tisfecit.* Itaque sciendum est μετοίκιον fuisse tributũ Atheniensibus peculiare, quod annum inquilini pendebant, nimirũ viri duodecim drachmas, fœminæ eius summæ dimidium, vt Isæus orator ostendit: at libertini generis prẹter duodecim drachmas, triobolum insuper addebant, vt indicat Menander, fortassis publicano debitum: cæterùm inquilini qui non soluerãt, aut soluendo non erant, capti vænum ibant, vti aduersus Aristogitonẽ Demosthenes ait: Plura Harpocratiõ. Suidas verò pro ἀποτονοῦντα pro ἀπατονοῦντα.

96 ἢ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν. Ita manuscriptus habet per ἢ distinctiuè: ego reposui ἣ relatiuum.

77 ἀνακεκλιμένα. Lego ἀνακεκλιμένος. Porro in versibus sequentibus Timonis perperam scriptum est πλατίσακος pro πλατίστατος.

78 Ἐπίχαρμος, Laertius habet ὁ Ἄλκιμος, & quidem rectè. nam Alcimus ad Amyntam quatuor libros scripsit, Platonem que Epicharmi scriptis adiutum ostendit.

79 τὸ δὲ πρᾶγμα εἶ ἦν. Ex hoc loco emendari potest Laertius, & eius versio. τὸ δὲ πρᾶγμα εἶμεν καθ' αὐτό ibique interstinguendum puto. nam εἶμεν est Doricũ pro εἶναι, non autem εἰμὶ quod est *siquidem*, vti ille peruertit.

80 τὰς μωρίας Scribendum est per ο, simplex, μορίας, vt sint oliuæ de quibus etiam Comicus salsè ludit, εἰς Ἀκαδημίαν κατιὼν ὑπὸ ταῖς μορίαις καταθρέξεις, id est, *quum in Academiam descendens sub oleis decurres.*

81 συγγενῶς. In his verbis legendum συγγενῶς, aduerbium, pro συγγενής. & κρόμμυον, non κόμμυον.

82 ᾗ σὺ τυγχάνεις repono ᾗ relatiuum: & mox ante Πλάτωνος adieci articulum τοῦ, vt suis numeris non claudicaret versus.

83 Σωκράτους, Τιμαίου, Inserẽda huc ex Laertio hẹc nomina, τοῦ Ἀθηναίου ξένου, τοῦ Ἐλεάτου ξένου. desiderantur enim.

84 ἀκαταλήψ. Ita lege, ex Laertio, non καταλήψεως.

85 μαμυόνι. Scribo μαμυώνι, quod diuulsum μαία νόσῳ extulit Laertius.

86 ἀγρῶν. Vitiosa scriptura, quum ἀγορὰν legi debeat.

87 οὐκ ἐν γυναικί. Compresius idem atque tenebrosius narrat, quod Aristocles ex Antigono Carystio dilucidius atque explanatius refert in hanc sententiam. Philisthẹ Pyrrhonis sorori rem diuinam facturæ amicus pollicitus fuerat se suppeditaturũ sacrificio sumptus: neque prẹstiterat: quare Pyrrhõ ob id iratior necessaria omnia comparauit. Itaque reprehendit eum ex amicis vnus, velut non faciẽtem dictis suis consentanea, & affectuũ vacuitate, quam profitebatur, indigna. Cui respondit ille, ἐν γυναικὶ οὐ δεῖ τὴν ἐπίδειξιν αὐτῆς ποιεῖσθαι, quasi indignior sit mulier quã vt spe-

cimen apathiæ in ea edendum fit.

88 διασκευθέντος, Malè, pro διασκευθεὶς, vt mihi videtur. Idem Aristocles refert hoc illi accidisse quum sibi à cane persequente metuens, in arborem conscendit, eo vsus perfugio.

89 χαριτ. Gratia dicti est in χαριτ, quod vnica voce nouum significat, & καὶ νοῦ diuisis vocibus, quibus significatur, *& mente*: quem lepôrem Latina lingua assequi non valet.

90 διώκοντες. Legendum censeo, suffragante Laertii codice, διώκοντα. quod & sensus requirit: nam dixit Stilponē quæsitoris more lites agitare. itaque comites eius & discipulos, præter rescriptum quæsitoris seu accusatoris virtutem terere: alludens ad flagitiosæ actionis notam genti philosophorum inustam.

91 καθ' ὅλης Legitur & καθ' ὅλην τὴν πόλιν.

92 διὰ τὴν. Suidas huius loci, vt ferè aliorum, transcriptor, addit, διὰ τὸ φθόνον καὶ τὴν, &c.

HENRICVS STEPHANVS LECTORI.

QVAEDAM ex inopinato annotaturus in Hesychium Illustrium, Milesium (ita enim potius quàm Hesychium Milesium Illustrium, vocandum censeo) ab eius vita, quæ à Suida scripta est, initium sumam. Quum enim Hadrianum Iunium, qui ipsum alioqui Illustrium Latinitate donauit, nullam ei interpretationem apposuisse viderem ipse hanc isti scriptori operam præstare necesse habui. Sed postea in Hieronymi VVolfij interpretationem incidi: quam, non quidem totam, sed quosdam tantùm eius locos, quos Græcis respondere voluit (qui eiusmodi sunt vt aliquid difficultatis aut saltem dubitationis afferant) proponere visum est. Quæ conferendi datà lectori facultas, rem ei non parum gratam faciet: præsertim sicubi hæc interpretatio illi magis quàm mea satisfaciet.

V. δικηγ.] Vocem *δικηγόρου* vertit, sicut & ego, *caussidici*. Sed non debuit pro hoc vocabulo margini adscribere *δικαγόρου*. Potius enim δικηγόρος quàm δικαγόρος dicitur.

V. λόγος] Idem ὀνοματολόγον vertit *nominum enarrationem*: ego in margine exposui periphrasticè, *catalogum in quo nominum series seruat.* non ineptè fortasse. Scio alioqui ὀνοματολόγον vocari & quem Latini *nomenclatorem* appellant: sed hîc *nomenclaturam* dicere, quàm *nomenclatorem*, maluissem. Alterum autem huius libri titulum, *πίνακας* miror cur ille *tabulam* maluerit quàm *indicem* interpretari.

V. τὸ βιβλ.] Non *annales*, sed *annalium instar confectam historiam*, vertit. Quæ mihi interpretatio non displicet.

V. ἀμφ.] Idem hęc, *αἱ κατὰ καιροὺς πράξεις*, reddidit, *res quolibet tempore gesta*. Sed κατὰ καιροὺς non videtur ita posse verti: verùm vel *diuersis temporibus*, vel potius, *seruata temporum serie*. At ille videtur existimasse κατὰ καιροὺς dictum esse pro καθ' ἑκάστους καιρούς.

V. πρ.] Vocem *βασιλέων* vertit *imperatorum*. Quam interpretationem margini apposui: & ideo probo, quòd verisimile non sit de priscis illis principibus, qui propriè reges vocati fuerunt scriptam illam historiam: præsertim quum sequatur, *αἱ δυναστεῖαι τῶν κατὰ ἔθνος κρατησάντων τυράννων*. Hanc autem *tyrannorum* appellationem minimè cum illo censui prætermittendam.

V. μαζ.] Dictum est, contra Græci sermonis puritatem, εἰς τὸ πίνακα pro εἰς τὸ πίνακι. Post διαλαμψάντων autem necesse habui distinguere.

V λλ τίς] Non secus *ματαιοπονίας* ille reddit quàm si pro *ματαιοπόνητος* simpliciter dictum esset. vertit enim, *Græca vanitate refertum*, Ego malim, Græcum illud vocabulum *ματαιοπόνητος*, aut exprimere, aut saltem id conari, hoc modo, *Græca in suis laboribus vanitatis*. Posit alioqui & ita reddi, *vanitatis qualis est in Græcorum laboribus*. Labores autem intellige de eorum scriptis: vt *ποιήματα* interdum vocantur aliquorum scripta. Quamuis enim propriè *ποιημάτων* appellationem mereri ea demum scripta videantur quæ laboriosa sunt, tamen & de quibusuis dici solet. Cæterùm Græcam vanitatem dicens, intelligit ethnicam. Mirum est autem cum tanto contemptù de ethnicorum scriptis loquutum esse Suidam: & quidem nulla excipientem.

Ad eius porro suspicionem quod attinet, ego meam illi oppono: & nostrum Hesychium fuisse Christianum, potius suspicor. Ac primùm illud de quo Suidas eum accusat, & vnde coniecturam petit, nullius ecclesiastici scriptoris vnà cum aliis mentionem fecisse, paucis verbis excuso: non placuisse illi hoc facere, ne sacra profanis miscuisse diceretur. Deinde, meas & ipse coniecturas afferrem, quibus contraria suspicio mea nititur: dico esse verisimile, illum de Sibylla loquentem, aut nullam Christi aut aliter mentionem facturum fuisse. Quinetiam de nostro Philone Hebræo fuisse omnino taciturum. Præterea, de Triboniano minimè ita fuisse loquuturum, vt eum & Ἕλληνα & atheum vocaret. Neque enim dubium est quin Ἕλληνα dicens, ethnicum intellexerit (pro quo tamen paganum Hadrianus Iunius dicere maluit) & non minus odiosum reddere illum voluerit, vocando ethnicum, (præsertim quum adiungat, & atheum) quàm Suidas nostrum Hesychium, quum diceret ethnica matæoponia fuisse refertum. Ac fortasse vel hęc vna ratio, non coniectura fuerit, qua meam suspicionem fulciam: sed, si suspicionem in opinionem mutare libuerit, illi rationi, tanquam firmo argumento, inniti fortasse videbitur.

HENRICI STEPHANI
IN HESYCHIVM MILESIVM
Illustrium Annotationes.

Initio paginæ 8. (à qua ipse Hesychii liber incipit) Si Ἰλλουστρίου cognomentum huius Hesychii fuit (vt putauit Iunius quum post ILLVSTRII addat *cognomẽto*) dixerim secũdum debere locum obtinere: at Μιλησίου, tertium. Sæpe tamen, vocabulo quod pro cognomento est, præfigunt τοῦ ἐπίκλην, vel τοῦ ἐπονομαζομένου vt in vita huius ipsius, τοῦ ἐπονομαζομένου Διακόρου) siue τοῦ ἐπωνυμίαν ἔχοντος.

V. λαμψ.) Suspicor ab ipso Hesychio adiectum non fuisse vocabulum σοφῶν, sed aliunde irrepsisse: tum quòd Suidas non addat, sed his verbis contentus sit, τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων: (quum prius dixisset τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, eodem omnino sensu) tum verò quòd superuacaneũ illud esse videatur. Quod verò ad interpretationem attinet tituli huius, περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων σοφῶν, ita Iunius eũ reddit, (in ipsa quidẽ libri fronte) *De iis qui doctrina fama claruere*: & rectè quidem (licet in ipsa vitæ eius interpretatione splendoris appellatione vti maluerim, ad retinendũ Græcã metaphorã: & dicere, qui è doctrina splendorem nominis consequuti sunt. vel ex eruditione) verũ in titulo quod vnaquæque pagina sibi superpositũ habet, illud tam & tam latè patens ad philosophos restringitur. quod non placet. Ac certè huic interpretationi vel istud repugnat, quòd nõ tantùm philosophorũ, sed aliorũ etiam multorum mentio ab illo fiat.

V. ΚΥΝΙΚΗ') Nõ animaduertit hîc Hesychius Diogenem Laertium in Antisthene ita hãc appellationis istius rationem reddere. vt eam nonnullis tantùm adscribat. & verò credibile est, aliunde potius sectam hanc ita fuisse appellatam: quum & qui eam profitebantur, canes vocarentur: ipse autẽ Antisthenes, non simpliciter κύων, sed ἁπλοκύων: Ac certè quòd credibile esse dico, omnino credidisse & persuasum habuisse Diogenẽ nostrum, ex eo apparet, quòd in prooemio (pagina huius editionis vndecima) rationem reddẽs diuersarum quæ diuersis tributæ sectis fuerunt appellationum, exemplum eorum qui à scommatibus (quod Ambrosius minus rectè, ab ignominia) eã habuerunt, ex Cynicis petit. Quibus addo, esse verisimile, Græcos, si ab illo gymnasio, cui nomẽ erat Cynosarges, denominare, miniméq; ipsa eos appellatione infamare voluissent, vocaturos potius fuisse Cynosargicos.

V. ἐ Ἀττιδ.) Ne hoc quidem conuenit cum eo quod à Diogene nostro in eodẽ loco scribitur: & quidem iis verbis quæ proximè præcedunt ea quæ mox

[illegible] de Cynicis attuli. His enim verbis, καὶ ἀπὸ συμπτωμάτων, ὡς οἱ Κυνικοί, præfixa sunt ista, ἀπὸ συμπτωμάτων δὲ, ὡς οἱ Περιπατητικοί. Vbi Ambrosius, non malè, *Ab euentu nonnulli, vt Peripatetici.* (neque enim necesse fuit dicere, *ab euentibus*) Potuit autem alioqui Diogenes, magis vsitato sermone vtens, dicere, ἀπὸ τοῦ συμβάντος. Dicti sunt igitur Peripatetici non à loco deambulationi accōmodato & destinato, qualis erat Xystus: sed ex eo ipso quòd euenisset vt illis deambulatio placeret: περιπατητικοὶ videlicet, quasi deambulatores, ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν.

V.*le, docente in Xysto*) In Græcis Hesychij verbis nullam Xysti mentionem habēmus: sed tātùm horti. Ipse autem Diogenes circa principium vitę Aristotelis, eum in Lyceo περίπατον elegisse dicit: quosdam tamen existimasse nō hinc fuisse vocatum περιπατητικὸν, sed ex eo quòd adstās Alexandro, περιπατοῦντι (id est deambulanti) quum ex morbo conualesceret, quædam disserere solitus esset.

V. ὅθεν) In marg. substitui ὑπειλῆφθαι siue ὑπολελῆφθαι: sed illud malo. Mirum autem si Iunius ὑπολῆφθαι ferri posse credidit. Estque ὑπειλῆφθαι, *existimatum esse*: ac pēdet hoc infiniti modi verbū, sicut & præcedens, à verbo φασί, quod subauditur.

P.9. (quæ est secunda opusculi ipsius Hesychii) ver. *vt suppos.* Ambrosius interpres malè hanc locum vertit: sed & hic aliter eum reddere d[illegible] [illegible] dialogos ὑποβάλλεσθαι [illegible] ὡς ὑποβολιμαίους [illegible] *suppositities edere* [illegible] *pr*[illegible] *re quum sint suppositity.* Paulo pòst, *ab Aristippo fuisse commendatum* dicere potius debuit, cum Ambrosio (vnde συστατικαὶ epistolæ, *commendatitiæ* vel *commendatoriæ*. & apud Diog. in Aristót. vita, P.312. τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν ἐπιστολῆς συστατικώτερον) quàm *ab Aristippo fuisse confirmatum.*

P.10. V. *μοῖως*) Non ad æqualitatem aut ęquabilitatem respiciens, Aristippus hoc dixit: sed intellexit, Sublatis legibus, sibi similis erit vita nostra. Id est, similis ei quę nunc est, dum manent leges. Perinde acsi diceret philosophos metu legum in officio non contineri: sicut cęteros homines. Quos contrà eo esse ingenio præditos ostendens Horatius, scribit,

--tolle periclum, Iam vaga
prosiliet frenis natura remotis.

Nam periclum id intelligēdum hîc est quod imminet ex pœnis quæ à legibus sunt constitutæ. Ideóque rectè idem poeta alibi, & conuenienter cum hoc loco, postquam dixit,

Oderunt peccare boni virtutis amore subiungit
Tu nihil admittes in te formidine pœnæ:
Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis.

Nā hic *fallendi* est τοῦ λανθάνειν. Sic autem & Bias, μὴ διὰ φόβον, ἀλλὰ διὰ τὸ δέον ἀπέχεσθαι χρεὼν τῶν ἁμαρτημάτων. Denique & in Aristotelis vita legimus, Pagina 313, illum interrogatum quod emolumentum ex philosophia percepisset, respondisse, se consequutum vt iniussus facere [illegible] [illegible]ter legem [illegible] At verò si [illegible] [illegible]bilitatem [illegible] [illegible] hoc re-

sponsum: ac perinde etiam hoc dicetur, quasi eam philosophi, stantibus legibus, nõ seruarent. Adde quod *ἴσως* dicendum potius fuisset quàm *ὁμοίως*: vt *ἰσότητα* Græci illam iuris æquabilitatem aliquando appellant.

V.liquum] Hęc, *ad suos quæstores*, ex Laertio addit: nõ quidem ex eo ipso Laertii loco, sed ex iis quæ proximè apud eum sequuntur. Nam illis verbis, *τὰ λοιπὰ ἀποπέμπειν*, subiũgitur, *εἶχε γὰρ ταμίας τοὺς πρώτους Ἀθηναίων*. Dicẽdum autem erat, seruando eãdem orationis formam, *ἔχων γὰρ ταμίας*. Nisi forsè suspicandum est, ipsum Diogenem scripsisse in iis quæ proximè præcedunt, *Σωκράτης*, & *λαμβάνων*, & *ἀπέπεμπεν*. Sed quum & Eutychidis serui mẽtio responso Aristippi includatur apud Laertium, Hesychius siue dedita opera, siue per imprudentiam, eam inde exclusit, & cum mentione Laidis coniunxit.

P.11.V. *διὰ τὸ φιλ.*) In præcedente etiam editione mea Diogenis rectè scriptum fuit, vt scribi vult Iunius, *φιλονεικότατον*, non *φιλονικότατον*. Quod verò ad nomen Ἐλεγξῖνος attinet, quod idem substituit pro Ἀλεξῖνος, iã & ipse de illo monueram in meis in Diogenem annotationibus.

V.nus.) Hæc verba, quasi *argutator*, aut *altercator*, sunt Iunii: ideo alio literarum genere excusa. Sed magis mihi placet *altercator*, quàm *argutator*. Nec verò minus placeret *reprehensor*. Ac mihi assentitur ipse in iis quę hunc in locũ scribit in calce libri. Dicit enim nomen accepisse Ἐλεγξῖνοι. i. hominis carpẽdi & reprehendendi morbo laborantis. Huius Alexini discipuli Ἀλεξίνειοι vocati sunt: & cuiusdam eorum mẽtio fit in Menedemo priore. cuiusdam, item in Arcesilao. Sed malè apud Diogenem Ἀλεξῖνει nec omnino rectè apud Illustrium, in eiusdẽ Arcesilai vita, Ἀλεξίνειοι. scribendũ enim Ἀλεξίνειον, vt in margine admonui.

V *φοιν*) In illa editione Illustrii Antuerpiana scriptum est *μαθητὴς τοῦ*. Quę lectio quamuis ferri nullomodo possit, de ea tamen Iunius non admonet.

V. *ἐφ. κ ἐφ.*) Iunius, *viatici inopia afflictos*. sed quid opus viatico illis qui iam iter conferunt, & ad quem tendebant locum peruenerunt? Ambrosius igitur, hoc considerans forasse, nullam viatici mentionem fecit: sed vicissim nimium liberè vertit, *quum rerum omnium penuria affligerentur*. Videndum igitur annon dicendum sit, significationem huius nominis *ἐφόδια* latius esse extendendam, ita vt *commeatum* interpretemur.

V.amne) Iunium vel scripsisse vel scribere debuisse arbitror, *punctum arundine, è vulnere mortem oppetiisse*.

Pag.12.V. *γεγρ.*) Apud Diog. *ὑπογεγράφθαι*. Quod vt à Diogene scriptũ hîc esse mihi persuadeam, faciunt alij loci, vbi eodem verbo vtitur.

V. *τε ἀπλ.*) Miror Iunium suspectam saltem non habuisse vocem *ἁπλικά*. quid enim hæc commune cum iis de quibus agitur, habere potest? Ego non solùm suspectã habeo, sed mendosam esse, & *τοπικά* pro ea substitui debere, mihi persuadeo.

P.13.V. πλήρωμα) Hæc lectio ἀγαθῶν pro [illegible], è Diogene sumpta est Quam tamen Iunius autoritate eius non confirmauit.

V. γαθῶν) Debuit hunc locum emendare Iunius ex Diogene, non [illegible] reponendo κακοδαιμονήσοντος pro hoc κακοδαιμονήσοντος, sed etiam præfigendo [illegible] ὡς illi futuro: quę è vet. libris adiecta fuit. Est igitur emendanda & interpretatio. hoc modo. *quippe cum sapiens infelix futurus sit.*

V. πλὴν μ.) Verba hęc αὐτάρκη πρὸς κακοδαιμονίαν. vt apud hunc nostrum Illustrium, ita etiam in vetustis exemplaribus exstant: è quibus in vtranque editionem nostram reposita fuerunt.

P.14.V. πῶς τε ἀρ.) Sicut hîc ἀντακολουθεῖν legitur, ita & in vet. exemplaribus Diogenis. Sciendum est autem Aristotelē eo ipso esse vsum vocabulo quo vterentur ij qui contrarium de virtutibus sentirent, eas videlicet inter se nexas & coniugatas esse, vt Cic. loquitur. Qui etiam dicit virtutes ita copulatas cōnexásque esse, vt omnes omniū participes sint, nec alia ab alia possit separari. Neque enim dubiū quin ij qui dicebāt virtutes ἀντακολουθεῖν (vt apud Diogenē dicit Zeno) hoc ipsum significare voluerint. Ad exprimendum tamen verbum ἀντακολουθεῖν cum datiuo ἀλλήλαις, dicendum nō fuerit cum Ambrosio, interprete Diogenis *inter se connexas esse*, sed nec cū Iunio Illustrium interpretante, *sequi se mutuo comitatu*, (quomodo enim sequi & comitari aliquē possumus?) videndum igitur annon potius cum Budęo dicendū sit *Vicissim sequi.* Malim tamen longiore sed elegantiore (meo quidem iudicio) periphrasi vtens, dicere, *Inter se vicissim assectarum officio fungi.* vel, *mutuo ass. officio.* Et hæc quidem obiter, in Latinæ linguæ gratiam, cui magnum hoc fuerit dedecus ne periphrasi quidem posse id exprimere quod à Græca vno verbo exprimitur.

V. μὴν ἐσ.) Ignorauit Iunius quod ego è quibusdam veteribus libris didici, aliam quàm vulgatam, esse huius loci lectionem, & quidem eandē cum ea quam habet Illustrius (à qua tamē ausus est in sua interpretatione discedere) excepto tantùm verborum ordine. ibi enim præcedit συζητικὴν, (& meritò quidem, mea sententia) sequitur ξενικὴν. Fateor alioqui esse etiam exemplaria quæ & illud ἐρωτικὴν habeāt: quod quum ad amorem Cupidineum magis proximè referatur, ideo Aristot. tanquam vulgaris vsus in hac voce metas egrediens, addidit illud περὶ τοῦ ἔρωτος.

V. πολιτ.) Adscripsi marginī πολιτεύσεσθαι, itidémque συμβιώσειν pro συμβιῶσαι. At verò apud Diog. Laertium editio Basil. habet πολιτεύσασθαι & συμβιῶναι. Sed quis, vt ἐρασθήσεσθαι præcessit, ita & illa duo in futuro legi debere negauerit?

Pag.15.V. κυκλ.) Non debuit Iunius substituere κυκλοφορητικὴν pro κυκλοφορητικὴν. huic enim lectioni quam habet Illustrius, assentiuntur & vetera Diogenis exemplaria.

P.18.V. νεγκεῖν) Locū hūc male reddit Ambrosius, Diogenis

interpres, ostendítque se nullo sensum eius assequutum modo esse: Iunius certè quem vsum habeat hic verbum περαίνεσθαι intellexit: sed hoc lectori non aperuit (ac ipsi quoque fortasse obscurum fuit) quænam essent illa duo quorum alterum altero maius non videretur. Sed non dubito quin ex τοῦ περαίνεσθαι nobis intelligendum sit & alterum, videlicet περαίνειν: vt hic respondeat illud non esse maius hoc.

P.18. V. Ἀλεξ.) Non dubium est quin scribendum sit Ἀλεξίνειον, cum ει, vt margini, nominis possessiui forma: quum Alexini discipulum significet. Sic dicitur Ἐπικούρειος, Θεοδώρειος.

Ver. νίσαι) Scribendum puto πάς γκαότατος: quamuis alioqui sciam πιςικός quoque alibi legi, talem vsum habens: verùm & illi loci mihi suspecti sunt.

P.19. V. χλιὰν φίλων) Hinc repurgandos esse scribit Iunius Laertii codices: sed meam editionem si cōsuluisset, illam à me iam repurgatam inuenisset.

V. τὰ κατ.) Hîc quoque Illustrius nostris vetustis exempl. Diogenis autoritatē dat, quum & in illis καταλαβὼν, non περιλαβὼν, scriptum sit: ideòque non hoc, sed illud particip. in meam Diogenis editionem receperim: sed alterum illud participium ab iisdem exempl. abest. At certè non ὁμιλοῦντα, sed ὁμιλοῦντας scribendum esset, quum ibi de duobus, non de vno, vt hîc, agatur.

V. κακίας) Iunius, quum vocem ἀνδρικακίας nihil significare posse existimaret, illam contrà quæ apud Diogenem exstat, ἀνεξικακίας, & vsitatissimam esse sciret, & conuenire loco existimaret, statim sibi arripiendam censuit. At ego valde fallor, aut reconditus quidam iocus sub hoc Arcesilai dicto latet. Reconditum autem iocum appello propter nouum & ab eo fictum vocabulum ἀνδρικακίας. Non aliud autem sonare arbitror ὑπὸ τῆς ἀνδρικακίας, quàm si diceretur ὑπὸ τῆς ἐν ἀνδρὶ κακίας. Neque enim dubito quin hanc festiuam in fingendo hoc vocabulo licentiam sibi permiserit. Ac eo maior videri festiuitas queat, quòd etiam περὶ ἀνδρικακίας, dicatur, pro ὑπ' ἀνεξικακίας. Quod tamen alioqui frigidè (meo quidem iudicio) diceretur: vt certè frigidum est quod habet Iunii interpretatio, *patienter se discedere dixit*. Pro quibus tamen verbis, hisce potius vsus fuissem, *se pro sua tolerantia tolerare hoc dixit*. Neque tamen tale παρόμοιον (vt quidam vocāt) in Græcis est. Alioqui enim dicendum fuisset ὑπ' ἀνεξικακίας ἀνέχεσθαι. O quàm multas pulcherrimas voces ita iocosè fictas in hac pulcherrima & felicissima lingua, ita nobis periisse credibile est. Ita inquam periisse, id est, dum eodem modo in alias, vicinas quidem quod ad scripturam, & vitiatas, sed de gratia dicti multum perdentes, mutatæ fuerunt.

P.20. V. οἱ δ) Ita & in vet. exempl γλαῦκα περὶ στῆσαι τερατοιῶντο sed aptiu περὶ ...betur quum dicatur γλαῦκα περὶ pro περὶ γλαῦκα. Illud autem τερατοιῶντο intelligo de obstupescentibus tanquam ad τέρας aliquod, id est monstrum, seu portentum, non aliter quàm aniculę illæ ad vlulæ conspe-

tum obstupescunt.

V. Ἠλί μ.) Lego (inquit Iunius) ἔδει ἵνα ὄχλῳ ἀρέσκεις, aut vna voce, ὀχλοαρέσκεις. Sed illud ὅθεν quid sibi vult? deinde quomodo stare versus, ita legendo, potest? Neque tamen in annotationibus tantùm, sed eo etiam in loco margini hanc lectionem apposuit. At scribendo ὅθ' ἕνεκεν, vt apud Laertium legitur, aut ὅθ' ἕνεκα stabit quidem versus, verum quid illud ὅθ' esse dicemus? Videndum igitur annon rectius scripturi simus, ὅτου ἕνεκεν, vel ὅτευ οὕνεκα: quod interrogatiuè accipiatur. Quod autem ad illud ὀχλοαρέσκεις attinet, vna voce scriptum, vix recipi posse crediderim: sed tantùm ὀχλοαρέσκης posse scribi coniunctè: quod sit nomen.

V. ΟΥ μ.) Post τέλας crediderim oportere ὑποσχίζειν, vt iungatur cum præcedentibus.

V. ϛραl.) Scribendum οἱ, quod sit pro ὧ τοι: vt pag. præcedente, καὶ ὅς, pro καὶ οὗτος. Est tamen hic vsus illi ὅς quàm huic plurali οἱ frequentior.

P. 21. V. Κτίσαι) Pro θυηλήμασι substituendum putat Iunius θυήμασι: sed vereor ne emendet vocem quę emendatione opus non habet. Quidni enim, vt dicitur θυηλὴ, ita etiam θυήλημα dicetur? præsertim verò quum & θυηλάσασθαι (pro quo non dubito quin θυηλήσασθαι scribendum sit) afferatur. Addam verò & hoc. magis suspectum mihi esse θυλήματα, quod apud lexicographos legitur, quàm suspectum esset θυηλήματα.

P. 23. V. τεῖον) Nescio cur Iunius pro ἐπιχειλῶν in margine substituat ἐπιγειλῶν. Nisi fortè hoc etiam dici aut ignorabat, aut oblitus erat. At est contrà & vsitatum, & aptius huic loco quàm alterum, vt meus Thesaurus Græcæ linguæ ostendet.

P. 26. V. καὶ δ.) Mirè hoc dictum (si quidem germana est hæc lectio) pro eo quod est, ἐξεπάθη τοῦ δοκεῖν (?) ἔνθεος. Hoc autem ἔνθεος exponendum esse dixerim, Percitus œstro quodā diuino & prophetico. Siue, quali prophetæ afflari solebant.

V. λύτλω) Leui brachio loci huius emendationem tentauit Iunius, quum pro δι' ὧν reponēs δινῶν, cum sibi visus est restituisse. Immo verò aliud hulcus sub hoc latet loco, ex eorum genere quę ὕπαλα vocantur. Contenderim enim ergo scriptum ab Illustrio fuisse δινῶν, non δι' ὧν: itidémque Diogenem Laertium non τινῶν, sed δινῶν scripsisse. Magnam autem testium, quibus hoc probem, turbam, ex meis Schediasmatis ad Laertii editionem adducam.

P. 27. V. ΕΤΙΙΜ.) Scribendum crediderim, Περὶ ἐπιδυμίδων.

P. 28. V. Ξιρξ.) Nullam emendationem hunc in locum idem attulit: quem tamen non dubito quin mendosos inter annumeraturus fuerit, & ita corrigendum vt vides à me in margine fuisse correctum. Suspicor autem hinc natam vocem hāc tam inauditam, quòd quum scriptum esset Ξίρξιν & aliquis pro syllaba ιν scripsisset syllabam ν, aliquis vtranque seruans scripserit Ξιρξινύν.

P. 29. V. διὰ χυλῶν.) Athenæus (inquit Iunius) Epicuri verba non semel citans, cōstante vbique in excusis libris scriptura διὰ χειλῶν legit: vt sit, *Voluptates quæ per labra ministran-*

tur, aut *de quibus labra iudicant.* Hæc ille: sed ego contrà Athenæi locos ex hoc emendandos esse aio. Ac pro me apertissimè facit hic eiusdē Epicuri locus: (quem apud Laertium habes in vita Epicuri, p. 790. meę editionis posterioris) καὶ ὅτι τὸ μὲν φυσικὸν πᾶν εὐπόριστόν ἐστιν, τὸ δὲ κενὸν δυσπόριστον. οἵ τε λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελεῖ διαίτῃ τὴν ἡδονὴν ἐπιφέρουσιν ὅταν ἅπαν τὸ ἀλγοῦν κατ' ἔνδειαν ἐξαιρεθῇ. Vbi habet quidē Ambrosij nostri interpretatio, *Dapes istē simplices aquam magnifico luxus adferre voluptatē*, &c. Sed quidam mihi multo aptius videtur reddidisse, *Sapores item simplices*, &c. Memini autem & in alio Epicuri loco χυλῶν voluptatem afferentium mentionem fieri. Quòd si tamen eorum autoritate ad tuendam lectionem nostrā destitueremur, alii aliorum non deessent ad præstandum hoc officiū loci. Vt omittam nō minus aptè & aptius fortasse dictū iri τὰς διὰ τοῦ στόματος ἡδονάς.

V. σιν τοιαύτην) Locum hunc insignis mendæ sibi, suspectum esse ait Iunius, & ita legendum videri, vt rei veritatem sequutus conuertit. Sic autem ab eo conuersus est, *Ista enim in tantum animi stuporem impulerunt, vt & illum verbis sugillaret, & magistrum non vocitaret.* Vult igitur legi, ὥστε μὲν οἱ λοιδορεῖσθαι καὶ μὴ ἀποκαλεῖν διδάσκαλον. Sed nō video quid opus sit illa particula μὲν ante pronomen οἱ (quod enim afferri exemplum possit talis vsus illius particulæ?) & cur non dicendum sit potius verisimile esse particulam negantem μὴ loco suo apud Diogenem esse motam, ac in priore parte huius membri esse positam quę in posteriore ponenda erat: hoc modo, ὥστε οἱ λοιδορεῖσθαι καὶ μὴ ἀποκαλεῖν διδάσκαλον Scio autem pro ἀποκαλεῖν legi & ἐπικαλεῖν apud Diogenem: quid si igitur præfixa eadem illa particula μὴ, ex ἐπικαλεῖν faciēdum esse ἔτι καλεῖν dicamus? vt ita scribatur, καὶ μὴ ἔτι καλεῖν διδάσκαλον.

V. πόρνην) In edit. Basil. deerant hęc, καὶ πόρνην: fuēruntque à me apud Diogenem adiecta ex vet. exempl. Verùm & πόρνην in quibusdam legi constat.

V. τεύχεσθαι) Verbum hoc φαρμακοπωλεῖν apud Diogenem legitur. Quòd si nomen φαρμακοπώλην retineremus, de Protagora & ipsum dici oporteret.

P. 56. v. Σαπδ.) Fortasse ἀπὸ τοῦ σαίνειν τὰ δῶρα dicendum potius esset Σαιρόδωρον.

V. τὰ γέγρ.) Si hac in lectione nihil mutaremus, dicendum esset (meo quidem iudicio) τὸ ἐπελθὸν dici, quidquid in buccam venisset. Forsitan verò & κατὰ τὸ ἐπελθὸν scribi posset.

P. 33. V. ἐδόκει) Miror quid Iunio in mentem venerit vt voluerit hîc verbum ἐρασθήσεσθαι ab eo vsu quem passim apud hunc etiam scriptorem habet, discedere. Nam & ita responsum rationi consentaneum erit. Perinde enim erit acsi diceretur, Quid forma vobis vestra prodesset si amatores deessent? Deinde, quomodo moueretur quæstio de eo quod in potestate sapientis non est, non aliter quàm si in eius potestate esset? In eo certè situm est vt vel amet, vel non amet. & verò vt vel ametur, vel non ametur, nequaquam. Sic in Aristippo

ſtippo audimus, τὸ σόφον μήτε φθονήσειν, μήτε ῥᾳθυμήσεσθαι. vbi ſi contrà diceretur μήτε φθονηθήσεσθαι, μήτε ῥᾳθυμήσεσθαι (accipiendo videlicet hoc ſicut & illud in paſſ. ſignificatione) quis hoc abſurdè dici negaret? Sic verò ſubiunguntur etiam λυπήσεσθαι μέντοι καὶ φοβήσεσθαι, in actiua ſignificatione & ipſa.

P.31. v. vet. Maluiſſem reddere, *aut ſub arboribus, quippe quum ager adiacens eſſet.*

P.32. V. ...) Verbum ἀνακρίνεσθαι pro Interrogari, minimè nouum eſt apud Diogenem. Ita enim cùm alibi tum verò in Timone Apolloniate, pag 701. φαίνεται δ' οὖν ἀνακρίνων Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον περὶ ἑκάστων.

P.34. V. Εἰ μὴ λοιδ.) Suſpicor verbum προσεποιοῦμαι aliquem alium quàm qui paſſim occurrit vſum habere: nec video quomodo alioqui ſatis apta ſequens antitheſis futura ſit.

P.35. V. ...) pro δίζευσθαι adſcripſi margini δίζεσθαι; quum illud dici non poſſit, neque tamen Iunius admonuiſſet. Sed videndum annon potius δίζησθαι ſcribendum eſſet, vt conueniret cum verbo ſequenti. Non enim eſt μανθάνειν, ſed μαθεῖν.

Pag.39. V. δεῖον.) Ratio quæ ſubiungitur, repugnat ſententię Iunij de non mutanda hac lectione, vel potius repugnāt ambæ quæ ſubiunguntur rationes. *Duæ (inquit) ſunt cauſa propter quas non debet vir bonus ſe vita ſubtrahere, ſiue ſubducere. Vna eſt, quòd æquum non ſit vt ille prudentia ſua iacturam faciat in ſtultorum commodum, ſiue vtilitatem: altera, quòd mundus ſit patria.* Perinde acſi diceret, Altera cauſa eſt, quòd vniuerſus mundus hominibus ſit patria: ideóque vir bonus, amiſſo natali ſolo, non ſit patriam amiſſurus, vtpote manente nihilominus mundo. Quòd ſi quis pro μὴ ἐξαγαγεῖν ſcribere μὴ ὑπεξαγαγεῖν malit, non valdè repugnabo: quamuis magis illud ἐξαγαγεῖν mihi placeat, vtpote generalius: quum alterum de eo potius dicatur qui clanculum ſe ſubducit, aut ſubtrahit. Sed tam apud Diogenem quàm hîc deeſſe aliquod infiniti modi verbum puto quod iungatur illi ἀποβάλλειν: ſiue οὐ γὰρ δίκαιον εἶναι ἀποβάλλειν, ſiue οὐ γὰρ δεῖν ἀποβάλλειν, ſcriptum fuiſſe dicamus Facilè autem hæc vocula δεῖν pretermitti potuit. Non ignoro tamen, poſſe etiā dici, hęc verba, οὐ γὰρ ἀποβάλλειν, pendere à precedentibus illis verbis, εὔλογον εἶναι. Debuit autem inter cętera conſiderare Iunius loqui Theodorum quendam Atheum, & εὔλογον eſſe talia ex eius ore proficiſci: præſertim quum ſequantur proximè ex eodem iſta, καὶ κλέψειν τε καὶ μοιχεύσειν καὶ ἱεροσυλήσειν ἐν καιρῷ.

P.40. V. λιμὸν] Non video cur ἐφιλοτίμει ac non ἐφιλοτέχνει Iunius ſcripſerit. Sic, ἐκοινώνει. Scribendum verò & ἐξεπονεῖτο. Non dubito autem quin Illuſtrius ſcriptum reliquerit, μέχρι σχεδὸν τῆς τελευταίας ἀναπνοῆς, vel τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς.

P.41. V. ...] Malim αὐτοῦ συναχθέν.

P.42. V. ...] Intactam reliquerat Iunius lectionem illam, δύνατ' ἄν, pro qua repoſui δυναίμην ἄν, vt legitur apud Laertium

Apud eundem est quidem ὅθεν τρωχάσασθαι in editione Basiliensi, sed in vet. exempl. legitur τρόφασθαι, vt apud hunc nostrum Illustrium. Non minus tamen placeret τρέφοιντο: aut certè ἐρασθῆναι. Verum sit fortasse & qui τρέφασθαι non τρόφασθαι, scriptum fuisse suspicetur.

P. 44. V. χάσμα] Non dubito quin Iunius huic meæ lectioni, συλκατατρέχειν εἰς ἄλληλα, assensurus fuerit.

Pag. 45. V. κεῖ τρ] Ridiculum (meo iudicio) dici ςκιλιλιὼ quoque γράφειν. Quomodo autem huic malo medendum putem vide apud Laertium.

P. 47. V. πιτίμ.] Substituit Iunius lectionem quã habet Laertius, quamuis eam se ex eo habere taceat: simul autem sequutus est eam in sua interpretatione, vt & certè debuit. Poterat tamen ibi pro ὑπόνοια dicere etiam *præsumpta opinio*. Ea est quam vulgo *apprehensionem* appellamus.

P. 48. V. βι.] Libenter scriberem συζήλώσειν, licet apud Laertium eadem quę hîc scriptura sit. Sic & verbo συζητεῖν vtitur Diogenes, cùm alibi tum in Socrate, p. 102. φιλονεικότερον συνεζήτει τοῖς προσδιαλεγομένοις. Esse autem φιλόνεικον ea in re, proximus est gradus ad illud quod de Menedemo dicitur, esse μάχιμον

V. αὐτοῖς] Non puto linguæ Græcę cõsuetudinem ferre posse vt hîc cum Iunio ἐριζομένης scribamus. Venerat quidem mihi in mentem δηριζομένης, sed nimus hoc esset poeticum. Immo dubitari possit an ex nomine δῆρις non solùm δηριάειν & δηριάασθαι sed δηρίζεσθαι etiam dicant: Quid si igitur σπριζομένες scripsisse Diogenẽ, sed hoc verbo, sicut & quibusdam aliis, neuẽ vsum esse dicamus? Tum certe crediderim sonare *obstirmãtes se vter sec.* vel potius, *obsirmatis animis contendentes*.

P. 50. V. primo] Nemo vt opinor, negauerit quin ὑπ' ἀθυμίας scribendum sit.

P. 51. V. ποτε] Pro ἀτονούμενα apud Suidam ὑποπονούμενα legi scribit Iunius: sed fortasse ὑποπονοῦντα Suidas scriptum reliquit.

P. 55. V. σαι Scribo ἑστάναι.

V. αὐλ.] Eodem hæc modo in illa Iunii editione leguntur, quo hîc: sed est tamen scribendum vt margini adscripsi, αὐλητάς τις εἶμεν τοὶ δ' οκ. Est enim εἶμεν pro εἰσὶ Doricè dictum & hîc.

V. ὅστις δῶρα] Non animaduertit Iunius grauissimum mendum sub duabus paruis syllabis quę sunt in δῶρα, latere, vt apparet ex eius interpretatione (vertit enim, *qui dona carminum genera perdidicit*.) Detegam autem hoc quoque magnum malũ apud Laertium, deo fauente.

P. 58. V. ει ταῖς]Hoc etiam loco videri possit scribendum συζητήσειν.

P. 60. V ΣΙΒ.]Hoc de sibylla, cũ vocabulum Romanum, nisi additum & velut assutum esse huic scriptori dicamus, aliquid de eius existimatione detractum erit.

P. 62. V. mento] Hæc verba, *nimirum mente & veste*, malè ponuntur ita vt si & ipsa Cratetis essent: quum potius adiecta sine ad ostendendum, fuisse iocum ex ambiguo.

F I N I S.

ISAACI CASAVBONI NOTÆ

Ad Diogenis Laertij libros de vitis, dictis & decretis principum philosophorum.

Editio altera, auctior & emendatior.

Qqq ij

ARNALDO CASAV-
BONO, PARENTI PLVRI-
mùm obseruando, Isaacus filius
S. P. D.

MAGNA me spes tenet, pater venerande, fore vt hoc munusculum, quod tibi à me nunc affertur, gratum tibi acceptúmque sit. Nam etsi est id quidem, si ipsum spectes, exiguum ac leuidense: tamen quia à me, hoc est, ab eo quem tu vnicè amas, quémque tu his literis summo studio ac labore imbuisti, proficiscitur: non dubito quin has studiorum meorum primitias sis amaturus, & alacri libentíque animo accepturus. Quemadmodum enim bono colono nihil gratius potest vsuuenire, quàm vt fructus ex iis percipiat arboribus quas suis ipse manibus seuerit: sic ego existimo tibi volupe futurum, fructus istos qualescunque, ex eo horto decerptos videre, quem tu, pater dulcissime, in grauissimis occupationibus tuis, tanta cura tantoque studio solus solum coluisti. Vellem quidem, obseruande parens, aliquid eiusmodi possem tibi offerre, quod magnitudini tuorum in me beneficiorum saltem aliqua responderet ex parte: verùm quia id ego non possum, in eo saltem quod potui deesse mihi nolui, quin aliquod tibi grati animi te-

stimonium exhiberem. Atque hoc sanè consilio Notas has tibi, mi pater do, dico, nominíque tuo consecro: quas horis, vt scis, succisiuis in Diogenis Laërtij libros scripsi. Erat quidem animus ipsum Diogenem nostro studio & opera emendatiorem factum, quàm fuerit hactenus, edere: sed quum non paucæ postea rationes ab ea me sententia deduxissent: interea visum est, Notas has publicare, quas doctis hominibus eo acceptiores fore speramus, quòd arduum nobis fuit, hac præsertim ætate, grauioráque in studia incumbentibus, eum auctorem emendare, quem doctissimi viri cum summa laude, propè, vt videbatur, in pristinum splendorem restituissent. Verùm, nos quidem quid præstiterimus, docti homines, túque imprimis, σεβασμιωτάτη κεφαλὴ, æstimabis: cui si non displicuerit hoc nostrorum studiorum qualecunque specimen, abundè satis operæ meæ consecutus mihi pretium videbor: eritque cur non omnino eam me putem quum hæc scripsi, lusisse. Vale, parens etiam atque etiam obseruande, méque filium tuum, tibi perpetuò obsequentissimum, amare, vt facis, perge. Iterum vale. Ex museo nostro, a.d.x. Kalend. Mart. cIϽ. IϽ. LXXXIII.

DE DIOGENE LAERTIO.

DIOGENIS Laertij paucißimi sunt è veteribus qui meminerint: iique non alij quàm grammatici, quorum omnium antiquißimus est Stephanus, qui τὰ ἐθνικὰ conscripsit. De tempore autem quo floruerit, haud ita facile est coniicere. Facilius enim dixeris, quibus temporibus non vixerit, quàm quibus vixerit: nam quia Plutarchum non semel laudat, meminitque Sexti Empirici nepotis eius, & Epicteti, quem perhibent auctores rerum veterum, vitam produxisse ad Marci Antonini imperium vsque, facilè intelligimus non vixisse Diogenem ante annum à Christo ducentesimum: rursus quia ita eius meminit Stephanus, quasi auctoris satis antiqui, multo ante annum à Christo quingentesimum vixisse eum dici potest: id quod ex eo etiam licet intelligere, quòd de Polemone loquẽs, ait eum fuisse πρὸ ὀλίγου. Fuisse autem hunc ait Suidas ante & post Augustum. Nec certius quicquam adhuc de hac re potui comperiri. Porro, vbi, quomodo, & quandiu vixerit, dicam quum inuenero qui me doceat: nam nunc quidem, parum aut omnino potius, non liquet. Cilicem eum fuisse, & à Laerta Ciliciæ oppido Laertium appellatum docti viri εἰκονολογοῦσιν: à quibus cur dissentiam, caussam non habeo. At fuisse auctorem hunc Epicuri philosophiæ deditum, eámque sectam secutum, nisi pauci horum librorum loci indicio esse poterunt. An alia scripserit præter hoc opus, de vitis & placitis philosophorum (quod ad mulierem nescio quam

fuisse missum, ex vnico qui est in Platone loco intelligimus? & τὴν Πάμμετρον, cuius in his libris toties meminit: ne hoc quidem compertum habeo. Qui putant autem eo potissimùm nomine institutum hoc opus à Diogene fuisse, vt sua poemata nobis hac ratione obtruderet: na illi haud animaduertunt, per esse verisimile τὴν Πάμμετρον multo ante conscriptum hoc opus, in manus hominum peruenisse. nam sanè Diogenes, quoties fere aliquod suum epigramma ascribit, indicat id se describere ex eo opere: & in Empedocle, eius verba sunt hæc, φέρεται δὲ καὶ ἡμῶν εἰς αὐτὸν ἐν τῇ Παμμέτρῳ, σκωπτικὸν μὲν, τοῦτον δ' ἔχον τὸν τρόπον. Ecce, ait φέρεται, quomodo φέρεται, si is liber nondum fuerat vulgatus? Videtur autem tulisse annos ν. Πάμμετρος. nam quòd Ioannes Tzetzes, scriptor vanior stolidiórque (nemo qui legerit dicet secus) quàm antiquior, Diogenem Ἐπιγραμματοποιὸν appellat, crediderim visam ab eo τὴν Πάμμετρον: quæ nihil aliud fuit, quàm volumen poematum & epigrammatum in viros illustres, omni carminum genere factorum. Diuisum id opus fuisse in varios libros testatur ipse: vt in Thalete. Cæterùm, quàm sæpe in hoc opere scribendo vacillans memoria Laertio fuerit fraudi, aut otium iudiciúmve ad ea digerenda defuerit, quæ satis confusè congesserat, poteris beneuole Lector ex his nostris Notis cognoscere: plenius multo cogniturus, si dederit Deus Opt. Max. vt institutum & prope iam affectum Commentarium, quem in hunc auctorem paramus, absoluere liceat.

ISAACI CASAVBONI
AD DIOGENEM LAERTIVM
Notæ.

AD LIBRVM PRIMVM.

PAG. 1. Τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοι φασὶν ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι] Et Græcorum optimus quisque maximéque ingenuus ita semper sensit: & veteres illi nostræ religionis defensores, aduersus gentes veritatem hac in parte iei defenderunt, itaque fastum & arrogantiam cōtra sentientium retuderunt, vt de eo dubitare nemo queat. In promptu sunt quæ super hoc argumento scripsêre Tatianus, Clemens, Theophilus, EVsebius, alii.

Παρὰ μὲν Πέρσαις μάγους] Etiam aliarum aliquot gentium sapientes siue philosophi Magi olim sunt appellati. Lucianus Longævis, οἱ καλούμενοι Μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν καὶ θεοῖς ἀνακείμενον, παρά τε Πέρσαις καὶ Πάρθοις, καὶ Βακτρίοις καὶ Χωρασμίοις, καὶ Ἀρείοις καὶ Σάκαις, καὶ Μήδοις, καὶ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις. Indorum quoque philosophos reperies appellari magos. At sunt qui scribant Μάγος gentile nomen esse, idem significans ac Persa. Cedrenus, Ἀστρολογία καὶ μαγεία ἀπὸ Μαγουσαίων ἤτοι Περσῶν ἤρξατο· οἱ γὰρ τοι Πέρσαι, Μαγοὶ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζονται. Eadem & Suidas.

Παρὰ δὲ Βαβυλωνίοις ἢ Ἀσσυρίοις Χαλδαίους] Aut ἢ Ἀσσυρίοις, quia etsi Chaldæi Babylonii fere vocantur à Græcis & Latinis tamen & in aliis Assyriæ Syriæque partibus ea studia vigêre. Lucretius Babylonios à Chaldæis videtur alios facere, hisce versiculis è libro v.

Vt Babylonica Chaldæam doctrina refutans
Astrologorum artem contra conuincere tendit.

sed certum est Babyloniorum sapientum siue Chaldæorum contrarias inter se sectas fuisse. vide Strabonem li. xv. Habes apud eundem aliósq; multos & de variis Indorum philosophis.

Τοὺς καλουμένους Δρυΐδας] Non assentior Plinio coiicienti Druidas à voce Græca esse appellatos, libro xvi. quin potius Strabonis prudentissimum cōsilium sequor, negantis in appellationibus gentium Barbararū Græcas etymologias esse quærendas. Quare Druidas non magis voce Græca sic fuisse vocitatos censeo, quàm reliquos eiusdem gentis & ætatis sophos, Bardos dico, & Vates, siue Eubages. de quibus cùm alios vide tum Strabonem maximè: & Iulium Cæsarem. apud quem sic hunc locum leges lib. vi. c. iii. *Ii certo anni tempore in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ media habetur, considunt in luco consecrato.* vulgo malè *loco*. Plinius, *roborum eligunt lucos*. Lucanus,

—nemora alta remotus
Incolitis lucis.

Καὶ σεμνωθεὶς] Legunt quidam σεμνωθεὶς: quod commentum est eorum hominum qui à Pseudoberoso isto sinunt se ῥινὸς ἄγεσθαι, nimis sanè patienter, ne quid grauius dicã. Nos eius farinę scriptores nõ vnius assis facimus. Sed de his aliàs Stephanus hãc lectionem habet in Δρυΐδαι.

Καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μαγικῷ] Liber illis temporibus circumferebatur de Zoroastre & magia, hoc indice Μαγικὸν eius libri auctorem putarunt quidam esse Antisthenem: alij Rhodonem: plerique Aristotelem, quos hîc sequitur Laertius, & Plinius lib. xxx. cap. I. Suidas de Antisthene. οὗτ. συνέγραψε τόμους δέκα πρῶτον Μαγικόν. διηγεῖται δὲ περὶ Ζωροάστρου τινὸς μάγου διαφέροντος τὴν σοφίαν. τοῦτο δέ τινες Ἀριστοτέλει, οἱ δὲ Ῥόδωνι ἀνατιθέασιν.

P. 2. Νεῖλον γενέσθαι παῖδα Ἡφαίστου] Diodoro Siculo dicitur hic Νειλεὺς, Ciceroni *Nilus*, De natura deorum lib. III.

Ἧς τοὺς προεστῶτας ἱερέας εἶναι καὶ προφήτας] Ideo Græci, & Latini philosophos Ægyptiorum hierophantas fere aut prophetas nominant. Clemens alicubi ἀρπεδονάπτας.

Ἀπὸ δὲ τούτου εἰς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἐτῶν εἶναι μυριάδας τέσσαρας, &c.] Putabam in numerorum notis esse peccatum. Nam Diodorus longè aliter, qui ait à regno Solis, qui rex primus Ægyptiorum fuisse dicitur, ad tempora expeditionis Alexandri annos numerari μάλιστά πως δισμυρίους καὶ τρισχιλίους. & refert idem ab Osiride ad Alexandri regnum censeri annos πλείω τῶν μυρίων. ὡς δ᾽ ἔνιοι γράφουσι, βραχὺ λείποντα τῶν δισμυρίων καὶ τρισχιλίων. Sed videtur Laertius alios secutus auctores, & eos quidem bene sanè ac grauiter impudentes. De annis Ægyptiorum habes apud eundem Diodorum, Plutarchum, Censorinum, vt alios mittam. Vide AVgustinum De ciuitate Dei libro XVIII. cap. XL.

Ἑρμόδωρος ὁ Πλατωνικός] Confirmant hanc lectionem alij Laertij loci: quare nihil mutandum: etsi Plinius ex Hermippo eadem refert: Plutarchus quoque eadem, sed sine auctore, libro De Iside & Osiride.

Ἀστραψύχους] Suidas, Ἀστραμψύχους.

P. 3 Ποιῆσαι δὲ θεογονίαν καὶ σφαῖραν πρῶτον] Ait Musæum theogoniam sphærámque composuisse. Sed & alia quædam iam olim sub Musæi nomine fuisse circumlata cõstat. vide Suidam & scholia Aristophanis in Ranas. Video etiam grauissimos huius ætatis viros esse quibus placeat eum ipsum autorem esse carminis quod de Leandro & Herone circumfertur: à quibus tamen vehementissimè dissentio. Primùm quòd nusquam apud veteres seu poetarum interpretes, seu alios, quicquam ex illo venustissimo repetitur carmine. Omnium enim antiquissimus qui eius meminit, est Tzetzes. atqui, si ætate Homerum is poeta quicunque sit, præcessisset, an tacuissent obsecro tot doctiss. grammatici qui Homerum sunt interpretati, quàm multos locos ex eo poemate videri posset accepisse Homerus? Verùm age grammaticos mitto: At illi certè qui ex professo vetustissi-

morum scriptorum furta sunt persecuta, tam manifesta vt illi vocarent plagia, vt nos συμπλήσαντες, nunquã siluissent. quod tamen factum esse ex Clemente & Eusebiô tam mihi certum quàm hunc Solem lucere. Deinde monet me quod in Pausania legimus, cuius hęc sunt verba, καὶ ἐστὶν οὐδὲν Μουσαίου βέβαιον ὅτι μὴ μόνον εἰς Δημήτρα ὕμνος Λυκομίδαις. Postremò, vel ipse stylus me in eam impellit sententiam, vt putem verissimam esse inscriptionem quam Michael Sophianus in scriptis codicibus reperit. Μουσαίου τοῦ Γραμματικοῦ. Nam siquis conferat (quod nos fecimus aliquando diligenter) id poema cum aliorum recentiorũ poetarum Grecorum, maximè Noni, qui Dionysiaca conscripsit, carminibus: non dubitabit hanc sententiam esse verissimam.

Μουσαῖον φθίμενον] Distingue. Μουσαῖον φθίμενον σῶμ' ὑ.τ.τ.

Pag. 4. ᾗς καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τὴν βάρβαρον ἀπέστραπται προσηγορίαν] En pugionem verè plumbeum. Philosophia Græca vox est non Barbara: ergo philosophia à Græcis inuenta est non à Barbaris. pari iure Romanis dicere liceat medicinam à se inuentam, quia medicinæ appellatio sit Romana non Barbarã.

Ἐγὼ δὲ εἰ τὸ) Scribo ἐγὼ δὲ εἰ τὸν περὶ θεῶν ἐξαγορεύσαντα τοιαῦτα, χρὴ φιλόσοφον καλεῖν, οὐκ οἶδα. τίνα γὰρ δεῖ προσειπεῖν.

Δύο κατ' αὐτοὺς εἶ) ἀρχὰς] Plutarchus eadem docet, Περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας, & libro de Iside & Osiride.

Καὶ τὰ ὄντα ταῖς αὐτῆς ἐπικλήσεσι διαιρεῖν] αὐτῆς pro αὐτῆς, vel αὐταῖς. omnia suas appellationes retentura.

Τοὺς δὲ μάγους περὶ θεραπείας θεῶν] Apuleius, Apologia pro se ipso prima, *Siquidem magia id est quod Plato interpretatur θεῶν θεραπείαν, quũ commemorat quibusnam disciplinis puerum regium Persa imbuant.* Locus Platonis est in Alcibiade priore.

P 6. Καὶ Δείνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν] Notat doctissimus vir Henr. Stephanus legi etiam Δίων. vt videatur idem esse cum eo Dione, cuius Περσικὰ citantur in Protagora. nisi tamen ille locus est mendosus. Athenæo auctor τῶν Περσικῶν, Δίνων dicitur: Plutarcho Δείνων.

Ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τούτων εἶ)] Clearchus Solensis, Καλανὸς τοίνυν. τὸ μὲν γένος ἦν Ἰουδαῖος, ἐκ τῆς κοίλης Συρίας. οὗτοι δέ εἰσιν ἀπόγονοι τῶν ἐν Ἰνδοῖς φιλοσόφων. καλοῦνται δὲ ὥς φασιν, οἱ φιλόσοφοι παρὰ μὲν Ἰνδοῖς Κάλανοι παρὰ δὲ Σύροις, Ἰουδαῖοι, τοὔνομα λαβόντες ἀπὸ τοῦ τόπου. Vide Iosephum.

P 7. Μὴ γὰρ αἱ εἰς τὸν ἥλιον βέλη Ξέρξην ἀκοντίσαι] De Dario hoc narrat Herodotus. locus est in Terpsichore.

Κατασκευάζειν δὲ ἀγάλματα] Locus defectus: lege καὶ ἀσκευάζειν δὲ αὐτοῖς: animalibus videlicet iis quę colebant: de quibus modò dixit. Certum est in plerisque Ægyptiorum templis pro deorum imaginibus fuisse simulacra bestiarum consecrata. Vide Clementem Pędagogi libro tertio, capite secundo.

Pag. 8. Εἰς Ἑρμῆν ἀνήνεγκαν] Ælianus Var. lib. XIIII. cap. XXXIIII. Diodorus tamen Siculus in albo Ægyptiorum νομοθετῶν hunc omisit libro primo sub finem.

Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς] Eundem Heraclidem in eiusdem rei commemoratione laudat & Cicero, Tuscul. V.

Ἐν τῷ περὶ τῆς ἄπνου] Fuit hic liber apud Græcos celeberrimus, vel teste Plinio. cuius verba ex lib. VII. quo loco de his disserit qui elati reuixerunt, apposui. *Huc pertinet nobile illud apud Græcos volumen Heraclidis. septem diebus fœmina exanimis ad vitam reuocata.* Galenus περὶ πεπονθότων τόπων l. VI. Ἡ μὲν οὖν πρώτη λελεγμένη διαφορὰ τὸ κατὰ τοῦ Ποντικοῦ Ἡρακλείδου γεγραμμένον βιβλίον ἱστορίαν ἔχει πολλὴν ὅπως γίνεται. λέγεται γὰρ ἄπνους τε καὶ ἄσφυκτος ἐκείνη ἡ ἄνθρωπος γεγονέναι, τῶν νεκρῶν ἑνὶ μόνῳ διαλλάττουσα, τῷ βραχεῖάν τινα ἔχειν θερμότητα, κατὰ τὰ μέσα μέρη τοῦ σώματος. ἐπιγέγραπται οὖν τὸ βιβλίον. Ἄπνους Ἡρακλείδου καὶ ζήτησιν ἔφη γεγονέναι τοῖς παροῦσιν ἰατροῖς εἰ μήπω τέθνηκεν. Notandum verò, aut Heraclidem Ponticum duobus in libris de eadem fœmina scripsisse, aut eundem librum duas habuisse ἐπιγραφὰς. Περὶ ἄπνου, vel Περὶ νόσων. id quod ex Diogenis Empedocle discere est. qua quidem in vita dubitari nō potest, quin perperam scriptum sit τὴν γοῦν ἄπνουν ὁ Ἡράκλειτος. legendúmque Ἡρακλείδης. Heraclides enim, non Heraclitus vel Democritus (vt scripsisse nuper virum doctissimum animaduerti, haud scio quid sequutum) eius operis auctor fuit.

Οἱ δὲ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο] Notat hoc Plutarchus, in libello De EI Delphico. Prior appellatio sapientiæ habitum inhærentem notat: posterior, munus docendi, quod olim fun|cti plerique sapientium. Cæterùm quàm variis modis vox sophista, pro variis ætatibus, fuerit vsurpata, & notatum iam à doctis viris, & nos alio loco nonnihil annotabimus.

Pag. 10. Οὐ Κράντωρ καὶ Κράτης] Galenus Historia philosophorum. καὶ Κράτης γέγονε καθηγητικὸς εἰς ὃν κατέληξεν ἡ ἀρχαία Ἀκαδημία. τοῦ δὲ Κράτητος ἀκουστὴς ἦν Ἀρκεσίλαος καὶ τὴν μέσην Ἀκαδημίαν ἐποίησεν ἥκειν. Ego quisnam sit hic Crantes Galeni planè ignoro. quis verò non miretur omissum à Galeno Crantorem?

Οὐ Λακύδης ὁ τὴν νέαν ἀκαδημίαν φιλοσοφήσας] Carneadem, ait Galenus, non Lacydem: à Galeno stat Lucianus. Cicero autem, Carneadem quartum ab Arcesila appellat. eum vide Academicarum quæstionum primo.

Καὶ Ναυκύδης] Alibi Ναυσικύδης

P. 11. Οἱ φιλαλήθεις καὶ ἐκλεκτικοὶ] Talis est quam probarunt illi sanctissimi & eruditissimi patres Clemens. φιλοσοφίαν δὲ οὐ τὴν Στωϊκὴν λέγω, οὐδὲ τὴν Πλατωνικὴν ἢ τὴν Ἐπικούρειόν τε καὶ Ἀριστοτελικήν, ἀλλ' ὅσα εἴρηται παρ' ἑκάστῃ τῶν αἱρέσεων τούτων καλῶς.

P. 12. Δεύτεραι Ἐρετρικὴν] Suidas, Ἐρετριακήν. vtrumque rectè. Vide Stephanum, aut Hermolaum potius: Nam Epitomen nos tantùm habere Stephani, non Stephanum, etiam Eustathius docere poterit his verbis: τοῦ δὲ γράψαντος τὴν τῶν ἐθνικῶν ἐπιτομὴν δυσχερὲς προσέχειν. & alibi legas apud eundem, ὁ τὰ Ἐθνικὰ ἐπιτέμνων. quod autem negat vir doctiss. Xylander, Ste-

phani nomen est: in Eustathio, vellem huius loci meminisset, Ἴσεον ὅτι διαφόρως γραφαὶ ἀποφέρεται τὸ ἐνθέν Ἀδραμύττειον. καθὸ καὶ Σ... παραδίδωσιν ἐν τοῖς ἐθνικοῖς. Sed hæc fit veluti quædam, vt loquitur Thucydides λόγου ἐκβολή.

Τὴν λόγῳ τινὶ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀκολουθοῦσαν) Adde vocem ἀγωγὴν quam desiderari indicant verba Pyrrhoneorum apud Sextum: qui hanc quæstionem tractat Hypotyposeωn libro primo. Nos eius locum integrum, qui erit pro interprete isti Laertiano, ex scripto nostro codice, apponemus. Ὁμοίως δὲ φερόμεθα καὶ ἐν τῷ ἐρωτᾶσθαι εἰ ἔχει αἵρεσιν ὁ σκεπτικός. εἰ μέν τις αἵρεσιν εἶναι λέγει πρόσκλισιν δόγμασι πολλοῖς ἀκολουθίαν ἔχουσι πρὸς ἄλληλά τε καὶ φαινόμενα· καὶ λέγει δόγμα εἶναι ἀδήλῳ συγκατάθεσιν· φήσομεν μὴ ἔχειν αἵρεσιν. εἰ δέ τις αἵρεσιν εἶναι φήσει, τὴν λόγῳ τινὶ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀκολουθοῦσαν ἀγωγήν, ἐκείνου τοῦ λόγου ὡς ἔστιν ὀρθῶς δοκεῖν ζῆν ὑποδεικνύοντος, (τοῦ ὀρθῶς μὴ μόνον κατ᾽ ἀρετὴν λαμβανομένου, ἀλλ᾽ ἀφελέστερον καὶ ἐπὶ τὸ ἐπέχειν διατείνοντος) αἵρεσιν φαμὲν ἔχειν. ἀκολουθοῦμεν γάρ τινι λόγῳ κατὰ τὸ φαινόμενον· ὑποδεικνύντι ἡμῖν τὸ ζῆν πρὸς τὰ πάτρια ἔθη, καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰς ἀγωγάς, καὶ τὰ οἰκεῖα πάθη.

Εἰ δὲ αἵρεσιν νοοῦμεν πρόσκλισιν ἐν δόγμασιν) Malim sine, ἐν vt apud Sextum. Interpres qui vertit *appellationem*, legit πρόσκλησιν: quo modo & in Suida mendosè. Idem ferè error apud Galenum, qui αἵρεσιν definit πρόσκλησιν δογμάτων πολλῶν πρὸς ἄλληλα συμφώνων. Clemens Alexandrinus Stromat. li. VIII. αἵρεσίς ἐστι πρόσκλισις δογμάτων. ἤ ὥς τινες, πρόσκλισις δόγμασι πολλοῖς ἀκολουθίαν πρὸς ἄλληλα καὶ τὰ φαινόμενα περιέχουσα, πρὸς τὸ εὖ ζῆν συντείνουσα.

Pag. 14. τὴν τε ὕλην κατὰ τὸ ποιόν] Scribe κατὰ τὸ ποιοῦν. causam efficientem intelligit. At illa subobscura, ποίησίν τε κατὰ τόπον. quibus respondent mox ὑπὸ τοῦ καὶ ἐν ᾧ. vel, vt Suidas legit, ὑπὸ τοῦ ποιοῦ καὶ ἐν ᾧ.

ΘΑΛΗΣ.

Pag. 15 Ὡς μὲν Ἡρόδοτος] Herodotus Κλειοῖ hoc tantùm ait, αὕτη γνώμη Θαλέω ἀνδρὸς Μιλησίου ἐγένετο. τὸ ἀνέκαθεν γένος ἐόντος Φοίνικος.

Ἐκπεσόντι Φοινίκης] Scribe, ἐκπεσὼν τῆς Φοινίκης Nam falsum est Nileum condidisse Miletum ἐκπεσόντα Φοινίκης. vide Strabonem lib. XIIII.

Τῆς φυσικῆς ἐγένετο θεωρίας] Eleganter, hoc est, περὶ τὴν φυσικὴν θ. Eustathius in ῥαψ. α Ἵνα δὲ τῶν ὀρνίθων ἀφέμενοι, καὶ ὑποχαλάσαντες γενώμεθα καὶ τῶν περὶ γῆν dicitur & εἶναι πρός τινι, pro eodem. Similis loquendi modus apud Heliod. in I. οὕτως ἄρα ὅλος τῶν φροντισμάτων ἦν. paulo aliter idem in primo, μὴ γίνου τῆς ὀργῆς ὅλος. Et ita Græci sæpe.

P. 16. Τὰ ἄλλα καταληπτὰ εἶναι δοκιμάσας] Forrasse legendũ, τὰ δ᾽ ἄλλ᾽ ἀκατάληπτα εἶναι δοκ. contrario sensu: qui simplici illi & rudi sæculo magis conuenit. nihil tamen mutandum censeo.

Πρῶτον εἰπεῖν φασὶν ἀθανάτους τὰς ψυχάς] Aliter Paussan. Messen. Ἐγὼ δὲ Χαλδαίους καὶ Ἰνδῶν τοὺς μάγους πρώτους οἶδα εἰπόντας ὡς ἀθάνατός ἐστιν ἀνθρώπου ψυχή, καὶ σφίσι καὶ Ἑλλήνων, ἄλλοι τε ἐπείσθησαν καὶ οὐχ ἥκιστα

Πιλάτων ὁ Ἀρίστων. Cicero Quæst. Tusc. 1. ab vtroque dissentit. *Sed quod literis extet* (ait) *Pherecydes Syrius primus dixit animos hominum esse sempiternos: regnante gentili.* Rectè autem ait *antiquus sanè fuit enim meo re-* Cicero, *quòd literis extet*, poterant enim alij dixisse, sed quorũ non extaret quicquam. Ammianus de Druidibus, *Quæstionibus occultarum rerum altarúmque erecti sunt, & despectantes humana, pronuntiarunt animas immortales.*

Καὶ πρῶτος τὸ τοῦ ἡλίου] Absurda lectio. Bene codd. interpretis, καὶ πρὸς τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος τὸ τοῦ σεληναίου.

Ὥς φησιν Εὔδημος ἐν τῇ περὶ τῶν ἀστρολογουμένων ἱστορίᾳ] Sic Proclus in IIII. primi Euclidis. Εὔδημος ἐν ταῖς γεωμετρικαῖς ἱστορίαις εἰς Θαλῆν τοῦτο ἀνάγει τὸ θεώρημα.

P. 17. φησὶ Παμφίλη] Sic rectè. Vide Suidam.

Καὶ αὐτὸς δέ φησιν] Quis? apparet locum esse corruptum, & auctoris alicuius in mendo hîc cubare nomen.

Καὶ λέγουσιν ὅτι τῆς μητρὸς] Narrat Plutarchus συμποσ. γ

Κύβισον υἱὸν ἔχειν] Vide Plutarchum in Solone, apud quem scribitur Κύβισος.

Διὰ φιλοτεκνίαν εἰπεῖν] Interpr. codd. δι' ἀφιλοτεκνίαν. Et videtur Thales lusisse in ancipiti pronuntiatione. Vide tamen Plutarchum in Solone.

P. 18. Ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σποράδην ὑπομνημάτων] Τῶν σποράδην, hoc est, τῶν σποράδην φερομένων. Nã Aristoteles quoque in Politicis, quum hoc idem narraret, ait esse τῶν σποράδην λεγομένων. Possis vertere, *Dicta collectanea*: quo indice C. Iulij Cæs. memorat libellum Suetonius.

Ἐμισθώσατο τὰ ἐλαιουργεῖα] Sic Aristoteles, ἀρραβῶνας διαδοῦναι τῶν ἐλαιουργείων. At Cicero *omnem oleam antequam florere cœpisset, in agro Milesio coemisse.* Plinius, qui Democrito hoc tribuit lib. XVIII. cap. XXVIII. *propter spem oliuæ, coemisse in toto tractu omne oleum.*

Pag. 19. *Τίς σοφίῃ πάντων πρῶτος;*) Hic versus apud Val. Max. ita legitur,

Ὃς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδ' αἰ δῶ.

sed illa αἰ δῶ, perspicuè sunt corrupta ex αὐδῶ.

Διδόασιν οὖν Θαλῇ,] Scribendum, διδόασιν.

Παρὰ Λεανδρίου λαβὼν] Sic apud Clementem & Arnobium *Leandrius*: alij *Leandrum* vocant, vt scholiastes Apollonij, & Clementis quoque codd. ita habent interdum.

P. 20. Δαΐδαχος ὁ Πλατωνικὸς] Existimo legendum Δαΐμαχος ὁ Πλαταϊκός, vel Πλαταιεύς. Non enim dubito eũdem hunc esse, cuius autoritate vtitur Plutarchus, in extremo vitarum Solonis & Poplicolæ eiúsque est apud Athenæum mentio. Hic est Daimachus cuius pleraque in suam historiam eisdem verbis Ephorus transcripserat. auctor Porphyrius libro primo φιλολογίας ἀκροάσεως.

Pag 22. Μερόπων καὶ Ἰώνων] Scrib. Μεροπίων. Cos insula Merope dicta & Meropis. vide geographos

P. 23 Οἶνον ἔπι ταλαντ'] Prior editio Οἶνον ἔπινε τὰ Θάλητος. De hoc loco diximus ad Strabonẽ.

Σοφὸν ἀστροτόμημα) Si hæc vera lectio est, ita dicetur Thales ἀστρονόμημα, hoc est, ἀστρονόμος, vt pastor certamen, hoc est certator, apud Maronem.

Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.

fuit tamen quum putarem legendum ἀστρονομία.

Τῶν τε ἀδομένων] Qui sequuntur versus, (versus enim sunt) videntur ex aliquo poeta desumpti: qui septem sapientũ dicta egregia, carmine expresserat: quod & ex reliquorum sapientum vitis coniicere est. Nam quæcunque Laertius in horum vitis profert, & ἀδόμενα appellat, ea existimo fuisse olim ᾄσματα, præclaras sapientiæ sententias ad vulgi institutionẽ continentia. Ratio autem huiusmodi ᾀσμάτων fuit libera valde, & ad solutam orationem proximè accedens. Hinc est quòd Demosthenes quodam loco poetarum duo genera facit, τοὺς ἐμμέτρους & τοὺς τῶν ἀδομένων. Si quis autem putet hæc ᾄσματα ab ipsis sapientibus fuisse facta, per me licet. & sanè id suadere videntur aliquot Laertij loci.

Τάχιστον νοῦς] Hinc illud apud Homerum, Hesiodum & Orpheum in hymno EVmenidum, de summa celeritate, -- ὥστε νόημα. & apud Xenophontem, θᾶττον νοήματος.

P.25 Μὴ διαβαλλέτω σε λόγος πρὸς τοὺς πίστεως κεκοινωνηκότας] Πίστιν vocat arcanum alicuius fidei commissum, vel in quo silendo fide opus. Hoc ait,

Caue sermo vllus tibi excidat vnde illius odium in te concites qui tuæ fidei aliquid commiserat.

Κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς τριακοστῆς πέμπτης ὀλυμπ.] Phlegon apud Suidã longè aliter, & eum sequutus EVsebius in Chr. vide Lucianum.

Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν Ὁμωνύμοις] Huius est non infrequẽs in Plutarcho, Athenæo, & Diogene mentio. Integra autem huius libri inscriptio, fuit hæc, Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων. vt apud Laertium aliquot locis legimus. Itaque apud Plutarchum in vita Demosth. isto loco, οὐ μὴν ἴσημι παντάπασιν, ἀλλὰ Σαμίᾳ τινὶ συνῴκησεν ὡς ἱστορεῖ Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς περὶ συνωνύμων: legendum censeo, ὁμωνύμων. Citant Græci & Dionysium Sinopensem in ὁμωνύμοις. item Simaristũ quendam ἐν συνωνύμοις.

Ῥήτωρ Καλαστιανός] Scribe Καλατιανός vel Καλαντιανός. nam & Calatis & Calantis legitur. vide geographos. multis modis apud varios auctores istud ἐθνικὸν corruptum reperias.

Διονύσιος ἐν Κριτικοῖς] An intelligit Dionysiũ Halicarnasseũ qui Critica multa scripsit? an legendũ Κρητικοῖς; Habes de Thaleta quodã Cretense Gortynio multa apud Plutarchũ Περὶ μουσικῆς. fuit ille ποιητὴς παιάνων.

P.26. Ἦ ὀλίγον τόδε σῆμα] In libro Grecorum epigr ἦρ' ὀλίγον γε τὸ σῆμ. & ὅρα quod non placet: quin fortasse illud ὅρη in ὅρης mutandũ est. Nam ὅρημι etiã alibi apud Diogenẽ legitur. Vt in Pittaci ad Crœsũ epistola, ὁρείς pro ὁράσας. delectantur enim Dores τοῖς in μι. vnde apud Theocritũ, ποθόρημι, & νίκημι.

Γυμνικὸν αὖ ποτ' ἀγῶνα θεώμενον ἠέλιε Ζεῦ] Si recta esset hęc lectio, dici posset, Iouem Ἠέλιον vocari, quòd Sol & Iupiter ii-

dem sint, & ita Orpheus in hymno Solis, Ἥλιε Ζῶ ΕΥ δὲ. sed legendum est literis transpositis Ἠλιεὶ. Ἠλιεῖος, idem quod Ἠλεῖος, vel, autore Stephano, Ἦλις. Rectius autem in Græcorum Epigr. volumine legitur Ἠλεῖε.

P. 27. Ὡς ἐκεῖνο] Alij enim Soloni, alij Chiloni, alij Stratodemo tribuunt, vt autor est Clemens. At in scholiis EVripidis & Pindari, pro Stratodemo, Sodamum reperio.

P. 28. Λάσον Χαρμαντίδου ἢ Σισυμβρίνου, ὡς Ἀριστόξενος, Χαβρίνου Ἑρμιονέα] Deest hoc loco vox aliqua. Non enim septemdecim, sed sexdecim tantùm à Diogene recensentur. Itaque dubium non est quin vno verba mutilus sit codex Diogenis. Quod autem dubitant quidam, num lapsus sit hîc Laertius, alium esse credens Hermioneum à Laso, quod falsum est: ego non puto tanta supinitate eum fuisse. nec sanè ex eius verbis colligi id potest. Suspicor potius, imò planè habeo persuasum, deesse in hoc albo Mysonis nomē.

ΣΟΛΩΝ.

Πρῶτον μὲν σεισάχθειαν εἰσηγήσατο] Ambrosius legit πρῶτος. Magnum fortasse ei visum, Solonem quantumuis nobili loco ortum, mediocris tamen fortunæ & autoritatis hominem, quum primùm ad remp. accessit, rem tam arduam præstare potuisse. Sed animaduertendum est Diogenem Laertium, quum hanc vitam scriberet, pensi nihil habuisse confusissimè omnia proponere: nulla prorsus ordinis, aut temporis quo quæque gesta essent, ratione habita: vt mirum non sit, inde exorsū eum esse, ab iis quę fecit Solon iam ætate prouectus, quum magnum iam sibi in rep. nomen peperisset: quod ex Plutarcho intelligere est. Vnde videtur hęc sumpsisse Diogenes. scribit enim, de σεισαχθείᾳ quum loqueretur: Τοῦτο γὰρ ἐποιήσατο πρῶτον πολίτευμα. Sed eum tu adi. Omnino autem legendum est πρῶτον: sequitur enim ἔπειτα. Porro videtur interpres codicibus vsus, in quibus nonnulla alio scripta essent ordine, ac reperimus hodie in nostris: id quod ex ipsius versione palàm est. Illud verò mirari subit quî factum vt tanta licentia Ambrosius in plerisque huius vitę locis vteretur. non enim interpretem illum Laertij, sed scriptorem historiæ iure dixeris.

P. 29. Πλεύσαντες μὲν ἐς Κράτην] Scribo, εἰσπλεύσαντες.

P. 30.]Κεῖθι οἰκέειν] Distingue, σὺ δὲ εἰ προσλωΐτερόν τοι τὸ Περιανδρου ἄστυ, κεῖθι οἰκέειν· καὶ αὐτοὶ ... τι οἰκέοντι μὲν. Est autem οἰκέειν pro οἴκει Γ[illegible].

P. 31 Στρ[illegible]] Plutarch [illegible].

Ἀνέγνω διὰ τοῦ κήρυκος] Plutarchus. ἀναβὰς ἐπὶ τὸν τοῦ κήρυκος λίθον. διεξῆλθε τὴν ἐλεγείαν.

Pag. 32. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς τάφους πρὸς ἕω βλέποντας] Plutarchus, Ælianus, alij, in contraria omnia eunt. Et Plutarchi quidem locus notior est, quàm vt indicari opus habeat. Æliani autem verba sunt hæc, ex v. Variorum, Νόμος καὶ οὗτος Ἀττικὸς, ὃς αὐτὰ τάφου πέλυχο σώματι ἀνθρώπου πιστῶς ἐπιβάλλειν αὐτοῦ γῆν. θάπτειν δὲ πρὸς δυσμὰς βλέποντα. Iterum Ælianus de hoc Solonis facto, Ἀρχαίας γὰρ (ait) θήκας ἀνοίξας, ἀπέδειξε πάσας

...ϑαῖτας Ἀθηναίους ...ὅς ... ...μένους κατὰ τὸ ... αὐτοῖς ἔθος. Quid ergo? lapsus in historia Plutarchus? lapsus Ælianus? lapsi item alij? minimè gētium; sed quantum equidem iudico, δυοῖν θάτερον, aut alios sequutus est autores Diogenes, aut quū Plutarchi locū haberet in animo, fefellit hominem memoria: itáq; factum est vt, quod ille Megarensibus, hic Atheniensibus tribueret: huius mihi in mentem venit, recordāti cuiusdā in Speusippi vita loci, vbi Plutarchum à Laertio falsò laudari obseruatum mihi est. Ecquis verò tam hospes in rep. literaria versatur, quin sciat primarios illos vtriusque linguæ scriptores multa id genus commisisse? Verumtamen (vt dixi) excusari fortasse ita possit Laertius, vt dicamus eum esse sequutū auctores alios: quos nō defuisse equidē existimo. Nā & scholiastes Thucydidis annotat morē fuisse omnibus Græcis ἐπ' ἀνάπαλιν ... ποιεῖν ... τοὺς νεκρούς.

Στῆσε δ' ἄγων] Arbitror desiderari ante hęc verba aliquid, & sic legēdū ἐγγράψαι αὐτὸν εἰς τὸν κατάλογον τοῦ Ὁμήρου μετὰ τὸ

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,

ἑξῆς τόνδε στίχον

Στῆσε δ' ἄγων. &c.

Interpres quid sibi velit nescio.

Μετὰ θύρακος καὶ ἀσπίδος] Adi Ælianum Var. lib. VIII. c. XVI.

P. 34. Μή τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε] apud Plutarch. -μῆνιν ἐπαμφέρετε

Αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὐξήσατε ῥύσια δόντες] ibidem. -ηὐξήσατ' ἐρύματα δόντες.

Ὑμέων δ' εἷς] Apud Plutarchum horum duorum distichorum ordo est inuersus.

Κοῦφος ἐνεστι νόος] Plutarchus χαῦνος ἔνεστι νόος.

Καὶ εἰς ἔπος ἄφλον ἀνδρὸς] Apud Plutarchum εἰς ἔπη αἱμύλου ἀνδρός.

Pag. 35 Ἐπίπροσθε πολλάκις] Scrib. ἐπίπρόσθε.

Τὰ ῥητὰ γέρα] Supplendum ἐστι καὶ μοὶ. aut tale quid.

P. 36. Ὅρον ἀνθρωπίνου βίου φησὶν ἔτη ἑβδομήκοντα] Solo ipse apud Herodotum, ἐς ἑβδομήκοντα ἔτεα οὖρον αὐθρώπῳ προτίθημι. Apud Clementem Alexādrinum Στρωμ. VI. & apud Philonem περὶ κοσμοποιίας, extant perelegantes super hoc Solonis versus: qui hoc disticho clauduntur.

Τῇ δεκάτῃ (sc. ἑβδόμαδι) δ' ὅτε τελέσας κατὰ μέτρον ἵκοιτο,

Οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν μοῖραν ἔχοι θανάτου.

P. 37. Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας ἄτιμος ἔστω] Non est verum Solonem hanc legem indefinitè sic tulisse: erant enim ab illo adiectæ aliquot exceptiones. Earum vna est quam habes apud Plutarchum, Τὸ μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν. ait autē Solon τοὺς πατέρας. Nam matres quidem etiā iure ciuili Romanorum alere coguntur liberi, quāuis non ex legitimis nuptiis suscepti. l. 5. § 4. D. de agnoscendis liberis. parique ratione ad matris hæreditatē admittūtur liberi vulgo quæsiti ex S. C. Orfitiano, etiā ab intestato, extit. Vnde cognati. Cōtrariā tamē legē indicat Synesius, his verbis, quę propter elegantiā adscribā, Ὁ γὰρ υἱὸς ὁ ῥήτωρ ἀφεῖσθαι φησὶν, τὸ αὐδικῶς μὴ τὰ τρέφειν ἀ-

λύτραν ἀπάγει τῦ νόμυ. τοῖς γὰρ οὕτω γεγονόσιν ἀποδέδεικται μὲν ἡ μήτηρ· ὁ δὲ λοιπὸς τῶν γονέων ἀμφισβητήσιμος. ὅσον εἰωθ' ἀμφοτέροις ἐπὶ τῆς εὐγενείας ὀφείλεται τοῦτο περὶ ἐκεῖνον ἔδει ἀπὸ τῶν ἀπατέρων εἰς τὰς μητέρας. Fuit & altera exceptio, vt idem Plutarchus testatur υἱῷ τρέφειν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην ἐπάναγκες μὴ εἶναι. vide & Galenum in Protreptico.

Ὁ τὰ πατρῷα καταδεδοκὼς ὁμοίως) Vide Æschinem aduersus Timarchū. Sic & apud Romanos ante Augustum, decoctoribus equitibus, quamuis quis fortunæ vitio non suo decoxisset, lege Roscia certus locus in theatro, ignominiæ caussa, constitutus.

Καὶ ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ) Plutarchus de hac lege. Καὶ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἔταξεν ἐπισκοπεῖν, ὅθεν ἕκαστος ἔχει τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοὺς ἀργοὺς κολάζειν. Diodorus Siculus libro primo Solonē ait hāc legem ab Ægyptiis didicisse. quod videtur esse falsum: nam multi auctores sunt non à principe Solone eam fuisse latam: sed pœnam tantum hominum ἀργῶν lenitam: quum lege Draconis ἀργία vt fere omnia delicta, morte puniretur. Constat autem etiam legibus Romanorum dari ἀργίας γραφήν. vt loquitur Imperator Nouella LXXX. siue *lenitudinis*. vt appellatur lege vnica Cod. De mendicantibus validis.

Δράκοντά φησι γεγραφέναι τὸν νόμον) Pollux lib. VIII. Τῆς δὲ ἀργίας ἐπὶ μὲν Δράκοντος ἀτιμία ἦν τὸ τίμημα· ἐπὶ δὲ Σόλωνος εἰ τρὶς τις ἁλοίη, ἠτιμοῦτο. Plutarchi autem verba hæc sunt, Καὶ τὸν τῆς ἀργίας νόμον οὐ Σόλων ἔθηκεν, ἀλλὰ Πεισίστρατος: idque Theophrastum mandasse literis ait.

Ἡταιρηκότα εἴργειν τοῦ βήματος) Καὶ τῶν ἀρχῶν κληρωτῶν. vide Æschinem in Tim.

Σιωπᾶν κελεύει δὲ καὶ τὰς λύπας) Vide Plutarchum in vita.

Μηδ' ἐπιτροπεύειν εἰς ὃν ἡ οὐσία ἔρχεται) Voluit Solon hac lege vitæ pupillorum consulere. nota enim sunt illa vota

> —*pupillúmue vtinam quem proximus hæres*
> *Impello, expungam.*

at iuris Romani prudentissimi autores, contrariā viam sunt sequuti, idque natura duce. Est enim vt ait Paulus libro III ad Sabinum, secundum naturam, commoda cuiusque rei eum sequi quem sequentur incommoda, & contrà.

Δακτυλιογλύφῳ μὴ ἐξεῖναι σφραγῖδα φυλάττειν τοῦ πραθέντος δακτυλίου) Ratio huius legis erat, Ne posset ὁ δακτυλιογλύφος alio facto simili annulo fraudem ei facere cui priorem vendidisset. Nam hæc pertinere ad anulum signatorium quis non videt? Notandum autem quam sit antiquus anuli vsus, quē negat Plinius Iliacis temporibus fuisse cognitum, *quoniam* inquit *conditas arcis vestes, vasáque aurea & argentea, & ea colligata nodi non anuli nota Homerus indicat.* Itaque apud veteres Græcos moris fuisse legimus in Græcorum commentariis, πρὶν εὑρεθῆναι τὰς σφραγῖδας σφραγίζειν ξύλοις ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένοις, διὰ τὸ αὐτὰ ποικίλα εἶναι. Estque eius consuetudinis, apud Lycophronem & Aristophanem Thesmoph. mentio.

Καὶ ἐὰν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχ.) Ad

hanc legem respexit Aristot. pol. 2. quum scripsit, Καὶ τὸ ἀγαθὸν τοῖς μὲν μόνον τοῖς δὲ μετ' ἄλλων· διὸ καὶ οὐκ ἴση ζημία ἐάν τις τὸν ἑτερόφθαλμον τυφλώσῃ, καὶ τὸν δύο ἔχοντα. At Romani iurisconsulti super hoc quid statuerint, vide apud Harmenopulum libro VI.

Ἃ μὴ ἔθου μὴ ἀναίλῃ) Non dubito Solonem accepisse hanc legem à Iudæis: aut ab Ægyptiis potius, qui ab illis prius eam habuerant. Sanè Iosephus eam totidem penè verbis inter leges Iudaicas recenset. Iosephi verba sunt. Ὃ μὴ κατέθηκέ τις οὐκ ἀναιρεῖσθαι & quod sequitur εἰ δὲ μή, θάνατος ἡ ζημία. sic ferè Iosephus. κἂν ὃ μὴ κατέθηκεν ἀνέληται, εἰσὶ κολασταὶ οὐχ οἷαι παρ' ἑτέροις, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μεῖζον. Est & apud Platonem: ex quo rescribendum hoc loco ἀνέλῃ ἔθου autem pro κατέθου positum. Est enim simplex pro composito: vt aliquando è contrario pro ἐπιτίθεσθαι & inducere accipitur. Alcæus,

Καί μοι καλὴ γυνὴ φοροίη καθαρὸν θεμένη νόον.

Æschylus,

Ὁ δ' ἀπηκότως ἀεὶ
Θέμενος ἀγνωμοσύνην νόον,
Δάμναται Οὐρανίαν γέννα

Apollon. III. θεμένη δὲ κακὸν νόον ἐχθοδοποιοῖσιν. Sic Laertius suprà, τῷ Διδυμαίῳ τίθησιν Ἀπόλλωνι. hoc est, ἀνατίθησι. Apud Thucydidem lib. octauo θέσθαι ὅπλα in eadem sententia *arma sumere & deponere* significat.

Ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι) Plato in Hipparcho de Pisistrati filio. ὃς ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο, καὶ τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηνὶ, καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διϊέναι. At Ælianus locum Platonis penè ad verbum describens ᾄδειν simpliciter dixit Var. lib. VIII. cap. II.

Οἷον ὅπου ὁ πρ.) Explicat τὸ ἐξ ὑποβολῆς Plato melius ἐξ ὑπολήψεως. nam illud quidē potius significat, alio verba præeūte & quasi dictante subsequi. Hinc est, ἐξ ὑποβολῆς διϊέναι τὸν ὅρκον quod Latini dicunt cōceptis verbis & præeunte alio iurare. Polemo de mirabilibus Siciliæ fluuiis. ἱστάμενος ἄζωστος καὶ μονοχίτων ἐφαπτόμενος τοῦ κρατῆρος ἐξ ὑποβολῆς δίεισι τὸν ὅρκον.

Διευχίδας) Scripserat hic historiam Megaricam, quam sæpe laudat Harpocration, sed apud eum Διευχίδας haud rarò, corruptè, pro Διευχίδας.

P. 39. Ὄντι μὲν τῷ ἐξ ἄστεος, &c.) Ait coorta in vrbe seditione inter Hyperacrios, Pediæos & Paralios, Solonem nullis partibus se adiunxisse. Sed hoc mihi quidem permirum videtur. Lex enim à Solone lata, quam cōmemorat Plutarchus, de puniendis iis qui seditione coorta neutri se adiunxissent parti, in contrariam planè me rapit sententiam. Quis enim Solonem hanc legem ferentem tulisset, si quod ait Diogenes verum est? Meminit eius legis Plutarchus non semel in vita τῶν δ' ἄλλων αὐτοῦ νόμων ἴδιος μὲν μάλιστα καὶ παράδοξος ὁ κελεύων ἄτιμον εἶναι, τὸν ἐν στάσει μηδετέρας μερίδος γενόμενον. βούλεσθαι δ' ἔοικεν μὴ ἀπαθῶς μηδ' ἀναισθήτως ἔχειν πρὸς τὸ κοινὸν ἐν ἀσφαλεῖ θέμενον τὰ οἰκεῖα καὶ τῷ μὴ συναλγεῖν, μηδὲ συννοσεῖν τῇ πατρίδι καλλω-

στίζομενον. Idem ἐν τῷ πότερα τῶν ζώων &c. Πάλαι γὰρ ὁ Σόλωνος ἐκλέλοιπε νόμος, ὃς ἐν στάσει μηδετέρῳ μέρει προσγενομένους κολάζει. Vide eundem De sera numinis vindicta. Mouet etiam me, quòd Plutarchus, autor grauissimus, & cuius apud me magna esse solet autoritas, quum sæpe huius rei faciat mentionē, nihil tale (nisi vehementer fallor) scriptum reliquit: nō omissurus, opinor, si hoc apud aliquē fide dignum scriptorē legisset. tantùm ait in Solone fuisse eum ab Atheniensibus electum, vt istos tumultus componeret, quia videbant eum μόνον μάλιστα τῶν ἁμαρτημάτων ἐκτὸς ὄντα.

Οἱ τῶν μὲν ἐξ ἄστεος] Quos vocant alij scriptores διακρίους, vel ἐπακρίους, vel ὑπερακρίους, eos Diogenes τοὺς ἐξ ἄστεος appellat: sicut Herodotus, quos alij πεδιέας vel πεδιαίους, τοὺς ἐκ τοῦ πεδίου. Dicti autem sunt διάκριοι, non qui in montibus extra vrbem habitarent: sed qui in superioribus Attici agri locis, hoc est in vrbe, degerent: quæ fuit in huiusmodi locis cōdita quam ob causam factum est vt πόλις vocaretur, quę postea ἀκρόπολις dici cœpit. autores. Thucydides lib. II. Pausanias in Atticis, & Pollux in IX. Nam quę alia ratio iniri possit cur τοὺς διακρίους ab aliis dictos, Laertius τοὺς ἐξ ἄστεος appellet? Etiam Romæ qui septem illos montes incolebant in vrbe montani appellabantur, vt apud Varronem li. V. De lingua Lat. Montanorū meminit & Cicero Pro domo sua.

Τοὺς δὲ νόμους τοῖς ἀραχνίοις ὁμοίους] Imò hoc est Anacharsidis ad Solonem dictum, autore Plutarcho.

P. 40. Τραγῳδίας ἄγειν) Suspecta vox ἄγειν: quam suspicor mutandam in ᾄδειν, aut εἰσάγειν, aut simile quid.

Οὐδ᾽ ὀγδωκονταέτη μοῖρα κίχοι θανάτου) Atqui tu Solon septuagesimum annum prædicabas esse vitæ humanę terminum legitimum.

P. 41. Μὴ κρυπτὸν ἔγχος ἔχων) Lege ἔχθος.

Τένδε τεκνοῖ) Lege τεκνοῖ.

Καὶ ἰσφρήσαντας εἰς τὴν χώραν σπεῖραι) Plutarchus. ὁ δὲ διὰ σπορᾶς κατασκευασθεὶς λόγος ἀπὸ τοῦ τῆς τέφρας περὶ τὴν Σαλαμινίων νῆσον, ἔστι μὲν διὰ τὴν ἀτοπίαν ἀπίθανος παντάπασι καὶ μυθώδης, ἀναγέγραπται δ᾽ ὑπό τε ἄλλων ἀνδρῶν ἀξιολόγων καὶ Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου.

Θῆκε νόμους αὐτοῖς) Lego, Θῆκε νόμους ἀστοῖς ἄχθεα κουφότατα.

Pag. 43. Ἦν μὲν ὕποπτος εἴης) Leg. ἢν μὲν ὕποπτος εἴης

P. 45. Ἣ μὲν τὴν ἔσπευδον) Respicit legem à se latam de liberandis nexis, siue, dè nouis tabulis. ὃ est quod Lat. diceretur ergo. Interpres, vt alibi passim, hic planè cæcutiit.

ΧΕΙΛΩΝ.

P. 46 Ἀνδρὸς ἀρετήν) Interpres legi κατ᾽ ἀνδρὸς ἀρετήν. vel ἀνδρὸς ἀρετῇ. nihil mutandum: neque is est sensus quem putauit Ambrosius: sed hic, *prouidentiam rerum futurarum, ratiocinatione comprehensam, esse viri virtutem*. hoc est eam esse demum virtutem quæ viro conueniat, eiúsque propria sit magis quàm aut ἀνδρεία, aut quæuis alia.

Κατὰ τὴν πεντηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπ) Scr. πέμπτην.

Σάτυρος δὲ Λυκοῦργον) Herodotus Κλεισοί, τοὺς ἐφόρους καὶ γε-

γυνὴς ἔστιν Λυκοῦργος. Vide Plutarchum in Lycurgo.

Ἱπποκράτει) Patri Pisistrati. Locus Herodoti est lib. primo.

Pag. 48 Νοῦς ἐστιν ἔλεγχον) Hoc est φιλεῖ δουῦναι. sic enim Græci loquuntur. Homerus,

Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ. eum solent exaudire. Plut. quoque ita dixit. Οἱ τῇ γαμηλίᾳ θύοντες Ἥρᾳ τὴν χολὴν οὐ συγκαθαγίζουσι τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς· ἀλλ' ἐξελόντες ἔρριψαν παρὰ τὸν βωμὸν ἔρριψαν, hoc est, ῥίπτειν εἰώθασι Lucianus. πρῶτα μὲν φέροντες ὀβολὸν κατέθηκαν αὐτῷ. id est, κατατιθέναι εἰώθασι. Sic passim.

Φασὶ δ' αὐτόν ποτε) Gellius lib. 1. *Chilo ille sapiens conseruandi amici causa de via declinauit. Sed video quousque progressus est. Falsum enim pro amici salute consilium dedit. Idipsum tamen in fine quoque vitæ, an iure posset reprehēdi culparique dubitauit.* In verbis Laertij post illa, αὐτὸς μὲν παρὰ τὸν νόμον, desideratur aliquid.

P. 49. Βράγχον δ' εἶναι ὃς τὸ ἱερὸν ἔκτισε τὸ ἐν Βραγχίδαις) Putabam hæc esse insititia & adulterina, ac proinde tollēda. nam & interpres illa nō agnoscit: &, vti nunc quidem scribuntur, nō hic sunt aliud, quàm quod canis ad balneum. Nunc tamen esse illa retinēda nullus dubito. nam qui potuit imperito librario venire in mentem, vt hæc de Brancho reconditissimam historiam hîc annotaret? Sunt igitur Laertij hæc verba: sed, vt censeo, defecta. quòd si coniectura me non fallit, sententia loci integri hæc fuit: Aristagoram Milesiū concisum & breuem stylum appellasse τρόπον Χειλώνειον, quum de Brancho loqueretur, qui tali dicendi genere vsus fuerit. Branchum dico illum qui condidit, vel vt ait Strabo, præfuit templo Didymæi Apollinis: quod erat in eo loco agri Milesiaci, qui è re dictus est Branchidæ. Hoc voluisse Laertium si verum aut certum non est, at certè per est verisimile. Aristagoram Milesium in historia patria fecisse mentionem Branchi nemo dubitauerit, qui geographicarum rerum non sit planè rudis. Imprimis vide Strabonem lib. XIIII. meminit & libro IX.

Pag. 50. Ἐγγύα πάρα δ' ἄτα) Scrib ἐγγύα πάρα δ' ἄτα. Ausonius *Sponde: noxia est præsto tibi.* Plinius *miseriam* vertit.

Ἐπιστέλλεις ἐμὲν ἀστρατείαν) Lego. Ἐπιστέλλεις ἐμὶν ἐκστρατεῖν ἐπὶ ἐκδάμως, καὶ ὡς αὐτὸς ἐξέρπεις. id est, Scribis ad me de expeditione quam paras in eos qui istinc exulāt, téque ipsū profecturum cum exercitu. Reliqua plana.

ΠΙΤΤΑΚΟΣ.

Μαχόμενον Ἀθηναίοις καὶ Μιτυληναίοις ἐστρατήγει μὲν αὐτός. Ἀθηναίων δὲ Φρυνῶν) Lego ἐστρατήγει μὲν αὐτὸς Μιτυληναίων, Ἀθηναίων δὲ Φρυνῶν & rectè. erat enim Pittacus Mitylenæorū dux, Phrynō autē Atheniensiū: quod ex Strabonis libro decimotertio. & Plutarcho περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας intelligimus.

P. 51. Ἀλλὰ καὶ Κροίσου διδόντος, &c.) Meminit Plutarchus: cuius ideo verba apponam, vt hinc lucem accipiāt. Deceptus enim est Xylander quū ea trāsferret, Οἷον ἐστὶ καὶ τὸ τοῦ Πιττακοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Λυδῶν πυνθανόμενον εἰ χρήματα ἔστιν αὐτῷ· διπλάσια, εἶπεν, ἢ ἐβουλόμην, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνηκότος. Lege ἢ ἐβουλόμην.

Καθήμενον ἐπὶ κουρείῳ) Mos Græcorum hic fuit vt garruli homines, quibus, vt Syracusanus poeta ait, ἀεὶ ἑορτά, in tonsorum officinis sederent. Aristophanes,

> Καί τοι λόγος γ' ἦν, νὴ τὸν Ἡρακλέα πολὺς
> Ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων.

ad quem locũ vide interpretem.

P.52. Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι) Eandem γνώμην expressit Aristoteles. Ἠθ. β, his verbis, διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι) Maximus Tyrius serm. XXXI. Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι κατὰ παλαιὸν ᾆσμα.

Ἄνδρ' ἀγαθὸν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπὸν, τὸ Πιττάκειον) Ex Socratis bene longa disputatione apud Platonem, intelligimus reprehendi à Simonide Pittacum, quòd dixisset esse χαλεπὸν, ἄνδρα ἔμμεναι ἀγαθόν. Est n. fateor (dicebat Simonides) γενέσθαι ἄνδρα ἀγαθὸν difficile: at semel γενόμενον ἔμμεναι, quod ait Pittacus, hoc verò nequaquam est χαλεπόν. Videamus igitur quã fideliter hæc referat Laertius: & nũ hîc sit eius, σφάλμα μνημονικόν. quod mihi quidem videtur. Ita enim hæc refert quasi esset à Pittaco dictum, χαλεπὸν γενέσθαι ἄνδρα ἀγαθόν: quæ fuit Simonidis, non Pittaci, sententia.

Τὸ Πιττάκειον) Hinc corrige Suidam in hac voce.

Ἀριστομένης) Prior editio Ἀριστοδήμου.

P.54. Βιοὺς ὑπὲρ ἔτη ἑβδομήκοντα) Centum ait Lucianus.

Τὸν οὖν σοφὸν λέγεσθαί ποτε) Æschylus in Prometheo.

> Ἦ σοφὸς ἦ σοφὸς ἦν
> Ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε
> Καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν.
> Ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν
> Ἀριστεύει μακρῷ.

Vide scholia.

P.55. Θοὰς βέμβικας ἔχοντες) Βέμβιξ ἡ στρόμβη, trochus. Æschyli scholiastes, Μέτισθι πρὸς τοὺς παῖδας τοὺς πλησίον ἡμῖν τοῖς βέμβιξι παίζοντας ὅ ἐστι τὰς στρόμβους) καὶ ἀπ' αὐτῶν &c.

Σκαράπεδα μὲν καὶ σαράποδα) Deduci vult Diogenes à σύρω. & ita quibusdam placet Saronicũ mare esse dictũ παρὰ τὸ σύρεσθαι quia Minos Scyllam Nisi patris proditricem ἀφῆκε σύρεσθαι διὰ θαλάττης. Melius tamẽ, meo iudicio, Galen. in Glossis, à σαίρω, vnde σεσηρὼς quod significat ore aperto & hianti esse. Eius verba sunt, σαράπους ὁ διεστῶτας ἔχων τοὺς δακτύλους τῶν ποδῶν.

Γαύρηκα. δὲ ὡς εἰκῇ γαυριῶντα) Hesychius, Γαύρηξ ὁ γαυριῶν.

P.56. Ζοφοδορπίδαν, ὡς ἀλυχνὶ) Suspicatus aliquando sum Pittacum ab Alcæo vocatum ζοφοδορπίδην ioco conuiuiali: quòd ad cœnam vocatus nunquam nisi serò veniret: vnde fieret ipsius culpa vt de multa nocte inirentur ea ad quæ ipse esset vocatus conuiuia. Fuit hoc sanè apud antiquos studio summo obseruatum, vt qui ad cœnã essent inuitati, tempori adessent, nec conuiuis essent in expectatione. Theocritus,

> Ἢ μετὰ δεῖπνα κλητὸς ἐπείγεαι.

Scholia. Οἱ γὰρ ἐπὶ εὐωχίας κεκλημένοι σπεύδουσιν. ἐπὶ δὲ τῶν βραδυνόντων παροιμία.

> Ὅστις ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς ὀψὲ ἔρχεται
> Ἢ χωλός ἐστιν ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς

hinc est quod vt ait Plutarchu[s] Πολύχαρμος ἐν Ἀθηναίοις δημαγωγὸς καὶ τοῦ βίου διδοὺς ἀπολογισμὸν ἐν ἐκκλησίᾳ ταῦτα εἶπεν, Ἄνδρα Ἀθηναῖοι, τἄλλα καὶ πρὸς τούτοις

οὐδέποτε ἀληθεῖς ἐπὶ δεῖπνον ὑ-ςαλῷ δερκόμιον quem Plutarchi locum mutilum existimo aliquot vocibus, ac legendum aut hoc aut simili modo. Ἀνδρ'. Ἀθ. πάλλα τι μέτριός εἰμι, καὶ τῷ. Ita igitur olim. at Laertius exponens ἄλυγνον aliò refert. vult enim Alcæum Pittaco hac appellatione sordes & vitæ illiberale genus obiicere. Plutarchus tamen Συμποσ. lib. VIII. c. VI. nostram interpretationem adiuuat. Ait enim τοὺς βραδέως ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐλθόντας. καλυσιδείπνους & ζοφοδορπίδας per iocum fuisse appellatos. Sed vide quæ ibi mox aduersus hanc interpretationem disputantur.

Τὸ τῷ γυμνάσιον, σῖτον ἀλεῖν) Plutarchus in conuiuio septem sap. Ἐγὼ δὲ ξένης ἤκουσα ἀδούσης πρὸς τὴν μύλην ἐν Λέσβῳ γενόμενος, Ἄλει μύλα, ἄλει καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ μεγάλας Μιτυλήνας βασιλεύων. Vide Ælianum Var. VII. c. IV.

ΒΙΑΣ.

P. 57 Διεξιὼν αὐτῷ τὴν ἀδύνατον) Lege ἀδυνατεῖν vel ἀδύνατον neque aliter codd. interpretis. quanquam eius versionem isto loco, vt multis aliis, scioli quidam corrupère: qui malo exemplo, tantum iuris in alieno opere sibi sumunt.

Ἐγὼ δὲ φησιν Ἀλυάττη κελ.) Imò Crœso, si credimus Philoni: at Plutarchus Pittaco hoc tribuit: sed longum fit obseruare quàm vehementer in rebus huiusmodi, antiquis scriptoribus non conueniat inter ipsos.

Προσεχόντο) Suidas ἐχόντο.

Δικαιόδικος ὁ Ἀλείριος τοῦτο ἀντίθεσιν λέγειν) Quæ sequuntur ita lege & distingue,

—τὴν τύχην
Κρίνων δικάζων τὴν Πριηνέων δίκην
καὶ Γαπανὼξ, Ὅς καὶ δικάζειν
βιασὶ δὲ τῶν Πριηνέων ἄριστος.

Pag. 59. Τῶν δ' ἀνθρώπων αὐτοῦ) Versus sunt qui sequuntur, vt iam suprà indicaui.

Ἐν πόλει νέμοντες) Lego ἐν πόλει ἄν καταμένῃς. In vrbe in qua habitas. Error videtur ortus ex eo quòd, vt notat Euripidis scholiastes, antiqui τὸ ι, quod nunc subscribitur, apponebant.

Ἐξήλαμψεν αὐτὴν) Sic legendum: Ionica dictio, qua & Herodotus vtitur. idem est ac ἐλάμβανε tulit.

Pag. 61. Οἱ πλεῖστοι κακοί.) Quæ deinceps habentur in codicibus Latinis, vnde sint profecta nescio: non enim sunt Ambrosii, vt arbitror, qui hoc opus vertit. certè in antiquioribus editionibus Latinis quas hactenus vidi, ea non reperias. nam in ea quidem quam ante annos ferè CXX. Benedictus quidam Brognolus recensuit.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΣ

Pag. 62 Γεγένηται τε αὐτῷ θυγάτηρ Κλεοβουλίνη, Quæ Eumetis appellabatur: auctor Plutarchus.

Ἐν τοῖς ὁμωνύμοις δράμασι πληθυντικῶς ἐπιγράψας) Κλεοβουλίνας Cratini laudatas apud Athenæum reperies non semel. Sic Cratinus plerasque alias fabulas πληθυντικῶς inscripserat. cuius rei causam sciremus, si ipsa haberemus dramata. talia erant illa eiusdem Ὀδυσσεῖς, Πυθαγορικοὶ Ταραντῖνοι, & Ἀρχίλοχοι vt vocat Athenæus: vt Clemens Ἀρχιλόχοις. At Alexis Κλεοβουλίνη nomen fecerat cuidam suo dramati.

Τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς αἱ ἱδρύσα... αὐτὸν ἀπὸ Δαναοῦ) Scrib. τὸ ἀπὸ Δαναοῦ. vel potius, τὸ ἀπὸ Δαναοῦ ἱδρυθὲν, restituta voce quæ excidit. Vide Strabonem libro XIIII. & Diodorum libro quinto.

P.63. Παῖδες τριάκοντα) Ergo menses illo æuo ex diebus constabant decem & quinque? tot enim efficiunt hæ triginta filiæ. Logi. corruptus enim hic locus est, & legendum Κούρας ἑξήκοντα. itáque apud Stobæum legitur. At Suidas qui hunc Diogenis locum descripsit, habet ipse quoque τριάκοντα, quod, etsi ferri posse videtur, propter illa, διαίδιχα εἶδ@ ἔχουσαι, tamen illam lectionem magis probo: imò verò sol[illegible]m probo.

Ὑποδεικνὺς ὅτι δεῖ παιδεύεσθαι καὶ τὰς παρθένους) Qui sanè non videtur fuisse mos Græcorum. Fuit tamen Romanorum apud quos virgines liberalibus artibus instituebantur, vt ait Iulianus l. g. I v. Dig. Vbi pupillus educari vel morari debeat. Itaque non minus puellæ quàm pueri literarum ludum frequẽtabant, vel Dionysio Halicarnasseo teste: cuius hæc sunt verba in vltimo libro: Ταύτην τὴν κόρην (de Virginia loquitur) ἐπίγαμον ἤδη οὖσαν ... Ἄππι@ Κλαύδι@. ὁ τῆς δεκαρχίας ... ἐν γραμματικοῦ ... διδασκαλεῖα ... παῖδες ... ἀγορᾷ) ... &c. Liuius de eadem Virginia. *Virgini, ait, venienti in forum (ibi namque in tabernis literarum ludi erant) minister decemuiri, &c.*

P.65. Πολλοί μοί τινες εἰσὶν ἑταῖροι) Lego μοί τιν. & quod sequitur, ... παντί, lego πάντη, vt apud Suidam: vel παντῆ potius Δωρικῶς. Deinde lege, φαμὶ δ' ἐγὼν πολὺ αἰ... Σόλωνι τῷ Λίνδῳ. nam illud ... non est nauci. Suidæ quoque lectio ... corrupta est. Pro δαμιοργ... legit Suidas δαμιοργοῖς ... quod si probetur, scribendum erit, δαμιοργέοντας ... Quid sit mox ... ad Strabonem docuimus.

ΠΕΡΙΆΝΔΡΟΣ.

Περίανδρ@ Κυψέλλου) Scribe Κυψέλου est enim dictum nomen ἀπὸ τῆς κυψέλης. vide Herodotum.

P.66 Τὸν τε παῖδα ἀνεσκεύ... ἐξ εἰς Κέρκυραν) Hoc est, *abdicauit & seposuit in Cercyram.* Solebant enim tam Græci quàm Romani patres filios suos quos ob delictum aliquod abdicabãt, vt plurimum remouere ab oculis & conspectu suo. Hinc illa verba Manlij Torquati apud Valerium Maximum libro v. *Quum Silanum filium meum pecunias à socijs accepisse mihi probatum sit, & rep. eum, & domo mea indignum iudico, protinúsque è cõspectu meo abire iubeo.* Et qui redibant cum patre in gratiam, dicebantur *reduces*, vt in quadam Quintiliani declam. qui & abdicatos *exules domus suæ* pereleganter in alia declam. appellat. Græci ἐκπέμπειν τοὺς υἱοὺς & ἀπαλλάττεσθαι εἰς τὸ γῆρ@ dicunt. Cæterùm hoc inter Græcos & Rom. fuit discriminis, quòd Romani quum habe-rẽt ius vitæ & necis in filios, poterãt sine caussæ cognitione ... Græci non item. Lucianus Ἀποκηρυττόμενος.

οὐ γὰρ ἀπάσιν, ὦ πάτερ, ὁ νομοθέτης οὐδὲ πάντας υἱέας οὐδὲ ὁσάκις ἂν ἐθέλωσιν. ἀποκηρύττειν συγκεχώρηκεν. οὐδ' ἐπὶ πάσαις αἰτίαις. Mox. καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐλευθέρας φησὶ γεγενῆσθαι, οὐδ' ἀκριτον τὴν τιμωρίαν ἀλλ' εἰς δικαστήριον ἐκάλεσε καὶ δοκιμαστὰς ἐκάθισε, τοὺς μήτε πρὸς ὀργὴν μήτε διαβολὴν τὸ δίκαιον κρινοῦντας. Quint. declamat. CCLXXXIII. *Cæteros enim quos abdicant patres sine narratione causæ abdicare non possunt.* Vide Suidam in ἀποκηρύττειν, & in ἀποκήρυκτον ἐκβάλλειν.

Αὐτεπίορκον ἐπὶ τῇ μητρί) Non erat hæc iusta abdicandi filij caussa. Sed quis sanus tyrannorum facta ad legem præscripta exigat? Fuit tamen inter legitimas causas ob quas filius à patre potuit abdicari, Si filius matrem adulteram (qualem videtur existimasse vxorem suam Periãder) aleret. quod ex Quintiliani declamatione cccxx. intelligimus.

Ἐρασθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ. &c.) Hanc sibi manus intulisse ob flagitium istud horrendum cõiicio ex Plutarchi conuiuio.

Πλάτων δέ οὔ φησι) Plato negat, ait Ambros. Sed est obseruandum, τὸ ΟΥ φημι, aliquando idem significare quod Nego, aliquando minus. Et omnino, quæ differentia acutè notatur à Iurisconsultis inter hæc, Volo, Non volo, Nolo: eadem notari debet in istis, φημὶ. οὔ φημι. ἀπόφημι. Nam sanè Plato hoc ῥητῶς non negat. tantùm enim Periandrum prætermisit. quod supra quoque est à Diog. annotatum.

Πολλὰ χάρις) Totum huius epistolæ principium ita corruptũ est à sciolis quibusdam linguæ Doricæ imperitis vt interpres & qui eius emendationem sunt professi imperitissimam sententiam Periandro affinxerint. Legendum autem, Πολλὰ χάρις τῷ Πυθοῖ Ἀπόλλωνι, (vel Ἀπόλλω vt habent priores editiones) ὅτ' εἰς ἓν ἐλθόντας αὐτεῖ, ἄξουτι καὶ ἐς Κόρινθον ταὶ ἐμαὶ ἐπιστολαί. Scribit Periander ad sapientes, qui Delphis ad Apollinem conuenerant: eos inuitat domum suam: hoc est, Corinthum. Corinthi enim tyrannus Periander. αὐτεῖ Doricum est, pro αὐτοῦ vt apud Theocritum τηνεῖ, τουτεῖ. id est genus alia.

Pag. 70. Περίανδρος Προκλεῖ) Corrupta sunt pleraque in hac epistola: nos eam sic legimus & explicamus, Ἀμῖν μὲν ἀκούσιον τᾶς δάμαρτος τὸ ἄγος. τὺ δὲ ἑκὼν τοῦ παιδὸς ἐμὲ ἀποθυμῆ με ποιήσας, ἀδικεῖς. ἢ ὦν παῦσον τὰν ἀπηνίαν τῶ παιδὸς, ἢ ἐγὼ τοι ἀμυνοῦμαι. καὶ γὰρ δὴ καὶ αὐτὸς ποινὰς ἔτισα τᾷ τεᾷ θυγατρὶ, κατακαύσας αὐτᾷ καὶ τὰ πασᾶν Κορινθιᾶν εἵματα. Hoc est, *Nos quidem inuiti piaculum istud in vxore commisimus: Tu verò si vltro filij animum à me alienas, iniustè facis. Aut igitur sæuum hunc filij animum in me lenito: aut ego hanc iniuriam tuam vltum ibo. Nam & ego filia tua satisfeci, crematis in eius honorem omnium mulierum Corinthiarum vestibus.* Ignoratio historiæ tenebras huic epistolæ densissimas offuderat. Res autem sic habet: Periander duxerat in vxorem Melissam Proclis filiam. hanc à pellicibus falsis criminibus accusatam interfecit maritus. filius, quòd matris cædem grauiter ferre visus esset, abdicatus, & in Corcyram relegatus. Procles mortem filiæ

Melissæ iniquissimo (vt par est) animo ferens, non desiit filium aduersus patrem stimulare, eiúsque in illum odium accendere. Quare quum Periander rei veritate tandem cognita & Melissę manes placare conatus esset, & filium reuocare domum ad regni successionem vellet, is plenus irarum, parentis voluntatem insuper habuit. quod ægerrimè ferens Periander, neque ignorans quo maximè auctore & suasore tam rigidum & inexorabilem Lycophron filius se præberet, misit ad Proclem hanc epistolam: quæ his cognitis facilior erit ad intelligendū, quàm vt de eius sententia plura necesse habeam dicere.

Ἦν ἀπὸ θυμοῦ μοι ποιήσῃς) ἀπὸ θυμοῦ vel ἀπὸ θυμοῦ μοι ἐστί, non solum significat excidisse animo, sed inuisum esse & odio. Homerus, ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι contrarium est ἐστὶ κατὰ θυμοῦ. Sic & ποιεῖν τινὰ ἀπὸ θυμοῦ τινί est quod dicere solēt Græci διαβάλλειν committere & odiū alicuius in alium inflammare.

Ἀγλωΐαν] Sequutus sum Frobenii editionem, rectè. Τὰ γὰρ ἀπὸ παροξύτονα in εια por. te ac Dores in ια mutant, ait scholiastes Euripidis: qui canō notandus est. Non enim possunt omnia τὰ in εια mutari in ια.

Κατεκαύσαμε αὐτᾶς καὶ τὰ παρὰ τῶν Κορινθίων ἱμάτια) Herodotus, Κήρυγμα ἐποιήσατο ἐς τὸ Ἥραιον ἐξιέναι πάσας τὰς Κορινθίων γυναῖκας αἱ μὲν δὴ ὡς ἐς ὁρτὴν ἤισαν κόσμῳ τῷ καλλίστῳ χρεώμεναι. ὁ δ' ὑποστήσας τοὺς δορυφόρους ἀπέδυσέ σφεας πάσας ὁμοίως τάς τ' ἐλευθέρας καὶ τὰς ἀμφιπόλους. συμφορήσας δὲ ἐς ὄρυγμα, Μελίσσῃ ἐπευχόμενος κατέκαιε. Scribimus autem κατεκαύσαμε more Dorum, quia priores editiones habebant κατεκαύσαμε. Nota illo Pindarico, κατακρύψαις δ' ἀπαλλάξαις.

Θρασύβουλος Περιάνδρῳ) Sequitur Herodotum vt & Dionysius Halicarnassi alij aliter vt Aristoteles non vno loco. Porro fictam esse hanc epistolam neque tum scriptam quum res gereretur, clarum est.

Ὑπεκρίθην) Antiqua lectio est ἀπεκρινάμην malo ὑπεκρίθην. Nam ex Eustathio constat antiquos illos ὑποκρίνεσθαι non ἀποκρίνεσθαι pro respondere vsurpasse.

ἈΝΆΧΑΡΣΙΣ.

P 71 Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης ἦν] Suidas paulo aliter hunc locum profert. Habet enim Γνοῦρος & Καδοῦϊδα, fortasse scripserat Laertius Καδουΐδα. Est autem eadem forma dictum Καδουΐδας ac Σουΐδας. Falluntur enim viri doctissimi & magni in literis hominis, qui toties Suidam in ciuitate Romanâ nomen mutare cogunt. Sunt enim qui Suidam, sunt qui Sudam, nec desunt qui Sudinem (credo quòd hoc nomen se in Plinio recordarentur legisse) appellent. Atqui verum est profectò, Suidas. Eusrath. Τὰ εἰς δας ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἰσοσυλλάβως κλίνεσθαι ἐστὶ Τιμαχίδας, Τιμαχίδα· Σουΐδας, Σουΐδα.

Ἐπὶ ὀκτακόσια) Codices Ambrosii εἰς ἑπτακόσια. Suidas tamen diserte ἐπὶ ὀκτακόσια.

Ἔφη γοῦν αὐτῷ ἐν τῇ πατρίδι ἐστί) Lege αὐτοῦ. Nā hoc voluit Anacharsis dicere, Si ius hospitii & amicitiæ in sua quisque

patria parare debet, Soloni id esse faciendum: qui in sua esset patria. quare noli dubitare quin illa lectio αὐτὸς sit inepta. Plutarchus autem in Solone hoc Anacharsidis dictum his verbis refert, Οἴκοι μὲν (φησὶν ὁ Ἀνάχαρσις) αὐτὸς σὺ οἴκοι σὺ ποίησαι φιλίαν καὶ ξενίαν πρὸς ἡμᾶς.

P.73. Ἔνιοι δὲ τελετὰς Ἑλληνικάς] Iosephus περὶ ἀρχαιότητος Ἰουδ. 2. testatur Scythas interfecisse τὸν ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζόμενον Ἀνάχαρσιν, ἐπανελθόντα πρὸς αὐτοὺς ἐπεὶ τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν ἔδοξεν ἥκειν πλήρης. & fuisse quidem occisum Anacharsin à suis in Scythia, reducem è Græcia, multi testantur. At longè aliter id Clemens tradit. nam cōtrà ipsum Anacharsin ciuem quendam suum occidisse quod vellet τελετὰς Ἑλληνικὰς qualia erant Cyzicena in sacris matris deûm, in religionem Scytharum inuehere. Sic ille. πολλὰ καὶ ἀθλ... τῶν Σκυθῶν βασιλεύς, ὅστις ποτὲ ἦν Ἀνάχαρσις ... τὸν πολίτην ἑαυτοῦ τὴν παρὰ Κυζικηνοῖς μητρὸς τῶν θεῶν τελετὴν ἀπομιμούμενον παρὰ Σκύθαις τύμπανόν τε ἐπικτυποῦντα, καὶ κύμβαλον ἐπηχοῦντα ἐκ τοῦ τραχήλου τινὰ μηναγύρτην ἐξηρτημένον, κατετόξευσεν. Ego verò hanc litem facilè componam: non enim hæc vnquam Clementis fuit mens: sed scriptoris qui glossam in textum loco alieno recepit. Legendum aio, τοῦ τῶν Σκυθῶν βασιλεῦ ὅστις ποτε ἦν. inducta voce Ἀνάχαρσις. quæ perperam huc intrusa est: quum prius annotata esset, non ad illa ὅστις ποτε ἦν vt putauit librarius: sed ad illa, τὸν πολίτην ἑαυτοῦ. Vide Herodotum Melpomene.

Θαυμάζειν τι ἔλεγε] Vide cōscriptum librum à Luciano, cui index περὶ γυμνασίων.

P.73. ἐν ταῖς καπηλείαις] Interpres legisse videtur ἐν τοῖς καπηλείοις. nam καπηλεία ipsa est artis cauponariæ exercitio, non taberna. Simile paulo post, Τὴν ἀγορὰν ὡρισμένον ἔφη τόπον εἰς τὸ ἀλλήλους ἀπατᾶν.

Ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνουσι &c.] Notissimus Græcorum mos cuius meminit præter Alexandrum Aphrodis. περὶ l. primo LXXX. & Athenæum, etiam Philo περὶ μέθης. Notum est etiam quid sit apud Ciceronem, Græco more bibere, ac poscere maioribus poculis.

Ἀλλ' οὐδ' ἄμπελοι] Hoc dictum à Plutarcho ita refertur in conuiuio τῶν ἑπτὰ ἐρωτήσαντι εἰ παρὰ Σκύθαις αὐλητρίδες εἰσίν, ὁ δ' εὐθὺς ἀπὸ τοῦ παρατυχόντος οὐδ' ἄμπελοι, εἶπεν. Aristoteles πέπλυται ὕστερα ... ἐοίκασι δὲ αἱ τοιαῦται τῶν αἰτιῶν τοῖς καθ' ὑπερβολὴν εἰρημένοις. τὸ τὸ δ' αἴτιον τὸ πλεῖον ἀπὸ τοῦ ἥπαντα, τὸ μέσον εἰπεῖν. οἷον τὸ τοῦ Ἀναχάρσιδος, ὅτι ἐν Σκύθαις οὐκ εἰσὶν αὐλητρίδες. οὐδὲ γὰρ ἄμπελοι. Ad cribam & Eustathii verba, quibus hoc ipsum ita explicat, Καὶ ὅτι πολλὰ τοιαῦτα πόῤῥω αἴτια παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὧν ἓν καὶ τὸ τοῦ Ἀναχάρσιδος ὃς ἐρωτηθεὶς διὰ τί παρὰ Σκύθαις οὐκ εἰσὶν αὐληταί, εἶπε, διότι οὐδὲ ἄμπελοι, μακρὰν γὰρ καὶ ἐκεῖνος ... τὸ μὲν γὰρ ἐχρῆν εἰπεῖν ὅτι οὐδὲ μέθη παρὰ Σκύθαις ἐστὶν οὐδὲ οἶνος. ὁ δὲ ἀνέδραμεν ἐπὶ τὸ πόῤῥωτερον αἴτιον τὰς ἀμπέλους.

Τὸν μὲν καπνὸν ἐν τοῖς ὄρεσι καταλείπουσι] Hoc dicit propter ligna acapna, quibus multum vsi veteres.

Τοὺς ἀπὸ πλευρίας πῦ τίθης;]

Eleganter dubitat inter mortuósne an inter viuos sint ponendi ij qui nauigant: nam vt modò dicebat idem, tantùm illi absunt à morte, ὅσον ἐστὶ τὸ πάχος τῆς νεώς. Aratus quoque de nauigante, ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ᾽ ἐρύκει. Mihi tamen aliquando venit in mentem, legi posse πλείονας. quam lectionem si quis probauerit, habebit sensum non paulo venustiorẽ. Nam quũ Græcis οἱ πλείονες sint mortui, quî potuit cõcinnius respõderi interrogãti, Vtri plures essent, mortui an viui? & lapsus facilis fuit vt ex πλείονας efficerẽt πλέοντας. adde quòd potuit ignorata hęc istius vocis significatio loco corrũpendo fuisse. Sic autẽ sępe Gręci. Polybius lib. VIII φασὶ χρῆσαι τὸν θεὸν τοῖς Ταραντίνοις, ἄμεινον καὶ λῷον ἔσεσθαι σφίσι τὴν οἴκησιν μετὰ τῶν πλειόνων. vide reliqua. Crinagoras.

Τὸν ἀπὸ κἂν ζωοῖσιν ἀχηδέα, κ᾽ ἂν ἔπειτ᾽ αὖ ἴχνια
Ἐς πλειόνων ἕξεις θυμὸν ἐλαφρότερον.

Aristophanes,

Ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων.

Plautus, *quin prius Me ad plures penetraui?* Hęc nos olim ex coniectura: postea autem incidimus in Excerpta quędam Arsenij Monembasii episcopi, in quibus ita planè scriptum erat.

Ἐπέστειλεν ὧδε) Adde, si lubet, insignẽ illam ad Annonẽ epistolam, quę & Gręcè hodiéq; extat, & Latinè apud M Tullium, Tusculanarum libro quinto. Mirũ sanè esse eam à Laertio neglectã.

Pag. 74. Κεραμικὸν τρόχον) Reprehẽditur à Strabone EVphorus, quòd dixisset τὸν κεραμικὸν τρόχον esse Ἀναχάρσιδος εὕρημα. πῶς δ᾽ ἄρ (αὐτὸν) εἶδεν Ὅμηρος πρεσβύτερος ὤν;

Ὡς δ᾽ ὅτε τις κεραμεὺς τροχὸν ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν καὶ τὰ ἑξῆς. At Posidoniũ longè in alia fuisse sententia docet Seneca in epistolis, *Anacharsis* (sc. Posidonius) *inquit inuenit rotam figuli cuius circuitu vasa formantur. Deinum quia apud Homerum inuenitur figuli rota, mauult videri versus falsos esse quàm fabulam.*

Χηνὶ ἀπὸ κώμης τινὸς Οἰταικῆς ἢ Λακωνικῆς) Πόλιν esse τῆς Λακωνικῆς ait Stephanus. quẽ vide.

P. 75. Τὴν Πυθίαν εἰπεῖν) Malim τὴν Πυθίαν ἀνειπεῖν. vt in Thalete, ἀνεῖπεν ὁ Πύθιος. nisi mauis vtroque loco ἀνελεῖν scribere. In Socrate, τῆς Πυθίας Χαιρεφῶντι ἀνελούσης κεῖνο δὴ τὸ περιφερόμενον. quod ait ὑπὲρ Χίλωνος, miror: nam etiam illo loco hãc sortem Anacharsi fuisse datã dixit. sed videtur Laertius quũ hęc scriberet, aut horũ ibi positorũ verborũ nõ meminisse, Ὁ δ᾽ ἐρωτήσαντος τοῦ Ἀναχάρσιος. aut pro suis illa non agnouisse.

Πολυπραγμονήσαντα δὴ ἐλθεῖν εἰς τὴν κώμην) Voce vnica πολυπρ. quam interpres nõ rectè cepit, explicat quod Maximus. Tyrius sermone XV. his verbis περιῄει (ait) τὴν Ἑλλάδα ἐν κύκλῳ, ποθῶν ἰδεῖν σοφίαν στάσιμον καὶ ἑδραίαν. καὶ οὐδαμοῦ ἢ ἄλλοθι ἐξεῦρεν, εἰ μὴ οὐκ ἔχω ὅπως δὴ οὖν ἐν Χηνεῦσι σμικρῷ καὶ ἀσθενεῖ πολίσματι ἄνδρα ἀγαθόν. ὄνομα τῷ ἀνδρὶ Μύσων.

P. 76. Καὶ Μύσων) Distingue.
—καὶ Μύσων ὃν Ἀπόλλων, (vel Ἀπόλλων) ἀνεῖπεν ἀνδρῶν σωφρονέστατον πάντων.

Καὶ ζητοῦσι τί ἐστιν ὁ Ἠτεῖος) Quæstionis huius obscurè meminit & Steph. Ἠτία, inquit, δῆμος Λακωνικῆς, καὶ τῆς Κρήτης πόλις. ὅθεν τὸν Μύσωνα εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, χρηματίζων Ἠτεῖος

τ μέμνηλαι Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ. Δίδυμος δὲ συμποσιακῶν δευτέρῳ Ἥτιον αὐτὸν καλεῖ.

Ἡτεῖος γάρ πόλιν ἦν Κρήτης) Recte Ἤτεια. Nam sane ab Ἡλίᾳ nō fieret Ἡτεῖος, sed Ἡτιανός, aut Ἡτιεὺς potius quemadmodū ab Ἡφαιστίᾳ Ἡφαιστιεύς: à Δίᾳ Διεύς, & id genus alia. ac fortasse ita scripserat etiam Steph.

ΕΠΙΜΕΝΙΔΗΣ.

Πατρὸς μὲν οὖν φαιστίου) Suidas habet Φαίστου & Δοσιάδου, necnō Ἀγιασάρχου. Strabo ipsum Phęstium facit Epimenidem à Phęsto Cretæ oppido. At Apollonius, quum per omnia sequi videatur Theopompū, Βάλου filiam ait: nisi mēdū est in eius codice.

Κρὴς τὸ γένος) Ante hæc verba adde μητρὸς δὲ Βλάστας. Primùm sic habet Suidas: deinde, si hæc verba sustuleris, vbi erit τὸ δὲ, quod postulat illud superius μὲν, quum dixit πατρὸς μὲν οὖν: Vide Plutarchum in Solone.

Καθίεις τὴν κόμην τὸ εἶδος παραλλάσσων) Cretensis inquit, erat: sed quòd comam aleret speciem hominis eius gentis non habebat. At interpres fœdè legit καὶ θίεις τὴν κόμην, quanquam in veteribus editionibus Latinis hæc sunt omissa: vt videantur ab iis addita qui post Benedictum Prognolum versionem hāc interpollarūt. Bellos sanè & dignos quibus credas emēdatores.

Καὶ μετασκευασάμενα πάντα καταλαβὼν καὶ παρ' ἑτέρῳ τὴν κτῆσιν) Hæc ex Theopōpi Admirādis sūpserat Diogenes vt ex his Apollonii verbis apparet. καὶ καταλαβὼν τὸν ἀγρὸν πεπραμένον, καὶ τὴν σκευὴν μεταλλαγμένην ἀπῄει εἰς τὴν πόλιν. Est igitur apud Diogenem μετασκευάζειν, non vasa seu supellectilem aliò trāsferre, sed instrumenta domus mutare. Nec prorsus malè Ambrosius, Quum rerum omnium faciem immutatam cerneret: Nam σκεῦος est histrionis persona. inde μετασκευάζειν, personā mutare. tamen infra μετασκευάζειν simpliciter pro trāsferre accipit.

Τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ) Alii cod. ἑβδόμῃ. Suidas κατὰ τὴν μὲν Ὀλυμπιάδα.

βωμοὺς ἀνωνύμους) hoc est, θεῶν ἀγνώστων. Notus Pauli locus in Actis.

Pag 79. Ὡς φησι Φλέγων ἐν τῷ περὶ μακροβίων) Phasgonem alibi laudari non memini: Φλέγων igitur melius in aliis codd. vt & Stephanus & Sambucus testantur. Idē ille est cuius fragmentum edidit Xylander.

Ὡς δὲ Κρῆτες λέγουσιν ἑνὸς δέοντα τριακόσια) De hoc ita scriptū est apud Apollonium, λέγουσι δὲ οἱ Κρῆτες (ὥς φησιν Θεόπομπος) ἔτι βιώσαντα αὐτὸν ἑκατὸν πεντήκοντα ἀποθανεῖν. Lego ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ ἑπτά. ita enim scripsisse Theopompum auctores sunt Plinius & Valerius Max. alioquin scimus quanta sit in numeris apud veteres discrepantia: cuiusmodi est quod modo dicebat Laertius dormisse in antro Epimenidem annos LVII. quum alii L. tantum dicant. Suidas, vixisse annos CL. dormisse VI.

Ἀλλὰ χρόνον τινὰ ἐκπεπληγμένον ἀσχολούμενον περὶ ῥιζοτομίαν. Mirum Suidam legisse χρόνον ἕνα ἐνιαυτὸν quod voluit intelligi annum vnum. ego affirmare ausim nūquam ita Laertiū fuisse locutū. nā vt χρόνος pro anno accipiatur recētioris idiomatis est.

P. 80. Ἀλγίονι παῖδα αἰχμάς. Turpe mēdū. Lege πεῖδα αἰτίε μὲν. Dorica cōsuetudine. Sapph.

Οὐ γὰρ πεδέχεις ῥόδων
τῶν ἐκ Πιερίας.

Sic apud Pindarum non semel.

Αἴ δ' ἐμπλαδεῖν] Puto legendum πλατεῖας & πλαθεῖαν continentem ita dictam puto vt ἤπειρον. nec abhorret hinc nisi fallor quod Pollux docet, πλατεῖαν vocari πόλιν quæ sit magna. Possit & πλαθεῖας positum videri pro πλησίας subaudi γῆς.

Pag.81. Ἐδεσμά τι] Ἄλιμον intelligit de quo mentio est apud Plutarchum, Tzetzen & alios. vide Græcos interpretes Hesiodi.

Φασὶ γὰρ καὶ γνωστικώτατον γεγονέναι] Miratus sum non semel dictum Aristotelis de vaticinationibus Epimenidis: quem ille negat περὶ τῶν ἐσομένων solitum μαντεύεσθαι: sed tantùm περὶ τῶν γεγονότων μὲν ἀδήλων δέ. Atqui quæ hodie extāt cum apud Platonem tum apud alios eius diuinationes pleræque omnes sunt de rebus futuris.

Ὡς καὶ πρῶτος αὐτὸν Αἰακὸν λέγοι] Malim πρῶτον. prius. locus mihi suspectus.

P.82. Μυρωνιανὸς ἐν ὁμοίαις] Titulus huius libri erat, Μυρωνιανοῦ ἱστορικῶν ὁμοίων κεφάλαια. Laudant etiam Græci persæpe Speusippum in Ὁμοίοις & Aristonem Ceum in Ὁμοίοις ἐρωτικοῖς.

ΦΕΡΕΚΥ'ΔΗΣ.

Φερεκύδης Βάβυος] Suidas & Strabo lib. x. Βάβυος.

Παρὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς Σάμου περιπατοῦντα] Scribe Σάμου ex Porphyrio apud Eusebiū. Nam Theopompū in harum diuinationum narratione sequitur hic auctor, omnino adi Porphyriū.

Πυθαγόρα περιέπλεσε ταῦτα]

Andron in Tripode.

Pag.83. Ἀπιόντα τε εἰς Ὀλυμπίαν ἐκ Μεσσήνης] Scrib. ἀπ' Ὀλυμπίας vel ἐξ Ὀλυμπίας.

P.84. Οἱ δὲ φθειριάσαντα] Accedunt huic sententiæ Plutarchus in Sylla, Pausanias in Atticis Aristoteles lib. v. extremo De hist. animalium & Ælianus, quem vide lib. IIII. c. XVIII. & lib. v. c. II.

Οἱ θεοὶ τὴν τράπεζαν θυωρὸν καλοῦσιν] θυωρὸς est anclabris, siue mensa ministris ministeriis apta, diuersa ab escariis mensis, aliisve quę sunt vsibus humanis aptæ. Origo perspicua, παρὰ τὸ τὰ θύη ὁρεῖν. De deorum lingua siue διαλέκτῳ multa veteres, Homerus, Plato, Clemens, alii.

Τὸν δὲ θεόλογον] Plutarchus quoque hunc qui φθειριάσας periit, appellat θεολόγον. Ille verò Atheniensis Pherecydes γενεαλόγος locis innumeris laudatur à veteribus Græcorum poetarum interpretibus, aliisque auctoribus. Strabo quoque eius meminit libro x.

Ζεὺς μὲν καὶ χρόνος εἰς ἀεὶ καὶ χθὼν ἦν] Forsan ita legendum, Ζεὺς μὲν καὶ Κρόνος εἰσαεὶ καὶ Χθών, (vel Χθονίη) hunc Chthoniam nominat Empedocles illo versu, Ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἡλιόπη ταναῶπις.

P 86 Ὅσα δ' ἂν ἐπιλέξῃ θεολογῶν ταῦτα ἀνάγκη νοεῖν] Hęc ego non capio: caperem si sic scriberentur. ἅπαντα δ' ἂν ἐπιλέξῃ θεολογέοντα ἀνάγκη νοεῖν. ἅπαντα γὰρ αἰνίσσομαι. *Quacunque ait leges ad deos pertinentia, allegoricè sunt intelligenda: omnia enim scripta sunt anigmaticè.*

AD LIBRVM SECVNDVM.

ἈΝΑΞΙΜΑΝΔΡΟΣ.

P. 88. Τὴν τε σελήνην ψευδοφαῆ] Parmenides.

Αἰεὶ παπταίνουσα πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο.

Νυκτιφαὲς περὶ γαῖαν ἀλώμενον ἀλλότριον φῶς.

Pugnāt cum his quæ apud Plutarchum & Stobæum legimus, Anaximandrum pronuntiasse περὶ φωτισμοῦ σελήνης, ἴδιον αὐτὴν ἔχειν φῶς. Quomodo enim ἴδιον φῶς ἔχει. si est ψευδοφαής?

Καὶ τὸν ἥλιον οὐκ ἐλάττονα τῆς γῆς] Plutarchus testatur Anaximandrum dixisse Solem esse ἴσον τῇ γῇ. At Theodoretus scribit eum dixisse τὸν ἥλιον τῆς γῆς ἑπτακαιεικοσιπλασίονα εἶναι. Verùm, ex Plutarcho intelligimus, hæc non de sole, sed de eius circulo, sensisse Anaximandrum.

P. 89. Ἢ περιέτυχε] Interpres distinguit post hæc verba, & sequentia tanquam ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς recipit: sed fallitur.

Ἄλλος Ἀναξίμανδρος] Huius vitam habes apud Suidam.

ἈΝΑΞΙΜΈΝΗΣ.

Ἀρχὴν ἀέρα εἶπε καὶ τὸ ἄπειρον] Duo ergo videtur Anaximenes agnouisse principia, Aerem, & Infinitatem naturæ: quam solam Anaximander esse dixit è qua omnia gignerentur. Atqui ex Aristotelis interpretibus in primum τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως, intelligimus, Anaximenem inter eos fuisse qui vnicum ponerent rerum omnium principiū: quin Cicero quoque & Plutarchus idem scribunt, licet inter eos non planè conueniat. Cic. Lucullo, *Anaximenes infinitum aera, sed ea quæ ex eo orirentur definita: gigni autem terram, aquam, ignem, tum ex his omnia.* Plutarchus, Ἀναξιμένης ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀέρα ἀπεφήνατο, non ἀέρα ἄπειρον. quam sententiam tribuit idem Archelao. A Plutarcho stant Aristotelis interpretes, quos sequitur Theodoretus. Galenus sic, Ἀναξίμανδρος δὲ αἰθέρα· Ἀναξιμένης δὲ καὶ Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης ἀέρα.

P. 90. Λαμψακηνοὶ ῥήτωρ καὶ ἱστορικός] Mirum, Strabonē, qui inter claros viros Lampsaco ortos Anaximenem oratorem ponit, istum historicum prętermisisse. eius tamē apud Atheneum mentio, & Stephanum, atque alios. Diodorus argumentum eius historiæ his verbis explicat. Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς τὴν πρώτην τῶν Ἑλληνικῶν ἀνέγραψεν, ἀρξάμενος ἀπὸ θεογονίας καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου γένους τῶν ἀνθρώπων· κατέστροφε δὲ εἰς τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, καὶ τὴν Ἐπαμινώνδου τελευτήν. περιέλαβε δὲ πάσας σχεδὸν τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων πράξεις, ἐν βίβλοις δώδεκα libro x v.

Ὃς ἀδελφῆς υἱὸς ἦν τοῦ ῥήτορος τοῦ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις γεγραφότος] Hic igitur siue rhetor, siue orator, etiam historiam scripsit. At Ambrosius sic legit hunc locum, ὃς ἀδελφῆς υἱὸς ὢν τοῦ ῥήτορος τὰς τοῦ Ἀλεξάνδρου πράξεις γέγραφεν. Nihil mutauerim: vide Suidam.

Μιλησίοισι μὲν γεῶν] Scrib. μὲν νηῶν pro νεῶν.

Ἐπιδεξιοίμεθα δ' ἔτι τοῖς ἐκείνου λόγοις] Lego ἐπεὶ δεξιοίμεθα γέ τι τοῖς ἐκείνου λόγοις ἀρχόμενοι, &c. Non dubium senten-

tiam hanc esse, colendam sancte Thaletis memoriam omnibus μετεωρολόγοις: quippe à quo ceu fonte aliquo manarint studia rerum istarum: etsi fortasse queat aliquid eius scriptis adiici: non enim consummatam à Thalete eam esse scientiam, sed certè inuentam. Illud δεξιούμεθα videtur corruptum. Hesychius exponit δεξιῶσθαι, προσάγεσθαι, quod putare queat aliquis huic loco conuenire pro adiicere & addere. Sed certum est Hesychium respexisse illū eius verbi vsum quo dicimus δεξιοῦσθαι δώροις, quod vsitatius dicitur προσάγεσθαι. quare nihil ea interpretatio ad hunc locum.

P.91. Οἱ δὲ Αἰακέος παῖδες) Polycrates, Sami tyrannus. Sic Herodotus. In fine leg. Σὺ δὲ οἱ καταθύμιος μὲν Κροτωνιήτῃσι. καταθύμιος δὲ καὶ τοῖσι ἄλλοισι cum scriptis codd.

ANAΞΑΓΟΡΑΣ.

Παρ' ὃ καὶ νοῦς ἐπεκλήθη) Aliam præter hanc causam huius appellationis habes apud Plutarchum in Pericle.

P.93. Γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ Ὀλυμπιάδι) Probarem vt scriberetur ἑξηκοστῇ. etsi quoniam ex diuersis auctoribus hæc collegit Laertius vix quicquam potest harum rerum affirmari. At γεγενῆσθαι interpretari floruisse, μὴ καὶ πάνυ γελοῖον ᾖ;

Οὗτος ἔλεγε τὸν ἥλιον μύδρον) Videtur mihi Anaxagoras per μύδρον διάπυρον, non tam lapidem aut ferrum quàm globum quendam igneum λίθου & βαρύν, vt ait Plut. intelligere voluisse. Porro apud Iosephum in II. contra Apionem perperam μύλον pro μύδρον legitur.

Μείζω τῆς Πελοποννήσου.) At lunam dicebat esse parem Peloponneso, auctore Plutarcho.

Οἱ δέ φασι Τάνταλον) Scholiastes Pindari quū docuisset Alcæum, Alcmanem & Archilochum cecinisse λίθον Ταντάλῳ ἐπαιωρεῖσθαι, subdit, Ἔνιοι δὲ ἀκούουσι τὸ πέτρον ἐπὶ τοῦ ἡλίου. Τὸν γὰρ Τάνταλον φυσιολόγον γενόμενον καὶ μύδρον ἀποφήναντα τὸν ἥλιον, ἐπὶ τούτῳ δίκας ὑποσχεῖν. ὥστε καὶ ἐπαιωρεῖσθαι αὐτῷ τὸν ἥλιον· ὑφ' οὗ δειματοῦσθαι καὶ καταπλήσσεσθαι.

Ἐκ τῶν ψηγμάτων λεγομένων) Melius Suidas. ἐκ τῶν ψηγμάτων λέγουσι τὸ χρυσὸν συνιστασθαι.

Θολοειδῶς) Hoc est, in formā tholi, quali forma fuit Panthei, quod Dio θολοειδὲς vocat. Ambrosius videtur legisse θολερῶς vel θολωδῶς. sed male.

P.94. Εὐριπίδην μαθητὴν αὐτοῦ) Vitruuius lib. VIII. ca. idem testatur, additque Euripidem ab Atheniensibus philosophum scenicum fuisse appellatum. Eusebius Προπαρασκ. lib. x. fuit inquit, Euripides Anaxagoræ discipulus vt Pericles & Archelaus· ἐπὶ δὲ σοφίᾳ (?) μεταβὰς ὑπό τινων σκηνικὸς φιλόσοφος ἐκλήθη. Diodorus quoque Siculus lib. I. docet in multis eum sequutum esse suum præceptorem. quin eius scholiastes hoc locis non paucis diligenter obseruat.

Χρυσέαν βῶλον εἰπεῖν τὸν ἥλιον) Vide, si lubet, Apollonii scholia in illum versum libri primi Νεῖκος ἐξ ὀλοοῖο διέκριθεν ἀμφὶς ἕκαστα. Similis est locus in Oreste, vbi sic ait Electra.

Μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ μέσον χθονὸς
Τεταμέναν αἰωρήμασι
Πέτραν ἁλύσεσι χρυσέαισι φερομέναν

μοῖραν
ἀνέρος βέλος ἐξ Ὀλύμπου.
Vbi etiam vide scholiasten, & Pindari ad primum Olympionicarum. Idem EVripides in Phaethonte radios Solis dixit χρυσέαν φλόγα. vide Strab. li. I.

P. 95. Πρῶτος δὲ Ἀναξαγόρας καὶ βιβλίον ἐξέδωκε συγγραφῆς] Putaui olim ex illis Plutarchi in Nicia, Ὁ γὰρ πρῶτος σαφέστατόν τε πάντων καὶ θαρραλεώτατον περὶ σελήνης καταυγασμῶν καὶ σκιᾶς λόγον εἰς γραφὴν καταθέμενος Ἀναξαγόρας: legendum esse hic quoque βιβλίον ἐξέδωκε συγγραφὴν περὶ σελήνης. nam quia mox sequitur, φησὶ δὲ Σελήνης potuisse similitudinē vocum huic loco fraudi fuisse, vt aliis μυρίοις ὅσοις. Iuuat quod Græci tradūt Pherecidem primum ἐξενέγκαι συγγραφὴν, vt ait Suidas, in Ἑκαταῖος. verumtamen nihil mutari debet, neque vllum hic mendum inest. Non enim id quod Plutarchus dicere voluit Laertius: sed quod Clemens quū ait Stromat. libro primo, οἱ δὲ Ἀναξαγόραν Ἡγησιβούλου Κλαζομένιον πρῶτον διὰ γραφῆς ἐκδοῦναι βιβλίον ἱστοροῦσι.

P. 96. Ἄλλοι δὲ εἰς Ξενοφῶντα] Vide Valerium Maximum lib. v. extremo. Ælianum, Variarū. III. cap. II. ipsúmque Diogenē in Xenoph. Quæ autem verba Laertius Anaxagoræ tribuit, ea Ælianus Xenophōti, & contrà. Plutarcho multis locis cum Diogene conuenit.

Pag. 97. Φασίν τοὺς παῖδας, &c. Vide Plutarchi πολιτικὰ παραγγέλματα.

P. 98. Ἔνθα δὴ πλεῖστον ἄλλο.] Ἔνθα δ' ὁ πλεῖστον.

ΑΡΧΕΛΑΟΣ.

Οὗτος πρῶτος ἐκ τῆς Ἰωνίας τὴν φυσικὴν φιλοσοφίαν μετήγαγεν Ἀθήναζε] Archelaus hic discipulus fuit Anaxagoræ: hūc Athenis docuisse nemo nescit. Quare non satis intelligo quod ait his verbis Diogenes. Clemēs aliter & veriùs, Anaximeni, ait, successit Anaxagoras: οὗτος μετήγαγεν ἀπὸ τῆς Ἰωνίας Ἀθήναζε τὴν διατριβήν. τοῦτον διαδέχεται Ἀρχέλαος. Obseruare sæpe memini apud veteres scriptores, duos pluresve interdum aliquid narrare prorsus diuersè: quum tamē ex eodem fonte omnes hauriant, & eundem auctorem sequantur: sed quem alius alio diligentius legerit: aut cuius verba alius aliter acceperit. Idem puto factum isto loco. nam quod de Anaxagora vetus quidā scriptor dixerat: id Laertius de Archelao malè cepit: fortasse a. & codicibus vsus parum correctis.

Μίδωνος] Suidas Μίδωνος.

Pag. 90. Ὅθεν οἱ μὲν] Scr. καὶ μὲν.

Ὁ τὰ ἰδιοφυῆ ποιήσας] Concisè & obscurè satis. Interpres doctè ποιήσας vertit, *Carmine prodidit*. illud ἰδιοφυῆ, minus feliciter. Scripserat hic Archelaus epigrammata ad Ptolemæum regem, de iis quæ admiranda & præter vulgi opinionem in rerum natura contingunt. Antigonus, Καί τις Ἀρχέλαος Αἰγύπτιος τῶν ἐν ἐπιγράμμασιν ἐξηγημένων τὰ παράδοξα τῷ Πτολεμαίῳ. περὶ μὲν τῶν σκορπίων οὕτως εἴρηκεν, &c. Idem, καί τινι καὶ ἐπιγραμματίῳ περιπεπτώκαμεν Ἀρχελάου, ὃ καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν ὡς περὶ τῶν θαυμασίων καὶ τοῦτο καταγράφει. huius meminit & Varro de re rustica lib. III. cap. XVI. *Itaque Archelaus in Epigrammate ait eas esse*, (κταμένου βοὸς φθιμένης πεπλανημένα τέ-

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

P.100. Καὶ πάλιν Εὐριπίδης Σωκρατογόμφους) Si nihil deest, legendum est, Εὐριπίδης Σωκρατογόμφος, tractum à naui. At nō EVripides fortasse, sed ipsius tragœdiæ dictæ à Mnesilocho sunt Σωκρατόγομφοι. Itaque fortasse aliquid desideratur.

Καλλίας πεδήταις) Calliæ comici habes vitam apud Suidam. Idem meminit cuiusdam eius fabulæ, quæ vocaretur Πεδῆται: quam laudat non semel Athenæus. At in codice Ambrosij hæc videntur defuisse.

Εἶναί τε αὐτοῦ καὶ τὰς ἐν ἀκροπόλει χάριτας, ἔνιοι φασὶν) In his Pausanias Att. quem vide, & scholiasten Aristophanis ad illa verba Socratis in Nubibus, Σοφαῖς γε νὴ τὰς χάριτας.

P.102. Κἀκεῖνα δὲ φάσκειν ζητεῖν ἐπί τοι) Aristippo hoc tribuit EVsebius διαγ. φορητ. li. 1. Sed & Gellius & alii constanter Socrati. Vide librum 6. in Menedemo.

P.103 Ἐστρατεύσατο γοῦν εἰς Ἀμφίπολιν) Quæcunque hic de Socratis militia dicuntur, licet à grauissimis auctoribus tradita fuerint, (vnde hausit ea Laertius) falsa tamen esse omnia, docet Athenæus libro quinto: cui difficile est hac quidem in parte assentiri: quum hæc à Platone, Xenophonte & Antisthene, iis temporibus fuerint scripta, quibus vix ac ne vix quidem veri est simile, eos ausuros fuisse hæc fingere, ac præter omnem veritatem Socrati χαρίζεσθαι: nihil quicquam veritos, de rebus quæ sua memoria contigerāt impudentissimè apud eos qui rei veritatem nō poterant ignorare, mentiri. Vide Ælianum.

Διέσωσεν ὑπολαβὼν) Hoc est, ἀνέλαβε τοῖς ὤμοις αὐτῷ, καὶ ἔσωσεν ἐπὶ πολλοὺς σταδίους ἕως ἐπαύσατο ἡ φυγή: verba sunt Strabonis in eadem historia lib. IX.

Καὶ τηρῶν ἀμύνασθαι) Interpres, vlcisci cupiens. legit θηρῶν.

Ὅτε καὶ μεῖναι, &c.) Gellius lōgè aliter, Stare solitus dicitur Socrates pertinaci statu perdius atque pernox, à summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconniuens, immobilis, iisdem in vestigiis, & ore atque oculis eundem in locum directis, cogitabundus: tāquam quodam secessu mentis atque animi à corpore.

Οὗ καὶ ἐρασθῆναί φησιν αὐτὸν Ἀρίστιππος) Vide super hoc mollissimos Aspasiæ apud Athenæū versus, & ipsum Athenæum multa de hoc disputantem.

Ἦν δὲ καὶ ἰσχυρογνώμων καὶ δημοκρατικός) Suidas in voce ἰσχυρογνώμων hunc locum sic profert, ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις ἰσχυρογνώμων ἦν καὶ δημοκρατικός.

Ἥκιστα τοῦ μὴ εἶξαι) Ex Xenoph. accepit Diogenes & hæc & eorum quę cùm in hac tum in sequenti vita narrantur pleraque. comparent igitur studiosi harum rerum & contendant inter se vtrunque scriptorem. sic facilè apparebunt peccata interpretis, ἃ καὶ ἰλαδὸν ἐστιν ἰλίαδε. Historia decem illorum ducum quorum damnationi non subscripsit Socrates, nota est ex aliis & Xenophonte ipso.

Ἵν' ἐμαυτοῦ ὑπομνήματα ποιήσωμαι; Scrib. ἵν' ἐμαυτοῦ ὑπομνήματα ποιήσωμαι, μὴ καὶ καταγέλαστος ὦ ὑπολαβών;

Καὶ Σκώπτει τοῦ Κρατινίου) Scribe Σκῶπα: sic enim apud Plutarchum

Plutarchum, Herodotum, Stephanum, & alios, semper scribitur. hinc Σχοιτάδαι. Theocrit.
Πολλοὶ δ' σχοιτάδαισιν ἐλαυνόμενοι ποτὶ σακόν.

P. 105. Πολλάκις Ἀθήνησι λοιμῶν ὄντων, αὐτὸς οὐκ ἐνόσησε) A. Gellius de Socratis temperātia, *In illius etiam pestilentia vastitate, qua in bello Peloponnesiaco in primis ipsam Atheniensium ciuitatem depopulata est, in parcendi moderandique rationibus dicitur & à voluptatum labe cauisse, & salubritates corporis retinuisse, vt nequaquam fuerit communi omnium cladi obnoxius.*

Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης δύο γυναῖκας αὐτὸν ἀγαγέσθαι) Intelligit librum Aristotelis περὶ εὐγενείας: de quo Plutarchus, Aristide, dubitat, an sit Aristotelis γνήσιος: in qua sententia fuisse videntur Callisthenes, Demetrius Phalereus, Satyrus Peripateticus & Aristoxenus Musicus, Οἷς (ait Athenæus de hoc quum loqueretur) τὸ ἐνδόσιμον Ἀριστοτέλης ἔδωκεν ἱστορῶν τοῦτο ἐν τοῖς περὶ εὐγενείας. sic legendum, non συγγενείας. Cæterùm quod mox subditur, istas duas mulieres eodem tempore Socrati nuptas fuisse, id negat Atheneus verum esse, Panætium sequutus: qui, vt Plutarchus ait, ἱκανῶς πρὸς ταῦτα ἐν τοῖς περὶ Σωκράτους ἀντείρηκε. Sanè apud Athenienses moris non fuit vt idem duas aut plures haberet vxores. Fuit enim lex Cecropis antiquissima, quæ vt est in Græcorum commentariis μίαν ἑνὶ ἔζευξε.

Μυρτὼ, τὴν Ἀριστείδου τοῦ δικαίου θυγατέρα) Magnum hîc Laertij παρὰ τοὺς χρόνους ἁμάρτημα. Falsum est enim Socratem duxisse in vxorem illam quæ Aristidis Iusti esset filia. quas enim duas Aristides dicitur reliquisse superstites, eas oportuit ætate iam fuisse prouectiores, ante natalem Socratis diem: qui dies fuit anno quarto Olympiadis LXXVII. quum videatur Aristides admodum iam senex, iisdem temporibus in exilio diem suum obiisse. nam Themistoclē quidē anno Olympiadis septuagesimæ septimæ secundo cōstat decessisse: testatur autem Æmylius Probus mortuum esse Aristidem, ferè post annū quartum quàm Themistocles Athenis erat expulsus. Quare cautius, & verius diligentiss. vir Plutarchus, Μυρτὼ istam, non θυγατέρα, sed θυγατριδῆν Ἀριστείδου appellat. Non defuisse tamē Laertio auctores qui id scripsissent, ex Athenæo conicio, qui hanc opinionem lib. XIII. simul tangit refellitque. Eius verba non parcam adscribere, quando ne cum Plutarcho quidem ei conuenit. μέμφεται αὐτοῖς τοῖς περιτιθεῖσι Σωκράτει δύο γαμετὰς γυναῖκας Ξανθίππην καὶ τὴν Ἀριστείδου Μυρτώ, οὐ τοῦ δικαίου καλουμένου (οἱ χρόνοι γὰρ οὐ συγχωροῦσιν) ἀλλὰ τοῦ τρίτου ἀπ' ἐκείνου. Hîc igitur non tam diligentia, quàm iudicium & κριτική τις δύναμις Diogeni defuerunt: cum quo & Suidas labitur.

Σωφρονίσκον καὶ Μενέξενον) Scribitur Μενέδημον: quam lectionum variantiam notauit etiam Suidas.

Pag. 106 Ὦ τῆς μεγάλης) Locus est in Nubibus, vbi paulo aliter leguntur hi versus. Nam pro δικαίως, est παρ' ἡμῖν, pro καὶ τοῖς ἄλλοις διάξεις est τοῖς Ἕλλησι ζήσεις.

Εἶτα, Μνήμων καὶ φροντιστὴς] Lege ex ipso Aristophane,

Εἰ μνήμων εἶ καὶ φρ

omnino τὸ εἶτα est inducẽdum.

Ἐν τῇ γνώμῃ] Totus locus sic legitur apud Aristoph.

Ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ μὴ κάμνεις, μήθ' ἑστὼς μήτε βαδίζων.

Μήτε ῥιγῶν ἄχθει λίαν, μήτ' ἀριστᾶν ἐπιθυμεῖς.

Οἴνου τ' ἀπέχει καὶ γυμνασίων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων.

Ἀμειψίας δ' ἐν τρίβωνι παράγων] Amipsiam poetam comicum contra Socratem drama scripsisse, docet Aristophanis Scholiastes. Ex ea igitur fabula sumpti sunt hi tres versus. Totum verò locum ita lege & distingue, Ἀμειψίας δ' ἐν τρίβωνι παρεισάγων αὐτὸν φησὶν οὕτως,

Σώκρατες ἀνδρῶν βέλτιστ' ὀλίγων, πολλῶν δὲ ματαιόταθ' ἥκεις

Καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς καρτερικός γ' εἶ. πόθεν ἄν σοι χλαῖνα γένοιτο,

Τουτὶ τὸ κακὸν, τῶν σκυτοτόμων κατ' ἐπήρειαν γεγένηται.

versus sunt Anapæstici Aristophanei.

P. 107. Ὅτι βρενθύῃ τ'] Scribe, λέγων οὕτως. Ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὼ 'φθαλμὼ παραβάλλεις Κἀνυπόδητος κακὰ πόλλ' ἀνέχει, κἀφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς. Athenæus tamen videtur legisse παραβάλλεις. Sic enim hunc locum imitatur μόνος Σωκράτης βρενθυόμενος καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλων, εἱστήκει. ἀντιβάλλων τὸ Βοιωτῶν καὶ Λοκρῶν ἱππικόν.

Εὐθύφρονα δὲ τὸν περὶ γραψάμενον ξενίας δίκην] Falsum hoc. non enim erat ξενίας δίκη, sed φόνου γραφή. Quamobrem assentior Antonio Mureto qui pro ξενίας legit ξενοκτονίας. Locus Platonis notissimus est, in cognomine dialogo: ait ibi Socrates, Ἐστὶ δὲ δή τι τὸ ἔγκλημα καὶ τίνος ἡ δίκη; respondet Euthyphron, φόνου.

Τὴν περὶ ταῦτα αἰσχρολογίαν) Scribendum vel μικρολογίαν, vt emendat Muretus: vel γλισχρολογίαν.

Pag. 109. Ἀλλὰ καὶ λυρίζειν] Vide Valerium Maximum: notus est & Cic. in Catone locus.

Ὠρχεῖτο συνεχὲς] Idem & Lucianus ait: sed vide Xenophontem in Symposio: vbi caussas reddit Socrates suæ saltationis.

Πλὴν αὐτὸ τοῦτο εἰδέναι] Ferri potest: tamen interpres legit πλὴν αὐτὸ τοῦτο μηδὲν εἰδέναι.

Τούς τε τὰ ὥρια πολλοῦ ἐωνημένους] Ambrosius qui præcocia vertit, legit in suo codice τὰ ἄωρα. quod ille putauit idem esse ac si scriptum esset τὰ πρόωρα vel πρώιμα.

Pag. 110. Ἡ ξένους τοὺς συναχθεῖς κατοπτρίζεσθαι] Bianti hoc tribuitur, apud Stobæum Sermon. XXVIII. Apuleius apologetico primo, *Annon Socrates philosophus vltro etiam suasisse fertur discipulis suis, crebrò vt semet in speculo contemplarentur?* &c.

Παιδεία τὴν δυσειδείαν ἐπικαλύπτοιεν] Ad verbum vertit eloquentissimus Apuleius, *Virtutis laude turpitudinem tegerent.*

P. 111. Γυμνάσιον ἰδεῖν καλόν] Antiquitus enim non solùm mortui dum efferrentur, pulcherrimis vestibus erant ornati, quod Lucianus eleganter notat περὶ πένθους: sed etiam quibus moriendum erat, pretiosissimam vestem induebant. Sic apud

Plutarchum Philocles λυσάμενος καὶ λαβὼν χλαμύδα λαμπρὰν, πρῶτος ἐπὶ τὴν σφαγὴν ἡγεῖτο. & exempla passim obuia.

P.114. Περὶ τῶν δημιουργῶν ἐργαζομένων] Scribo ὑπὲρ τῶν δημ.

Ἀνάκειται γὰρ ἔτι καὶ νῦν (ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν τῷ Μητρώῳ] Pessimè hæc ita accipiuntur, quasi sit Μητρῷον inscriptio libri. Erat enim quod vel pueri sciunt, nomen templi Athenis, quo vtebantur Athenienses ἀρχείῳ καὶ νομοφυλακείῳ. Vide Suidam Μητραγύρτης. Ibi custodiebantur τὰ δημόσια γράμματα. Lege igitur (ὥς φησι Φαβωρῖνος) ἐν Μ.

P.115 Φησὶν Ἰστρος ὁ Τιβεριεὺς] De hoc scriptore Stephanus in Τιβεριάς ἐκ ταύτης ἦν Ἰουστος, ὁ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον τὸν κατὰ Οὐεσπασιανοῦ ἱστορήσας nam quòd Xylander putabat legendum ibi esse Γαυσανεύς, errabat. vide Suidam.

Τὰς δικαστὰς ἐκβοῆσαι Κατάβαιναι· τουτέστι Κατάβηθι] Quia dixerat Plato ἀναβαίνων, iudices malè feriati ludentes in re tam graui exclamarunt καταβαίνων quod voluerunt intelligi κατάβα, hoc est κατάβηθι, vt exponit Laertius. Sic autem solebant iudices, quum vel clara res videbatur, vel dicenti alicui aures commodare nollent, clamare Κατάβα, κατάβα. Aristophanes Vespis hunc morem lepidissimis versiculis expressit.

P.116. Ἀλλὰ καὶ ὠφελεῖα] Plato vocat προοίμιον εἰς τὸν Ἀπόλλω in Phædone. Themistius EVphrada oratione XIIII. καὶ ἔστι Σωκράτους προοίμιον πεποιημένον ἐν τόνῳ ἐξαμέτρῳ πρὸς τὸν θεόν.

Σωκράτη δὲ χαλκῇ εἰκόνι ἐτιμήσαντο] Apud Tertullianum Aduersus gentes leges, *Quum pœnitentia sententiæ Athenienses, criminatores Socratis postea afflixerint, & imaginem eius æream in templo collocarint*. Vulgò legitur *auream*

Πομπείῳ] Πομπεῖον locus publicus Athenarum fuit, vt Pollux adnotat ex Demosthene cōtra Phormionē. ex ea oratione liquet in Pompeo sicut & in Odeo, frumentum solitum diuendi ac diuidi. ait enim mercator διεμέτρουν τὰ ἄλφιτα ἐν τῷ Ὠιδείῳ: & mox, καὶ ταῦτα αὐτοῖς ἐστιν ἐν τῷ Πομπείῳ διαμετρούμενα. vel potius διαμετρούμενα, vt legit Pollux. Meminit iterum Laertius, in Diogene Cynico. Puto autem sic vocatum illum locum quòd ibi asseruarentur τὰ πομπεῖα, hoc est pomparum choragia.

Ἐξεκήρυξαν Ἡρακλεῶται]Imò κατέλευσαν διὰ Σωκράτην ait Themistius oratione 11.

P.117 Καὶ Ἀστυδάμαντα πρῶτον τῶν περὶ Αἰσχύλον] Prorsus mutilus iste locus: sic vt sententiam nullam ex his verbis eliciam. Fortasse dixerat aliquid Laertius de eo Astydamante poeta tragico cui dederunt Athenienses ius ponendæ statuæ in theatro. Vide apud Suidam exponentem prouerbium. Σαυτὴν ἐπαινεῖς ὥσπερ Ἀστυδάμας ποτέ.

Ἐκάνετ᾽ ἐκάνετε] Ex Nauplio EVripidis citatum reperio: Tzetzes ad illum versiculum Lycophronis,

Ὅταν καρηβαροῦντας ἐκ μέθης ἄγων, &c. ex EVripidis Palamedo & verba hæc & fabulam totam refert.

Ἐπὶ Ἀψεφίωνος) Scribitur Ἀψεφίωνος. At Diodorus archonta eius anni habet Φαίδωνα seu Φαίωνα.

Θαργηλιῶνος ἕκτη) Plut. idem notat Sympos. lib. VIII. probl. I. Τῇ ἕκτῃ (ait) τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου τὴν Σωκράτους ἀγαγόντες γενέθλιον τῇ ἑβδόμῃ τὴν τοῦ Πλάτωνος ἤγομεν. Apuleius de Platone, *Mense etiam qui apud Atticos Thargelion dicitur, natus est, die qua apud Delum Latona fertur Apollinem Dianámque peperisse. Pridie Socratem genitum accepimus.* Est autem in quo non conueniat inter Apuleium & Laertium: Ille enim vno & eodem die vtrumque numen in lucem editum ait: hic Latonam τῇ ἕκτῃ. Apollinem τῇ ἑβδόμῃ. vide in Platone.

Ἀμφότεροι ἤκμασαν Ἀναξαγόρου) Falsum igitur quod ex Apollodori Chronicis relatum supra, obisse diem suum Anaxagoram anno primo Olympiadis LXXVIII.

Pag. 118 Ἀντίλοχος Λήμνιος) In Pythagoræ vita legitur Ἀντίδικος.

Pag. 119 Περιήγησιν Ἄργους γεγραφώς) Hunc semel & iterum laudat Plutarchus in Quæstionibus Romanis.

Καὶ ὁ Κύζικος ἐπικλήσεις θεῶν γεγραφώς) Sophocles in illud Apollonii lib. primo, ἔνθ' οἵγ' Ἐκβασίῳ βωμὸν θέσαν Ἀπόλλωνι. sic notat: Σωκράτης ἐν ταῖς ἐπικλήσεσι Κυζικηνοὺς Ἀπόλλωνος φησὶ καλεῖσθαι. Mirum vero nullam fieri à Laertio mentionem Socratis iunioris, cuius meminit etiam Aristoteles in Metaphysicis.

ΞΕΝΟΦΩΝ

Pag. 120. Τυφλὸς δὲ τῶν ἄλλων πάντων) Placet quibusdam vt legatur τῶν ἄλλων πάντων παρόντων: vel mox ἢ Κλεινίου ἑνὸς παρόντος. Sed hanc lectionem confirmant codices Xenophontis vnde hausit Laertius ibi sic legitur. Τυφλὸν δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων μᾶλλον ἂν δεξαίμην εἶναι ἢ Κλεινίου ἑνὸς ὄντος. Par venustas illius elegii libro septimo epigrammatum Græcanicorum,

Ἦν ἐσίδω Θήρωνα, τὰ πάνθ' ὁρόω· ἦν δὲ τὰ πάντα
Βλέψω, τὸν δὲ γε μή, τοὔμπαλιν οὐδὲν ὁρῶ.

P. 121. Ἐχθρὸς δὲ ἐγένετο καὶ Μένωνα) Menonem graphice admodum describit Xenophon lib. secundo extremo: addit ad extremum Xenophon. ὁ δὲ τελευτῶν τοιαῦτα ... Ἀρισ... παρ' ... στρατηγοῦ διεπράξατο τὴν ξενίαν. Ἀριαίῳ δὲ βαρβάρῳ ὄντι ὅτι μειρακίοις καλοῖς ἥδετο, οἰκειότατος ἔτι ὡραῖος ὢν ἐγένετο. αὐτὸς δὲ παιδικὰ εἶχε Θαρύπαν ἀγένειος ὢν γενειῶντα.

P. 122. Ἀλλὰ καὶ Ἀπολλωνίδην τινὰ ὀνειδίζει τετρυπῆσθαι τὰ ὦτα) Legitur quidem hoc apud Xenophontem, conuitium tamen istud non est Xenophontis, sed Agasię Stymphalii: cuius verba hęc sunt. Ἀλλὰ τούτῳ γε οὔτε τῆς Βοιωτίας προσήκει οὐδέν, οὔτε τῆς Ἑλλάδος παντάπασιν. ἐπεὶ ἐγὼ αὐτὸν εἶδον ἀμφότερα τὰ ὦτα τετρυπημένον.

Μεγαβύζῳ δίδωσι τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖ φυλάττειν) Sic vocabantur Ephesiæ Dianę sacerdotes, vt obseruauit doctissimus Turnebus. Sed & alios ita solitos appellari coniicio ex hoc Luciani loco in Timone, Ἐκεῖνος μέν, ὅστις αὐτὸν πέμπει (loquitur de seruo quē herus instituit he-

redem.) ἐφρακεσάμενός μιν αὐτῇ δέλτῳ, θέει φέρων αὐτὶ τοῦ τέως Πυῤῥίας ἢ Δρόμωνος ἢ Τίβιος, Μεγαλλῆς, ἢ Μιγάβυζος ἢ Πρώταρχος μετονομασθείς. Porro, notissimum est, antiquis fuisse moris, securitatis causa pecunias in templis obsignare & deponere apud sacerdotes. Cicero de legibus libro II. *Sacrilego pœna est, neque ei soli qui sacrum abstulerit, sed etiam ei qui sacro commendatum. quod & nunc multis fit in fanis. Alexander in Cilicia deposuisse apud Solos in delubro pecuniam dicitur: & Atheniensis Clisthenes, Iunoni Samiæ, ciuis egregius, quum rebus timeret suis, filiarum dotes credidit.* Vide Plautum in Bacch. Sic & testamenta iisdem committebantur seruanda, vt in lege 77 §.26. Dig. De legat. sec. Hinc etiam institutum fuisse videtur vt qui æs alienum haberent penes se, quo se vellent liberare, si deficeret cui rectè solui tradique posset, id in æde aliqua sacra deponerent. cuius consuetudinis, infinitis propemodum locis apud Iurisconsultos fit mentio. Scimus etiam æraria veterum fere in téplis fuisse, vt Romanorum in æde Saturni, Scholiastes Thucydidis libro v I. Ἔθος τοῖς παλαιοῖς τὰ κοινὰ χρήματα ἐν τοῖς ἱεροῖς τεμιεύειν.

P.123 Ὥς φησι Δείναρχος ἐν τῷ πρὸς Ξενοφῶντα ἀποστασίου) Dinarchus orationem scripserat Æschylo Xenophontis olim sermo: qui ab eo manumissus alium postea patronum sibi asciuerat. auctor Dionysius Halicarnas. in Dinarchi vita. de actione ἀποστασίου cõsule Harpocrationem.

Σελινοῦς) Strabo Σελινοῦς, & cur ita sit scribendum ratio non est obscura.

P.125. Οἷος Ξενοφῶν ἦν τ' Αἰσχίνου ἐκ ἐπιτηδὴς Γράφαι) Illud ἦν τ' Αἰσχίνου mendo non caret. quid si ἦς τ' Αἰσχίνου. vu Æschinis hoc est, Æschines. Notum loquendi genus vel pueris. Sic tamen etiam in sequenti vita scribitur.

Ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου) Callimedem vocat Diodorus libro x v I.

Pag.126. Συνέγραψε δὲ βιβλία πρὸς τὰ πεντήκοντα) Suidas, Ἔγραψε δὲ βιβλία πλείονα τῶν μ'.

ΑἸΣΧΙΝΗΣ.

P.129. Οἱ δὲ οὖν τῶν Αἰσχίνου τὸ Σωκρατικὸν ἦθος &c.) De istius Æschinis dialogis, vide quæ scribit Athenæus, bonus cum primis autor li. v. disces inde quàm patienter iis carere debeamus.

Ἐλθεῖν εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον] More philosophorum eius æui, quos eo nomine sugillat apud Suidam scriptor nescio quis in Αἰσχίνης.

Καὶ ὑπὸ μὲν Πλάτωνος παρροθῆναι, ὑπὸ δὲ Ἀριστίππου συστῆναι) Repetuntur hæc, & quidem iisdem verbis, in Platone. Cæterùm vndeunde hæc exscripserit Laertius, pugnant ea omnino cum iis quæ scripsit Plutarchus grauis autor, in libello De discrimine amici & adul. vbi facit Platonẽ pluribus commendãtem Æschinẽ Dionysio.

P.130. Πόθεν σοὶ ληπτέ ταῦτα) Potest intelligi &, *Vnde hæc potuisti consequi?* quæ est admirantis oratio: & *Vnde hæc habes plagiarie?* Sumtum, ni fallor ex aliquo poeta.

Καὶ δι' ὧν μάλιστα μιμεῖται Γοργίαν τὸν Λεοντῖνον] Adi si lubet Philostrati epistolam ad Iuliam AVgustam: vbi ait Æschinem Socraticum Γοργιάζειν ἐν τῷ περὶ τῆς Θαργηλίας λόγῳ. deinde locum profert.

Pag 131. Εὔδοξος Μιλήσιος] Hic est quem sibi fuisse notum testatur Cicero in Bruto.

ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΣ.

Ξενοφῶντι εἶχε πρὸς αὐτὸν δυσμενῶς] Suidas, Ξενοφῶντι δὲ εἶχε δυσμενῶς. quo modo an sit ab eo scriptum nescio: certè mendosum videtur.

P. 132. Ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ] Horatius,

Omnis Aristippum decuit color, & status, & res,
Tentantem maiora fere præsentibus æquum.

Ὁ δὲ Τίμων παρῆκεν εἰς θρυλλούμενον] Sic vsurpat Terentius verbum Comedere, in extrema EVnucho,

--At ego pro isthoc Phædria, & tu Cherea,
Hunc comedendum & deridendum vobis prabeo.

notauit hoc iampridem vir eruditissimus Petrus Victorius, Var. xv. cap. x.

P. 133 Ὅτι δὲ Πλάτωνα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν σοὶ μόνῳ, &c.) Pertinet huc quod apud Horatium scribit Acro, *Plato* (ait) *quum inuenisset Aristippum naufragum, vilique indutum vestimento, laudauit eum dicens, ea scientia præditum vt aquè sciret vti magnis ac paruis.*

Ibidem. Οἱ μὲν ἄλλως εἶχε] Distingue, οἱ μὲν ἀλ.

Ερωτηθεὶς τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας] A quodam tyranno ait Apuleius: quod sanè non erat Diogeni omittendum.

Τὸ δύνασθαι πᾶσι θαρροῦντως ὁμιλεῖν] Apuleius, *Vt cum omnibus inquit hominibus securè & intrepidè fabularer.*

P. 134. Οἱ μὲν φιλόσοφοι ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἔρχονται] Solebant olim diuites & beati homines ante ædes habere locum sub dio amplum, qui locus αὐλὴ vocabatur, vt docet Athenæus libro quinto. Apuleius de Cratete Thebano. *Lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata vestibulo, ipse bene vestitus, bene prædiatus.* Inde adeo factum est, vt αὐλὴ pro regia & amplissima domo vsurpari cœperit: vnde illa manarunt loquendi genera, φοιτᾶν ἐπὶ τὰς βασιλικὰς αὐλάς. & θεραπεύειν τὰς αὐλάς. & quia ille locus erat iuxta fores, propterea etiam τὰς θύρας pro τῆς αὐλῆς vsurpabant eodem sensu. Idem enim valent hæc duo, θεραπεύειν τὰς αὐλάς τινος & ἐπὶ τὰς θύρας τινὸς ἔρχεσθαι. Plutarchus in Lysandro, κολακεύειν καὶ φοιτᾶν ἐπὶ θύρας ἀνθρώπων βαρβάρων & mox de Lysandro. ἐφοίτων ἐπὶ θύρας καὶ παρηκολούθουν. i. *colebant eius egressus*, vt loquitur Corn. Tacitus. & ἄγειν ἐπὶ τὰς θύρας, etiam de regiis ædibus sæpe apud Xenophontem. Iam verò quod de philosophis ait Dionysius tyrannus, eos venitare solitos ad fores diuitum, idem queruntur alii. A. Gellius, *At nunc, inquit, videre est philosophos vltro currere ad fores iuuenum diuitum: eosque ibi sedere, atque opperiri propè ad meridiem, donec discipuli nocturnum omne vinum edormiant.* huc pertinet liber elegantissimus Luciani, de iis qui mercede docerent, siue περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συ-

τούτων. Verumtamen etiam philosophorum fores interdum à magnis viris cultæ. sic narrat Ælianus libro VII. c. XXI. Cæsarē solitum φοιτᾶν ἐπὶ τὰς Ἀρίστωνος θύρας. & Marcus Imperator adeò ἐσπούδαζε (verba sunt Philostrati) περὶ Σέξτον τὸν ἐκ Βοιωτίας φιλόσοφον, ὡς θαμίζειν αὐτῷ καὶ φοιτᾶν ἐπὶ θύρας. suntque nōnulla id genus exempla cum apud eum ipsum tum apud alios, quæ missa facio. Porrò quia, vt modò dicebamus, beatorum tantùm erat tales αὐλὰς habere, inde natum videtur apud antiquos prouerbium, In aula degere, de eo qui haberetur rebus omnibus cōmodissimè: quò allusit Theocritus in lepidissimis versiculis quos hactenus desideratos ad finem eius Παιδικῶν, necdū, quod sciam, à quoquam in lucem editos, libet hoc loco cum studiosis harum rerum communicare. Hos ego nactus sum ex V.Cl. Francisci Porti Cretensis bibliotheca: idque beneficio iuuenis eruditissimi, Petri Ferulli, quocum mihi à teneris annis arctissimæ & sanctissimæ amicitiæ vinculum intercessit. Versus sic habent,

Ἀλλ' ὤριξ μ' ἐμνάσθην ὅτι πέρυσιν ἦσθα νεώτερος,
Κ' ὅττι γηραλέοι πέλομες πρὶν ἀποπτύσαι,
Καὶ ῥυσσοί· νεότατα δ' ἔχειν παλινάγρετον
Οὐκ ἔστι· πτέρυγας γὰρ ἐπωμαδίας φορεῖ.
Κἄμμες βραδύτεροι τὰ ποτήμενα συλλαβεῖν.
Ταῦτα χρὴ νοέοντα πέλειν ποτιμώτερον,
Καί μοι τὢραμένῳ συνερᾶν ἀδόλως σέθεν,
Ὅπως ἀνίκα τὰν γένυν ἀνδρείαν ἔχῃς,
Ἀλλάλοισι πελώμεθ' Ἀχιλλήιοι φίλοι.
Αἰ δὲ ταῦτά γε φέρειν ἀνέμοισιν ἐπιτρέπεις,
Ἐν θυμῷ δὲ λέγεις, τί με δαιμόνιε ἐνοχλεῖς;
Νῦν μὲν δὴ κ' ἤπι τὰ χρύσια μᾶλ' ἕνεκεν σέθεν
Βαίην, καὶ φύλακον νεκύων πεδὰ Κέρβερον.
Τόκα δ' οὐδὲ καλεῦντος ἐπ' αὐλείας θύρας
Προμόλοιμί κε παυσάμενος χαλεπῶ πόθω.

Hæc fuit γραφὴ eius schedæ vnde ista descripsi. sunt autem in ea mendæ aliquot quas alibi conabimur abstergere. primū versum ita melius leges, μνάσθητι ὅτι πέρυσιν ἦσθα νεώτερος: nā illa ἀλλ' ὤριξ pertinent ad proximè præcedentem versum qui sic vulgo legitur ἀλλ' ὤριξ ἀπαλοῦ στόματός σε παρέρχομαι. mendosè: legendum enim ἀλλ' ὤριξ ἀπαλῶ στόματός σε παρέρχομαι. Sed hæc ad ipsum Theocritum aliàs σὺν τῷ θεῷ pluribus. Nunc autem redeamus ad Diogenem vel Dionysiū potius: quē nescio quare Plato falsò hoc esse commentum libro sexto De republica scriptum reliquerit. Eius verba placet apponere. ΟΥ γάρ, inquit, ἔχει φύσιν κυβερνήτην ναυτῶν δεῖσθαι ἄρχεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, οὐδὲ τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἰέναι, ἀλλ' ὁ τοῦτο κομψευσάμενος ἐψεύσατο. τὸ δὲ ἀληθὲς πέφυκεν, ἐάν τε πλούσιος ἐάν τε πένης κάμνῃ, ἀναγκαῖον εἶναι ἐπὶ ἰατρῶν θύρας ἰέναι. Hæc ille. Videtur autem Plato non tam Dionysium, qui huius dicti auctor perhibetur, notare voluisse: (qui

profectò non quid faciendum esset philosophis statuit: sed quid vulgo fieret eo dicto indicauit:) quàm Aristippum aliósque philosophos, quibus hæc consuetudo adeo non improbabatur, vt illam etiam vltrò defenderent. Simile est quod mox refertur εἰ πρόθυμος τινὸς ὡς ἀεὶ τοὺς φιλοσόφους βλέποι παρὰ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις. Καὶ γὰρ καὶ οἱ ἰατροί, φησὶ, παρὰ ταῖς τῶν νοσούντων. quod dictum Platoni dubio procul occasionem illa scribendi præbuit.

P.135. ΟΥ γὰρ περὶ ὁμοίας ψυχῆς ἀγωνιῶσιν) A.Gellius libro xix. cap. primo.

Pag.136. Ἤ τινος πεντακοσίας δραχμάς) Χιλίας ait Plutarchus.

Πρὸς τὸν αἰτιώμενον) Hic fuit Diogenes Cynicus, autor Athenæus, l.13. vbi reperias pene eadem verba.

Pag 137. ἆρα γε (εἶπεν) μή τι δεινὸν πάσχει) Legebam: ἆρα γε εἶπεν, οἴει τι δεινόν. Sed ex Athenæo libro xiii. nihil mutandum didici.

Ἐγὼ δὲ ΕΥτυχίδην ἀργυρώνητον) Hæc aliter leguntur apud Hesychium Milesium: prorsus male & ineptè. vt mirer admodum non esse eum locum à doctissimo Iunio emendatum. Et quoniam de illo scriptore sermo incidit, lectorem monitum volo, peccare grauiter & Iuniũ & alios doctos viros qui Illustrium eum indigitãt, voce barbara nec fando vnquam Latinis auribus audita. Sed falsi sunt eruditissimi viri quòd putarent esse id hominis cognomen aliquod: quum sit totum aliud. non enim magis ille titulus ei proprius quàm Dorotheo illi qui in Institutionibus Theophili vocatur Ἰλλούστριος: aut aliis quibus eadem appellatio tribuitur. nimirum hic est titulus dignitatis, non certi vllius hominis cognomen. vide libros Iurisconsultorum. At ἰλλούστριος planè formatio Græcanica est pro *illustris*, vt pro *perennis* dicunt περέννιος. & ita semper.

Ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι) Ἔχειν & ἔχεσθαι significant interdum νικᾶν & νικᾶσθαι. EVrip. in Oreste, ἔχεις ἐμὲ. id est νενίκηκας ἐμὲ, ait scholiastes. Hoc igitur dicit Aristippus, ipsius pecunia superatam Laidem, ad quam scimus fuisse aditum difficillimum (vnde illud, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς) sui corporis ipsi fecisse copiam: se verò à voluptatibus non esse superatum: quod accidere solet τοῖς ἀκρατέσι. Sic enim hoc dictum accipio & interpretor. Rectè autem existimauit M. Tullius Latinè hoc minus commodè dici posse: nam sanè *Habeo* non est νικῶ: immò, habere pro ἔχεσθαι & νικᾶσθαι, seu ἥττων εἶναι, sumpto loquendi genere à gladiatoribus, vsurparunt veteres. Terentius,

Continuò egomet mecum, certè captus est, habet.

at si ἔχειν pro συνεῖναι accipiamus, possumus non minus eleganter ἔχειν *Habere* vertere, quod ita accipi ex Donato notissimum est: sed ἔχεσθαι quid erit? quare placet prior interpretatio. Seneca De vita beata, Græcorum imitatione dixit, *Non qui voluptatẽ, sed ipsos voluptas habet.* hoc est, οὐκ ἔχουσιν ἀλλ' ἔχονται.

Πρὸς τὸν ὀνειδίσαντα αὐτῷ σε-

λῦε ὀψοφάγω] Hic fuit Plato, ait Athenæus, cuius hæc sunt, Ἀρίστιππος, Πλάτωνος ὀνειδίσαντος αὐτῷ διότι πολλοὺς ἰχθῦς ἠγόρασε, δυοῖν ὀβολοῖν ἔφησεν ἐωνῆσθαι· τοῦ δὲ Πλάτωνος εἰπόντος ὅτι κἂν αὐτὸς ἂν ἠγόρασα τοσούτου. ὁρᾷς οὖν, εἶπεν, ὦ Πλάτων, ὅτι οὐκ ἐγὼ ὀψοφάγος, ἀλλὰ σὺ φιλάργυρος.

P.138. Οἵτινες καλὸν ἡμῶν ἄλειμμα διαβάλλουσιν] Lego ἡμῖν: & διαβάλλουσι positum pro διαβάλλειν vel διαβάλλεσθαι ποιοῦσι, *infamant*. Clemens Alexandrinus, Διαφέρει δὲ ὅλως τὸ μυραλοιφεῖν τοῦ μύρῳ χρῆσθαι· τὸ μὲν γὰρ θηλυδριῶδες· τὸ δὲ χρῆσθαι τῷ μύρῳ καὶ λυσιτελὲς ἔσθ' ὅτε. Ἀρίστιππος γοῦν ὁ φιλόσοφος, χριόμενος μύρῳ, κακοὺς κακῶς ἀπολέσθαι χρῆναι τοὺς κιναίδους ἔφασκεν, τοῦ μύρου τὴν ὠφέλειαν εἰς λοιδορίαν διαβεβληκότας. Seneca De beneficiis, *Aristippus aliquando delectatus unguento, Male, inquit, istis effœminatis eueniat, qui rem tam bellam infamauerunt.*

P.139. Δυνάσαι καὶ σὺ μεθ' ἡμῶν σήμερον γενέσθαι) Sic dicebant qui inuitabant ad cœnam: Aristophanes Auibus,

πρὸς τοῦ Διὸς τοῦ λυμπίου
Ὅπως παρέσει μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία Λυσιδάμα πρῴ Latini (vt docti multi iam adnotarunt) sic, *Vnà erimus hodie.* Terentius,
Dionysia hic sunt, hodie apud me sis volo. Iuuenalis,
Tertia ne vacuo cessaret culcita lecto Vnà simus ait.

Qui autem nolebant ire inuitati, dicebant, κάλλιστα ἐπαινῶ & πάνυ καλῶς. Plutarchus αὐτὸ δὲ τὸ ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι, τοῦ χαίρειν, καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς φαμὲν ἔχειν, καὶ χαίρειν κελεύομεν ὅταν μὴ δεώμεθα. μηδὲ λαμβάνωμεν Aristoph. Βατράχοις. ἀλλ' εἴσιθι. Ξανθίας κάλλιστ' ἐπαινῶ. Paulo pòst, Ἀλλ' εἴσιθ' ἅμ' ἐμοί. Ξαν. πάνυ καλῶς δι. ληρεῖς ἔχων. Latini *Benignè* & *Gratia est*, vel *Facio gratiam*, vt est apud Plautum, Terentium, & Horatium.

Τοῦ θεράποντος ἐν ὁδῷ βαστάζοντος ἀργύριον, &c.) Horatius de Aristippo,

seruos proiicere aurum
In media iussit Libya, quia tardius irent
Propter onus segnes.

P.140. Οὐκ ἂν δυναίμην ζῆν λεῖον ἐνδοῦναι στολὴν] Adde alterum versum qui etiam apud Suidam legitur, Ἄρρεν πεφυκὼς καὶ γεγὼς ἐξ ἄρρενος.

Ὅ γ' ἦν σώφρων] Apud Suidam legitur ὁ νοῦς ὁ σώφρων. Sed apud Athenæū scribitur vt hîc. neque aliter apud ipsum Euripidem Locus est in Bacchis.

Ὁ ἐν τοῖς ποσὶ τὰς ἀκοὰς ἔχων] Satis acerbè: alludit enim ad prouerbium quod est in ea voce Ἀλωπής. ἔχειν τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις. Suidas habet ἐν τοῖς γόνασι.

Τοὺς τῶν ἐγκυκλίων παιδ.] Plutarchus hoc Bioni tribuit.

Οἱ ἄνδρες γινόμενοι χείρονται] Petronius Arbiter *Et ideo ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri: quia nihil ex iis quæ in vsu habemus, aut audiunt aut vident.*

Εἰ δὲ ὀλόχοινον ἰοῦσα ἔφασκες ὑπὸ τὸ δεῖ κεκεντῆσθαι] Perspicuè ὀλόχοινον ἀντὶ τοῦ ὀξυχοίνου accipit: & Hesychius ὀλόχοινος, ὀξύχοινος interpretatur. quē qui reprehendunt, non tam ipsum grammaticum diligentissimum, quā eos auctores qui ita

vsurpauerant, culpant.

Καὶ τὰ φλέγμα (φησὶ) καὶ τοὺς φθεῖρας ἐξ ὑμῶν ...) Adi, si lubet, Aristotelem Probl. sect. III. probl. XIIII.

Ὅστις γὰρ ὡς τύραννον) Sophoclis sunt hi versus, si Plutarcho credimus in Pompeio: alii Euripidi tribuunt.

P. 143. Ὁ τὰ περὶ Ἀρκαδίας γεγραφώς) Scholiastes Theocriti εἰς τὸ α laudat Aristippum ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς. Meminit & Clemens Stromat. lib. primo.

Ἐν δὲ διάλογοι πέντε καὶ εἴκοσιν εἶδος) Suspectus numerus: non enim sequuntur indices dialogorum XXV. sed XXIII tantum.

P. 144 Σὺν τοὺς τρυφερωτέρους Ἐρετρικοὺς ἔχειν οὕτως.) Scribe, σὺν τοὺς τρυφερωτέρους Ἐρετρικοὺς. ... ἔχειν δὲ οὕτως. Deest vocula vna, vel ὀνόμαζον vel alia.

P. 145. Ἀρήτης δὲ Ἀρίστιππος ὁ Μητροδίδακτος) Ælianus lib. III. περὶ ζῴων cap. XL. in huius rei mentione ita est corruptus, vt docti viri pro interpretatione verborum Æliani translata Diogenis verba coacti fuerint assuere. Ego sic lego mutatione facta minima, & sententia aptissima. Μητροδίδακτον μὲν τὸν τῆς Ἀρήτης (vel vt Diogenes aliique habent Ἀρήτης) υἱὸν τῆς ἀδελφῆς τοῦ Ἀριστίππου ὑμνοῦσιν οἱ πολλοί. Notandum est autem, Aretam hanc sororem Aristippi dici ab Æliano, quæ à Diogene, & Suida ac plerisque omnibus eius filia fuisse dicatur: non enim obscurum est istius fœminæ in veterum scriptis nomen.

ΟΙ ἩΓησίας ὁ Πεισιθάνατος καὶ Ἀννίκερις) Suidas, ΟΙ Ἡγ. ὁ Πεισιθάνατος καὶ Ἀννίκερις. Sed quum hic Anniceris fuerit Platonis æqualis, magis probo Laertij lectionem. Hegesiam autem istum Pisithanatum fuisse appellatum credibile est ob librum quem scripserat Ἀποκαρτερῶν. de quo vide apud Ciceronem in Tusculanis.

Μηδὲ ἴδιόν τι εἶναι)Scrib. ἴδιον.

Ἡδονὴν μὲν τοι τὴν τοῦ σώματος ... τέλος εἶναι) Eusebius lib. XIV. ... notat Aristippum non dixisse ipsum quidem τὴν ἡδονὴν esse τέλος, sed ex eo id colligere ipsius sectatores, quòd ἀεὶ λόγους περὶ ἡδονῆς ποιούμενος ἦν.

P. 147. Ἐκλύεται γὰρ τῷ χρ.) Scrib. ἐκλύεσθαι γὰρ τῷ χρόνῳ τὸ τῆς ψυχῆς κίνημα.

P. 149. Τὸν περὶ ἀγαθῶν καὶ κ.) Scrib. Τὸν τε περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν λόγον ἐκμεμαθηκότα.

Εἶναι δὲ τὸν σοφὸν ... ἀπολείπουσι) Non dubito corruptum esse hunc locum. nā quem sensum hinc elicias? sed primum distinguendum sic: εἶναι δὲ τὸν σοφόν ... τε ἀπολείπουσι καὶ φιλοσοφίᾳ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. deinde sciendum prima illa verba, εἶναι δὲ τὸν σοφὸν ad superiora pertinere, vt sit sensus τὸν ... non alium esse à sapiente. posteriora autem referenda esse ad quæstionem vexatam olim in scholis philosophorum, ... quid esset, imò an esset, & quomodo fieret. Vide pulcherrimum Plutarchi librum Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ. An igitur Laertius Aristippum non tollere ..., sed ἀπολείπειν. quod ipsum loquendi genus apud Plutarchum notauimus.

P. 151. Τὰ ἁμαρτήματα συγγνώμης τυγχάνειν) Forsan, συγγνώμης τυγχάνειν δεῖν.

P. 152. Συντελεστικόν μὲν ...

γριφεῖσθαι] Interpres ἀπογριφεῖσθαι vulgata lectio perspicuè recta & plana. Mox lego ὑπεκδῦναι duobus locis.

Βιβλίῳ ἐπιγραφομένῳ περὶ θεῶν οὐκ εὐκαταφρονήτῳ) Mirum non debet videri Laertii hoc iudicium de isto libro. Nā quid aliud pronūtiaturum putes hominem Epicureum de eo libro qui fuit velut fons vnde scaturiit quicquid Epicurus de diis blaterauit? quod & Diogenes ipse hîc fatetur, & Cicero & Eusebius aliique nos docent. propterea etiam quum alii Theodorum hunc ἄθεον perpetuò appellent, Laertius in Stilpone θεὸν eum vocat: cuius appellationis caussam in hac vita aperit idem. Sed & Christianos quosdam scriptores de iis quos veteres appellarunt atheos sensisse melius, quasi illi propius à dei cognitione quàm cęteri abfuerunt, ex Alexandrini Clemētis Protreptico alibi, nisi fallor, annotauimus. Ideo dicebat Strabo scriptor verè magnus, sectam Theodoreàm res grauiores tractare quàm vt vellet ipse de iis vllam in partem pronuntiare.

Pag.155. Ἀμφικράτης δὲ &c.] Consentit cum Amphicrate Athenæus lib. XIV.

Pag 156. Ἄνθρακας ὑποτεθῆναι τοῖς θεμελίοις τοῦ ἐν Ἐφέσῳ ναοῦ.) In libris De limitibus agrorum passim fit mentio carbonum sub terminis positorum. Lege Augustinum De ciuitate Dei lib. XXI. cap. IV.

ΦΑΙΔΩΝ.

P.157. Ἀλλὰ τὸ θύριον προστῆναι) Mendosus locus haud dubiè: puto legi posse ταῖς θυρίοις προεστάναι vt intelligamus fuisse Phædonē ianuæ præpositū & lupanaris ostiarium. Hesychius Milesius & Suidas horū verborum loco habent προύστη ἐπ' αὐτοῦ. Gellius II. 18. *Is Phædon seruus fuit forma atq; ingenio liberali, & vt quidā scripserunt à lenone domino puer ad merendū coactus.*

Τοὺς περὶ Ἀλκιβιάδην ἢ Κρίτωνα) Imo Cebetem, vt scribunt alii. vide A. Gelliū & Macrobiū.

ΕΥΚΛΕΙΔΗΣ.

P.160. Ὁ Ἐριστικὸς Εὐβουλίδης) Lego,

Οὑριστικὸς δ' Εὐβουλίδης κερατίνας ἐρωτῶν
Καὶ ψευδαλαζόσιν λόγοις τοὺς ῥήτορας κυλίων,
Ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥωποπερπερήθραν.

vel vt habet Suidas, quem consule, ῥομβοστωμυλήθραν.

Ἐῴκει γὰρ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένης ἀκηκοέναι] Apuleius de Demosthene, *Ita ille summus orator qui à Platone philosopho facundiam hausisset, ab Eubulide Dialectico argumentationes edidicisset*, &c.

Διὸ καὶ Ἐλεγκτικὸς ἐπεκλήθη] Hesychius Milesius, Ἀλεξῖνος ὁ Ἠλεῖος διὰ τὸ φιλονεικότατος εἶναι, Ἐλεγξῖνος ἐπεκλήθη.

P.161. Ὁ δ' Εὐβουλίδης καὶ πρὸς Ἀριστοτέλην διεφέρετο, καὶ πολλὰ αὐτὸν διαβέβληκε] Intelligit lib. Eubulidæ aduersus Aristotelē: quorū meminit Athen. lib. VIII.

Εὐβουλίδου δὲ καὶ Εὐφαντος γέγονεν Ὀλύνθιος] Suspicari quis possit deesse hîc aliquid, viderique locus aut hoc aut simili modo interpolādus, Εὐβ. δὲ καὶ Εὐφ. γέγονε γνώριμος. vel ἀπ' Εὐβουλίδου δὲ, vt in Diodoro mox Τῶν δ' ἀπ' Εὐκλείδου, & alibi sæpe. Sed & vulgata lectio ferri potest. Quod autem ait Laertius Euphantum scripsisse historiam suorum temporum, confirmatur hoc loco Athenæi.

Εὔφαντος δ' ἐν τετάρτῃ ἱστοριῶν, Πτολεμαίῳ φησὶ τῷ τρίτῳ βασιλεύσαντι Αἰγύπτου κόλακα γενέσθαι Καλλικράτην.

ΔΙΟΔΩΡΟΣ.

P.162. Διόδωρος Ἀμεινίου Ἰασεὺς, καὶ αὐτὸς Κρόνος ἐπίκλην] Scri. Ἰασσεύς: aliud enim Ἰασεὺς, aliud Ἴασος. vide Stephanum. Huc pertinet locus Strabonis libro decimoquarto, de Iosso loquentis, ἐντεῦθεν (ait) ἦν ὁ διαλεκτικὸς Θεόδωρος ὁ Κρόνος προσαγορευθεὶς, κατ' ἀρχὰς μὲν ψευδῶς· Ἀπολλώνιος γὰρ ἐκαλεῖτο ὁ Κρόνος ὁ ἐπιστατήσας ἐκείνου· μετήνεγκαν δ' ἐπ' αὐτὸν διὰ τὴν ἀδοξίαν τοῦ κατ' ἀλήθειαν Κρόνου. At M.Tullius huncce Cronum appellat valentem dialecticum.

Αὐτὸς ὁ Μῶμος] Scribe,

-- αὐτὸς ὁ Μῶμος
Ἔγραφεν ἐν τοίχοις, ὁ Κρόνος ἐστὶ σοφός.

apparet esse ex quodam Callimachi epigrammate, quo Diodorum aut verè laudauerat, aut per figuras vituperauerat. Ambrosius verò hîc planè ineptit. Mos parietes elogiis inscribendi vel honoris caussa vel contumelię, notus est ex poetis Gręcis & eorum interpretibus.

P.163. Ἔξωθεν τοῦ ῥοῦ κάμπτεσε] Lege Ἔξω γε τοῦ.

ΣΤΙΛΠΩΝ.

Στίλπων, Μεγαρεὺς τῆς Ἑλλάδος]. Cur addit τῆς Ἑλλάδος ex Stephano intelliges.

Μεγαρίσαι] Vt λακωνίζειν est, τὰ τῶν Λακώνων φρονεῖν· φιλιππίζειν, τὰ τοῦ Φιλίππου, & sexcenta id genus: ita μεγαρίζειν est τὰ τοῦ Μεγαρέως Στίλπωνος φρονεῖν. Fallitur hîc quoque Ambrosius.

P.164. Μύρμηκα τὸν Ἐξαινέτου] Stephanus, qui Περὶ πόλεων scripsit, codicibus est vsus in quibus erat hîc scriptum τὸν ἐξ Ἐνέτου. Scribit enim, ἔστι καὶ πόλις Ἐνετὸς ἀφ' ἧς ἦν Μύρμηξ ὁ διαλεκτικὸς φιλόσοφος· ὡς Διογένης ἐν δευτέρῳ φιλοσόφου ἱστορίας. Ego nostrorum codicum lectionem veram puto. quæ & apud Hesychium Milesium extat: nam Exænetus nomen est Græcis vsitatum. at vrbem illam Ἐνετὸν quis veterum nominat? & omnino falli conuincit librum Stephani Laertius ipse qui in Euclide hunc Euphantum Olynthium fuisse testatur. quare error est hic docti viri quem praua lectio decepit.

Καὶ φυσικὸν ἔμπειρον ὄντα] Scr. φυσικῶν.

Εἶπέ τις πρὸς τὸν Στίλπωνα, ὡς καταισχύνοι αὐτόν] Vide Plutarchi Commentarium De tranquillitate animi; vbi pulchrè defendit se Stilpo aduersus Metroclem, qui dicebat ἁμάρτημα quidem esse filiæ, cæterùm ἀτύχημα Stilponis.

Pag.165. Ἔφη μηδὲν τῶν οἰκείων ἀπολωλέναι] Lege ἀπολωλεκέναι. Seneca, *Megara Demetrius ceperat, cui cognomen Poliorcetes fuit. ab hoc Stilpon philosophus interrogatus, Nunquid perdidisset: Nihil, inquit. Omnia namque mea mecum sunt. Atqui & patrimonium eius in prædam cesserat, & filias rapuerat hostis & patriam.*

P.166 Αὐτὴ τὸν κῆπον ἐθεάσατο;] Hesychius Κῆπος τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν. Eusthathius ἐκ τοιαύτης δὲ μανίας πέπαικται καὶ ἡ μυιόκηπος γυνή· ἤγουν ἡ περὶ μίξεις μεμηνυῖα. κῆπος γὰρ γυναικῶν τὸ ἐπίσιον.

Pag. 167. Τὴν δὲ ἀρετὴν περὶ γράμμα διεχούσας κατατρίβειν] Placet eruditissimo Iunio vt legamus διεχούσας. cui non assentior: neque eius interpretationem huius loci possum non improbare. nam profectò περὶ γράμμα ἀρετὴν διεχούσας κατατρίβειν, nihil aliud est quàm de virtute verbis tenus disputare, rem ipsam negligentes. sic dixit Lucianus De arte parasitica κατατρίβειν τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα. At apud Aristotelem, vt notare nos meminimus ad Strabonem, περὶ γράμμα aliter accipitur, vt & apud scholiastem Aristophanis: qui ad illa è Vespis, Οὐ γὰρ ὁ Λάβης ἀρτίως ὁ κύων περιάξας, &c. sic notat, ἀξιοῦσί τινες ὡς περὶ γράμμα κωμῳδεῖσθαι τὸν Λάχητα. Hanc figuram Cicero vocat *similitudinem verbi ad literam immutati*: Græci παραγραμματισμόν. sed hîc, vt dixi, aliter accipitur.

Ἔλεγε τὸν λέγοντα ἄνθρωπον εἶναι μηδένα] Sic legitur hic locus etiam apud Hesychium. Sed quis sensus ex his verbis elici queat, nec vidit Ambrosius, nec ego video. Distingue, Ἔλεγε τὸν λέγοντα ἄνθρωπον εἶναι μηδένα· οὔτε γὰρ τόνδε λέγειν, οὔτε τόνδε. vel sic ἔλεγε τὸν λέγοντα ἄνθρωπον εἶναι, εἰπεῖν μηδένα. οὔτε γ. Hoc sibi voluit Stilpo, Eum qui diceret hominem esse, similem esse ei qui nullum esse hominem diceret. idque per ἐπαγωγὴν ita probabat, Si aliquem esse diceret, aut hunc diceret esse, aut illum, aut omnino certum alium quempiam, quod non ita est, Ergo neminem esse dicit. At non ita Peripateticorum schola, non iuris auctores: apud quos hęc oratio, Hominem do, lego, si Stilponem audiremus, prorsus esset ἀσήμαντος.

P. 169 ὑπὸ Σοφίλου] Scrib. Σωφίλου vide Suidam. Lego etiam ἐν δράματι Γάμοι. & Στίλπωνός ἐστι βύσμα θ' ὁ Χαρίνου λόγος. Ridet Charinum cuius oratio scholam Stilponis nimis redoleret, eiúsque doctrina scateret.

ΚΡΙΤΩΝ.

Τί τὸ ἐπίστασθαι] Puto scribendum ἤ, Τί τὸ ἐπίστασθαι. vel, Περὶ ἐπιστήμης, τί τὸ ἐπίστασθαι. vt in sequenti vita lego: Περὶ τοῦ καλοῦ, τί τὸ καλόν. alioquin erunt indices XVIII librorum: at XVII tantum scripsisse dixit. Sic vetus interpres priusquam corrumperetur ab istis correctoribus.

ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ.

Pag. 172. Οἱ δὲ καὶ σκηνογράφον αὐτὸν εἶναι φασι] Lectio manu exaratorum codicum est σκηνορράφος, vt testatur Ioannes Sambucus. quam lectionem tuetur non mediocriter quod statim sequitur.

P. 174. Κἀκεῖνον ἐπιτιμῶν] Ἐπιτιμῶν.

Πρὸς δὲ τὸν εἰπόντα πολλὰ τὰ ἀγαθά. Hæc eo pertinent quòd Menedemus vnam virtutem, vnum bonum esse volebat. Reprehendit igitur eos qui plura esse bona dicerent.

P. 175. Δεικνὺς ἐπὶ τῆς θυσίας, ὡς χρὴ πάντα καιρὸν φιλοσοφεῖν ἀκύειν. hoc est, probans per illa quæ de sacrificio dixerat, omni tempore esse philosophiæ vacandum. Fortasse legendum δεικνὺς ὡς ἐπὶ τῆς θυσίας. sic perspicua magis erit sententia.

Ἦν δὲ, φασι, καὶ συγκλίτης. Mirum hanc vocem ita scribi etiam

apud Hesychium Milesium, qui hæc descripsit vt multa alia. Assentior autem Hadriano Iunio legenti ἰκλυτ⊙. ἰκλυτ⊙. & ἐρίτης idem sunt, vt docet Eustathius.

Pag. 176. Ε'πέλλουέ τισιν ἐς τὸ δεσμωτήριον ἐμβαλεῖν αὐτὸν) Apparet Menedemum tunc aliquo magistratu functũ, cui ius fuerit cõiiciendi in carcerẽ. nam fuisse ei obtemperatum, & aliquandiu hæsisse Cratetem in mala mansione, ex sequentibus patet.

Ε'ν πανδοχείῳ πολὺ κρεάτων βιαλυμένων φαγὼν] Intelligit carnẽ morticulam & quę Græcis κενέβρια dicuntur. Fuit autem hæc veterum superstitio, vt omnia sua morte exstincta funesta existimarent: quod adeo religiosè ab iis seruatum vt Romę calceos aut soleas fieri Flaminicis mortuæ pecudis corio nefas haberetur. Festus.

P. 177. Καὶ διὰ τὸ νοσῶδες τ̃ Ε'ρετρίας πλείω συνάγειν συμπόσια] At Menedemum frequentia conuiuia agitare solitum: & caussam adiicit: Quia, inquit, Eretrię aer morbosus. Ergo, vt video te auctore Laerti epulę lautiores & inuitatio liberior contra aerem insalubrem & pestilentem saluti sunt. O hominem capitalem & verè subtilem! Miror autem Hadriani Iunii stomachum qui hæc potuerit concoquere. nam totidẽ literis habetur iste locus apud Hesychiũ illum Laertii compilatorem. quod non mirabitur qui obseruauerit plerasque mendas Laertianorum codicum apud eum (non enim dicam ab eo) esse retentas. Ego tamen non dubito insigne hic aliquod ab exscriptore esse admissum flagitiũ. suspicamur autem deesse aliquid. Itaque totum locum vnius voculæ adiectione, transpositis quibusdam, restituimus. ἦν δὲ καὶ φιλόξεν⊙ διὰ τὸ νοσῶδες τ̃ Ε'ρετρίας· καὶ φιλυπόδοχος καὶ πλείω συνάγειν συμπόσια, sententia plana, esset modò certa.

Ταῦτα (φασὶ) συνεσείετο) Lego συνεσείετο, vt alibi, in Zenone ὁ συνεχὲς τε συνεσείετο τοῖς σίχοις. Sic sæpe.

P. 179. Αἰγῶν δὲ συμμιμένα καὶ συμπεποιλεσμένα] Prorsus legendum, λέγω δὲ συμμ.

Νεκρὸς αὐτὸν ἀποσφάλλει ἔλεγε] Vtitur hoc prouerbio Sophocles in Philocteta,

Κ'οὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρὸν ἢ καπνοῦ σκιάν.

& in Antigone,

Τίς ἀλκὴ τ̃ θανόντ' ἐπικτανεῖν.

P. 181. Ο'ςτε καὶ μετ̃ χρόνον ἀλθὼν ... δὲ κώμην] Lego ὅτε καί. Sic sæpe loqui solet Laertius. In Speusippo, ἐλέγετο δὲ αὐτῷ καὶ αἱ Πλάτων⊙ ἀκούειν μαθήτριαι Λασθένεια τε ἡ Μαντινικὴ καὶ ἡ Α'ξιοθέα ἡ Φλιασία. ὅτε καὶ Διονύσιος πρὸς αὐτὸν γράφων τωθαστικῶς, φησί, &c.

Τὰ συμπόσια τοῦτον ἐποιεῖτο τ̃ τρόπον. Totus hic locus penè ad verbum sumptus est ex Antigono Carystio: quod miror Diogenem præter suum morẽ, nos celasse: quia autem Atheneį beneficio extant hodiéque verba Antigoni, spero me facturum rem studiosis hominibus gratam, si totum Antigoni locum apposuero, quò facilius conferri hæc possint.

Α'ντίγον⊙ δὲ ὁ Καρύςι⊙ (ait Athenæus in x.) ἐν τῷ Μενεδήμου βίῳ. τὴν διάταξιν διηγούμεν⊙ τῶ ὑπὸ τῷ φιλοσόφῳ συμποσίο

στεῖν φασὶν ὅτι ὁ μέγα μὲν δεύτερος ἢ τρίτος καθ' ἑαυτόν· καὶ ἰδεῖν τοὺς λοιποὺς παρεῖναι δεδειπνηκότας. ἦν γὰρ τὸ τοῦ Μενεδήμου τοιοῦτον ἄριστον. μετὰ δὲ ταῦτα εἰσεκάλουν τοὺς παραγινομένους· ὧν ὡς ἔοικεν ὅτε προλεσθήσεσθαι ἔνιοι τὰς ὥρας. ἀνακάμπτοντες περὶ τὰς θύρας ἐπυνθάνοντο τῶν ἐξιόντων παρελθόντων, τί τὸ παρακείμενον εἴη, καὶ πῶς ἔχοι τὰ τοῦ χρόνου συμμετρίας τὸ ἄριστον; ὅτε μὲν οὖν λάχανον ἢ τάριχος, ἀνεχώρουν· ὅτε δ' ὅτι κρεάδιον, εἰσῄεσαν εἰς τὸ ἐπὶ τοῦτο παρεσκευασμένον οἶκον. Ἦν δὲ τοῦ μὲν θέρους ψίαθος ἐπὶ ἑκάστης κλίνης. τοῦ δὲ χειμῶνος, κῴδιον προσκεφάλαιον δὲ αὐτῶν φέρειν ἕκαστον ἔδει. τὸ δὲ περιαγόμενον ποτήριον οὐ μεῖζον ἦν κοτυλιαίου. τράγημα μὲν θέρμος ἢ κύαμος συνεχῶς. ποτὲ δὲ καὶ τῶν ὡραίων εἰσεφέρετό τι. τοῦ μὲν θέρους ἢ ῥοιά, τοῦ δὲ ἔαρος ὦχροι, τοῦ δὲ τὴν χειμερινὴν ὥραν ἰσχάδες. μαρτυρεῖ δὲ καὶ περὶ τούτου Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεύς. vide reliqua.

Pag.182. Ὡς ἐκ βραχείας δαιτός) Vide Gulielmi Canteri Lect. lib.6.c.XVII. vbi hos Lycophronis versus declarat.

Pag.183. Λέγεται δὲ διαβλέπειν αὐτὸν) Lego διαβάλλειν. hac sententia, fama est Æschylum quendã, qui Menedemo in reip. administratione erat cõtrarius, solitum esse eum calumniari.

AD LIBRVM TERTIVM.

ΠΛΑΤΩΝ.

Pag.186. Πλάτων Ἀρίστωνος) L. Apuleius in Commẽtario De Platonis dogmate, multa de eo habet quæ si quis conferet cum iis quæ à Diogene Laertio scripta sunt, fateri cogetur aut illũ ab isto pleraque trãstulisse, aut (quod potius crediderim) vtrumque ex eodem hausisse fonte. Nos eorum aliqua notare cõtenti studiosos vtriusque linguę etiam atque etiam hortamur vt vtrunque auctorem inter se diligenter contendant. neque enim id sine fructu magno eos esse factu ros spondere ausim.

Οὗ Κριτίας ὁ τῶν τριάκοντα) Ipse Plato fatetur τινὰς τῶν τριάκοντα fuisse sibi οἰκείους καὶ γνωρίμους.

Καὶ Γλαύκων) Apuleius Glaucum appellat, nisi fallunt nos libri, quod puto. idem enim Glauconem fratrem Platonis appellat: qui, vt puto, fuit huic auo suo cognominis.

P.187. Παυσάμενόν τε τῆς βίας, ἰδεῖν τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος ὄψιν) Plutarchus Symp. problem. octauo, narrat, Aristoni vocẽ in somnis fuisse oblatam, quæ ipsum iuberet per decem menses abstinere ab vxore: & Apuleius, *Sunt qui Platonem augustiore conceptu prosatum dicunt: quum quidem Apollinis figuratio Perictionæ se miscuisset.*

Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ. Vide supra in Socrate. Pertinet huc maximè locus hic Athenæi, Πλάτων δὲ γενόμενος ἐπὶ Ἀπολλοδώρου τοῦ μετ' Εὐθύδημον ἄρξαντος. δύο δὲ καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη μετήλλαξεν ἐπὶ Θεοφίλου τοῦ μετὰ Καλλίμαχον, ὅς ἐστιν ὀγδοηκοστός καὶ δεύτερος. ἀπὸ δὲ Ἀπολλοδώρου καὶ τοῦ Πλάτωνος γενέσεως τεσσαρεσκαιδέκατος ἐστὶν ἄρχων Εὔφημος. Quem archonta

Athenæus Apollodorum, cum Diodorus Stratoclem appellat: & de Euphemo quod ait, valde est à Diodori fastis diuersum: qui eum scribit fuisse archonta anno quarto nonagesimæ Olympiadis. Ac ne inter Diogenem quidem & Diodorum conuenit: ait Laertius, natum esse Platonem archonte Amynia, Diodorus autem scribit eum fuisse archonta anno I I. Olymp. LXXXIX.

Βιοὺς ἔτος ἓν πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα) Censorinus, *Cæteros, qui leuiores sunt climacteras tibi extimesco: præsertim quum in te animi potius quàm corporis naturam sciam dominari: eòque viros qui tales fuerunt, non prius vita excessisse, quàm ad annum illum octogesimum & vnum peruenerint, in quo Plato finem vitæ & legitimum esse existimauit, & habuit legitimum.* Seneca, epistola L I X. *Nam hoc scis puto, Platoni diligentia sua beneficio contigisse, quòd natali suo decessit, & annum vnum atque octogesimum impleuit sine vlla deductione.*

Ἀμεινίου) Apud Diodorum Ἀμυνίας per υ, non per ει. Quod autem ait Periclé Amynia prætore abiisse ad plures, id aliter alii tradunt. nam Athenæus lib. v. mortuum ait Periclem ἄρχοντος Ἐπαμείνονος: siue quòd ille in fastos incidit parum emendatos: siue quòd eius codex parum est emendatus.

Pag. 188. Ἀλλὰ καὶ ἐχορήγησεν Ἀθήνησι Δίωνος ἀναλίσκοντος) Huius rei sic meminit Plutarchus. Αὐτοῦ δὲ Πλάτωνος χορηγοῦντι παίδων χορῷ τὸν χορὸν ἤσκησεν ὁ Δίων καὶ τὸ δαπάνημα πᾶν ἐτέλεσεν παρ' ἑαυτοῦ, συγχωροῦντος τοῦ Πλάτωνος τὴν τοιαύτην φιλοτιμίαν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ὡς ἐκείνῳ μᾶλλον εὔνοιαν ἢ δόξαν αὐτῷ φέρουσαν. in vita Dionis. Porro hæc isto potissimùm loco referuntur à Diogene, quia pertinent ad splendorem generis illius quo de loquitur. quod facilè intelliget qui norit quæ fuerit in ea Republica λειτουργιῶν ratio. Erat enim hoc ditiorum, & eorum tantùm qui viderentur ὑπέροχοι ἀμφοῖν ἄλλων.

Εἶχε δ' ἀδελφοὺς Ἀδείμαντον καὶ Γλαύκωνα) Apuleius: *Ex iisdem genitoribus Glauco & Adimantus ei fratres fuerunt. Doctorem habuit in prima literatura Dionysium: at in palæstra, Aristonem Argu oriundum.* Notandum verò apud Suidam Glaucum vocari qui hîc & apud Xenophontem Glauco.

Ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων διὰ τὴν εὐεξίαν μετονομασθῆναι) Hoc sequutus est Apuleius: *Platoni* (inquit) *habitudo corporis cognomentum dedit.*

Ἢ ὅτι πλατὺς ἦν τὸ μέτωπον) Διὰ τὸ πλατὺς εἶναι τὸ στέρνον, ait Suidas. ac fortasse ita restituendum in Diogene. Seneca, epistola L I X. *Plato ipse ad senectutem se diligentia peruenit. Erat quidem corpus validum ac forte sortitus, & illi nomen latitudo pectoris fecerat.* Sed præstat hîc legere cum Hesychio Milesio, qui lectionem vtranque agnoscit: πλατὺς γὰρ ἦν τὰ στέρνα ἢ τὸ μέτωπον. Πλάτων [illegible] ὀρθῶν

Εἰσὶ δ' οἳ καὶ παλαῖσαί φασιν αὐτὸν Ἴσθμοῖ) Apuleius, *Tantúmque progressus exercitatio contulit ei, vt Pythia & Isthmia de lucta certauerit.*

Pag 189. Καὶ γραφικῆς ἐπιμεληθῆναι καὶ ποιήματα γράψαι

πρῶτον μὲν διθυράμβους, &c.) Apuleius, *Pictura non aspernatus artem, tragœdiis & dithyrambis se vtilem finxit. Iámque carminum confidentia elatus, certatorem se profiteri cupiebat.* Imò professus videtur. Ælianus καὶ ἔμελλεν ἀγωνιεῖσθαι, ἀλλ' ἤδη τοῖς ὑποκριταῖς τὰ ποιήματα.

Πρῶτον μὲν διθυράμβους) Τὰ πρῶτα ἡρωικὰ ἔγραφε μέτρα, ait Ælianus.

Λέγεται δ' ὅτι Σωκράτης, &c.) Mirè concisus hîc est Laertius: vno quippe aut altero verbo, & quasi per indicem, vt aiunt, rem tangit, de qua sic Apuleius, *Somnium etiam Socratis circumferunt: Nam vidisse sibi visum esse cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini consecratum est, volasse, & in eius gremio resedisse: & postea olorem illum pennis cœlum petisse, canore musico auditus hominum deorúmque mulcentem. Quum hoc ergo Socrates in conuentu hominum referret, Aristo Platonem puerum oblaturus Socrati magistro commodum prosequebatur. Quem vbi aspexit ille, ingeniúmque intimum de exteriori conspicatus est facie, Hic ille erat, amice, inquit, de Academia Cupidinis cygnus.* Vide & Pausaniam in Atticis.

Ἐφιλοσόφει δὲ τὴν ἀρχὴν ἐν Ἀκαδημίᾳ) En lector miram auctoris nostri ἀταξίαν. nam hæc certè non erant huius loci.

Μέλλων ἀγωνιεῖσθαι τραγῳδίᾳ πρὸ τοῦ Δ. Vide Ælianum libro II. c. XXX.

Γεγονὼς εἴκοσιν ἔτη διήκουσε Σωκράτους) Apuleius ait, Platonem antè Heracliti secta fuisse imbutum, quàm ad Socratem accederet: in quo longè dissentit à Diogene, qui post mortem Socratis, cum scribit dedisse operam Cratylo Heracliteo. Et fallitur profectò Apuleius.

Ἐκείνου δ' ἀπελθόντος, προσεῖχε Κρατύλῳ) Apul. *Sed posteaquam Socrates homines reliquit, quæsiuit vnde disceret, & ad Pythagoræ disciplinam se contulit.* ἀπελθόντος, ait Laertius, hoc est, ἀπελθόντος ἐκ τοῦ βίου. vel ἐξ ἀνθρώπων, vt ipse loquitur alibi. Strabo alicubi, ἀπελθόντος ἐκ τοῦ ζῆν. Sic *abire* apud veteres & *abitio* mortem significabant εὐφημισμοῦ χάριν, vt ex Festo aliisque pridem docti viri docuerunt. Βαίνειν quoque pro eodem ponunt. Sophocles Philoct.

Ὃν δὴ παλαιὸν ἐξότου δέδοικ' ἐγὼ μή μοι βέβηκε.

hoc est, τέθνηκε ἤ. sic & alibi.

Pag. 190 Εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικόν) Apuleius, *Ad Theodorum, Cyrenas, vt Geometriam disceret, est profectus: Et ad Italiam iterum venit, & Pythagoreos Eurytum Tarentinum & seniorem Archytam sectatus.* Vide Ciceronem, v. de fin.

Θάλασσα κλύζει) Lege Eustathiū in illud. Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον. Extat in Iphigenia Taurica. Porro autem notissimum est, antiquos aqua marina ad purgationes & expiationes vti solitos.

Ἀλλὰ καὶ καθ' Ὅμηρον φασὶ, &c.) Locus poetæ ad quem respicit est Odyss. δ vbi de Ægypto sic canit poeta omnium poetarum pater,

τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα

φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά.
Ἰητρὸς δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων.
Ἀνθρώπων ἦ γὰρ Παιήονός εἰσι γενέθλης. vide etiam Herodotum.

Διέγνω δὴ ὁ Πλάτων καὶ τοῖς μάγοις συμμῖξαι· διὰ δὲ, &c.) Apuleius, *Atque ad Indos & magos intendisset animum, nisi eum bella tunc vetuissent Asiatica.*

Πρότερον γὰρ διὰ τοῦ ε. Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο) Vide præter Pausaniam, Stephanum in Ἀκαδήμεια & Ἑκαδήμεια. & Plutarchum in Theseo, itemque Porphyrium Περὶ ἀποχῆς.

Μῖξιν τε ἐποιήσατο. &c.) Hoc est quod sepe Proclus ait in Timæum, Platonem ξυγκεράσασθαι τήν τε Πυθαγόρειον καὶ Σωκρατικὴν ἰδιότητα. Ἔστι γὰρ ἐν αὐτῷ inquit, de Timæo loquens, παρὰ μὲν Πυθαγορικῆς συνηθείας τὸ ὑψηλόνουν, τὸ νοερὸν, τὸ ἔνθεον, τὸ ἀπὸ τῶν νοητῶν πάντα ἐξάπτειν, τὸ ἐν ἀριθμοῖς τὰ ὅλα ἀφοριζόμενον, τὸ μυστικῶς τὰ πράγματα καὶ συμβολικῶς ἐνδεικνύμενον, τὸ ἀναγωγὸν, καὶ ὑπεραῖρον τὰς μερικὰς ἐπιβολὰς, τὸ ἀποφαντικόν. παρὰ δὲ τῆς Σωκρατικῆς φιλανθρωπίας, τὸ εὐσυνουσίαστον, τὸ ἥμερον, τὸ ἀποδεικτικὸν, τὸ δι' εἰκόνων τὰ ὄντα θεωροῦν, τὸ ἠθικὸν, πάντα τὰ τοιαῦτα.

Τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ, καθ' Ἡράκλειτον. &c.) Apuleius *Quamuis de diuersis officinis hæc ei essent philosophia membra suscepta, naturalis ab Heracliteis, intellectualis à Pythagoreis, rationalis atque moralis, ab ipso Socratis fonte: vnum tamen ex omnibus, & quasi proprij partus corpus effecit.*

P.192. Τρία βιβλία Πυθαγορικὰ παρὰ Φιλολάου) Vide Gellium lib. III. cap. XVII. Versus ex Timonis Sillis hac de re apud Gellium leguntur, non inuenisti, quos ascripsi, vt ab eruditissimo Scaligero sunt emendati,

Καί συ Πλάτων· καὶ γάρ σε μαθητείας πόθος ἔσχεν,
Πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξαο βίβλον.
Ἔνθεν ἀπαρχόμενος τιμαιογραφεῖν ἐδιδάχθης.

Gellius autem multimodis in hac narratione differt à Laertio. Lege etiam Laertium libro VIII. in Philolao.

Ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις. Εἰ χρηματίσεται ὁ σοφός) Magna fuit apud antiquos philosophos quæstio super hoc, An is qui verè fuerit sapiens, χρηματίσεται. id est, *pecunia comparanda operam dabit.* Chrysippus cũ tota Stoicorum cohorte aiebat: trésque χρηματισμοῦ modos constituebat, τὸν ἀπὸ βασιλείας, τὸν ἀπὸ φίλων, τὸν ἀπὸ σοφιστείας. Hãc igitur quæstionem hoc commentario tractauerat Onetor.

Καθά φησιν Ἄλκιμος ἐν τοῖς πρὸς Ἀμύνταν) An hic est is Alcimus, quem in Stilpone dicebat Diogenes πρωτεύειν τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ῥητόρων?

P.193. Ἀλλ' αἰεὶ τοὶ θεοὶ παρῆσαν) Primus hos versus Epicharmi in sua spatia digessit vir summus & omniũ eruditorum princeps Josephus Scaliger. sunt enim iambici tetrametri sanè elegantissimi. Ac quoniam visa sunt quędam nobis, quum ante aliquot annos publicè Laertium exponeremus, non satis emendatè legi, vt sunt à Scaligero edita: placet ita locum integrum hîc attexere, vti tũ emẽdatus est à nobis.

Ἀλλ' ἀεὶ τοὶ θεοὶ παρῆσαν, ὑπέλιπον δ' οὐ πώποκα.
Τάδε δ' ἀεὶ πάρεσθ' ὅμοια, διά τε τῶν αὐτῶν ἀεί.
Ἀλλὰ λέγεται μὰν χάος πρᾶτον γενέσθαι τῶν θεῶν.
Πῶς δέ; κ' ἀμάχανον γ' ἀπὸ μηδενὸς ἐς ὅ τι πρᾶτον μόλοι.
Οὐκ ἄρ' ἔμολέ γα πρᾶτον οὐδέν,
οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον.
* τῶνδέ γ' ὧν ἁμὲς νῦν ὧδε λέγομες, ἀλλ' ἀεὶ τάδ' ἦμεν.
Αἰ γάρ ποτ' ἀριθμόν τις περισσόν, (αἰ δὲ λῆς τὸν ἄρτιον)
ποτθέμειν λῆς ψᾶφον ἢ καὶ τᾶν ὑπαρχουσᾶν λαβεῖν,
Ἦ ὧν δοκεῖ κά τοι καὶ ὁ αὐτὸς ἦμεν; οὐκ ἐμὶν τάχα.
Οὐδὲ μὰν οὐδ' αἰ ποτὶ μέτρον παχυαῖον καταθέμεν
λῆ τις ἕτερον μᾶκος, ἢ τοῦ πρόσθ' ἐόντος ἀποταμεῖν,
Ἔτι κ' ὑπάρχοι κεῖνο τὸ μέτρον. οὐ γὰρ ὧδε; νῦν ὅρη
Καὶ τὼς ἀνθρώπως ὁ μὲν γὰρ αὔξεθ', ὁ δέ γα μὰν φθίνει.
Ἀσχολία τῇ περὶ τοὺς λόγους) Quæ quidem fuisse tanta memoratur, vt quum cibi capiendi causa recubuisset cogitationibus inhęrens, manum ad mensam porrigere obliuisceretur. Adi, si fert animus, Valerium Maximum.

Ὥστε τὸν γυμνασίαρχον προσπέμψαι αὐτῷ μὴ οὕτω βοᾷν) Vide Plutarchum in Comment. περὶ ἀδολεσχίας: apud quem sic respondet Gymnasiarchus. Δίδωμι τῷ προσδιαλεγομένῳ· τὸ δὲ ἀποκρινομένῳ μέτρον ἔστω ἡ τοῦ ἐρωτῶντος φωνή.

P 296 Τοῦτον χολῆς τῆς δ' ἐκκεκηρύχθαι λέγω) Videtur ex isto Sophoclis in Antigone,

Τοῦτον πόλει τῇδ' ἐκκεκηρύχθαι τάφῳ μήτε κτερίζειν. & vide illius elegantem parodiam.

Οἳ μὲν ἐκήρυσσον, τοὶ δ' ἠγείροντο μάλ' ὦκα) Venustè lusit in Homeri verbis Nam poeta ἠγείροντο ἀπὸ τοῦ ἀγείρεσθαι, hic ἀπὸ τοῦ ἐγείρεσθαι deducit. Locus est Il. β. De Mētore autem, sic scriptum est apud Numeniū, Καρνεάδου γίνεται γνώριμος. Μέντωρ μὲν ὁ πρῶτος οὐ μὴν διάδοχος, ἀλλ' ἔτι ζῶν Καρνεάδης ἐπὶ παλλακῇ μοιχὸν εὑρὼν, οὐχ ὑπὸ πιθανῆς φαντασίας, οὐδ' ὡς μὴ καταληφὼς, ὡς δὲ μάλιστα πιστεύων τῇ ὄψει, καὶ καταλαβὼν παρῃτήσατο τῆς διατριβῆς· ὁ δὲ ἀποστὰς ἀντεσοφίστευε, καὶ ἀντίτεχνος ἦν ἐλέγχων αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀκαταληψίαν

Τὰ δὲ λοιπὰ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ συνέγραψαν) Nam Carneades ipse nihil scripsit: vt est apud Plutarchum.

Τῷ λογαδικῷ) Lege, λογαριθμικῷ, & vide Hephęstionem.

Βιώσαντα ἔτη πέντε πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα) Annos nonaginta ait Cicero Catneadem vixisse, in Lucullo. Luciano cum Laertio conuenit: Valerio Maximo cum Cicerone.

ΚΛΕΙΤΌΜΑΧΟΣ.

Pag 298. Κλειτόμαχος, Καρχηδόνιος) Filius fuit Diogneti. Stephanus

Ἐλθὼν δ' εἰς Ἀθήνας ἤδη τετταράκοντα ἔτη γεγονώς) Mendosus est, vt existimo, in hac historia Stephani codex, vbi sic scribitur ὃς κη ἔτει ἐλθὼν Ἀθήναζε ἀμοιρος ἦν τῶν πρώτων στοιχείων.

Οὗτος ἐκαλεῖτο μὲν Ἀσδρούβας, &c.) Plutarchus, De fortuna Alexandri primo Θαυμάζομεν τὴν Καρνεάδου δύναμιν, εἰ Κλειτόμαχον Ἀσδρούβαν καλούμενον πρότερον καὶ Καρχηδόνιον τὸ γένος ἑλληνίζειν ἐποίησε.

Εἰς τοσοῦτον ἔλασεν ἐπιμελείας, ὥστε ὑπὲρ τὰ τετρακόσια βιβλία συνέγραψε) Cicero in Lucullo, de iis qui Carneadem audierant loquēs, *E quibus,* inquit, *industria plurimum in Clitomacho fuit (declarat multitudo librorum) ingenij non minus in*

hoc quàm in Carneade eloquentia: in Melanthio Rhodio suauitatis. Ibidem. *Nec verò quicquam ita dicam, vt quisquam id fingi suspicetur: à Clitomacho sumam, qui vsque ad senectutem cum Carneade fuit, homo & acutus vt Pœnus, & valde studiosus, & diligēs: & quatuor eius libri sunt de sustinendis assentionibus.* Idem Cicero libro IIII. Academicarum quæstionum, multa ex Clitomachi libris profert, & inquit, *Explicaui paullo antè Clitomacho auctore, quomodo ista Carneades diceret: accipe quemadmodum ea dicuntur à Clitomacho in eo libro quem ad Caium Lucilium scripsit poetam, quum scripsisset iisdem de rebus ad L. Censorinum, eum qui consul cum M. Manilio fuit.* Ex his M. Tullii plura discimus de Clitomacho quàm ex auctore nostro.

AD LIBRVM QVINTVM.

ἈΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ.

P. 300. Ἀριστοτέλης Νικομάχου καὶ Φαιστιάδος] Vel, vt alii scribunt, Φαιστίδος.

Τραυλὸς τὴν φωνήν. Aristotelicæ τραυλότητος & Platonicæ κυρτότητος meminit Plutarchus in libro De audiendis poetis.

P. 301. Ἐσθῆτι ἐπισήμῳ χρώμενος] Ælianus Variæ hist. libro IIII. cap. IX.

Καὶ κουρᾷ] Solitos antiquitus homines delicatos κουρᾷ χρῆσθαι, notissimum est. De eo more locus elegans Musonii apud Stobæum Κάλλιον μόνης ἕνεκα τῆς ἀφαιρέσεως τοῦ περιττοῦ. καὶ οὐχὶ κόσμου χάριν, ὡς οἴονται δεῖν ἔνιοι, τὰ μὲν γένεια λεαινόμενοι καὶ μιμούμενοι τοὺς ἀγενείους, ἢ νὴ Δία τοὺς ἄρτι γενειάσκοντας· τὴν δὲ κεφαλὴν οὐχ ὁμοίως κειρόμενοι, διαφόρως δὲ τὰ πρόσω τῶν ὀπίσω. Sed de his plura alibi.

Ἐλθόντα δὲ αὐτὸν καὶ θεασάμενον &c.] Hæc ita variè narrantur à veteribus, vt quid potissimum pro vero amplecti debeas, meritò dubites. Veruntamen si quis iudicio sit saltem mediocri, & mentem adhibuerit sanam, spondeo ei non difficile fore veritatem à falso secernere, & calumnias ignoscere, quibus & olim multi, & nuper quidam Aristotelis laudem minuere sunt conati. Verùm hæc nos aliàs, si quando deus Opt. Max. nobis otia fecerit, accuratè tractabimus, & istorum, non magis Aristotelis quàm verę philosophiæ osorum, calumnias ex facili detegemus & refellemus.

Συμπαρὼν διελέγετο αὐτῷ] Malim συμπεριπατῶν.

Ὅθεν Περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι. Alij aliter tradunt: fuisse duas Peripateticorũ scholas à morte Platonis, Xenocratis & Aristotelis, huius sectatores fuisse appellatos τοὺς ἐκ Λυκείου περιπατητικούς. illos τοὺς ἐξ Ἀκαδημίας περιπατητικούς. Postea factũ vt Aristotelei appellationem τὴν ἀπὸ τῆς ἐνεργείας propriam sibi facerent: τὴν ἐκ τοῦ τόπου amitterent. & Peripatetici dicerentur. Xenocratei contra τὴν ἐκ τοῦ τόπου retinuerunt: τὴν ἐκ τῆς ἐνεργείας amiserunt: & dicti Academici. Auctor Ammonius. Idẽ auctor ait Platonem ipsum philosophandi

hûç morem vſurpaſſet & omniũ primum Peripateticum fuiſſe.

P.302. ΟἹ δὲ καὶ κηδεῦσαι αὐτῷ, &c.] Extarent vtinam Apelliconis libri, in quibus accuratiſſimè iis reſpõderat qui hoc nomine auſi ſunt Ariſtotelẽ βλασφημεῖν. nam inter omnia quæ ipſi obiecta vnquam fuerunt, iſtud ſemper fuit vel maximum, quòd κολακεῦσαι Ἑρμείαν, eius ſororem (vel vt alii tradunt, filiam aut neptem) in vxorẽ duxerit: de quo ſic ſcriptum eſt apud Ariſtoclem, Τεὶ μὲν οὖν ἄλλα παρέλκειν διελέγχειν. δύο δὲ πάντα δοκεῖ πιστεύεσθαι δι' ἃ λέγουσί τινες αὐτὸν· ἓν μὲν, ὅτι τὴν Ἑρμείου γήμειε. φύσει μὲν ἀδελφὴν, θετὴν δὲ θυγατέρα Πυθιάδα, κολακεύων αὐτόν. Θεόκριτος γοῦν ὁ Χῖος ἐποίησεν ἐπίγραμμα τοιοῦτον,

Ἑρμείου εὐνούχου, &c.

Ἕτερον δὲ, ὅτι ἠχαρίστησε Πλάτωνι. ἀλλὰ μὲν οὖν Ἑρμείου καὶ τῆς Ἀριστοτέλους πρὸς αὐτὸν φιλίας, ἄλλοι τε πολλοὶ συγγεγράφασι, καὶ δὴ καὶ Ἀπελλικῶν· ἐν τοῖς βιβλίοις ὃ ἂν τύχοι παραύσεται βλασφημοῦν αὐτούς· ἀλλὰ δὲ τοῦ γάμου τοῦ Πυθιάδος, ἀποχρώντως αὐτὸς ἐν ταῖς πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολαῖς ἀπολελόγηται. τεθνεῶτος γὰρ Ἑρμείου, διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν, ἔγημεν αὐτὴν, ἄλλως μὲν σώφρονα καὶ ἀγαθὴν οὖσαν ἀτυχοῦσαν μέντοι διὰ τὰς καταλαβούσας συμφορὰς περὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς. Protuli autem totum hunc locum, vt intelligeret lector quàm ſit credendum iis qui & Hermiæ amorem Ariſtoteli obiiciunt: & quòd Pithyadem hanc in vxorem duxerit, calumniantur. Nam is quidem qui aſper— huius philoſophi vitam, vel potius criminationem putidam, conſcripſit, hoc ita narrat, quaſi certiſſimum τῆς λαγνείας Ariſtotelis indicium. In quo ſanè negari non poteſt quin κακοήθειαν ſuam manifeſtiſſimè prodiderit. Eiuſdem farinę ſunt & cætera pene omnia quæ ſunt in eo ſcripto diligentiſſimè, &, vt dixi, κακοηθέστατα congeſta, vt tandem efficeret, Ariſtotelem non hominem, ſed fœdã quandam vitiorum fuiſſe ſentinam. Atqui δεῖ τοὺς εὖ φρονοῦντας, (ait Ariſtocles veriſſimè & ſapientiſſimè) μὴ εἰς τοὺς διαβάλλοντας ἀποβλέπειν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἐπαινοῦντας καὶ ζηλοῦντας αὐτόν. οὐ μικρῷ γὰρ πλείους καὶ βελτίους εὑρεθεῖεν ἂν οὗτοί γε. Et ſanè ita eſt: quicunque de tanto viro, támque admirabili naturæ interprete detrahere ſtuduerunt, ii, ſi quis diligentius rem ſpectet, reperientur fuiſſe πάντες, vt aït idem Ariſtocles, σοφισταὶ, καὶ ἐριστικοὶ, καὶ ῥήτορες.

Καὶ ἔθυεν ὑπερχαίρων τῇ γυναικὶ, ὡς Ἀθηναῖοι τῇ Ἐλευσινίᾳ Δήμητρι) Primus hoc finxit aduerſus Ariſtotelem Lyco: de quo audiamus, ſi placet, iudicium Ariſtoclis, πάντα δ' ὑπερβαλλεῖ μωρία τὰ ὑπὸ Λύκωνος εἰρημένα, τοῦ λέγοντος εἶναι Πυθαγορικὸν ἑαυτόν. φησὶ γὰρ θύειν Ἀριστοτέλη θυσίαν τετελευτηκυίᾳ γυναικὶ τοιαύτην ὁποίαν Ἀθηναῖοι τῇ Δήμητρι.

Τὸ τε Ἑρμείᾳ παιᾶνα ἔγραψε.) Athenęus pæana eſſe negat, hac ratione, quòd illam acclamationem quæ pęanibus addi ſolet, ἰὴ ἰὴ Παιὰν, non habeat: quæ ratio neſcio quanti fieri debeat. Nam quum conſtet non in A-

pollinem tantùm, sed & in alios quoque solitos concini hymnos, qui pæanes appellarentur, an in omnibus essent hæc verba dubitari potest. Eum vide lib. x v.

Ὅς ἔνδον γέγραπται. Ἔνδον, hoc est, ἐν τοῖς συγγράμμασι. Sic dixit Cicero, *interiorem epistolam.* ad Quintil. fratrem lib. III.

Pag. 303. Τὸν συγγενῆ Καλλισθένην τὸν Ὀλυνθιον) Callisthenes ex Herone Aristotelis consobrina natus erat. auctor Plutarchus.

Ἐν σιδηρᾷ περιάγεσθαι γαλεάγρᾳ) Varia fuit de huius morte veterum opinio, vt est apud Plutarchum in Alexandro: quem vide: & Arrianum libro IIII. Iustinus lib. x v. *Quippe quum Alexander Magnus Callisthenem philosophum, propter salutationis Persicæ interpellatum morem, insidiarum, quæ sibi paratæ fuerant, conscium fuisse iratus esset, eúmque truncatis crudeliter membris, abscissisque auribus, ac naso labiisque deforme ac miserandum spectaculum reddidisset, insuper cum cane in cauea clausum ad metum cæterorum circumferret: tunc Lysimachus audire Callisthenem, & præcepta ab eo recipere virtutis solitus, miseratus tanti viri, non culpæ, sed libertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedium calamitatum dedit.* Simili supplicio Lysimachus quoque ob Alexandro fuit affectus. vide Athenæum & Senecam.

Ἐγκυμάδοντα αὐτὸν τῷ ἱεροφ. &c.) Vide Athenæum.

P. 304. Εὔμολπος) Εὔμηλος.

Πλάτωνι ἢ ἐπιλαχεῖ δέκα ἔτη συνιέσῃ) Lege ἐπιλαχεῖ δέκα της. Vide Ammonium.

Ὁ ἢ ὕμνος ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον) Vide, si lubet, editam nuper à nobis huius vitæ versionē.

Pag. 306. Ἐπὶ Πυθοδότου) Pythodorum appellat Diodorus

P. 307 Ἑρμείω εὐνούχου) Scomma Theocriti est in sequenti maximè disticho. quod extat apud EVsebium & Plutarchum, & miror à Laertio non esse descriptum. Plutarchus περὶ φυγῆς. Ἀριστοτέλην δὲ, inquit, καὶ λελοιδόρηκε Θεόκριτος ὁ Χῖος, ὅτι τὴν παρὰ Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ δίαιταν ἀγαπήσας.

— εἵλετο ναίειν

Ἀντ' Ἀκαδημείας Βορβόρου ἐν προχοαῖς. ὃν γὰρ ποταμὸν περὶ Πέλλαν, ὃν Μακεδόνες Βόρβορον καλοῦσι. Prior versus ita legitur apud EVsebium.

Ὃς διὰ τὴν ἀκρατῆ γαστρὸς φύσιν εἵλετο ναίειν, &c.

Ἕως δ' ἂν Νικάνωρ καταλάβῃ ἐπιμελεῖσθαι Ἀριστομένη) Illud quidem perspicuum, esse ita distinguendum ἕως δ' ἂν Ν. καταλάβῃ, ἐπιμελεῖσθαι, &c. nam constituuntur manifestò istis verbis curatores cum Antipatro, etsi non pari potestate, Aristomenes & qui cū eo nominātur. at quid illa verba significent ἕως ἂν Νικάνωρ καταλάβῃ, quibus terminatur istorum cura & administratio. id verò non æquè claret. Videtur sanè καταλαμβάνειν esse adire hæreditatem. idque nos secuti sumus: nam hic Nicanor Proxeni, de Aristotele olim bene meriti viri, filius, dicitur ab Aristotele adoptatus. itaque iure filii partem bonorum à morte patris potuit sibi vindicare. hoc ergo est καταλαμβάνειν: & hæc ratio quæ nos mouit vt sic acciperemus ista verba. Me tamen mouent non pauca vt hūc locum aliter putem exponendū.

Nam fictum esse vlla ex parte heredem istum Nicanorem, ex hoc testamento non colliges. Duo enim sunt quæ hîc tribuũ-tur Nicanori ab Aristotele. Alterũ est, filia Pythais, quã ei pater vxorem destinat, & cum illa bonorum partem quæ illi velut in dotem cessura erat: alterum cura viduæ & liberorum & bonorũ administratio. Quare illa verba ἕως ἂν Νικάνωρ καταλάβῃ non videntur ita posse accipi. Ex testamenti autem fine apparet Nicanorẽ, quũ hoc testamẽtum cõderet Aristoteles, vel domo abfuisse, suscepta aliqua vt videtur periculosa peregrinatione: vel aliquo morbo laborasse, aut nescio quid eiusmodi fuisse quod Aristotelem de ipsius salute redderet adeo sollicitum, vt pro ea votum fecerit quod ibi cõmemoratur. Videamus ergo num hinc potius sint illa superiora verba exponenda, vt sit sensus, Aristomenem & reliquos tãtisper curatores esse, ἕως καταλάβῃ Nicanor: hoc est, tãtisper dũ redux esset ex itinere in quo tunc erat: vel dũ ex eo morbo cõualuisset quo tũc laborabat: tũ illũ voluit καταλαμβάνειν: id est simul Pythaidẽ vxorem ducere, & rerum curam atque administrationẽ suscipere.

Καὶ ὅταν ὥρα ᾖ τῇ παιδὶ ἐκδόσθαι αὐτὴν Νικάνορι) Τῇ παιδὶ, hoc est, Πυθαΐδι. vt docet Ammonius, Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν, inquit, τοῦ Νικομάχου καὶ τῆς Φαιστιάδος ἀνάγεται ὁ Ἀριστοτέλης παρά τινι Προξένῳ Ἀταρνεῖ. οὗ καὶ τῆς τροφῆς διαμεμνημένος ὁ Ἀριστοτέλης, οὐ μόνον τὸν τούτου υἱὸν Νικάνορα ἀνέθρεψε καὶ πάσης παιδείας ἐπαίδευσεν, ἀλλὰ καὶ υἱὸν αὐτὸν εἰσεποιήσατο, καὶ τελευτῶν ἐν ταῖς οἰκείαις διαθήκαις ἐπιτρέψας τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πυθαΐδα δοῦναι γαμετὴν τῷ Νικάνορι.

P. 308. Ἐπιμελεῖσθαι δὲ τοὺς ἐπιτρόπους καὶ Νικάνορα, μνησθέντας ἐμοῦ, καὶ Ἑρπυλλίδος] Athenæus libro XIII. Ἀριστοτέλης δὲ ὁ Σταγειρίτης ἐξ Ἑρπυλλίδος τῆς ἑταίρας ἐπαιδοποίησε Νικόμαχον καὶ συνῆν ταύτῃ μέχρι θανάτου, ὥς φησιν Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους πρώτῳ. ἐπιμελείας φάσκων τῆς δεούσης τετυχηκέναι ἐν ταῖς τοῦ φιλοσόφου διαθήκαις.

P. 310 Καὶ τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας τὴν Δήμητρα ἀναθεῖναι εἰς Νεμέαν) Lego, καὶ τὴν τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας τῇ Δημητρὶ ἀναθεῖναι εἰς N. Loquitur Aristoteles de variis imaginibus, & quid illis fieri velit declarat. καὶ τὴν igitur quum dicit, reprehensum ex superioribus vocem εἰκόνα. sicut dictum est, καὶ τὴν Ἀριμνήστου, paulo antè. Hæc est illa vt verisimile est, matris Aristotelis imago, cuius meminit Plinius, *Fecit (ait de Protogene) & Cydippum, Theopolemum Philiscum tragœdiarum scriptorem meditantem & athletam, & Antigonum regem, & imaginem matris Aristotelis philosophi.* Sic infrà Theophrastus in suo testamento mandat, τὴν εἰκόνα Ἀριστοτέλους τεθῆναι, εἰς τὸ ἱερόν. Nam vt iam antè notauimus, statuæ quæ hominibus ponebantur, alicui numini dedicabantur.

Λέγεται δὲ καὶ λοπάδας αὐτῷ πλείστας εὑρῆσθαι) Plinius libro XXXV. *In Aristotelis heredum auctione* LX *patinas venisse traditur.*

Καὶ Λύκωνα λέγειν ὡς ἐν ... Etiam Aristocles testatur hoc fuisse confictum à Lyco e

Pythagorico: cuius verba (quæ cum superius allatis cohęrent) hęc profert, καὶ ἐν ἐλαίῳ θερμῷ λουόμενον, τοῦτο δὴ ἀπεμπολεῖν. ἡνίκα δ' εἰς Χαλκίδα ἀπῄει τοὺς τελώνας εὑρεῖν ἐν τῷ πλοίῳ λοπάδια χαλκᾶ ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα. Hæc Lyco: quæ quidem Aristocles ait πάντας ὑπερβαλεῖν μωρίᾳ, omnia superare stulticia. Falsum est igitur quod ait quidam κακοήθης, qui ausus est scribere duos celeberrimos peripateticos Aristotelem auaritię accusasse, Lyconem & Aristoclem. In quo multipliciter fallitur, fallitque. quod enim à duobus peripateticis factum esse dicit, id ne de vno quidem verum est. Siquidem solus Lyco hoc obiecit, qui fuit (voluit quidem certè videri) Pythagoricus. Aristocles autem tantùm ab eo abfuit vt id obiiceret, vt ne crederet quidem: imò (quod ex eius verbis quę hodiéque supersunt intelligere cuiuis licet) eos insanire extrema linea putauit Aristocles, qui hęc aduersus Aristotelem confinxissent. Sed, vt intelligat lector quàm parum cādidè fecit qui se duorum peripateticorum, vt ait, celeberrimorū autoritate aduersus Aristotelem armare voluit, primùm eius verba apponam, deinde Theodoreti locum proferam, cuius ille autoritate non vtitur, sed improbissimè abutitur. *Auaritia quoque* (inquit) *videntur eum duo celeberrimi peripatetici notasse, Lyco scilicet & Aristocles, ille in schola tertius successor, hic Aphrodisei Alexandri præceptor: siquidem ambo, referente Theodoreto, passionum Græcarum libro duodecimo, memoria prodiderunt, post interitum ipsius inuentas ei fuisse ollas trecentas, vel vt alij 74. Plinius ait 60. oleo plenas quo sese luere solebat, ac postea diuendere.* Hęc ille. Videamus nunc quid dicat Theodoretus: Ἀριστοκλῆς γάρ που ὁ περιπατητικὸς Λύκωνα ἔφη τὸν Πυθαγόρειον περὶ Ἀριστοτέλους φάναι, ὅτι ἐν ἐλαίῳ θερμῷ λουόμενος, τοῦτο ὕστερον ἀπεδίδοτο. καὶ ἡνίκα δὲ εἰς Χαλκίδα ἀπῄει, τοὺς τελώνας ἔφη διερευνωμένους τὸ πλοῖον, εὑρεῖν αὐτῷ λοπάδια τέτταρα καὶ ἑβδομήκοντα. ἄλλους δέ τινας εἰρηκέναι τριακοσίας ἐσχηκέναι λοπάδας. hæc Theodoretus. quæ omnia sumta sunt ex illis Aristoclis quę habentur apud EVsebium, lib. XV. προπαρασκευῆς.

Ἔνιοι δὲ καὶ ἀσκὸν θερμοῦ ἐλαίου ἐπιτιθέναι αὐτὸν τῷ στομάχῳ φασί.] Cornelius Celsus libro II. cap. XVII. in enumeratione fomentorum calidorum, *Quinetiam calido oleo replentur vtriculi, & in vasa fictilia (ad similitudinem lenticulas vocant) aqua coniicitur, & sal sicco linteo excipitur, demittitúrque in aquam bene calidam: tum super id membrum quod fouendum est, collocatur.* Libro tertio, capite vltimo. *Vtriculi quoque rectè componuntur aqua calida repleti.*

Καὶ ὁπότε κοιμῷτο, σφαῖραν χαλκῆν βάλλεσθαι αὐτῷ) Ammianus de Alexandro Magno hoc narrat. Verba eius sunt, *Ille namque ænea cōcha supposita, brachio extra cubile protento, pilam tenebat argenteam, vt cum neruorum vigorem sopor laxasset infusus, gestaminis lapsi tinnitus abrumperet somnium.*

ΟΥ τὸν τρόπον ἐλέγχειν, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ἐλέγχοντα] Cicero pro Quintio, *Obsecrauit vt aliquam fi...*

propinquitatis, at ætatis sua: si non hominis, at humanitatis, rationem haberet. Seneca De beneficiis libro quarto, *Non tanquam dignis illa tribuimus, sed negligenter tanquam parua: & non homini damus, sed humanitati.* Eleganter etiam Herodes apud A. Gellium etsi diuersè, *Demus*, inquit, *huic aliquid æris, cuiuscuimodi est, tanquam homines non tanquam homini.*

Pag. 311. Διογένης ἰχάδα αὐτοῦ αἰτοῦντος) Ita enim solitum fieri inter illos misellos philosophos, qui maxima ex parte meræ erant hominum mendicabula, gulæ mancipia. Laertius in Stilpone, Κράτητος τοῦ Κυνικοῦ ἰχάδα προτείναντος αὐτῷ πρὸς καὶ ἐρώτημα, δεξάμενον καταφαγεῖν. τοῦ δὲ, Ὦ Ἡράκλεις εἰπόντος, ἀπολώλεκα τὴν ἰχάδα. Οὐ μόνον, ἔφη, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐρώτημα, οὗ ἦν ἀρραβὼν ἡ ἰχάς. Aristoteles verò hoc totum elegantissimè irridet tanquam puerile, & viris indignum. suum autem hoc iudiciū non verbis exponit, sed facto. μέτεωρίσας ait Laertius, Diogenem, vt pueros solemus μετεωρίζειν. quod Persius dicit manibus quatere. hic est sensus huius loci: quem non intelligentes quidam, corruptum esse eum putarunt: & longè aliter sunt interpretati: sed næ illi frustra fuerunt.

P. 312. Καρνεάδην δορυφόρητον βασιλείαν) Non est hic Carneades ille nobilis philosophus, de quo superiore libro: sed alius quispiam parum mihi notus. Simile dictum Plutarchi de Aristide, illum sibi ἀδορυφόρητον μοναρχίαν κατασκευάσασθαι.

P. 313. Ἐρωτηθεὶς τί ἐστι φίλος, ἔφη, μία ψυχὴ, &c. In vetere editione Basiliensi legebatur φιλόσοφος pro φίλος. sed id nec Ambrosius sequutus est, & rectè postea à doctis viris mutatū fuit. Quis ergo non miretur inueniri nuper potuisse, qui βαλανοφαγεῖν quàm inuentis frugibus vti maluerint? Siquidem φιλόσοφος legit is, quem ego χακοήθη verissimè appellare soleo.

Τῶν ἀνθρώπων ἔλεγε τοὺς μὲν οὕτω φείδεσθαι ὡς ἀεὶ ζῶντας.) Hinc illud non illepidum Luciani epigramma,

Ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε.
  Ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.

Μή τι σε κατεφλυάρησα;) Suidas legit κατηδολέσχησα. Nam huc sine dubio pertinent hęc illius, Κατηδολέσχησά σε· ἀντὶ τοῦ μετὰ σοῦ ἐμακρολόγησα, ἐφλυάρησα.

Pag. 314. Ὦ οἷς ἑκάστοτε λέγοι, Ὦ φίλοι οὐδεὶς φίλος) Lego ᾧ φίλοι. Nam quod nonnulli legunt, ὧ πολλοὶ φίλοι, vt est in VII. EVdemiorum, me non mouet. potuit enim Aristoteles aliter scribere quàm in quotidiano sermone vsurparet: vt taceam, videri venustius multo & multo rotundius hoc dictum, omissa voce πολλοὶ, quæ satis inclusa est in voce φίλοι. Eadem autem repetitur sententia & Nicomacheíων θ. Οἱ δὲ πολύφιλοι (inquit philosophus) καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες, οὐδενὶ δοκοῦσιν εἶναι φίλοι πλὴν πολιτικῶς.

Ἐρωτικὸς α.) Atqui Athenęus secundum Ἐρωτικὸν laudat. An

igitur scribendum est Ἐρωτικῶν α. β. Sunt & alia non pauca in hoc Diogenis catalogo animaduertenda, quæ alibi fusè & diligenter à nobis tractantur, & illustrantur.

P. 317. Δικαιώματα α β) Vt putem titulum integrum huius operis fuisse Δικαιώματα πόλεων, faciunt hæc diligentissimi Eustathij in Iliadem verba, Ἀριστοτέλης δέ φασιν ἱστορεῖ ἐν δικαιώμασι πόλεων οὕτως. Non clam me est apud Ammonium legi Δικαιώματα πολέμων non πόλεων: sed placet magis Eustathiana lectio.

Πυθιονικῶν ἔλεγχοι) Puto legendum ἔλεγχος. Errat Ambrosius, dum vertit, *Pythionicarum argumenta*: quum ἔλεγχος hîc sit aliud nihil quàm ἀναγραφή. Plutarchus in Solone: ὡς ἄλλοι τε μαρτυροῦσι, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Πυθιονικῶν ἀναγραφῇ. Hoc paruum quidem est: quod tamen eum fugerit qui in recensendis Aristotel. libris nuper operam posuit. Vertit enim *Redargutiones*. En cor Zenodoti iecur Crateris.

P. 318. Πολιτεῖαι πόλεων δυοῖν δεούσαιν ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν) Liber fuit verè aureus, qui vtinam extaret hodie. Vix enim dici potest quàm multa eo opere continerentur omnibus antiquitatis studiosis scitu iucundissima & dignissima, quæ nunc obruta densissimis tenebris planéque sepulta iacent. Apparet è fragmentis, quæ studiosissimè sunt à nobis conquisita, nec sine magnâ voluptate collecta. Eorũ nos veluti γεῦμα quoddam nuper exhibuimus: omnia autem aliquando σὺν τῷ θεῷ edemus.

Pag. 319. Πρὸς μὲν οὖν τὴν ὑφεσιν, τὰ τελωτικὰ καὶ μεθοδικά) Sic rectè legi nemo potest dubitare. In antiquis tamen libris scriptum fuisse ὁπλικά ex interpretis versione apparet. Estque is error adeo antiquus vt extet etjam hodie apud Hesychium Milesium. quod demiror nõ obseruasse Hadrianum Iunium.

P. 320. Τῶν δὲ ἠθικῶν τά τε περὶ πόλιν, καὶ περὶ οἶκον καὶ περὶ νόμους καὶ νομῶν] Hæc paullo aliter apud Hesychium scribuntur. Apparet verò Laertium nostrum in canonibus Epicuri magis quàm in doctrina Aristotelica fuisse versatum. Nę ille pudentius fecisset & prudentius si hanc partem quę est de dogmate Aristotelico, omnino non attigisset.

Pag. 321. Οὐκ ὀλίγα βιβλία συνέγραψε φυσικῶν ἀπομνημονευμάτων) An potius legendum ἀπορημάτων; nam προβλημάτων longius recedit.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

P. 324. Θεόφραστος Ἐρέσιος Μελάντα κναφέως υἱός] Vel, vt aliis placet, inquit Suidas, Leonis.

P. 325. Σοφοκλέους τοῦ Ἀμφικλείδου νόμον εἰσενεγκόντος) Huius rei sic meminit Athenæus in XIII. Καὶ Σοφοκλῆς ὅστις ψήφισμα ἐξήλασε πάντας φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς, καθ' οὗ λόγον ἔγραψε Φίλων Ἀριστοτέλους γνώριμος ἀπολογίαν ὑπὲρ τοῦ Σοφοκλέους Δημοχάρους πεποιηκότος τοῦ ἀνεψιοῦ Δημοσθένους.

P. 326. Τοῦτον Τύρταμον λεγόμενον. Θεόφραστον διὰ τὸ τῆς &c. Suidas, ὅτι ἐκαλεῖτο Τύρταμος· διὰ δὲ τὸ θείως φράζειν ὑπὸ Ἀριστοτέλους ἐκλήθη Εὔφραστος, εἶτα Θεόφραστος.

Pag.327. Ἐτελεύτα δὴ γηραιός, βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα καὶ πέντε) Tractauimus nuper hũc locum pluribus in Commentariis ad Theophrasti Characteres.

Ἐπειδήπερ ὀλίγον ἀνῆκε τῶν πόνων) Caussam huius cessationis, ait fuisse Suidas τοὺς μαθητὰς γάμους quod ego miror cur nos celauerit Laertius.

Ἡμεῖς γὰρ ὁπότ' ἠρχόμεθα ζῆν, τότε ἀποθνήσκομεν) Ad hęc verba respexit Cicero, quum scripsit Tusc. libro III. *Theophrastus autem moriens, accusasse naturam dicitur, quòd ceruis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset hominibus, quorum maximè interfuisset, tam exiguam vitam dedisset: quorum si ætas esse potuisset longinquior, futurum fuisse vt omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur.*

P.329. α' Περὶ ἔρωτος) Strabo laudat libro X.

Περὶ εὐδαιμονίας α) Cicero de finibus lib. IIII. *Sed quum beata vita quæratur: idque sit vnum quod philosophia spectare & sequi debeat: sitne ea tota sita in potestate sapientis, an possit aut labefactari aut eripi rebus aduersis, in eo nonnunquam variari inter eos & dubitari videtur. quod maximè efficit Theophrasti de beata vita liber: in quo multum admodum fortuna datur.*

Περὶ ἐπιλήψεως α.) Apuleius Apologia, *Longum est si velim Theophrasti quoque sententiam de eodem morbo recensere. est enim etiam eius egregius liber de caducis.*

Περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν α.) Apuleius, *Legisse ... Theophrasti quoque* Περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν, *& Nicandri* Θηριακά. *Ita supplendus ille locus Apuleij.*

P.330. Περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως) Multa huius libri & aliorum Theophrasteorum operum legere memini in Græcis interpretibus Aristotelis. vide Alexandrum Aphrodis. in Metaph. lib. IIII. cap. IIII. & in Analytica priora.

Καλλισθένης) M. Tullius in Tusculanis, *Vexatur Theophrastus & libris & scholis omniũ philosophorum, quod in Callisthene suo laudarit illam sententiam:*

Vitam regit fortuna non sapientia.

Pag.331 Περὶ φυσικῶν ἱστοριῶν) Scrib. φυτικῶν. & statim, Φυτικῶν αἰτιῶν.

Pag.332. Περὶ ἀρχημάτων α. β.) Laudatur à multis hic liber. etiam à scholiaste vetere Homeri: vbi illa exponit Iliad. α. ὀλόχυτα προβάλοντο.

Πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας α Athenæus libro IIII. Θεόφραστος ἐν τῷ πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας· εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα· πολλοὶ γάρ αὐτό φασιν εἶναι Σωσιβίου.

Περὶ πλούτου α.) Cicero De officiis. Iraque miror quid in mẽtem venerit Theophrasto in eo libro quem De diuitiis scripsit: in quo multa prӕclarè: illud absurdè. Est enim multus in laudanda magnificentia & apparatione popularium munerum: taliũmque sumptuum facultatem, fructum diuitiarum putat.

P.333. Χαρακτῆρες ἠθικοί] Aut hęc verba inducẽda sunt, aut illa certè quę paulo superiꝰ extãt, ἠθικοὶ χαρακτῆρες. Nẽpe aliquis illa huc intrusit qui oculis properanter coniectis in Laert. catalogũ, superiora nõ vidit: quę fuit illius παρόραμα καὶ ἀβλεψία. Sic

autem multa irrepsisse in hos libros habeo persuasissimum. Quare qui Diogeni aut ipsius potius libris tantum hac in parte tribuunt: viderint quàm prudenter id faciant. Sed hęc aliis.

Περὶ φιλίας] Extat apud A. Gellium libro 1. cap. 111. locus Theophrasti ex primo περὶ φιλίας.

Pag. 334. Ἐπιστολαὶ αἱ ἐπὶ τοῦ Ἀσυγκρίτου] Suspecta verba de mendo.

Φανία] In scholiis Apollonii huius epistolæ fieri mentionem reperi. Θεόφραστος δὲ ἐν τῇ πρὸς Φανίαν ἐπιστολῇ καὶ ὄνον φησὶν αὐτὸν καλεῖσθαι. loquitur de millepeda.

Τὴν Ἀριστοτέλους εἰκόνα τεθῆναι εἰς τὸ ἱερὸν) Ἀντὶ τοῦ, ἀνατεθῆναι ἐν τῷ ἱερῷ: sic Latini veteres, *In potestatem*, pro In potestate, & id genus sexcenta quæ pueros haud latent.

P. 335. Δίδωμι τῶν γεγραμμένων φίλων ἀεὶ τοῖς βουλομένοις συσχολάζειν καὶ συμφιλοσοφεῖν ἐν αὐτῷ] Athenæus libro quinto meminit huius partis testamenti Theophrastei.

ΣΤΡΑΤΩΝ.

Pag. 339. Στράτων Ἀρκεσιλάου] Ἀρκεσιλάου ἢ Ἀρκεσίλου, inquit Suidas.

P. 340. Περὶ τοῦ προτέρου καὶ ὑστέρου] Meminit Simplicius in Categorias.

P. 341. Ἐάν τι πάσχω] *Si quid mihi humanitus contigerit*, Τὶ πάσχειν. mori. Sic accipio apud Homerum Il. φ.

Ζεῦ πάτερ, ὡς οὔτις με θεῶν ἐλεεινὸν ὑπέστη
Ἐκ ποταμοῖο σαῶσαι; ἔπειτα δὲ καί τι πάθοιμι.

hoc est, *postea vel moriar*. Idem Od. δ,

Τοῦ δ' ἀμφιτρομέω καὶ δείδια, μή τι πάθῃσιν. hoc est, *ne interficiatur*. quod ipse exponens, addit,

Δυσμενέες γὰρ πολλοὶ ἐπ' αὐτῷ μηχανόωνται
Ἱέμενοι κτεῖναι, πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι.

P. 342. Καλῶς δ' ἂν ποιοῖεν καὶ οἱ λοιποὶ συσκευάζοντες τοῦτο] Sic in Lyconis testamento, συγκατασκευαζόντων δὲ οἱ λοιποὶ γνώριμοι, κἀμοῦ καὶ τοῦ τόπου χάριν.

P. 343. Καθὰ καὶ συνήγαγεν ἡ Ἀρίστων ὁ οἰκεῖος] Quis ita loquitur? Non abest quin scripserit Diogenes, Ἀρίστων ὁ Χεῖος. de duobus Aristonibus Chio & Ceo, alibi annotamus.

ΛΥΚΩΝ.

P. 344. Τὸ δ' ἐκφραστικὸν αὐτοῦ καὶ περιγεγονὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ] Repone me auctore elegantem vocem περιγεγωνός. sic vocat stylum elatum, ac, vt sic dicam, nimis vocalem.

Παρ' ὃ καὶ τινὲς τὸ γάμμα αὐτοῦ τῷ ὀνόματι προστεθείκασι] Quis ergo scitnum vera sit apud Plutarchum lectio, Γλύκων; vbi tamen Λύκων contra scriptorum codicum auctoritatem Xylander censet reponendum. locus est ὁ τοῦ περὶ φυγῆς.

P. 345. Τούς τε βουλευομένους ὀρθῶς] Lego βουλευομένους ὀρθῶς. ita que legendum esse neminem dubitaturum puto.

Pag. 345. Οἱ ὄντες προβληταί καὶ τι βασανίζοντες τὴν θείαν φύσιν]

Similiter

Similiter EVstathius in ῥαψ. ε Ἰλιάδ. Καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ κανὼν ἦν τις διεστραμμένος, ἄπας ἄφρων πρὸς ἑαυτὸν μετάγειν καὶ στρεβλοῦν ἐθέλων καὶ τὰ ὀρθὰ, καὶ μηδὲν αὐτοῦ ἀποσοικέναι κρίνων καὶ τοὺς εὖ ἔχοντας λόγου καὶ φρονήσεως;

Ὠ'πὸ θλαδίας καὶ ἐμπινὴς ὤν] Suidas, ἐμποιτής. melius ἐμπινής.

Παλαῖσαι τε λέγεται καὶ σφαιρίσαι] Ἦν δ' ὁ Λύκων (ait Athenæus in XII.) καὶ σφαιριστὴς ἀγαθὸς καὶ ἀθλητής ἐξ ἰδ.

Pag. 348. Καταχωρησάτω τοῖς νεανίσκοις εἰς ἐλαιοχρηστίαν. Notus olei vsus in gymnasiis veterum: propterea παιδοτρόφον ἐλαίαν appellat Sophocl. in OEd. Col.
Ὁ τᾶδε θάλλει μέγιστα χώρα,
Γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐλαίας.

Δίδωμι δὲ τὸ Καλλίνῳ χωρίον] Legebatur apud Ambrosium Callino, apud Suidam, est Καλλίνικῳ non rectè.

P. 349. Ῥοιάκων ζεῦγος. Ita & Suidas habet. Ῥοίσκων quod aliquando placuit, nunc displicet, puto fuisse speciem poculorum qualia erant illa quæ ῥυτὰ & ῥέοντα vocarunt.

Ἐλεύθερον πάλαι ὄντι ἀφίημι τὰ λύτρα] Hoc est, *libertatis causa impositorum gratiam facio*, vt loquitur Modestinus Iurisconsultus l. VI. De agnoscendis liberis.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ.

P. 351. Δημήτριος Φανοστράτου] Vide Suidam, qui Demetrium prius Phanum fuisse appellatum scribit.

P. 352. Δίδυμος δ' ἐν συμποσιακοῖς &c.] Athenæus hoc idem narrans, laudat Δίυλλον non Δίδυμον. Verba eius adscribam vt quidem ea puto esse legẽda. Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς, Λαμπιτοῦς τῆς Σαμίας ἑταίρας ἐρασθεὶς, ἥδεως καὶ ἑαυτὸν Λαμπιτὼ προσαγορεύεσθαι, ὥς φησι Δίυλλος. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ χαριτοβλέφαρος. Itaque meritò videri possit, aut hîc esse legendum Δίυλλος, aut apud Athenæum Δίδυμος. Ego tamen (quod tutissimum erit) ἐπέχω: nam & Didymi συμποσιακῶν creberrima apud Græcos scriptores mẽtio est: & Diylli nomen non est inauditum. Siquidem Plutarchi verba hæc sunt ex Commentario Πότερον Ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σοφίαν ἐνδοξότεροι. Οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἱστορικοὶ, inquit, Κλεινόδημοι Δίυλλοι (sic rectè Xylander) φιλόχοροι, φίλαρχοι, ἀλλοτρίων γεγόνασιν ἔργων, ὥσπερ δραμάτων ὑποκριταί. Diodorus Siculus lib. XVI. Δίυλλος ὁ Ἀθηναῖος ἦρκται τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς ἱεροσυλήσεως, καὶ γέγραφε βίβλους εἴκοσι καὶ ἕξ, συμπεριλαβὼν πάσας τὰς ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις γενομένας πράξεις περί τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Σικελίαν. Idem, Δίυλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος τῆς δευτέρας συντάξεως ἀρχὴν πεποίηται τῆς Ἐφόρου ἱστορίας τὴν τελευτὴν, καὶ τὰς ἑξῆς πράξεις συνείρει τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων, μέχρι τῆς Φιλίππου τελευτῆς.

Χαριτοβλέφαρον καὶ Λαμπιτὼ καλεῖσθαι) Ita etiam Suidas. Athenæus Λαμπιτὼ per ι. vtrunque alibi legas.

Κομίσασθαι αὖθις παρὰ τοῦ Σαράπιδος] Notum est cæcos & debiles à Sarapide curari sanarique solitos. vide Aristidis Sacros sermones, & Cornelium Tac. Annalium lib. IIII.

Xxx

Τὰς δὲ κατασκάψαντες εἰς ἀμίδας.) Nō audet Strabo hoc fuisse factum affirmare, tantùm ait, καὶ καταχωνεῦσαι. ἔνιοι δὲ προστιθέασιν ὅτι καὶ εἰς ἀμίδας. At Plutarchus apertè dissentit, quum inquit, τῶν δὲ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τριακοσίων ἀνδριάντων οὐδεὶς ἔσχεν ἰὸν, οὐδὲ πῖνον, ἀλλὰ πάντες ἔτι ζῶντος προανῃρέθησαν. τοὺς δὲ Δημάδου κατεχώνευσαν εἰς ἀμίδας.

P.353. Παρὰ Πτολεμαῖον ἐλθεῖν τὸν Σωτῆρα.) Et Iosephus & omnes scriptores ecclesiastici qui de translatione τῶν LXX. literis aliquid mandarūt, Demetrium quoque Phalereum venisse in Ægyptum, & Alexandrinæ bibliothecæ fuisse præfectum referunt. vide etiam Ælianum libro III. cap. XVII. & Ciceronem ipsum lib. V. De finibus.

Καὶ ἀπὸ ὑπνώττων ὑπ' ἀσπίδος τὴν χεῖρα δηχθεὶς, τὸν βίον μετήλλαξε) Cicero pro C. Rabirio Postumo, *Video Demetrium & ex republ. Athen. quam optimè digesserat, & ex doctrina nobilem & clarum, qui Phalereus vocitatus est, in eodem isto Ægypti regno aspide ad corpus admota, vita esse priuatum.*

P.556. Τετράγωνος Ἑρμῆς) Vide Suidam.

Pag.357. Ὁ ἐπικληθεὶς Ἰξίων) Causam huius appellationis vide apud Suidam.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ.

P.358. Ἡρακλείδης Εὐθύφρονος) Suidas habet Εὔφρονος.

P.360. Ἔστι δ' αὐτό) Omnino legendum est αὐτῷ.

Δοκεῖ δὲ τὴν πατρίδα τυραννουμένην ἐλευθερῶσαι) Plutarchus quoque in Commentario aduersus Colotem, testatur Thraciam fuisse liberatam, διὰ Πύθωνος καὶ Ἡρακλείδου Κότυν ἀνελόντων.

Ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν Ὁμωνύμοις) Cur de his egerat Demetrius in Æquiuocis? Puto, quòd non conueniret inter scriptores. sitne hic Heraclides Ἡρακλεώτης Ponticus, qui tyrannum interfecerit: an alius quispiam Ænius. Sanè quum cōstet socios huius facinoris fuisse Pythonem & Heraclidem, videri possit Diogenes Laertius in Platonis vita Heraclidi Ænio hoc tribuisse, dum inter Platonis discipulos hos duos ita recēset, vt & socios, & Ænios fuisse ambos significet. An igitur duos fuisse Heraclidas, qui ambo patrias suas tyrannide liberassent, alterum Æniū, alterum Heracleensem, docuerat in Æquiuocis Demetrius? An potius hunc ipsum fuisse Heracleēsem, qui id patrasset, tradiderat? *Ita hercle opinor, verùm verùm nescio,* vt ait ille apud Plautum.

P.361. Καὶ δοῦναι τινὶ τῶν πιστῶν αὐτοῦ τὸ σῶμα κατακρύψαι) Imò κατακαῦσαι. Nam huc videntur pertinere Varronis ista è satyra Περὶ ταφῆς. *Quare Heraclides Ponticus plus sapit, qui præcepit vt comburerent: quàm Democritus qui vt in melle seruarent. quem si vulgus secutus esset, peream, si centum denariis calicem mulsi emere possimus.*

P.362. Ἔτι καὶ ὁ Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος) Hic fuit Heracleēsis: Cur autem appellatus sit Metathemenus, licet ex Athenæi verbis intelligere, quæ sūt hæc. Περὶ δὲ Διονυσίου τοῦ Ἡρακλεώτου τί δεῖ καὶ λέγειν; ὃς ἀντικρὺς ἀποδὺς τὸν τῆς ἀρετῆς χιτῶνα ἀνθινὰ μεταμφιασάμενος,

καὶ Μητρόδωρος καλούμενος, ἴχαιρε. καίτοι γεραιὸς ὢν ἐπιστὰς τὴν τ Στωϊκῶν λόγων, καὶ ἐπὶ τ Ἐπίκουρον μεταπηδήσας. Περὶ δ' οὐκ ἀχαρίτως ὁ Τίμων ἔφη.

Ἡνίκ' ἐχρῆν δύνειν, νῦν ἄρχεται ἥδεσθαι·

ὥρη ἐρᾶν ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι. Vide eundem lib. x. & Diogenem in Zenone.

Pag 361. Καὶ εἶχε παγκάλως) Scribe Πάγκαλος. est enim nomen proprium, vt rectè explicat Muretus in suis Lectionibus.

Δεύτερος πολίτης αὐτοῦ πυρρίχας καὶ φλυαρίας συντεταγμένος) An intelligit illud opus quod Λέσχας inscripserat? de quo Suidas in λέσχαι; (nam λέσχη interdum φλυαρία) An potius quem Plutarchus Ἄβαριν vocat, & fuisse φλυαρίας καὶ μυθολογίας μεστὸν significat? οὐ γὰρ μόνον (inquit) τὰ Αἰσώπεια μυθάρια, καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις, καὶ τ Ἄβαριν τ Ἡρακλείδου, καὶ τ Λύκωνα τ Ἀρίστωνος διερχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ, μεθ' ἡδονῆς ἐνθουσιῶσι. Non videtur. Nam quid Πυῤῥίχαις cum Abari? de quo multa hodiéque apud veteres autores μυθολογούμενα leguntur. quæ, vt puto, quia collegerat Heraclides, libro nomen indiderat Ἄβαρις.

Καλλιτιανὸς ὁ Ἀλεξανδρεὺς γεγραφὼς τὴν διαδοχὴν) Scribendum Καλατιανός. Puto hunc esse qui scripserat Successionum Sotionis epitomen. Laertius in Demetrio, Ἡρακλείδης δὲ ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Σωτίωνος διαδοχῶν. Et in Pythagora, Ἡρακλείδης δὲ ὁ τοῦ Σαραπίωνος ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ. quare quod ait hoc loco Diogen. eum scripsisse τὴν διαδοχὴν, de illa Epitome puto accipiendum. Citat etiam Laertius in Zenone Eleata, Satyri Epitomen ab Heraclide conscriptam, vbi tamen fortasse verius legeremus Sotionis quàm Satyri nomen.

Καὶ Λεμβευτικὸν λόγον. ὅθεν καὶ Λέμβος ἐκαλεῖτο] Citat Festus Pompeius Heraclidē Lembum in voce Roma. Athenæus libro III. laudat historiarum istius librum trigesimum septimum: vt appareat opus fuisse longum & plurimorum librorum. neque puto Laertium eius historias intelligere quum dicit eum scripsisse λόγον λεμβευτικόν. sed diuersa ea fuisse opera.

AD LIBRVM SEXTVM.

ἈΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

P. 365. Ὅθεν πρὸς τ ὀνειδίζοντα, &c.] Meminit Plutarchus, περὶ φυγῆς. Seneca de Iphicrate id narrat.

Pag. 366. Πρῶτός τε ὡρίσατο λόγον εἰπών, Λόγος ἐστὶν ὁ τὸ τί ἦν ἢ ἔστι δηλῶν] Λόγος apud philosophos, tam orationem quàm definitionem significat: si hoc loco intelligas definiri λόγον, id est, definitionem: dubio procul legendum erit, λόγος ἐστὶν ὁ τὸ τί ἦν ἢ ἔστι δηλῶν. Sin hęc de λόγῳ, id est, sermonis definitione, capias: nihil mutandum.

P. 367 Ὅτι ἀργυρία αὐτῆς ἐπεβάλλω ῥᾴδιος] Acutè Galesius meus vidit, negationem hīc deesse, & legendum, ὅτι ἀργυρίῳ

αὐτοὺς ἐκ ἐυϐάλλω ἰᾶσϑαι. nam cynici arti suæ, seu verius ματαιοτεχνίᾳ, pretiū nullus posuêre, inde vilitas magna & contemptus eius sectæ: ferè enim res omnes tanti fiunt quanti veneunt.

- Γελῶν πολὺ μοιχὸν φλέγοντα, ὡς δυστυχὴς εἶναι &c.] Tale est illud EVbuli comici apud Athenæum libro XIII.

Ὅστις λέχη γὰρ σκότια νυμφεύει λάθρα,
Πῶς οὐχὶ πάντων ἐστὶν ἀθλιώτατος;
Ἐξὸν θεωρήσαντι πρὸς τὸν ἥλιον,
Μικροῦ πρίασθαι κέρματος τὴν ἡδονήν.

Παντὸς ἔστι τείχους ἰσχυρότερον] Videtur prouerbium, τείχους ἰσχυρότερον. sic infrà, τεῖχος ἀσφαλέστατον φρόνησιν. & apud Stobæum. Ἰσχὺς καὶ τεῖχος καὶ ὅπλον σοφοῦ ἡ φρόνησις. & Horatius,

-hic murus aëneus esto
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

P 369. συνεχὲς ὁ Πλάτων τὸν ἵππον ἐπαινεῖ] Notatu dignum quod in Platonis vita legimus: Eum aliquando equo conscenso descendisse, μὴ ἱπποτυφίᾳ ληφθῇ· ne fieret fastuosus & sibi placens: quæ natura est equorum, præsertim quando vt Homerus ait, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ. tum enim est id animal maximè γαῦρον & τύφου plenum.

P.370 Πρὸς τὸ ἀποσχηματίζον αὐτοῦ τὸ πλάστην μειράκιον. Nihil hîc mutandum: nisi fortasse malit aliquis scribere ἑαυτὸ pro αὐτοῦ: intelligit quendam qui se fingendum à statuario curabat, sed pulchriore quàm esset forma: id enim est ἀποσχηματίζειν ἑαυτὸν τῷ πλάστῃ. falsam sui imaginē statuario exhibere. hoc olim fieri solitum constat. idque ex iis facilè potest intelligi quæ notamus ad caput Theophrasti nostri De adulatione.

Ἐπὶ τίνι αὖ σεμνυνθείης; Lego, σεμνυνθεῖσαι; vel ἐπὶ τίνι οἴει αὖ σεμνυνθῆναι.

P.372 Καὶ πρῶτος ἐδίπλωσε τὸ τρίϐωνα, Imò primus Diogenes Cynicus, vt quibusdam placet. Vide in Diogene. Sic alia quædam sunt quæ pars scriptorum Antistheni, pars Diogeni tribuant.

Pag 373 Βάκτρον τε ἀνέλαϐε καὶ πήραν] Hæc fuere Cynicæ familiæ insignia: de quibus multa Diogenes canit in epistola quadam ad patrem, cuius initium Μὴ αἰτῶ ὦ πάτερ. Eleganter etiam Apuleius. *Diogeni & Antistheni pera & baculus, quod regibus diadema, quod Imperatoribus paludamentum, quod Pontificibus galerum, quod lituus Auguribus.* Dicebant autem Cynici se Herculem imitari. Lucianus, βίων πράσει. Ἀγο. Ζηλοῖς δὲ τίνα; Διογ. Τὸν Ἡρακλέα. Ἀγο. Τί οὖν οὐχὶ καὶ λεοντῆν ἀμπέχῃ; τὸ μὲν γὰρ ξύλον ἔοικας αὐτῷ. Διογ. Τουτί μοι λεοντῆ τὸ τριϐώνιον. στρατεύομαι δὲ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐπὶ τὰς ἡδονὰς οὐ κελευστὸς, ἀλλ' ἑκούσιος ἀνακαθᾶραι τὸν βίον προαιρούμενος. Apuleius, *Quod Herculem olim poetæ memorant, monstra illa immania hominum & ferarum, virtute subegisse, orbémque terræ purgasse: similiter aduersum iracundiam & inuidiam, atque auaritiam atque libidinem, cæteráque animi humani monstra & flagitia philosophus iste* (de Cratete Cynico loquitur) *Hercules fuit: eas omnes pestes mentibus exegit, familias purgauit, malitiam perdomuit, seminudus & ipse, & claua*

insignis. Ausonius de Antisthene Cynico,

Inventor primus Cynices ego, Quæ ratio isthæc?
Alcides multo dicitur esse prior.
Alcida quondam fueram doctore secundus: Ille decus.
Nũc ego sum Cynices primus: &c.

Ipse verò Diogenes in epistola quadam ad Anaxilaum Agamemnoni se comparat. Sic ille: placet enim apponere totam epistolam, quæ & elegantissima est, & non cuiuis obuia: Πυθαγόρας ἑαυτὸν ἔλεγεν Εὔφορβον γεγονέναι τὸν Πανθόου. ἐγὼ δὲ νέον ἐμαυτὸν ἐπίγνων Ἀγαμέμνονα. Σκῆπτρόν τε γάρ ἐμοὶ ἐστι τὸ βάκτρον, καὶ χλαμὺς ὁ διπλοῦς τρίβων, δὲ πήρα ἀσπὶς ἡ δέρμα ἐστὶ, ... ἀλλ' ἡ μὴ καρηκομῶν, νέον ... Ἀγαμέμνον. γέρων δ' ... ψιλοκόρσης ... γὰρ ἄξιον φρονεῖν καὶ λέγειν ... Αὐτὸς ἔφα φάσκοντα.

P.374. Ὁ δὲ Ξενοφῶν ἥδιστον φησὶ] Laudes Antisthenis vide in Symposio.

Ὀδυσσεὺς, ἢ περὶ Ὀδυσσείας) Nimis certum est legendum esse ὑπὲρ Ὀδυσσέως aut certè λόγος Ὀδυσσέως: vt modo dixit Αἴας ἢ Αἴαντος λόγος. malo ὑπὲρ. & mecum (scio) sentiet qui orationem ipsam legerit.

Τόμος δ. ἐν ᾧ Κῦρος. Τόμος ε ἐν ᾧ Κῦρος ἢ περὶ βασιλείας] Athenæus, Ἀντισθένης ἐν θατέρῳ τῶν Κύρων κακολογῶν Ἀλκιβιάδην, καὶ παράνομον εἶναι λέγων καὶ εἰς γυναῖκας καὶ εἰς τὴν ἄλλην δίαιταν, συνεῖναι γάρ μητρὶ καὶ ἀδελφῇ καὶ Πέρσας.

P.375. Τόμος ς. ἐν ᾧ ἀλήθεια] Scribe Ἀλήθεια. Suprà καὶ μάλιστα ἐν τῇ Ἀληθείᾳ καὶ τοῖς Προτρεπτικοῖς.

Ἀσπασία] Athenæus de hoc libro, Ἡ δ' Ἀσπασία περὶ Περικλέους υἱῶν Ξανθίππου καὶ Παράλου διαβολὴν. τούτων γὰρ τὸν μὲν Χρεοκράτει φησὶν εἶναι συμβιοῦντα, τῷ ... πλησία ταῖς ... μιαρῶν σχημάτων ἐργαζομένῳ. τὸν δὲ Εὐθύμου συνιδεῖν τῷ φορτικὸν σκώπτοντι καὶ ψυχρὰ τοὺς συναισθάνοντας.

Σάθων περὶ τοῦ ἀντιλέγειν] Athenæus, καὶ Πλάτωνα δὲ μετονομάσας Σάθωνα ἀσύρως καὶ φορτικῶς τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἐπιγραφὴν διάλογον ἐξέδωκε κατ' αὐτοῦ. De hoc libro vide Laertium in Platone.

P.376. Ἀρχέλαος ἢ περὶ βασιλείας] Athenæus de hoc libro Ὁ δὲ Ἀρχέλαος Γοργίου τοῦ ῥήτορος. repete ex superioribus περιέχει κατηγορίαν.

ΔΙΟΓΕΝΗΣ.

P.377. Διογένης Ἱκεσίου] In epistolis Diogenis legitur Ἱκέτης. Suidas ait Diogenem prius fuisse appellatum Clonem.

Καὶ ἐλθόντα εἰς Δελφοὺς] Vide Suidam.

Ἐν τῇ πατρίδι Ἀπόλλωνος πυθέσθαι εἰ ταῦτα πράξει] Traiectio verborum quam non obseruant vulgo. Nam hoc dicit interrogasse eum Apollinem an in patria esset facturus quod suadebatur.

Τὸ πολιτικὸν νόμισμα ὁ συνεὶς] Si de Apolline hæc verba capias συνεὶς legendum. Sed neque id probo, neque quid his verbis faciamus isto loco positis satis video. Lego autem Ἀπόλλωνος ... εἰ ταῦτα πράξει ἅπερ παραινεῖται (τὸ πολιτικὸν νόμισμα συνιείς) τοῦ συγχωρήσαντος τὸ χάραγμα, &c.

Pag.378. Τῷ δ' ἐπιθανατίῳ διὰ τὸ μηδένα προσιέναι ἐξελέγχειν τῷ προσεδρείᾳ. Vide ad hunc locum Æliani Variarum libr. x. cap. xvi.

P.379. Ἔφασκε (δεικνὺς τὴν τοῦ Διὸς στοὰν) ἡ πομπεῖον] Lege (δεικνὺς τὴν τοῦ Διὸς στοὰν καὶ πομπεῖον) αὐτῷ, &c.

Ἐπιστείλας δέ τινι οἰκίδιον αὐτῷ προνοήσασθαι) Hic fuit Apollexis: ad quem extat hæc Diogenis epistola. Ἐνέτυχόν σοι περὶ οἰκήσεως. καὶ χάρις ὑποχωροῦμεν κοχλίαν δὲ θεασάμενος εὗρον οἴκησιν ἀλεεινήν. ἀπολέλυσο οὖν τῆς ὑπηρεσίας καὶ σύγχαιρε ἡμῖν τὴν φύσιν ἀνευρίσκειν.

P.380 Νομίζειν ἔλεγεν εἰς τὸν βίον παρασκευάζεσθαι δεῖν λόγον, ἢ βρόχον) Quidam Antistheni hoc tribuunt: vt Plutarchus, περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων.

Pag.381. Τοῦτο πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν τὸν Πλάτωνα τὸν Κύνα.) hoc est, Canem Diogenem ipsi Platoni hæc dixisse, quæ videlicet sequuntur. At interpretem ambiguitas orationis coegit Platonem aliquem cynicum comminisci.

Ἐπῄνει τοὺς μέλλοντας γαμεῖν καὶ μὴ γαμεῖν] Doctissimus Turnebus sic putabat totum hunc locum esse legendum. Ἐπῄνει τοὺς μέλλοντας γαμεῖν καὶ μὴ γαμοῦντας· καὶ τοὺς μέλλοντας καταπλεῖν καὶ μὴ καταπλέοντας· καὶ τοὺς μέλλοντας πολιτεύεσθαι, καὶ μὴ πολιτευομένους· καὶ τοὺς παιδοτροφεῖν καὶ μὴ παιδοτροφοῦντας. Mihi prior eius horum dictorum interpretatio magis probatur. Eum vide aduers. lib.xxvi.cap. xxxiv.

Pag.383 Κωλυθεὶς καθίζεσθαι. οὐδὲν ἔφη διαφέρει· καὶ γὰρ τοὺς ἰχθῦς ὅπως ἂν κέωνται πιπράσκεσθαι] Cur non permittitur Diogeni vt sedeat? quia antiquitus moris fuit, vt dum præco venales prædicaret, interea saltarent ipsi in circuitum per coronam, vt cognosceretur quales essent. Menander, Ἐφεσίῳ, apud Harpocrationem.

Ἐγὼ μὲν ἤδη μοι δοκῶ, νὴ τοὺς θεούς.

Ἐν τοῖς κύκλοις ἐμαυτὸν ἐνδεδυκότα

Ὁρᾶν κύκλῳ τρέχοντα καὶ πωλούμενον.

Propertius,

At quorum titulus per barbara colla pependit

Calati medio quum saliere foro.

ad quem locum vide quæ scripsit illud verè ἔμψυχον μουσεῖον Iosephus Scaliger: qui hunc morem princeps è tenebris eruit. Porro meminit huius rei & Plutarchus περὶ Εὐθυμίας.

P.385. Πληγὰς ἔλαβε] Diogenes in epistola ad Melesippum. Ἤκουόν σε λελυπῆσθαι ὅτι τὰ Ἀθηναίων τέκνα πληγάς ἡμῖν ἐνέτεινε μεθύοντα καὶ δεινὰ πάσχειν τὴν σοφίαν πεπονθυῖαν. ἀλλ' ἴσθι ὅτι τὸ Διογένους μὲν ἐπλήγη σῶμα ὑπὸ τῶν μεθυόντων. ἀρετὴ δὲ οὐκ ᾐσχύνθη. ἐπεὶ μήτε κοσμεῖσθαι πέφυκεν ὑπὸ φαύλων μήτε αἰσχύνεσθαι, &c.

P. 386. Καὶ ὠμὰ δὲ πολύποδα ἐπεχείρησε φαγεῖν, ἀλλ' οὐ διώκησε.) Id est, *sed non concoxit*. sic sæpe accipi hanc vocem iis notum qui saltem Athenæum legerunt.

Τὸν μέσον δάκτυλον ἐκτείνας) Ἀντὶ τοῦ σκιμαλίσας αὐτόν. Nam σκιμαλίζειν id dicebant.

P.388. Τῷ Ἀσκληπιῷ ἀνεθήκε πλήκτην. Fortasse scrib. πύκτην. si πλήκτην ferri potest. Hoc autem dicit, quia singulæ artes olim habuerunt proprium

sibi numen, quod colerent qui eam artem exercerent. Moris autem fuit vt diis certę personæ consecrarētur, vt quęstus quem illæ facerent, cederet diis illis eorúmque sacerdotibus. Sic fuerunt *ἱερόδουλοι γυναῖκες* in templis Veneris: quarum capturas *ἐκαρποῦντο οἱ ἱερεῖς*, vt Strabo loquitur. Iam ergo apparet cur Æsculapio consecrandum putet Diogenes hominem percussorem: quippe cuius opera multum quęstus essent facturi sacerdotes eius dei.

Ἐν τῷ Κρανείῳ ἡλιουμένῳ αὐτῷ ἐπιστὰς Ἀλέξανδρος] Multa de hoc Dio Chrysostomus in oratione De regno.

P. 390. *Ἐγὼ δὲ ὁ ἐπαινῶν θέλω τοὺς πεπρακότας*] Quod faciunt canes, & fecit Plato. Nam is à Dionysio tyranno venditus, vt quidam tradunt, tamen ad eundem postea est reuersus. Vide in eius vita.

P. 391. *Οἱ δὲ Θεόδωρον εἰπεῖν τοῦτο*] Suprà in Aristippo.

P. 393. *Ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτόν.*] Alibi est, *αὐτὸν ζητούντων μελ. Θαῤῥεῖτε, ἔφη, παιδία*] Narrat ipse Diogenes in ea epistola quę incipit, *Ἀνέβαινον εἰς ἄστυ ἐκ Πειραιῶς.*

Pag. 397. *Ἄξιος ἔφη, ἐκ τοῦ ὀνόματος κρέμασθαι*] Id est, *ἐκ τῶν διδύμων.*

Pag 402. *Θαυμάζοντός τινος τὰ ἐν Σαμοθράκῃ ἀναθήματα*] Quæ ibi fuerāt posita ab iis qui certa nauigationis aliáve pericula euaserant. nam vt Suidas ait *Ἐν Σαμοθράκῃ ἦσαν τελεταί τινες, ἃς ἐδόκουν τελεῖσθαι πρὸς ἀλεξιφάρμακον κινδύνων γινόμεναι.* M. Tullius De natura deorum libro III. Diagoræ non Diogeni hoc tribuit. sic ille, *Diagoras quum Samothraciam venisset, atheos ille qui dicitur, atque ei quidam amicus, Tu, qui deos putas humana negligere, nónne animaduertis ex tot tabellis pictis, quàm multi votis vim tempestatis effugerint, in portúmque salui effugerint? Ita fit, inquit: illi enim nusquam picti sunt, qui naufragium fecerunt, in maríque perierunt.*

P. 403 *Φρύνης Ἀφροδίτην χρυσῆν ἀναθείσης*] Athenæus libro 13. hoc Crateti Cynico attribuit. eum vide.

Ἰδὼν Ὀλυμπιονίκην εἰς ἑταίραν ἀτενίζοντα] Hic fuit Dioxippus, ait Plut. quem vide *ἐν τῷ περὶ ἀδολεσχίας.* & Ælianum lib. XII. cap LVIII.

P. 413 *Λέγεται γοῦν Ὀνησίκριτόν τινα.* &c.] Paulò aliter hęc narrat. Suid *φιλίσκος.*

Οἱ μὲν γὰρ βοὸς πόδα φαγόντα] Imò *φαγόντα ὠμὸν πολύποδα*, ait Athenęus. *ἢ σηπίαν*, addit Lucianus.

Χολερικῶς ληφθῆναι] An potius *χολερικῷ* subaudi *πάθει.* & ità alibi loquitur. Censorinus pro eo dixit in eadem re, *in choleram solutus est.*

P 415. *Εἰς ἅιδος ἔλαβε*] Lege, *Ἐς ἅιδος ἔλαβέ με,* &c.

Ἐγκελεύεσθαι ἄταφον ῥῖψαι] Huc pertinet Diogenis epistola ad Hippionem, qui incipit, *Παρακαλεῖς με ἐπιστεῖλαί σοι ὅ, τι περὶ τὸ ἔγνωκα περὶ θανάτου καὶ ταφῆς.* &c. ea epistola sic clauditur, *ἴσθι γοῦν ἔγνωκα ἀποπνεύσαντί μοι προσαλεῖσθαι τὸ βάκτρον. ἵνα τὰ δοκοῦντα λυμαίνεσθαι ζῶα ἀπελαύνοιμι.*

Pag. 416. *Τῆς αὐτῆς ἡμέρας Ἀλέξανδρον μὲν ἐν Βαβυλῶνι, Διογένην δὲ ἐν Κορίνθῳ τελευτῆσαι*) Plutarchus, *Ἐμνήσθησαν δὲ*

καὶ τὸ Ἀλεξανδρου τοῦ βασιλέως Τελευτῆς, καὶ τὸ Διογένους τοῦ κυνὸς ἡμέρᾳ μιᾷ γινομένης.

Σωκράτης δ' ἐν τῷ πρώτῳ τῆς διαδοχῆς] Lege Σωσικράτης, cuius libri τῶν διαδοχῶν passim ab hoc autore laudantur: itémque ab aliis. Error natus est ex compendio scripturæ, tales sunt in bonis autoribus infiniti. Sic in Dinarchi vita à Dionysio scripta, quã superioribus annis publicauit de literis optimè meritus Victorius, Δῆμος ὁ Μάγνης, scriptum est, quum sit legendum Δημήτριος ὁ Μάγνης.

P. 417. Τίταρτος, Στωϊκὸς γένος Σελευκεύς] Huius sæpe meminit Cicero: potéstque ex libro de Senectute intelligi quibus temporibus vixerit. de quo videndus A. Gellius lib. XVII. cap. XXI. Idem Cicero autor est, edidisse hunc, librum vnum de Diuinatione. Citatur etiam à Laertio in Zenone liber eiusdē hoc indice, Τέχνη περὶ φωνῆς. Quod ait Laertius Seleucensem fuisse, & tamen appellatum Babyloniam, caussam eius rei docet Strabo lib. XVI. Idē Tarsensis Diogenis meminit lib. XV.

ΜΟ'ΝΙΜΟΣ.

Καθά φησι Σωκράτης] Lego Σωσικράτης. Tres sunt, nisi me fugit ratio, in hoc autore loci, vbi idem hic error est commissus. vnus in superiore vita, alter hic, tertius in Pythagora.

P. 418 Ἔν τινι γοῦν τῶν δραμάτων, ἐν τῷ Ἱπποκόμῳ] Mihi videntur illa ἐν τῷ Ἱπποκόμῳ, ex ora libri in contextum irrepsisse.

Πήρας μὲν οὖν τρεῖς ἀλλὰ καὶ εἰκόνος ῥήματι] Versus hic menda affectus est, quam sine codicis manuscripti ope, indicare possum, tollere non item. An scribendum?

Πήρας μὲν οὖν τρεῖς -- ἀλλὰ καὶ ἐν
Κιθαριστῇ.

videntur enim duo testimonia confusa: & non absurdè pro εἰκόνος ῥήματι, reponi posse, ἐν κιθαριστῇ. quod scimus fuisse nomen vnius ex Menandri fabulis: quæ & ab Athenæo laudatur. Mihi de hoc loco aliter non constat.

ΚΡΑ'ΤΗΣ.

P. 420. Πήρη τις πόλις ἐστὶ] Ve apud Hom. In eo eruditissimo libello multa de Cynica dicēdi docendíq; ratione continentur.

Εἰς ἣν οὔτε τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μωρὸς παράσιτος] Clemens Alexandrinus Pædagogi libro II. Πόρρωθεν οὖν ἀπορρίπτειν χρὴ τὴν πολλὴν τῶν θηλειῶν κακουργίαν. οὐ γὰρ εἰς τὴν Κράτητος πήραν μόνην, ἀλλ' οὐδὲ εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν εἰσπλεῖ ὁ μωρὸς παράσιτος οὐδὲ λίχνος πόρνης· πυγῇ ἀγαλλόμενος· οὐδ' ὅλως ἄλλο τι τοιοῦτον κίναιδον θηρίον.

Τίθει μαγείρῳ] Distinguendi sunt hi tres versus, hoc modo.

Τίθει μαγείρῳ μνᾶς δέκ', ἰατρῷ δραχμήν
Κόλακι τάλαντα πέντε, συμβουλῷ καπνόν.
Πόρνῃ τάλαντον, φιλοσόφῳ τριώβολον.

Ἐκαλεῖτο δὲ Θυρεπανοίκτης] Plutarchus Sympos. VIII. cap. I. sic scriptum reliquit, Κράτητα δὲ τὸν φιλόσοφον εἰς πάσας οἰκίας εἰσιόντα μετὰ τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης δεχομένων, θυρεπανοίκτην ἐκάλουν. Apuleius verò perelegãter Florid. III. *Crates ille*, in-

quit, *Diogenis sectator, qui vt lar familiaris apud homines ætatis suæ Athenis cultus est: nulla domus ei vnquam clausa erat: nec erat patrisfamilias tam abditum secretum, q. in eo tempestiuè Crates interueniret, litium omnium & iurgiorum inter propinquos disceptator atque arbiter.* In Glossario sic memini legere, *Apertularius*, θυραπτικης.

P. 421. Ἔν τινι τραγῳδίᾳ Τήλεφον σπυρίδιον ἔχοντα] Hęc fuit, opinor, illa EVripidis tragœdia Telephus, quæ tot locis tam falsè ridetur à Græco comico. Multa de ea fabula, tum Aristophanis & Lycophronis scholiastæ, cum alii grammatici.

Καὶ Κράτητος μὲν φησὶν] ὁ οἶκος] Lego, φησὶν, ἦν ὁ οἶκος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου. Hoc autem intellige de temporibus post prælium Cheronense. tum occupata sunt & iure belli, & vt caduca, bona Cratetis Thebani, à Philippo, & Alexãdro concessa: bona autem Hipparchiæ fiscum Philippi inuasisse, non mirum: erant enim in Thracia: cuius maximam partem scimus illo tempore imperio Philippi fuisse obnoxiam.

Καὶ τάλλα λυπρὸν] Interpr. λιπαρὸν vel λαμπρὸν legisse videtur: ineptè.

Καὶ ἦν δὲ τῶν ἐπιφανῶν] Apuleius ibidem, *Igitur priusquam planè Crates factus, inter proceres Thebanos numeratus est, lectum genus, frequens famulitium, domus ampla ornata vestibulo, ipse bene vestitus, bene prædiatus.* vide eundem Apoleg. I.

P. 423. Προσθεὶς σοῦ πιττάκιον τῷ μελάνι, ἐπέγραψε Νικόδρομος ἐποίει] Πιττάκιον est λεύκωμα. Suprà in Diog. Cynico, vbi rem simillimam narrauit. μετὰ δὲ ἐγράψας τὰ ὀνόματα εἰς λεύκωμα τῶν πληξάντων, περιῄει ἐξημμένος. Rectè autem ait ἐποίει, non πεποίηκεν. Nam ita solebant antiqui pictores suis tabulis inscribere, vt, *Apelles faciebat*, aut *Polycletus*. vide Plinium.

Δημήτριον δὲ Φαληρέα πέμψαντα αὐτῷ ἄρτους καὶ οἶνον, ὀνειδίσαι] Imò ἀπερράπισεν; si Atheneo credimus, hoc idem narranti lib. 5.

Ἐπ' ἀρεταῖς ἦν καὶ ἐδόκει χρηστομαθεῖν Ἀσκληπιάδῃ] Hoc est, τὰ Ἀσκληπιάδου παιδικά. non vidit interpres honesto verbo rē parum honestam efferri. Sic de mulieribus honestè dicebãt eas χαρίζεσθαι vnde Sapphoni virgo non matura viro dicta eleganti voce λιπόχαρις nam ineptissimè hodie in scholiis Pindaricis legitur λιθόχαρις, quod neque Fuluius Vrsinus neque alii obseruarunt. atqui scholiastes explicat ἡ μήπω δυναμένη διὰ τὴν ἡλικίαν χαρίζεσθαι. est autem λιπόχαρις vt λιπόθριξ & λιπόδορκος & similia multa.

P 424. Βαίνετε εἰς Ἀΐδαο δόμους κυφὸς ἄρδην διὰ γῆρας]. Scrib. Βαίνεις τ' εἰς Ἀΐδαο δόμους κυφὸς διὰ γῆρας. nam ita postulat ratio syllabę prioris in κυφὸς. Homerus, Ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην. potes etiam legere, Βαίνεις τ' εἰς Ἀΐδαο ἰὼν κυφὸς διὰ γῆρας.

P. 425. Ἔχειν δὲ πατρίδα] Elegantissima est parodia. quod vulgus nō animaduertit. Serib. ἔχειν δὲ πατρίδα.

Ἀδοξίαν τε καὶ πενίαν ἀνάλωτα τῇ Τύχῃ.
Καὶ Διογένους
Εἶναι πολίτης ἀνεπιβουλεύτου φθόνῳ.

Καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε χείροις) Vox χείροις hîc est inepta, & vel omnino tollenda, vel eius loco alia substituenda: puto fuisse eius nomen cui nupsit Cratetis filia.

ΙΠΠΑΡΧΙΑ.

P. 427. Ἀλλὰ πάντα ἦν Κράτης αὐτῇ] Prouerbialis loquendi modus. Lucianus, καὶ πατὴρ καὶ ἀδελφὸς, καὶ πάντα ἦν ἐγώ.

Ἀποθέμενος τὴν ἑαυτοῦ σκευὴν ἀντικρὺς αὐτῆς, Ὁ μὲν, &c.) Apuleius Floridorũ libro III. *Quúmque inter scapulum Crates retexisset, quod erat aucto gibbere, perámque cum baculo & pallium humi posuisset, eámque suppellectilem sibi esse puellæ profiteretur, eámque formam quam viderat: proinde sedulò consuleret, ne post querela eam caperet.*

P. 428. Ἀνέσυρε δὲ αὐτῆς θοιμάτιον] Ἀνασύρειν ita accipe, vt suprà in Stilp. ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸ χιτῶνα ἐθεώρησε. & in Diogene Cyn. εἰ μὴ ἀνασυράμενος δεῖξειεν πότερον γυνή ἐστιν ἢ ἀνήρ.

Ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ αὐτῇ τίς ἡ τὰς) Lege, ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτῷ, αὕτη ἐστιν.

Ἡ τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας. Vide Suidam in voce Θεόδωρος; & eruditissimi viri Theodori Canteri Var.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ.

P. 429. Φέρει μὲν οὖν σπουδαῖον οὐδέν] Strabo tamen libro XVI. vbi docet Menippum fuisse Gadarensem, cum vocat σπουδογέλοιον: ac quanquam huius scripta omnia vixerunt, fieri tamen de iis coniectura potest, vel ex M. Varronis reliquis. Nam apud Cic. testatur ipse Varro, se in suis scriptis, Menippum esse imitatum: qua de caussa ait Athenæus ipsum fuisse Menippeum appellatum.

Καὶ τι ἴσον τοῦ Μελεάγρου) Meleagrum Gadarensem intellige ciuem Menippi. Strabo.

Pag 430. Τρίτος, Στρατόνικος σοφιστής] Lege Στρατονικεύς. De Menippo Stratonicensi multa Strabo.

Καὶ γονὰς Ἐπικούρου, καὶ τὰς θρησκευομένας ὑπ' αὐτῶν εἰκάδας) Interpres videtur legisse εἰκόνας, quod est ineptum. Respicit ad Epicureorum morem, qui lecto lautóque conuiuio, celebrabant τὰς εἰκάδας vniuscuiusque mensis. Epicurus in testam. ὅπως καὶ εἰς τὴν γινομένην συνόδον ἑκάστου μηνὸς ταῖς εἰκάσι τῶν συμφιλοσοφούντων ἡμῖν, &c. propterea vocabantur Epicurei εἰκαδισταί, vt apud Athenæum. Ab hoc more Plutarcho danda lux, qui, ἐν τῷ Ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστὶν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον, sic scribit, Οἷον ἐξ ἐφημερίδων ἀναλέγεσθαι, ποσάκις Ἡδεία καὶ Λεοντίῳ συνῆλθον ὅπου Θάσιον ἔπιον· ποίας εἰκάδας ἐδείπνησαν πολυτελέστατα. Vbi Xylander εἰκάδας vertit *idus*: quàm rectè iam satis paret.

AD LIBRVM SEPTIMVM.

ΖΗΝΩΝ.

P.434. Ζήνων, Μνασέου ἢ Δημέου, Κιτιεύς] Plutarchus & alii Κιτιεύς. Et Κίτιον apud quosdam, non Κίττιον interpr. *Citticus*, (nisi scripserat *Cittieus*) A. Gellius *Cittiensis*.

Φοίνικας ἐποίκους ἰσχηκότος) Suidas de hoc Zenone, Φοῖνιξ δ' ἐπεκλήθη, ὅτι Φοίνικες ἔποικοι τῷ πολιχνίῳ ἐγένοντο.

Pag.435. Ἀλλὰ καὶ Πολέμωνος) Docet hoc etiam M. Tullius. De finibus IV. *Ut non esset causa, Zenoni quum Polemonem audisset, cur & ab eo ipso, & à superioribus dissideret.*

P.436. Ἄλλως μὲν εὔτονος πρὸς φιλοσοφίαν, αἰδήμων δὲ] Lege ἄτονος.

Τὴν πολιτείαν αὐτοῦ γράψαντος τινὲς ἔλεγον] Erant enim Zenonis libri de rep. parum verecundè scripti, vt & Cicero indicat.

P.437 Εὖ γε ποιεῖ ἡ τύχη προσελαύνουσα ἡμᾶς φιλοσοφίᾳ) Plutarchus hoc ita narrat, Ζήνωνι τῷ Κιτιεῖ μία ναῦς περιῆν φορτηγὸς πυθόμενος δὲ ταύτην αὐτόφορτον ἀπολωλέναι συγκλυσθεῖσαν, Εὖ γε (εἶπεν) ὦ τύχη ποιεῖς εἰς τὸ τρίβωνα καὶ τὴν στοὰν συνελαύνουσα ἡμᾶς. Seneca, *Nunciato naufragio, Zeno noster quum audiret sua omnia esse submersa: Iubet, inquit, me fortuna expeditius philosophari.*

Πρὸς τοὺς χιλίους τετρακοσίους] Lege sic hũc locum. Ἐπὶ γὰρ τῶν τριάκοντα, πρὸς τοῖς χιλίοις τετρακόσιοι ἀνήρηντο ἐν αὐτοῖς. & ita alic ibi apud Suidam legere memini. Interpres ineptè: qui etiã fuit adeo hospes in historia Attica, vt XXX. tyrannorum nesciret.

Pag.438. Ἀπεδέχετο αὐτὸν καὶ Ἀντίγονος] Suidas. Ἤκμαζεν ἐπὶ τοῦ Ἀντιγόνου τοῦ Γονάτα, ἐπὶ τῆς κ' καὶ ρ' Ὀλυμπιάδος.

P.44[illegible] Γύππων. Κρατιστοτέλης Ξυμπετέων καὶ οἱ συμπρόεδροι) Et Græci & Latini codices hoc loco corrupti. nam in antiquis editionibus Latinæ versionis ita legitur, *Hippio Cratisto telis Xypeleo* scribe igitur Γύππων Κρατιστοτέλης Ξυπεταιών.

Τύχη τῇ ἀγαθῇ δεδόχθαι τῷ δήμῳ] Notat Plutarchus περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων, solenne apud Græcos fuisse hæc verba in psephismatis adiicere. Καθάπερ, ait οἱ τὰ ψηφίσματα ταῖς πόλεσιν εἰσφέροντες προγράφουσιν ἀγαθὴν τύχην. Romani eodem modo *Quod fœlix faustúmque sit*, dicebant, vt docet Cicero.

Τὸν ἐπὶ τῆς διοικήσεως] Sc. ταμίαν. sic enim vocabant Athenienses eum qui (vt ait Pollux) ἦν ἐφεστηκὼς ἐπὶ τῆς διοικήσεως τῶν προσιόντων καὶ ἀναλισκομένων.

Pag.442. Μίκυθος Συμπαλη-τεύς] Lege, Συπαλήττιος. Stephanus, Συπαλητ[illegible]ὸς δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς, ὁ δημότης Συπαλήττιος.

P.g.443 Καὶ ταῦτα δανείζειν ναυτικῶς] Fœnoris nautici frequens apud Laertium mentio. Id erat, vt est apud Iurisconsultos, grauius terreno, quia pecuniæ creditæ periculum ad creditorem spectabat. Cætera quibus hæc separantur, vide apud eos.

Pag.444 Δημοχάρους δὲ τοῦ

Λάχης ... ἀσπαζ.] Demochares hic fuit Demosthenis ἀνεψιός, vt eum appellat Athenæus, vel ἀδελφιδοῦς, vt Suidas. Ciceroni quoque dicitur *Demosthenis sororis filius*. vide Plutarchum in Demosthene & Decretis.

Νοῦν δ' εἶχεν ἐλάσσονα σκινδαψοῖο] Elegans prouerbium. Σκινδαψὸν esse instrumēti musici genus, notum est. hoc ergo voluit Timon, Zenonem hominē esse loquacem, & cuius verba darent sine mēte sonum. Tale est etiam quod ait D. Paulus, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. Sic etiam solebat Cleanthes dicere de Peripateticis, ὅμοιόν τι πάσχειν ταῖς λύραις αἳ καλῶς φθεγξάμεναι αὐτῶν οὐκ ἀκούουσι. Suidas explicat isto loco ἀφασία, vel potius ἀφαύρης. id est, *affanias*.

P.446. Δυοῖν δ' ὑπερανακειμένοιν ἐν ποτῷ] Lego ὑπερανακειμένου. sc. Ζήνωνος. Apud Suidam in Σκιμαλίσαι, legitur quidem ὑπερανακειμένοιν. sed facilè est tamen videre scripsisse eum ὑπερανακειμένου.

P.447. Πρὸς δὲ τὸν ὀψοφάγον, μηδὲν τοῖς συμβιωταῖς καταλείποντα &c.] Totus hic locus penè ad verbum ex Antigono Carystio est desumptus. Athenæus in octauo, Ζήνων δ' ὁ Κιτιεὺς ὁ τῆς στοᾶς κτίστης πρὸς τὸν ὀψοφάγον, ᾧ συνέζη ἐπὶ πλείονα χρόνον, (καθά φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἐν τῷ Ζήνωνος βίῳ) μεγάλου τινὸς κατὰ τύχην ἰχθύος παρατεθέντος, ἄλλου δ' οὐδενὸς παρεσκευασμένου, λαβὼν ὅλον ὁ Ζήνων ἀπὸ τοῦ πίνακος, οἷός τ' ἦν κατεσθίειν. τοῦ δ' ἐμβλέψαντος αὐτῷ, Τί οὖν ἔφη τοὺς συζῶντας σοὶ οἴει πάσχειν, εἰ σὺ μίαν ἡμέραν μὴ δύνασαι ἐνεγκεῖν ὀψοφαγίαν;

ἄγρας οἶσετ' ἢν χελιδόνων) Scribe οἷος ἦν κατ. vt est apud Athenæum. Οἷος αἰεὶ τοῦ ἕτοιμος.

P.448. Προσεφέρετο πρὸς τὸν Καφισίαν ὅς ἐπιβαλλομένου τινὸς τῶν μαθητῶν μεγάλα φυσᾶν πατάξας &c.] Idem refert Athenæus lib XIIII. Καφισίας ὁ αὐλητὴς ἐπιβαλλομένου τινὸς τῶν μαθητῶν αὐλεῖν μέγα καὶ τοῦτο μελετῶντος πατάξας εἶπεν, οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ κείμενον εἴη, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα.

P.449. Στωικὸς τι προσφέρει τοὺς ἐπὶ τοῦ Καπανέως τοῦ Εὐριπίδου στίχους, ὅτι Βίος μὲν ἦν αὐτῷ, &c.) Ita lego totum hunc locum, στωικός τε πρ. τοὺς ἐπὶ τοῦ Κ τοῦ Εὐρ. στίχους ὅτι

— βίος μὲν ἦν αὐτῷ πολύς,
Ἥκιστα δ' ὄλβῳ γαῦρος ἦν φρόνημα δ' ἢ
Οὐδέν τι μεῖζον εἶχεν ἢ πένης ἀνήρ.

qui versus valde hactenus confusè editi sunt. ita autem leguntur apud EVripidem, Supplicibus: nisi quòd vox αὐτῷ poetæ non est.

P.452. Τούς τε Ἡσιόδου στίχους μεταγράφειν οὕτω.] Dixerat Hesiodus,

Κεῖνος μὲν πανάριστος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

cui assentior potius. Ac meritò quidem. nam & Aristoteli & aliis magnis viris placet hæc sententia: quorum potior apud me quàm multorum Zenonum auctoritas. Legitur alibi ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ.

Ἐρωτηθεὶς διὰ τί αὐστηρὸς ὢν ἐν τῷ πότῳ διαχεῖται &c. Athenæus lib. II. ἔφη καὶ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς σκληρὸς ὢν καὶ πάνυ θυμικὸς

λικὸς, πρὸς τοὺς γνωρίμους. ἐπὶ πλεῖον τοῦ οἴνου σπάσας ἡδὺς ἐγίνετο καὶ μείλιχος. πρὸς τοὺς πυνθανομένους οὖν τὴν τρόπου τὴν διαφορὰν, ἔλεγε τὸ αὐτὸ τοῖς θέρμοις πάσχειν. καὶ γὰρ ἐκείνους πρὶν διαβραχῆναι πικροτάτους εἶναι. ποτισθέντας δὲ γλυκεῖς καὶ προσηνεστάτους. Lupinos autem macerandos esse, etiam Varro aliique rei rusticæ auctores docent.

P. 453. Εἷς ἄρτον ὄψον ἰσχάς) Hi versus alio ordine leguntur apud Clementem libro secundo Strom. Ζήνωνι τῷ Στωϊκῷ τὴν διδασκαλίαν μαρτυροῦσι καί τοι διασύροντες οἱ κωμικοὶ ὧδέ πως.

Φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ οὗτ φιλοσοφεῖ·

Πεινῆν διδάσκει, καὶ μαθητὰς λαμβάνει.

Εἷς ἄρτος, ὄψον ἰσχὰς, ἐπιπιεῖν ὕδωρ.

qui postremus versus in Laertio nostro corruptè legitur.

Ἀλλὰ καὶ Ποσείδιππος μεταφερομένοις. ὥστ' ἐν ἡμέραις δέκα) Scribe, Ἀλλὰ καί Ποσείδιππος

Μεταφερομένοις,

ὥστ' ἐν ἡμέραις δέκα

Εἶναι δοκεῖν Ζήνωνος ἐγκρατέστερον.

Δύο καὶ ἑβδομήκοντα ἐτῶν τελευτῆσαι αὐτόν] Falsa ergo superior epistola Zenonis ad Antigonum: nam ibi dicebat se annum agere octuagesimum. Lucianus mortuum scribit anno vitæ nonagesimo octauo.

Pag. 454. Τοῦτο ὁ δὲ Ζήνων Κιτιεὺς φίλος.) Lege Κιτίου. Κίτιον enim non Κίττιον dicunt permulti, vt suprà monui.

Ἀπραπὸν μονῶς) Lego ἀπράπονος.

P. 455. Τὸν Κιτιᾶ Ζήνωνα) Lege τὸν Κιτιᾶ.

P. 456. Ὤμνυε δὲ φασὶ, καὶ καθάπερ Σωκράτης τὸν κύνα) Athenæus libro 1 x. καὶ τὸ παράδοξον εἰ κατὰ τὰς κράμβας τινὲς ὤμνυον. ὁπότε καὶ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς, ὁ τῆς στοᾶς κτίστωρ, μιμούμενος τοὺς κατὰ τὴν κυνὸς ὅρκους Σωκράτους, καὶ αὐτὸς ὤμνυε τὴν κάππαριν. ὡς Ἐμπεδοκλῆς φησιν ἐν ὑπομνημονεύμασιν.

Pag 457. Ὅτι δ' αὐτοῦ ἐστὶν ἡ Πολιτεία, καί Χρύσιππός φησι.) Accedat grauis autor Plutarchus, ὅς ἔγωγε, ait. τὰ τῆς κοινά, καὶ τοὺς Ζήνωνος ἐν ἑβδομήκοντα διαμηρισμοὺς ἐν συμποσίῳ τινὶ καί παιδιᾷ. μᾶλλον ἢ σπουδῆς τοσαύτης ἐχομένῳ συγγράμματι, τῇ Πολιτείᾳ κατέταξα.

Pag 458. Ἰσχυρὰν ἐνιαίαν) An ἐνιαίαν, id est, μοναδικὴν, seu singularem, hoc est, singulari volumine contentam? Suidas, ἐνιαία, ἡ μοναδική.

Τὴν Πύῤῥου γεγραφὼς ἱστορίαν εἰς Ἰταλίαν καί Σικελίαν) Durè dictum pro τὴν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ sed puto aliter scripsisse.

Ἕβδομος, γραμματικός) Hic est Zeno Mindius grammaticus; cuius meminere Clemens, Arnobius, & Stephanus Μύνδος.

Ὄγδοος, Σιδώνιος τὸ γένος, φιλόσοφος Ἐπικούρειος) Contra quē scripserat Posidonius Proclus III. in EVclidis I. τούτων δὲ τὸν τρόπον τῆς ἀντειρήσεως μετῆλθεν Ζήνων ὁ Σιδώνιος μὲν, τῆς δ' Ἐπικούρου μετέχων αἱρέσεως πρὸς ὃν καὶ ὁ Ποσειδώνιος ὅλον βιβλίον γέγραφε, δεικνὺς σαθρὰν αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ἐπίνοιαν. Cicero de hoc Zenone, primo de Finibus, *Hic (nisi mihi Phædrum mentitum aut Zenonem putas, quorū vtrumque audiui quum mihi nihil sanè præter sedulitatem probarent)* omnes mihi Epicuri sententiæ satis notæ sunt.

Pag. 459. Ἀρίστων, Μιλτιάδης Χῖος, ὁ τὴν ἀδιαφορίαν εἰσηγησάμενος) Omnino aut induci vox Μιλτιάδης, aut mutari in Μιλτιάδης debet. Primùm, non fuit is vir Aristo Chius, quem sit verisimile à Diogene ita in transitu esse nominatum, vt ne patriã quidem ascriberet. Deinde, non Miltiades, sed Aristo Chius fuit, qui τὴν ἀδιαφορίαν εἰσηγήσατο. Cicero Lucullo, *Huius (Aristoni) summũ bonũ est in his rebus, neutram in partem moueri: quæ ἀδιαφορία ab ipso dicitur.* Laertius infrà, Ἀρίστων ὁ Χῖος τέλος ἔφησεν εἶναι τὸ ἀδιαφόρως ἔχοντα ζῆν. At Miltiades Aristonis sectator fuit, &, vt ait Laertius, Ἀρίστωνος τοῦ Χίου μαθητής. Legendũ igitur potius Μιλτιάδης, vt sit nomen patris Aristonis Chii.

Χλεινίδης Φαλεὺς Ἀσσιος.] Emenda Ἄσσιος. Differunt longè Ἄσιος & Ἄσσιος, vt sciũt rerum geographicarum periti.

P. 461. Ἡ ἀγρῷ παμφόρῳ· τὸν μὲν περιβεβλημένον φραγμὸν τὸ λογικόν) Hinc Marcus Tullius, primo de legibus, de philosophia loquens, *Atque hæc omnia quasi sæpimento aliquo vallabit disserendi ratione.*

Οὐ γὰρ Ζήνων ἐν τῷ περὶ λόγου, καὶ Χρύσιππος.] Ait Chrysippum existimasse, in tradendis disciplinis hũc esse ordinem seruandum, vt à logicis ducto initio, secundo loco physica discerentur, tertio demum ethica. Ego verò nescio quàm verè hæc ita tradat Laertius. Nã sanè Chrysippum alia in sententia fuisse, hæc verba, ex illius libro I v. περὶ βίων restantur. Πρῶτον μὲν οὖν δοκεῖ μοι, κατὰ τὰ ὀρθῶς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων εἰρημένα, τρία γένη τῶν τοῦ φιλοσόφου θεωρημάτων εἶναι· τὰ μὲν λογικά· τὰ δὲ ἠθικά· τὰ δὲ φυσικά. Deinde, Τούτων δεῖ τάττεσθαι πρῶτα μὲν λογικά, δεύτερα δὲ τὰ ἠθικά, τρίτα δὲ τὰ φυσικά. τῶν δὲ φυσικῶν ἔσχατος εἶναι ὁ περὶ τῶν θεῶν λόγος· διὸ καὶ τελετὰς ἠγόρευσαν τὰς τούτων παραδόσεις. Hactenus Chrysippus: quę quia scimus pugnantia sæpe scripsisse, possemus culpa Diogenem liberare, nisi obstaret, quòd non videtur Plutarchus, si ita esset, initio Commentarij περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων, vbi hãc Chrysippi sententiam examinat, hoc fuisse omissurus.

Pag. 264. Τὴν δὲ ἀπόδειξιν λόγον διὰ τῶν μᾶλλον καταλαμβανομένων τὸ ἧττον καταλαμβανόμενον περὶ πάντων] Deest aliquid, vel πιστούμενον vel simile. Sic ἀπόδειξιν definit Clemens, λόγον ἐξ ἑτέρων ἕτερόν τι πιστούμενον in qua definitione non extant illa verba περὶ πάντων. quę ne Cicero quidem agnoscit: quo auctore ἀπόδειξις definita est à Stoicis, *Ratio quæ ex rebus perceptis, ad id quod non percipiebatur, adducit.* Clemens etiam aliter. ἀπόδειξίς ἐστιν ὅταν ἀπὸ τῶν προύτων τὸ ζητούμενον ἀφικνῆται διὰ πάντων τῶν ἐν μέσῳ. Interpres legisse videtur, περὶ πάντων συνάγοντα.

Τοῦ ὀνόματος οἰκείως μετῆνεγμένου, Paullo pòst ex Chrysippo, φαντασία τύπωσις ἐν ψυχῇ. τουτέστιν ἀλλοίωσις· οὐ γὰρ δεκτέον τὴν τύπωσιν, οἱονεὶ τύπον σφραγιστῆρος· ἐπεὶ ἀνένδεκτόν ἐστι πολλοὺς τύπους κατὰ τὸ αὐτὸ γίνεσθαι. vel vt legit ibi Suidas, περιγίνεσθαι.

Μὴ κατ' αὐτὸ δὲ τὸ ὑπάργον. τὴν μήτραν. ἢ μηδὲ ἔκτυπον.] Scribe, μὴ κατ' αὐτὸ δὲ τὸ ὑπάρχον ...... τὴν μήτραν, &c.

deest aliquid ad sententiam perficiendam. Lego καὶ τὴν μὲν καλοῦσι μήτραν, τὴν δὲ ἔκτυπον. videtur μήτραν appellare τὴν ψυχὴν in qua fiunt αἱ τυπώσεις. phantasiam verò, ἔκτυπον. An potius μήτρα sunt ipsa τὰ ὑπάρχοντα. quorum formas ἡ φαντασία ἐν ἑαυτῇ ἀναπλάττει· ἔκτυπος autem ἡ φαντασία?

P. 470. Κριτήρια φασὶν εἶναι αἴσθησιν καὶ πρόληψιν) Suidas, Ὁ δὲ Χρύσιππος ἐν τῷ ιβ. τῶν φυσικῶν λόγων· τρία φησὶν εἶναι κριτήρια. αἴσθησιν, γνῶσιν καὶ πρόληψιν.

Πᾶν γὰρ τὸ ποιοῦν σῶμά ἐστι.) Hac quæstione nihil tritius in scholis philosophorum. Sed & EVstathius paucis verbis multa complexus est, quæ non possum quin hîc adscribam. Σημείωσαι δὲ ὅτι ἡ φωνὴ δι' ἄρρυκτος εἶναι. δέδωκεν ἀφορμὴν τοῖς στωϊκοῖς, τοῦ σῶμα λέγειν τὴν φωνήν. σωμάτων γὰρ εἶναι δοκεῖ τὸ ῥήγνυσθαι. ἐπεὶ γὰρ καὶ ὁ Πλάτων οὐ σῶμα λέγει αὐτὴν εἶναι, ὡς ἐν τῷ γίνεσθαι τὴν ὕπαρξιν ἐχούσαν, κατὰ δὲ τοῦτο μὴ ὑφισταμένην· ἀλλ' οἱ τῆς στοᾶς σῶμα ἔλεγον τὴν φωνὴν, διὰ τὸ δραστικὸν αὐτῆς καὶ παθητικόν. δρᾷ μὲν γὰρ (φασὶν) ἀκουομένη· πάσχει δὲ ἀνιεμένη, καὶ ἐπιτεινομένη. ἔτι δὲ φασι, σῶμα ἐστὶν ἡ φωνή. καὶ διότι πίπτει ὑπὸ αἴσθησιν, τὴν ἀκοὴν δηλαδή. Ἔτι δὲ καὶ διὰ τὴν ἀντιτυπίαν. ἀντιτυποῦσι γὰρ προσπίπτουσα ταῖς ἀκοαῖς. Hæc Eustathius Ἰλιάδ β.

Pag. 471. Λέξις δέ ἐστι κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς] Locum hunc sic puto legendum, λέξις δέ ἐστι κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς (ὥς φησι Διογένης) φωνὴ ἐγγράμματος, οἷον ἡμέρα. λόγος δέ ἐστι φωνὴ σημαντικὴ, ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη· οἷον ἡμέρα ἐστί.

Στοιχεῖα δὲ λέγεται τὸ γράμμα, ὅτι χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου, καὶ τὸ ὄνομα] Legebam διχῶς: sed admonuit me doctissimus Petrus Galesius legendum potius esse, ὅ, τε χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου, τό, τε στοιχεῖον καὶ τὸ ὄνομα. cui assẽtior.

Ὡς ἡ βλίτρι) Scribitur βλίτυρι & βλίτυρι. Non ignoro quid sentiant viri doctissimi de origine vocis nostræ Gallorum *Belistre*: mihi tamen non displiceret deduci eam ab hac voce, vt significaretur homo nullius rei: nã βλήτυρι vel βλίτρι nihil est.

Pag. 474. Ὥσθ' ἅμα τὰ πλείονα ἐκλέξασθαι κατὰ ταύτην τὴν λέξιν] Emenda ex Suida ἐνδέξασθαι.

P. 475. Φασὶ δὲ τὸ λεκτὸν] Rectè λεκτὸν, non λεκτικόν. Vide Suidam in Κατηγόρημα.

Pag. 476. Τῶν δὲ κατηγορημάτων τὰ μέν ἐστι συμβάματα, οἷον τὸ διὰ πέτρας πλεῖν.) Multa hîc desiderantur verba: Stoici κατηγορήματα diuidebant in συμβάματα (quæ & κατηγορήματα dicebant) & παρασυμβάματα. quorum duorum membrorum alterum hîc desideratur. Imò duo membra desiderari non temere coniicimus ex Apollonij libro III. & Prisciano non enim duo solùm membra faciunt, vt Suidas, sed tria, συμβάματα, ἀσυμβάματα, παρασυμβάματα. Prisciani verba sunt: *Sciendum quòd has quidem constructiones quæ per nominatiuum absoluuntur, Stoici ἀξιώματα* vel *συμβάματα*, *id est dignitates vel congruitates vocabant, ut ego Priscianus scribo, Apollonius ambulat, Cato philosophatur. Illas verò quibus transitiones ab alia ad aliam fiunt personam, in quibus necesse est cum nominatiuo etiam obliquum aliquem casum proferri,* παρασυμ-

σόμματα dicebant: hoc est, minus quàm congruitates, vt Cicero patriam seruat. Quando verò ex duobus obliquis constructio fit, ἀσυμβάματα, id est, incongruitates, dicebant, vt, placet mihi venire ad te, siue nominibus ipsis tantum, seu verbis hoc exigentibus.

Ἢ πρᾶγμα αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ) Ex Suida, in voce ἀξίωμα, existimo hunc locum sic potius esse legendum, ἢ πρᾶγμα αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ἢ καταφατὸν ὡς φ' Χρύσιππός φησιν ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ὅροις. οἷον, ἡμέρα. &c.

Pag. 477 Διαφέρει δὲ ἀξίωμα καὶ ἐρώτημα. καὶ πύσμα προσαγορευτικὸν, &c.) Apud Suidam καὶ πύσμα· ἔστι γὰρ προσαγορευτικόν.

P. 478. Ἆρ' ἔστι συγγενές τι λύπη καὶ βίος;) Senarius est ex Menandri Citharistria, qui & apud Stobæum extat, sermone XCVI. & apud Plutarchum περὶ ἀθυμίας.

Pag. 479. Ὑπεραποφατικὸν δέ ἐστιν) Legendum, vt doctissimè coniecit Galesius meus, ὑπεραποφατικὸν δέ ἐστιν ἀποφατικὸν ἀποφατικοῦ. οἷον, οὐχὶ ἡμέρα οὐκ ἔστι: alioquin falsum erit quod sequitur, τίθησι δὲ τὸ ἡμέρα ἐστίν.

P. 484 Λογότροπος δέ ἐστι) Apud Suidam corruptè non semel λογότροπος. & alibi λόγος τρόπος hinc corrige.

P. 487 Ἔστι δὲ ἐγκεκαλυμμένος, ὁ τοιοῦτος. Οὐχὶ τὰ μὲν δύο ὀλίγα, &c.) Quis dubitat hoc exemplum esse soritæ, non ἐγκεκαλυμμένου? Itaque assentior præstantissimo viro, Iacobo Cuiacio, iurisconsultorum longè principi, qui pronuntiat Laertium mutilum esse exemplo ἐγκεκαλυμμένου & διαλανθάνοντος.

Vide omnino quæ de hoc genere toto, doctissimè ab illo disputantur Tractatu V. ad Africanum. Nos quoque de his omnibus Stoicorum nugis plura, Deo fauente, aliàs disseremus.

P. 490. Τέλος εἶναι τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν) Ait Laertius primum Zenonem τὸ τέλος ita definiuisse. A quo longè dissentit Stobæus, qui docet eum definisse, τὸ ὁμολογουμένως ζῆν tantum. τοῦτο δ' ἐστιν, ait, καθ' ἕνα λόγον καὶ σύμφωνον ζῆν, ὡς τῶν μαχομένων ζώων κακοδαιμονούντων. verùm Zenonis sectatores, quum putarent ἔλαττον εἶναι κατηγόρημα τὸ ὑπὸ Ζήνωνος ῥηθὲν, addidisse vocem φύσει, idque à Cleanthe primo factum. vide locum.

P. 491 Διὰ τὴν κατήχησιν τῶν συνόντων) Suidas κατήχησιν non rectè.

P. 492. Τεκμήριον δὲ τοῦ ὑπαρκτὴν εἶναι) Suidas τοῦ ὑπαρκτὴν εἶναι.

Τὸ γεγονέναι ἐν προκοπῇ τοὺς περὶ Σωκράτην) Suidas γεγονέναι ἐν προκοπῇ.

P. 501 Εἰ γενήσεται καὶ τὰ ὅμοια ἐπὶ δὲ τῶν σωματικῶν) Qui diligenter hunc locum attendit, nec videt tamen eum claudere, vt veteres loquebantur, eum ego censeo iratis Musis hæc studia tractare: paret hoc ex ipso verborũ contextu, paret ex Ambrosii interpretatione. Lege igitur ἀνθρώπων καὶ τὰ ὅμοια ἀποτελεῖσθαι ἐπὶ μὲν τῶν ψυχικῶν ἀρετῶν καὶ τεχνῶν καὶ τὰ ὅμοια· ἐπὶ δὲ τῶν σωματικῶν. &c. Sic & restitui debet hic locus ex Suida.

P. 502. Ἔτι δὲ καθῆκον φασὶν εἶναι) Nos quidem Suidas persæpe adiuuat: vt verò gratiam referamus, ac pariter eum iuuemus,

lectorem

Lectorem moneo vt quę apud eũ scripta sunt corruptissimè in voce Καθῆκον, ex hoc loco emendet. Nihil facilius fuerit, quàm eum auctorem infinitis quibus scatet mendis liberare: quod tamē miror nequiuisse videre virum eruditum eius interpretē, cui, quum Suidas sępissimè integras Laertii paginas describat, nunquam potuit hoc subolere: quod sanè miror. Nam de Sophocleis quidem aliisque versibus, qui in illo opere sparsim corruptissimè leguntur, quòd non animaduerterit, facilius condono. Sed ad rem.

P.503. Στλεγγίδα καὶ τὰ ὅμοια) Στλεγγίδα vertit Ambrosius *vrceum*: strigilem, oportuit. Apud Latinos ita coniunguntur sępissimè ampulla & strigilis, vt apud Grecos λήκυθος καὶ στλεγγίς. vtrumque ita describitur ab Apuleio. *Magno in cœtu prędicauit, fabricatum semet sibi ampullam quoque oleariam, quam gestabat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate: iuxtaque honestam strigileculam recta fastigiatione clausula, flexa tubulatione ligula, vt & ipsa in manu capulo moraretur, & sudor ex ea riuulo laberetur.*

P.504. Φασὶ δὲ τὴν ψυχὴν εἶναι ὀκταμερῆ) Nemesius De natura hominis, Ζήνων ὁ Στωϊκὸς ὀκταμερῆ φησιν εἶναι τὴν ψυχὴν· διαιρῶν αὐτὴν εἰς τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ εἰς τὰς πέντε αἰσθήσεις, καὶ εἰς τὸ φωνητικὸν, καὶ τὸ σπερματικόν.

Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς τὰ πάθη κρίσεις εἶναι] Non autem κινήσεις solummodo. quod tamen neque Zeno probasse videtur: cuius definitio extat apud multos, & expresse negatur ab aliis. Andronicus De perturbationibus animæ, hanc inter alias definitionem profert: Πάθος ἐστὶν ἄλογος ψυχῆς κίνησις χωρὶς λογισμοῦ τε καὶ κρίσεων ἐπιτελουμένη.

P.505. Ζῆλον δὲ λύπην ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ.) Similis definitio apud Andronicum nostrũ: ζῆλός ἐστι λύπη ἐπὶ τῷ ἑτέροις τυγχάνειν ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ. Sed non dubium deesse in his definitionibus aliquid, quod in aliis necessariò exprimitur. Nam sic idem Andronicus definit, λύπη ἐπὶ τῷ ἄλλοις ὑπάρχειν, ἡμῖν δὲ μή. Stobeus itidem, λύπη ἐπὶ τῷ ἕτερον ἐπιτυγχάνειν ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ, αὐτὸν δὲ μή. Confirmat M. Tullii versio: *Æmulatio est ægritudo, si eo quod concupierit, alius potiatur, ipse careat.*

P.507. Ἡδονὴ δι' ὤτων κατακηλοῦσα) Ambrosius, *deliniens*, κατακηλοῦσα.

Pag.511. Πολιτεύσεσθαι φασὶ τὸν σοφὸν ἂν μή τι κωλύῃ) Melius πολιτεύεσθαι. Seneca, *Zeno ait, Accedet ad rempublicam sapiens, nisi si quid impedierit.*

P.512. Ἐπεὶ τό γε εἴκειν, καὶ ὁ ἔλεος, &c. Obscurus locus. Puto sententiam hanc esse: Sapientem non esse misericordem, nec remittere pœnas à lege constitutas. Ratio: quia sapientis animo nō inest τὸ εἴκειν, nec ὁ ἔλεος, neque ipsa etiã ἐπιείκεια, (quæ summo iuri opponitur) quę aliquam ipsi afferat χρηστότητα, hoc est, benignitatem seu mollitiem, πρὸς τὰς κολάσεις, id est, in exigendis pœnis: faciátque videri pœnas duriores. Itaque sic hunc locum lego, ἐπεὶ τό γε

εἴκειν καὶ ὁ ἥλιος, αὐτή τε ἡ ἐπιείκεια, μηδεμία δὲ ψυχῇ πρὸς κολάσεις προσποιουμένη χρηστότητα, μηδὲ οἴεσθαι σκληροτέρας αὐτὰς εἶναι. In editione Basiliensi est προσποιουμένη. Illud μηδὲ οἴεσθαι accipio quasi esset μηδὲ τὸ οἴεσθαι Sic enim malo quàm vt aliquando faciebam, hęc verba accipere ὡς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς. vide verò Senecam de clement. libro II. extremo.

P.516 Εἶναι δὲ τὸν ἔρωτα ἐπιβολὴν φιλοποιίας διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον) Legendum φιλοποιίας vt suprà & apud Stobęum: eámque lectionē confirmat M. Tullius Tuscul. libro IV. *Stoici sapientem amaturum esse dicunt: & amorem ipsum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis specie definiunt.*

Διὰ τὸ μισεῖσθαι, αἰσχύνεσθαι αὐτῆς] Mihi hic locus non videtur integer.

P.519. ἀλλὰ καὶ σώματα εἶναι τὰς ἀρχάς, &c.] Lege sic: totum istum locum ἀλλὰ καὶ σώματα εἶναι (nempe τὰ στοιχεῖα) τὰς δ' ἀρχὰς καὶ ἀσωμάτους καὶ ἀμόρφους. desiderari vocem ἀσωμάτους & per se clarum, & ex Suida etiam probari potest.

Pag.521. Τὸν ἐκ τῆς ἁπάσης οὐσίας ποιόν) Lege vt inueni in Suida, τὸν ἁπάσης οὐσίας ἰδιοποιόν.

P.522. Καὶ ἔστι κόσμος ὁ ἰδίως ποιὸς τῆς τῶν ὅλων οὐσίας] In Suida legitur, ὁ ἰδιοποιὸς τῆς τῶν ὅλων οὐσίας. At Ambrosius ποιότης legit. prorsus malè.

Ἢ σύστημα ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων] Sic rectè itáque apud Stobæum quoque legitur. malè in Suida ἐκ στοιχείων καὶ ἀνθρ.

Pag.529. Ταύτην δὲ καὶ τοῦ συμφέροντος στοχάζεσθαι ἠθικῆς ὡς] Locus aut corruptus aut mutilus. Apud Suidam sic legitur, ταύτην δὲ τοῦ συμφέροντος στοχάζεσθαι· ὡς δῆλον ἐκ τῆς τοῦ οὐρανοῦ δημιουργίας.

P.530. καὶ ἀπαθῆ δὲ εἶναι] Imo contrà, παθητή. & ita lege.

P.531. Παρὰ τοὺς τόπους ἀφ' ὧν ῥέουσι. τὴν δὲ γενέσεως αὐτῶν αἴτιον γίνεσθαι τὸν ἥλιον] Non diu, sed acriter me torsit mutilus hic locus. Legendum verò censeo, suppletis iis quæ desiderantur hoc modo, πνεύματα δὲ ἀέρος εἶναι ῥύσιν· τὰς δὲ ἐπωνυμίας ἀλλάττειν παρὰ τοὺς τόπους ἀφ' ὧν ῥέουσι. Nam de ventis quidem non dubitabit agi hoc loco, qui vel mediocriter in naturæ cognitione fuerit versatus. ῥεῖν autem ἀνέμους seu πνεύματα quis ignorat dici? Quòd autem hæc fuerit Stoicorum opinio dubitare nō sinit Plutarchus, cuius hæc sunt verba, Οἱ Στωϊκοὶ πᾶν πνεῦμα ἀέρος εἶναι ῥύσιν, ταῖς τῶν τόπων δὲ παραλλαγαῖς τὰς ἐπωνυμίας παραλλάττουσι. Placet etiam summi philosophi verba apponere, quæ hunc locum non parum illustrabunt, Εἰσὶ δέ τινες (ait Aristoteles μετεωρολ. α) οἵ φασι τὸν καλούμενον ἀέρα κινούμενον μὲν καὶ ῥέοντα ἄνεμον εἶναι, συνιστάμενον δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον πάλιν νέφος καὶ ὕδωρ· ὡς τῆς αὐτῆς φύσεως οὔσης ὕδατος καὶ πνεύματος καὶ τὸν ἄνεμον εἶναι κίνησιν ἀέρος. διὸ καὶ τῶν σοφῶν βουλομένων λέγειν τινὲς ἕνα φασὶν ἄνεμον εἶναι πάντας τοὺς ἀνέμους. ὅτι συμβέβηκε καὶ τὸν ἀέρα κινούμενον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι. πάντα δοκεῖν· δοκεῖ δὲ διαφέρειν, οὐθὲν διαφέροντα, διὰ τοὺς τόπους ὅθεν ἂν τυγχάνει ῥέων ἑκάστοτε.

Ἔμφασις ἡλίου) Scribe ἔμφασιν ἡλίου: id quod verborum contex-

tus docet.

P. 537. Τὸ τὸν σοφὸν δοξαςὸν εἶ)] Lege δοξαςὸν οὐκ εἶ). Nam deesse negationem tam est certum quàm quod certissimum. vide in Sphæri Stoici vita.

P. 538 Ἐρωτικὰς διατριβὰς] Videtur hunc librum intellexisse Athenæus lib. x. scribens, Ἀρίςων δὲ ὁ φιλόσοφος ἐν ἐρωτικῶν ὁμοίων δευτέρῳ Πολέμωνα φησὶ τὸν Ἀκαδημαϊκόν. Idem in fragmento Canteri, Ἀριςοτέλης δ᾽ ἐν δευτέρῳ ἐρωτικῶν, καὶ Ἀρίςων ὁ περιπατητικὸς Κεῖος, δὲ τὸ γένος, ἐν δευτέρῳ ἐρωτικῶν ὁμοίων, φασὶν ὅτι οἱ ἀρχαῖοι, &c. Quòd autem attribuit Atheneus hunc librum Aristoni Peripatetico Ceo non Aristoni Chio Stoico, videtur consentire cum Panætio & Sosicrate.

P. 399. Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Ἀρίςων Ἰελήτης] Leg. Ἰουλιήτης Stephanus aut Stephani mutilator Hermolaus Byzantius, Ἰουλίς, inquit, πόλις ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ ἀπὸ Ἰουλίδος κληθεῖσα. ἀφ᾽ ἧς Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιός, καὶ Βακχυλίδης ὁ ἀδελφὸς ἐκείνου καὶ Ἐρασίςρατος ἰατρὸς, μετ᾽ αὐτῶν καὶ Ἀρίςων ὁ περιπατητικὸς, οὗτοι Ἰουλιῆται. Idem etiam Strabo libro decimo docet, vbi vocat hunc τοῦ Βορυσθενίτου Βίωνος ζηλωτήν. In antiquis editionibus Latini interpretis scriptũ reperies *Iulietes*. sed postea aliter visũ indoctis & audaculis istis corruptoribus.

ΚΛΕΑ'ΝΘΗΣ.

Pag. 542. Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ εἰς δικαςήριον κληθῆναι, &c.) Areopagitarum, & quidem lege ἀργίας, de qua supra in Solone.

Pag. 544. Τὸ ἐκ τῆς Ἠλέκτρας. Σῖγα, Σῖγα, &c.) Lege τὸ τῆς Ἠλέκτρας Sunt enim verba Electræ apud Euripidem initio chori primi eius fabulæ, quæ Orestes appellatur: quanquam, vt hactenus quidem est editum, non Electræ sed chori verba sunt. in quo falluntur, vt alibi docemus.

Pag. 546. Περὶ τέχνης) An intelligit artem Rhetoricam à Cleanthe conscriptam? de ea sic Cicero de Finibus, *Scripsit artem Rhetoricam Cleantes, Chrysippus etiam, sed sic, vt si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat.*

P. 547. Ταῦτα αὐτοῦ τὰ βιβλία) Non tamen omnia, vel ipso Laertio teste, qui in superiore vita librum Cleanthis laudauit περὶ χαλκοῦ: nisi quis illum indicem putet mendosum, ac legendum περὶ χάριτος. Sed & Atheneus quædam laudat quæ in hoc albo non reperias.

Καὶ τελευτᾷ τόνδε τὸν τρόπον] Vide Lucianum in Longæuis.

ΣΦΑΙ'ΡΟΣ.

Pag. 548. Κηρίνας ῥοὰς ἐκέλευσε παρατεθῆναι] Athenæus libro VIII. non ῥοὰς sed ὄρνεις fuisse appositas scribit. Sic ille. Οὐκ ἀχαρίτως δὲ καὶ Σφαῖρον τὸν συσχολάσαντα μετὰ Χρυσίππου παρὰ Κλεάνθει· μεταπεμφθέντα δὲ ἥκειν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὑπὸ τοῦ βασιλέως Πτολεμαίου κηρίνων ποτὲ ἐν τῷ δείπνῳ παρατεθέντων ὀρνίθων, ἐκτείναντα τὰς χεῖρας ἐπισχεθῆναι ὑπὸ τοῦ βασιλέως. ὡς ψευδεῖ συγκατατιθέμενον, &c. vt Laertius Nemesius videtur sequi eosdem cum Laertio auctores: nam ad hãc historiam allusisse eum puto quum ista scriberet capite De visu ὅταν τὸ κήρινον μῆλον νομίσωμεν ἀληθινὸν εἶ)

μῆλον οὐχ ἡ ὄψις ἐστὶν ἡ ἐξαπατωμένη, ἀλλ' ἡ διάνοια. ἡ γὰρ ὄψις ἐν τοῖς ἰδίοις αἰσθητοῖς οὐ διεσφάλη. τό τε γὰρ χρῶμα καὶ τὸ σχῆμα συνεῖδεν.

P.549. Οὐκ ἔστι ἔφη τοιοῦτον ὄντα τὸν Πτολεμαῖον, καὶ βασιλέα ἐστὶ] Locus est mutilus aliquot verbis dubio procul: etsi eum interpres pro sano habuit. Non displicet coniectura Galesij mei, legentis, οὐκ ἔστι, ἔφη, μὴ σοφὸν τοιοῦτον δέ, &c. plana sententia. Notissimum illud Stoicorum placitum, solum sapientem beatum: solum, regem.

ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ.

P.549. Χρύσιππος Ἀπολλωνίου) Suidas Ἀπολλωνίδου.

Σολεὺς ἢ Ταρσεύς) Ipse Solensis fuit: pater eius Tarsensis. Strabo.

P.550. Οὕτω δ' ἐπίδοξος ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς, &c.) Non possumus de Chrysippi peritia disputandi vllam hodie ferre sententiam, quum ad nos nullũ ipsius scriptum peruenerit: quantùm tamen ex iis reliquiis quæ hodiéque in bonis autoribus sparsæ leguntur, licet intelligere. non dubito equidem quin Seneca sit potius audiendus, qui & Chrysippum in ordinem cogit, & quibus rationibus adductus id faciat, eleganter in libris De beneficiis explicat. Vide verò Plutarchi commentaria, περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων, & περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν.

Pag.551. Παρὰ τὸ ὑπόπτερον γράφων) Plutarchus, περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων ait Chrysippum ea scribere quæ sint hominis ὄντως αἰ ἐπίληθη λέγοντος.

P.552. Ἐκ τῆς ἀνδριάντος τῆς ἐν Κεραμεικῷ) Cicero huius statuæ sic meminit De finibus I. *At etiam Athenis, vt à patre audiebam, facetè & vrbanè Stoicos irridente, statua est in Ceramico Chrysippi sedentis: porrecta manu: qua manus significet illum hac esse rogatiuncula delectatum.* Quod ait Cicero hanc statuam fuisse porrecta manu, eo notandũ est, quia in gymnasiis solitus olim pingi Chrysippus non porrecta manu: sed contrà, digitis constrictis, propter numerorum indicia, auctor Sidonius Apollinaris.

Οἴμοι κασίγνητε) Emendandi sunt hi versus ex Oreste EVripidis, vbi sic legitur,

Οἴμοι κασίγνητ' ὄμμα σὸν παράστασαν

Ταχὺ δὲ μεθῆκε λύσσαν ἄρτι σωφρονῶν.

P.553. Τοῦτον ἐν τῇ Ἀδείᾳ χαλάζοντα) Sic rectè, non λάξ ὀδάξ ve videtur legisse Ambrosius. Ὠδεῖον, locus publicus Athenis. Vide Suidam.

Pag.554. Ἀριστοκρέοντα καὶ Φιλοκράτην συγκρότησε) Hoc est, instituit & erudiuit, sic in Zenone, ὅθεν καὶ ἐν ἀσπαλείδι συγκεκροτῆσθαι. συγκροτεῖν propriè de chorodidascalo, vt apud Demosthenem, συγκροτεῖν καὶ διδάσκειν τὸν χορόν.

P.555. Περὶ δὲ οἱ καταρέχοντες τοῦ Χρυσίππου) An Plutarchum intelligit? Lege eius librum περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων.

Ἐπὶ καὶ ἐπαρεῖ ὡς φυσικὴν] Scribo ἣν καὶ ἐπαρεῖ.

P.556. Ἔτι τε τὰ περὶ τοὺς ἀρχαίους πινάκων γράφουσι καταχωρισμένην] Mendum quod hic est, etsi per se clarum, nemo tamen animaduertet, qui non obseruauerit eum vsum verbi καταχωρίζειν quem ad primum Strabonis primi exponere meminimus. Lege ergo, ἔτι δὲ καὶ περὶ τοὺς πινάκων γράφουσιν οὐ κατα-

κεχωρισμένω. Ait illam Chrysippeam historiam ne ab iis quidem fuisse commemoratam qui laborarunt in colligendis librorum omnium indicibus.

Ἐν δὲ τῷ περὶ πολιτείας, καὶ μη-τράσι, &c. Plutarchus καὶ μὴν ἐν τῷ τῆς πολιτείας τρίτῳ εἰπὼν ὅτι καὶ τὸ μητράσιν ἢ θυγατράσιν ἢ ἀδελφαῖς συγγενέσθαι καὶ τὸ φαγεῖν τι, καὶ προσελθεῖν ἀπὸ λεχοῦς ἢ θανάτου πρὸς ἱερὸν, ἀλόγως διαβέβληται ἐπὶ τὰ θηρία φησὶ δεῖν ἀποβλέπειν.

Pag. 557. Καταγέλαστοι δὲ καὶ οἱ ἰδιῶται τῇ πορισμῷ] Πορισμὸν vocat quem Plutarchus quum de eodem ageret χρηματισμόν.

Λογικοῦ τόπου) Τόπον accipo pro eo quod Aristoteles solet dicere πραγματεία, hoc est, tractatus, argumentum. Ita enim solebat vti hac voce Chrysippus. Quare quòd apud Plutarchum Xylander existimat hæc verba esse mendosa ὅπερ λογικώτερον εἶναι φησιν (Chrysippus sc.) ἀσφαλέστερον δὲ τὸ προσλαμβάνειν· ὡς ἀδικήματα τῷ τόπῳ τούτῳ ἐπιδεχομένῳ, fallitur. Nam, vt dixi τόπος est, id quo de agitur & disputatur, & vt Iurisconsultorũ voce vtar τόπος est thema, visio, vel inspectio. Cicero τὸν πολιτικὸν τόπον dicit *locũ ciuilem.* & alibi sępe ita loquitur. Et ita debet hęc vox etiã sequẽtib. aliquot locis accipi. Fuit hęc dictio frequẽs apud Stoicos, vt etiã docuit Diogenes in Zenone.

Pag. 566. Περὶ τοῦ καλοῦ καὶ ἡδονῆς) Extat hodie huius sanè quàm elegans fragmentum in Gellio lib. XIIII. cap. IIII. Miror autem omissum à Diogene eius libri indicem, quem ediderat Chrysippus περὶ νόμου. Vnde Marcianus lege secunda D. de legibus hęc affert, quæ propter elegantiã teneri non potui quin huc transferrem, Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην τε εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα. καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζῴων προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον· ἀπαγορευτικὸν δὲ, ὧν οὐ ποιητέον.

AD LIBRVM OCTAVVM.

ΠΥΘΑΓΟΡΑΣ.

Pag. 567. Πυθαγόρας Μνησάρχου δακτυλιογλύφου) Apuleius Floridorum II. *Profugit ex insula clanculo Pythagoras, patre Mnesarcho nuper amisso: quem comperior inter sellularios artifices gemmis faberrimè sculpendis, laudem magis quàm opem quęsisse.*

Ὥς φησιν Ἕρμιππος] Hunc ait Iosephus in primo cõtra Appionem, omnium qui de Pythagora scripserunt (scripsisse autem multos) ἐπισημότατον fuisse: vigũ, καὶ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελῆ.

Υἱὸν μὲν εἶναι Μαρμάκου] Lege Μαμέρκου. coniectura ducta ex eo quòd filius Pythagorę sic vocabatur. Festus.

P. 568. Καὶ δοῦλον Ζάμολξιν ὃν Γέται θύουσι) Zamolxin Getam Pythagoræ δουλεῦσαι ait & Strabo lib. VII. At Herodotus lib. IIII. δουλεῦσαι καὶ ὁμιλῆσαι scribit, Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ Πυθαγόρῃ. De eius cultu apud Getas religiosissimo est apud vtrũq; pluribus expositũ. Meminit Zamolxis iterũ Strabo libro X. eos recensens qui apud

antiquos vaticinandi perit:a fuerunt celeberrimi. Τοιοῦτος δὲ ὁ Ἀμφιάραος καὶ ὁ Τροφώνιος, καὶ ὁ Ὀρφεὺς καὶ ὁ Μουσαῖος καὶ ὁ παρὰ τοῖς Γέταις θεὸς τὸ μὲν παλαιὸν Ζάμολξις Πυθαγόρειός τις καθ' ἡμᾶς δὲ ὁ τῷ Βυρεβίστᾳ θεσπίζων Δεκίνεος. Vbi miror Xylandro non visam legitimam vocem θεός. id quod adeò sibi persuasit, vt ne trãsferendam quidem putauerit. quin ad hunc locum sic notauit, *Additur in Græco θεός: ego hos deos putatos vix credam.* Atquin meminisse ille debuerat superiorum horum Strabonis (nam Platonem taceo) verborum. Τελευτῶντα δὲ πεῖσαι τὸν βασιλέα κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς λαβεῖν αὐτὸν (de Zamolxide loquitur) ὡς τὰ παρὰ τῶν θεῶν ἐξαγγέλλειν ἱκανόν. καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἱερέα κατασταθῆναι τοῦ μάλιστα τιμωμένου παρ' αὐτοῖς θεοῦ, ὕστερον δὲ καὶ θεὸν προσαγορευθῆναι. Paulò post, Τοῦτο δὲ τὸ ἔθος διέτεινεν ἄχρι καὶ εἰς ἡμᾶς. ἀεί τινος εὑρισκομένου τοιούτου τὸ ἦθος ὃς τῷ μὲν βασιλεῖ σύμβουλος ὑπῆρχε, παρὰ δὲ τοῖς Γέταις ὠνομάζετο θεός. Fit & de Decęneo ibidem mentio: & sic puto scribendum in superioribus quoque verbis, non Decineus. vide locum.

Κρόνον νομίζοντες ὥς φησιν Ἡρόδοτος) Emendandus hic locus ex Herodoto: apud quem sic legimus. εἶναί τε τὸν ἀπολλυμένον παρὰ Ζάμολξιν. οἱ δὲ αὐτέων τὸν αὐτὸν νομίζουσι Γεβελέϊζιν. haud scio quam rectè.

Καὶ ἤκουσεν Ἑρμοδάμαντος. τοῦ ἀπογόνου Κρεωφύλου] Legendum fortasse, Λεωδάμαντος. Apuleius Floridorum libro II. *Necnon & Cretensem Epimenidem inclytum fatiloquum, & Platonem disciplina gratia sectatus: itémque Leodamantem Creophyli discipulum: qui Creophylus memoratur poeta Homeri hospes &, æmulator canendi fuisse.* Verumtamen etiam Suidas habet Ἑρμοδάμαντος. Mirum verò, quod ait Apuleius Pythagoram sectatum esse Platonem, quum tanto sit Plato Pythagora posterior. Sed legendum profectò est *Solonem.* Solon enim, non Plato, fuit Epimenidi coætaneus.

Τοῦ ἀπογόνου Κρεοφίλου] Scribe Κρεωφύλου. Callimachus,

-ἐμὴ ἑτέρου δὲ καλεῦμαι
Γράμμα Κρεωφύλου, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

ita tamen scriptum est apud scholiasten Sophoclis in Trach.

P. 569 Ἐδοξάσθη σὺν τοῖς μαθηταῖς, οἱ ἀεὶ τοὺς τριακοσίους ὄντες] Propter hanc rationem facit Lucianus in auctione vitarum emi Pythagoram à trecenis hominibus Italis, τῶν ἀμφὶ Κρότωνα καὶ Τάραντα καὶ τὴν ταύτῃ Ἑλλάδα.

Ὡς εἴη πρὸς γεγονὼς Αἰθαλίδης, &c.) Vide, si placet, scholiasten Apollonii in illum locum,

αὐτῷ ἔτι νῦν περ ἀποιχομένου Ἀχέροντος
Δίνας ἀπροφάτους ψυχὴν ἐπιδέδρομε λήθη.

P. 570. Ἐπανῆλθεν εἰς Βραγχίδας καὶ εἰσελθὸν, &c.] Lusit hic Ouidius,

Cognoui clypeum læua gestamina nostra,
Nuper Abantais templo Iunonis in Argis.

Ἣν Μενέλαος ἀνέθηκεν ἀσπίδα] Vide Pausaniam in Corinthiacis.

Γενέσθαι Πύρρον τὸν Δήλιον] Scribitur Πύθιος in scholiis Sophoclis ad Electram. Sed Πύρ-

ϕ etiam alij.

Πυθαγόρᾳ μηδὲ ἓν καταλιπεῖν σύγγραμμα φασὶ, διαπαίζοντες) Διαπαίζει ἔ tar Plutarchus qui id non dubitanter affirmat libro De fortuna Alexandri. διαπαίζει etiam Lucianus, qui sic scribit, Ὅ μέν γε θεσπέσιος Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν ἠξίωσεν, ὅσον Ὄκελλος ὁ Λευκανὸς, &c. Iosephus autem ait, Pythagoræ, οὐδὲν ὁμολογεῖσθαι σύγγραμμα. At Plinius idem cum Laertio videtur sensisse libro XXIV. cap. XVII.

Ἱστορίην ἤσκησεν ἀνθρώπων μάλιστα πάντων.] Ἀσκεῖν ἱστορίην valet, εἶναι πολυΐστωρ sic loquutus est etiam Laertius in Zenone, τοσοῦτον ἤσκει φιλομαθεῖν, hoc est, τοσοῦτον ἦν φιλομαθής. Malè mox, κακοτεχνίην, pro κακολεχνίην.

Pag. 572. Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς τριαγίνοις) Leg. ἐν τοῖς τριαγμοῖς. Triagmos scripsisse Ionem Chium, opus philosophicum, abundè testatur Harpocration: ex quo etiam caussa huius nominis potest intelligi. Emendabo obiter locum Clementis in hac ipsa re, Ἴων ὁ Χῖος ἐν τοῖς τριγράμμοις καὶ Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν τινὰ ἱστορεῖ. Scribe, ἐν τοῖς τριαγμοῖς.

Μὴ αἰνεῖσθαι μηδενί) Folium sibyllæ mihi quidem hæc verba sunt.

Ἐρωτηθέντα ὑπὸ Λέοντος τοῦ Φλιασίων τυράννου, &c.) Quod nunc auctore Sosicrate ait Laertius, id supra de Heraclide Põtico referebatur. Habes autem totius huius rei elegantissimam Ciceronis narrationem, in Tusc. V. *Pythagoram* (ait) *Phliuntem ferunt venisse, eúmque cum Leonte principe Phliasiorum doctè & copiosè disseruisse quædam: cuius ingenium & eloquentiam quum admiratus esset Leon, quæsiuisse ex eo qua maximè arte consisteret, at illum, artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum.*

Καὶ τὸν βίον ἐοικέναι πανηγύρει, &c.) Marc. Tullius, *Admiratum Leontem nouitatem nominis, quæsisse quinam essent philosophi, & quid inter eos & reliquos interesset: Pythagoram autem respondisse, similem sibi videri vitam hominum, & mercatum eum qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate. Nam vt illic alij corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent: alij emendi aut vendendi quæstu ducerentur: esset autem quoddam genus eorum, idque vel maximè ingenuum, qui nec plausum nec lucrum quærerent, sed visendi caussa venirent, studiosé que perspicerent quid ageretur, & quomodo: item nos quasi in mercatus quandam celebritatem ex vrbe aliqua, sic in hãc vitam ex alia vita & natura profectos, alios gloriæ seruire, alios pecuniæ, raros esse quosdam, qui, cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam, studiosè intuerentur: hos se appellare sapientiæ studiosos. id est enim philosophos.*

Pag. 573. Μήτε τῶν πόνων μήτε τῶν σιτίων) Scribe, πότων.

Ἀλλὰ τοῖ οἱ μαθηταὶ κατετίθεντο τὰς οὐσίας, εἰς ἓν ποιούμενοι) Gellius libro I. *Omnes simul qui à Pythagora in cohortem illam disciplinarum* (malim *discipulorum*) *recepti erant, quod quisque familia pecuniaque habebant, in medium dabant: & coibatur societas*

inseparabili. Vide eundem de ... licitio Pythagorico, & Lucianum βίων πρᾶσει.

Pag. 574. ὡς εἴη Ἀπόλλων ἐξ Ὑπερβορέων ἀφιγμένος.] Ælianus lib. II. cap. XXVI. Ἀριστοτέλης λέγει ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν τὸν Πυθαγόραν Ἀπόλλωνα Ὑπερβόρειον προσαγορεύεσθαι.

Ἀλλ' ἐν πολέ ... παραγυμνωθέντος, τὸν μηρὸν ὀφθῆναι χρυσοῦν.] Ælianus: ἔνθα καὶ τὸν μηρὸν ὁ Πυθαγόρας παρέφηνε τὸν ἕτερον χρυσοῦν. vide & Lucianum βίων πράσει. & Apollonii θαυμάσια.

Καὶ ὅτι Νέσσος ὁ ποταμὸς διαβαίνοντα αὐτὸν προσαγορεύσαι πολλοὶ ἦν ὁ φάσκων) Apollonius de Pythagora καὶ ὑπὸ τοῦ κατὰ Σάμον ποταμοῦ διαβαίνων σὺν ἄλλοις, ἤκουσε φωνὴν μεγάλην ὑπὲρ ἀνθρώπων, Πυθαγόρα χαῖρε. Et hoc narrat Apollonius, autorem laudans Aristotelem. Itaque emenda ex hoc loco Ælianum, sic scribentem libro II. capite XXVI. λέγει δὲ καὶ ὁ αὐτὸς (sc. Aristoteles) ὅτι ὑπὸ τοῦ Κάσα ποταμοῦ διαβαίνων προσερρήθη· καί πολλούς φησιν ἀκηκοέναι τὴν πρόσρησιν ταύτην. Lege ὑπὸ τοῦ κατὰ Σάμον ποταμοῦ διαβαίνων.

Pag. 575 Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ὁ λογιστικὸς ἑκατόμβην θῦσαι αὐτόν] Eadem Apollodori verba referuntur ab Athenæo lib. decimo Ἀπολλόδωρος δ' ὁ ἀριθμητικὸς καί θῦσαι φησὶν αὐτὸν ἑκατόμβην ... ὅτι ... ὀρθογωνίου τριγώνου ... δύνανται ... περιεχούσαις. Plutarchus vero dubitat utrum sacrificaverit Pythagoras ob inventum problema, ... ἐπιτεινούσης ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις τὴν ὀρθὴν, an inuento problemate, περὶ τοῦ χωρίου τῆς παραβολῆς. Utrumque sanè hoc fuisse Pythagoræ vel Pythagoreorum inuentum, discere est, ex Proclo lib. V. ad primum Euclidis: qui Eudemum nobilem, peripateticum, huius sententiæ auctorem laudat.

Ἡνίκα Πυθαγόρης] Scripserunt de hoc Epigrammate permulti eruditi viri: qui omnes in ea sunt sententia, vt putent Apollodorum Arithmeticum eius esse auctorem: quod non puto. Sanè ex Plut. & Athenæi verbis id non sequitur necessariò: & manifestò meam sententiam comprobant Diogenis verba: neque puto in veterum monumentis quicquam legi vnde possit colligi Apollodorum esse huius epigrammatis auctorem. Sed quia Apollodorus id ascripserat, inde id descripserunt, Plutarchus, Athenæus, Laertius.

Ὅς ἐστιν ὄπισθεν τοῦ Κερατίνου) Intelligit aram corneam Apollinis quę erat in insula Delo: de qua Callimachus in hymno,

Δείματο μὲν κεραέσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν
Ἐκ κεράων· κεραὰς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχους.

Vide Hadriani Iunij Animaduersa. Ac quum vno ore omnes corneam hanc aram Apollinis in Delo insula fuisse scribant, quid Eustathio facias qui eam Ephesi collocat? Eius verba sunt hæc ex octauo commentario in Iliad. ἄδεται γοῦν καὶ Πυθικὸς βωμὸς ἐπὶ μεγέθει, καὶ Ἐφέσιος δὲ κεράτινος. An dicemus plures fuisse huiusmodi aras? an verum est potius lapsum esse memoria Eustathium? An denique tentari potest locū esse corruptum? Inque desi. Nam Eustathium ... tanta diligentia virum, ... corneam illam aram ... Apollinis, nec sit verisimile ... neque id quisquam credet ... legent quæ sunt ab ea scri... versum Iliad. δ. ... ἐκ κεφαλῆς ... ἔχεν ... ἐν ... στοῖχει.

... Ἕσπερον ... Φωσφόρον ... εἰπεῖν, ὥς φησι Παρμενίδης. Mendosus locus. Nam ... vera esset, non est ... tanta vecordia futurum ... quenquam, vt hoc i... Parmenidi tribueret, atqui diligentissimum ... Phauorinum ita sensisse ... ex ipso Laertio Sic il... Parmenide. Καὶ δοκεῖ πρῶτος ... τὸν αὐτὸν ... ὥς φησι ... Πυθαγόρας. Le... οἱ δὲ φασι Παρμενί...

... τοὺς γνωρίμους ... Θεῶν φησι ... quod dissimulauit ...

...] Vide Liuium lib. I.

Pag. 577. ... Hac referendum ... Iustinus scribit ... alter, Pythagoras quem ... XX. Crotone ... migrauit, ... admiratio fuit, ... templum facerent, cum ...

...] maxime ea quæ ad d... fuisse ... Pythagoreis ait Procl...

dicent docti. Nam EVstathium quidem, tanta diligentia virum, ignorasse corneam illam aram Delii Apollinis, nec sit verisimile: neque id quisquam credet qui legerit quæ sunt ab ea scripta in istum versum Ἰλιάδ δ.
Τοῦ κέρα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει.

Πρῶτόν τε Ἕσπερον καὶ Φωσφόρον τὸν αὐτὸν εἰπεῖν, ὥς φησι Παρμενίδης) Mendosus locus. Nam si hæc lectio vera esset, non est verisimile tanta væcordia futurum fuisse quenquam, vt hoc ipsum inuentum Parmenidi tribueret. atquin diligentissimum virum Phauorinum ita sensisse discimus ex ipso Laertio. Sic ille in Parmenide, Καὶ δοκεῖ πρῶτος πεφωρακέναι τὸν αὐτὸν εἶναι Ἕσπερον καὶ Φωσφόρον, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν ε΄ τῶν ὑπομνημονευμάτων. οἱ δὲ Πυθαγόραν. Lege igitur, οἱ δὲ φασι Παρμενίδην.

Ὥστε ἔλεγον τοὺς γνωρίμους αὐτοῦ παντοίας Θεοῦ φωνάς) Deest hîc aliquid: quod dissimulauit Ambrosius.

Καὶ Ῥωμαῖοι] Vide Liuium lib. I.

P. 557. Μεταπόντινοί γε μὴν τὴν οἰκίαν αὐτοῦ Δημήτρος ἱερὸν ἐκάλουν) Huc referendum censeo quod Iustinus scribit etsi paullo aliter, *Pythagoras quum annos XX. Crotone egisset, Metapontum migrauit, ibique decessit: cuius tanta admiratio fuit, vt ex domo eius templum facerent, cúmque pro deo colerent.*

Μὴ εἶναι πρὸς πάντα πάντα ῥητά] maximè ea quæ ad deos pertinet: quos fuisse λόγους ἀπορρήτους Pythagoreis ait Proclus in Platone,

Pag. 578. Ἦν δὲ αὐτῷ τὰ σύμβολα τάδε.) Malim τοιάδε. non enim omnia refert Pythagorica symbola: sed pauca tantùm ex illis ὅσον γεύματος χάριν. De iis multa multi scripsère: ad quos lectorem reiicimus: imprimis ad Lilium Gyraldum virum solidè doctum, & in scribendo accuratum.

VOLVENTI *mihi quædam Græca volumina, venit ad manus Laertii Diogenis de philosophis prolixum opus. Id etsi auctorè plus in legendo studii quàm in scribendo diligentiæ fuisse, ex ipsa lectione deprehenderam: quia tamen varia erat, & plurima cognitu necessaria continere videbatur: Latinum facere, amicis maximè id fieri orantibus, statui. Quanquam enim sacris transferendis iampridem studium omne tempúsque deuoueram, atque id religionis instituto magis consentaneum: ab hoc tamen veluti curriculo modicè deflectere, vt studiosis morem gererem, haudquaquam reprehensibile existimaui: imò hoc ipso labore meo fore vt Christianæ pietatis & gratiæ dignitas magis patesceret, ac per id fides in deum promptior ac ardentior surgeret, ratio verissima suadebat. Quando enim inter illos qui sapientiæ sæcularis fuere principes, tanta de deo rebúsque & diuinis & humanis opinionum concertatio est, vt se inuicem destruant, neque vbi consistas reperire possis: maiore profectò alacritate animus diuinæ dignitatis*

amplectitur gratiam, atque ad fontem veritatis accurrens, veteris squallorem miseratur erroris. Etsi enim apud illos sparsim probabilia quædam & veritati consona inuenire est: mens tamen tanta opinionum varietate fatigata, libentius & gratius intra cubicula veritatis se recipit, & diuinis libris ac litteris hauriendis maiori deinceps desiderio inhiat: & ipsa tamen quæ apud nobiliores quosque philosophos de deo, de cælo corporibúsque cælestibus, de natura rerum subtiliter ac verè disputata sunt, veritati Christianæ maximè astipulantur. Merebatur enim profectò tam egregia indagandæ veritatis intentio, opera illa tam acris, adeo celebre studium, sudoris sui fructu non vsque quaque destitui: deo id permittente, vt illorum quoque testimonio fides vera firmamentum ac robur acciperet. Multa in his & dicta grauiter & facta constanter inuenias: vt non modò ex illorum libris fidem inuiolabilis veritas capiat, verùm exemplis quoque religioni nostræ incitamentum virtutis accedat. Quàm fœdum enim quámque plenum dedecoris est si Christianum hominem, & de deo suo pendentem, & cui æternæ vitæ spes certa sit, virtuti & continentiæ dare operam pigeat: quum gentiles viros, & à veri cultu dei ac religione longè alienos, probitati, modestiæ, frugalitati, cæterisque id genus animi humani ornamentis, impensius studuisse comperit? Pleraque exempla huiuscemodi penè dixerim euangelicæ perfectioni proxima sunt: vt pudendum vehementer & erubescendum sit, si id minus exhibeat Christi quàm mundi philosophus: plúsque in gentili pectore possit amor gloriæ inanis, quàm in animo Christiano religiosæ pietatis affectus. His atque huiusmodi rationibus facilè mihi persuasum est vt hoc traducendi munus, non modò vt inutile, non aspernarer, seu vt noxium fugerem: sed contrà penitus, vt commodum ac necessarium, constanter aggrederer. Nempe si quem fortè plus æquo eiuscemodi hominū admiratio rapiat, earúmque gesta nostratis philosophiæ præferre seu conferre exemplis velit (id quòd solum fermè timemus) is leuiter admonendus erit, vt solidam potius virtutem quàm adumbratam virtutis imaginem admiretur. Etenim ipsi quos stupet, quàm miserabili interdum lapsu corruerint, ex ipsa lectione docebitur. Tibi itaque Cosme, vir humanissime, & Christianæ nobilitatis decus, hoc opus dedicatum fuit: qui & auctoritate tua imprimis nos ad illud impulisti,

& gen-

& gentilis ac nostræ philosophiæ peritissimus quanta sit vtriusque differentia & dignoscere facilè & diiudicare consueuisti. Neque id modò, verùm & de labore ipse nostro iudicabis. Eo enim libentius de ingeniolo nostro ferendam tibi sententiam permitto, quo maturitati grauitatique iudicii coniuncta beneuolentia singularis errata nostra faciliore donabit venia, verecundiæque consulet nostræ, quæ seueriorem censuram reformidans, eundem & censorem & patronum habere cupit. Sanè quoniam versus plurimos, & diuersos, tum alienos, tum suos, auctor interserit (quod abhorrere videtur à grauitate historiæ) illos traducere consultò omisi: ita tamen vt nihil deesse ex sensu necessario sim passus. Simul & rauca vox prolixam contionem, ad quam nequaquam suffecisset, declinauit: ne risum moueret audientibus. Plura quidem inserta sunt parum pudicè tum dicta, tum facta, & quæ pudorem exagitent: sed illa quoque non omitti, & lex interpretandi & vera suasit ratio. Sed satis ista superius. Tu, si qua superflua æstimaueris, iure tuo resecabis. Vale.

BENEDICTVS BROGNOlus generosis patriciis Venetis, Laurentio Georgio Iacobóque Baduario, Sal. plurimam D.

SIMONEM ferunt, optimi iuuenes, quũ ex eo Aratus quæsiuisset quonam pacto opera Homeri, quę sine menda essent, cõparare posset: respondisse, si in aliqua antiqua exemplaria incidisset, non autem in ea quæ iam ab aliquo fuissent emendata: quòd videlicet aggressus castigare ea volumina, volens ipsa corrigere, deprauasset. Hoc nescio an factũ sit vt possit dici super Diogene Laertio quem, vt iussistis, suscepi recognoscendum. nam pro viribus quidem dedi operam vt ad eam integritatem ipsum reducerem qua traductus fuit. Sed ad huiusmodi rem, quæ proculdubio est vtilissima, opus est etiam tum iudicio quodam non mediocri (quod ex tenuitate doctrinæ meæ sentio quàm in me sit exiguum) tum etiam animo aliis curis vacuo: ac aliquanto spacio temporis quæ ex lectionibus meis & publicis & priuatis, aliisque occupationibus, quàm parcè mihi tribuantur, vt ipse taceam, vos mihi testes estis: qui optimè nostis quam raro ac difficulter mihi vnquam detur ocioso esse. Sed vtcunque sit, quod ad me attinuit, pro suscepti muneris officio illud arbitror me consecutum esse, vt non aliter à fratre Ambrosio, qui è Græco in Latinũ eum vertit (hoc. n. maximè quæsitum est,) traductus fuerit. quàm magistro Nicolao à me traditus fuit imprimendus. exceptis tantummodo epigrammatibus & versibus quibusdam, quos ab illo prætermissos, componendos curauimus, eique addendos. Neque verò facilè videre potui quonãmodo honestè possem aut munus hoc, quod vt susciperem rogabatis, recusare: aut susceptum, quàm acuratissimè liceret non obire: vel ex communi officio, quo tenemur omnes, si possumus: aliquid vtilitatis in medium afferre: quum præsertim ad studia litterarum pertineret. Quarum laudes plures sunt ac maiores quàm vt verbis eas quispiam, quamtumuis disertus sit atque eloquẽs, satis pro-

tis pro

tis pro dignitate cõplecti possit: si modò is sim qui ea in re quicquã conferre valeam. Sed quum his rationibus facilè adductus sim vt morem vobis gererẽ, illud tamen non dissimulabo, tantę iucũditati mihi esse, videre quæ fuerit vita vniuscuiusque philosophi (quod Diogenes dilucidissimè tradit) vt vel hac re sola facilè potuerim persuaderi vt hunc librum recognoscerem: nedum cum hac in re eadẽ opera & meæ possem & vestræ satisfacere voluntati: quos pro vestris meritis tanti facio quanti quos plurimi. Nisi fortè vacantes medicinæ quum legunt aliquod opus Hippocratis, qui primus medẽdi præcepta clarissimè fertur cõdidisse: aut Dioclis Carystii, qui fama ætatéque secundus extitit: aut alicuius alius eius artis ac sciẽtiæ magistri: flagrent cupiditate interdum vt sciant quæ fuerit patria eorum, qui maiores, & reliqua quæ ad ipsorum vitã pertineant: dediti studiis philosophiæ, nihil moueãtur scire aliquid tale de Platone aut Aristotele, aliisve philosophis, quorum aliquod opus legant: quũ illi corporibus, hi autem animis, qui longè nobiliores sunt, & curandis & excolendis incubuerint. Quid quòd in hoc libro continetur etiã origo philosophiæ? vt aucta fuerit, vt ad summum perducta: quot partes habeat, & quas: cum sentẽtiis vniuscuiusque philosophi, & factis egregiis: atque adeo ita vt hæc omnia tanquam in pictura proposita tibi liceat intueri. Ergo, si à Diogene vnum horum tantummodo traditũ esset, non inuitus perlegerem; cum hæc omnia sit complexus, non libenter legam? Ego verò ipsum etiam libentissimè & legi & lego: ex quo non modò cognitionem multarum rerum consequor, quæ mihi summopere placent, verùm etiam copiam exemplorũ qualia ex summis viris in omni genere scientiæ præstantibus haberi decet. Quòd si non omnia probanda sunt quæcunque tradiderint omnes hi philosophi, mihi tamen iucundum est videre qui fuerint Academici, qui Elienses, qui Italici philosophi, & alii: item quid vnusquisque senserit, & cur. & ex erroribus aliorum videndis fit vt veritatem melius percipiam, & in ea validius etiam animus confirmetur. Quæ omnia etiam aliis, quicunque hunc librum accuratè perlegerint, non dubito cum summa iucunditate euẽtura: quũ presertim mendæ sublatæ fuerint, & corruptio-

pes, quibus plerunque lectores adeo grauiter offendũtur, vt vel eis solis à legendo prorsus deterreantur: & omnia ita sint distincta: vt ad ea intelligenda lecturis nulla difficultas sit futura. Vnum tamen velim nemini occultũ esse, etiam in Græco quædam esse loca vbi aliquid desit: quib⁹ exceptis nihil esse arbitror quod non rectè sese habeat. Accipietis ergo recognitionem nostram ea mente qua vobis datur: & ita accipietis vt si non omnibus partibus fuerit absoluta, non voluntatem sed facultatem defuisse existimetis. Valete. Venetiis. Pridie idus AVgusti. M. CCCC. LXXV.

HENR. STEPHANVS LECTORI.

AMBROSII epistola, qua in suam interpretationem Diogenis Laertij, præfatur, hanc Benedicti Brognoli subiungere visum est, quoniam aliquid opera & ipse interpretationi huius scriptoris impendit: quippe qui Ambrosianam (vt ipse ait) recognouerit: & quidem ita (si quidem verum est quod scribit) vt non aliter ab ipso Ambrosio editam fuisse existimandum sit. Sed libuit huius quoque quam præstitit operæ specimen aliquod, vel potius specimina aliquot, proferre: vt iudices an eius recognitionem sequi operæpretium fuerit. Qua de re meum nec ipse iudicium te celabo.

Ad ipsum igitur libri titulum quod attinet (hinc enim, tanquam à Vesta, initium sumendum est) ille pro his,

DIOENIS LAERTII DE VITA *& sententiis eorum qui in philosophia claruerunt,*

habet ista,

LAERTII DIOGENIS VITA *& sententia eorum qui in philosophia probati fuerunt,*

Vt de

Vt de cognomine, quod ipsi nomini præfixum hîc est, taceam, (nam & in veterem librum incidi qui habet Λαιρτίου Διογένους: & obseruaui apud alios etiam scriptores interdum ita præponi cognomen, præsertim quum ex iis est quæ à patria sumpta sunt) non video cur ab ea quam sequuti sumus editione discedentes, pro his verbis, *qui in philosophia claruerunt*, substituere ista debeamus, *qui in philosophia probati fuerunt*. Nam τῶν δοκιμησάντων verti *eorum qui claruerunt*, vel Cicero ipse contenderet: qui hoc ipsum vocabulum interpretans, *splendorem esse assequutum*, dixit. Quòd si demus posse alicubi hanc vocem illam quoque interpretationem quam ei tribuit Brognolus, admittere, respiciendo ad vsum nominis *Dokimos*, (vnde factum est hoc verbum) etiam quum de homine dicitur; & quum *argyrion* vel *nomisma* dicitur δόκιμον, vel ἀδόκιμον; vt (inquam) hoc demus, tamen videndum erit quàm verè de omnibus dicturi, *qui probati fuerunt*, & quomodo lectori illud *probati* probaturi simus.

Veniamus ad ipsum operis (vel potius præfationis operi præfixæ) principium. In prima periodo nihil discrepans habet illa Brognoli interpretatio, vel potius illa Ambrosii à Brognolo recognita, nisi quòd ἔνιοι hic vertit *plerique*, quum ille reddidisset *nonnulli*. Atqui tam vsitatum est hoc modo, quàm nouum illo interpretari: & fortasse tam dokimos hæc, quàm adokimos illa interpretatio.

Periodus secunda, quum talis sit in editione nostra, sicut & in aliis (quæ quidem Brognoli recognitionem effugere potuerunt) *Nam Persis magos, Babyloniis & Assyriis Chaldæos, Indis Gymnosophistas, Celtis seu Gallis Druidas. & qui Semnotheoi appellabantur, eius rei fuisse autores, ait Aristot.* &c. in illa Brognoli editione pro illis verbis, *eius rei fuisse autores*, ponitur priùs verbum *claruisse*, posteriùs verò ponuntur ista, *eius rei principes fuisse*. Deinde illius tituli, *Semnothei*, quo Druidæ honorati fuisse dicuntur, ratio redditur: quæ nusquam apud Diogenem nostrum compareret. Ita enim apud ipsum totus locus legitur, *Nanque apud Persas claruisse Magos, Babyloniis siue Assyriis eius rei principes fuisse Chaldæos, Gymno-*

sophistas Indis: Celtis seu Gallis Druidas, & qui Semnothei appellabantur: qui (vt ait Aristoteles in Magico, & Sotion in XXIII. Successionis libro) quòd diuini humanique iuris peritissimi, ac propterea religioni maximè dediti fuerunt, Semnothei quoque appellati sunt. Vnde ista de huius appellationis ratione? Ex Aristotele (respondebit aliquis) & Sotione. Atqui omnino hac de re apud Laertium in vetustis etiam exemplaribus, quotquot vidi & consului (ea autem vel octo vel nouem fuerunt) nulla mentio.

Scio alioqui & quosdam alios hoc nomen illis à deorum cultu datum putauisse: eorúmque in numero Ioannem Sambucum fuisse: quippe qui in interpretationis editione, cuius margini quædam adscripsit (præsertimque diuersas lectiones Græcorum exemplarium) huic loco ista apponit, *Semnothei à deorum cultu & religione vates illi appellati sunt.* Verùm ego quamuis assentiar, illos fuisse egregios deorum cultores, hoc tamen & illi & aliis omnibus nego ac pernego potuisse σεμνοθέους ab eo cultu appellari: fuisse enim dicendum σεβοθέους, vel σεβαζοθέους. Quid igitur sonare illud σεμνόθεοι dicendum erit? Suspicor ita dictos quòd θεοὺς semper haberent in ore, & quidem οἱ σεμνοὶ θεοὶ dicentes: (aut alio modo σεμνότητα illis προσάπτοντες, siue προσάπτειν docentes) vel quòd ipsemet velut quidam σεμνοὶ θεοὶ inter homines haberentur. Verùm hoc minus quàm illud mihi fit verisimile.

Affertur porro & alia lectio Σεμνοθέους: sed & hæc in nullo nostrorum vet. exemplarium reperta fuit.

Sed, vt à Brognoli editione, (quæ recognitionem pollicetur) ad nostram veniam; quum Druidas & Semnotheos pro iisdem Diogenes habeat, in ea cõtrà pro diuersis haberi videmus. Ita enim scriptũ hunc locũ habemus, *Celtis, seu Gallis, Druidas, & qui Semnothei appellabantur,* Atque hac in re editio Brognoli nostræ assentitur. Sed suspicor scribendum esse, inuerso ordine, *Druidas qui & Semn.* Ac profectò, nisi ita Ambrosius scripsit, non animaduertit participium καλουμένους ad Σεμνοθέους extendi. Apud Stephanum quidem certè, in Aldina editione, ita

Druidas

Druidarum fit mentio (& quidem ex hoc ipso Diogenis loco) vt nulla Semnotheorum fiat.

Quum hunc ad locum venissem, & varia quæ excerpenda ex eadem præfatione restarent, superesse vidissem, quicquid ex illa reliqui est, tibi legendum proponere satius esse existimaui.

Phœnicem insuper fuisse Ochũ, & Thraca Zamolxin, Libycúmque Atlantem. Ad hæc Ægyptii, Nili filiũ fuisse Vulcanum, eúmque ipsum philosophiæ aperuisse principia. Porro ipsius rei antistites, sacerdotes ac prophetas appellari solitos. Ab hoc autem ad Alexandrum, Macedonum regem, fluxisse annos quadraginta, & octo millia, octingentos, sexaginta tres. Quo toto tempore solis defectus contigisse trecentos septuaginta tres. Lunæ autem octingentos triginta duos. Enimuero à Magis, quorum principem fuisse Zoroastrem Persen memoriæ proditum est, Hermodorus quidem Platonicus in libro de disciplinis, vsque ad excidiũ Troiæ annos quinque millia computat: Xanthus verò Lydius à Zoroastre vsque ad Xerxis trãsitum sexcentos enumerat annos. Post eum autem Magos plurimos sibi inuicem successisse, Hostanas, Astropsychos, Gobryas atque Pazatas; donec ab Alexandro euersum est Persarum regnum. Sed hi profecto dum nesciunt, Græcorum rectè facta inuentáque Barbaris applicant. Ab iis nempe non solùm philosophia, verùm idipsum quoque hominum genus initio manauit. Denique Musæo Athenæ, Thebæ Lino inclytæ sunt. Horum alterum EVmolpi filium, asserunt primum deorum generationem tradidisse: sphærámque inuenisse: & ex vno fieri atque in idipsum resolui omnia dixisse. Hunc Phaleris obisse diem, ibique sepultũ esse: inscriptúmque ipsius tumulo epigramma, & genus illius, & locum in quo sepultus fuerit, testari:

EVmolpi exanimem Musæum terra Phalerum
Continet hoc tumulo, pignora chara patris.

Porro Musæi pater EVmolpidis apud Athenienses cognomen dedit. Linum verò Mercurio musáque Vrania

genitum affirmant. scripsisse autem mundi generationẽ, solis item & Lunę cursus: animaliúmque ac fructuum generationes notauisse. Denique in primo statim versu operis sui initia rerum altius repetens, cuncta simul nata memorauit. Quē secutus Anaxagoras, & ipse simul facta omnia asseruit, eáque mente accedente composita. Linum autem in EVbœa occubuisse, sagitta ab Apolline transfixum: Thebísque ex Vrania musa progenitum. Ipsúmque itidem eius tumulo incisum elogium indicio est,

Candida purpureis redimite tempora sertis
Thebanum Vrania continet vrna Linum.

Ita philosophia non à barbaris sed à Græcis initium habuit: cuius & ipsum nomen barbaram omnino refugit appellationem. Qui autem illius inuentionem barbaris assignant, Orpheum quoque Thraca in medium adducunt, philosophum fuisse, & esse antiquissimum asseuerātes. Equidem is qui de diis talia cōmentatus est, an philosophus appellandus sit nescio. Videant certè qui ita volunt quo sit cēsendus nomine qui diis cuncta hominum vitia, & quæ rarò à turpibus quibúsque flagitiosísque hominibus geruntur, impingit. Hunc autem à mulieribus discerptum periisse fama est. Cæterùm ex eo epigrammate quod in Dio Macedoniæ insculptum est, fulminę interiisse cognoscitur: & illic sepultus à Musis asseritur.

Orpheo candenti transfixum fulmine Thracem,
Cum curua Aonides hic posuere lyra.

Exponunt etiam mores & instituta singulorum, qui barbaros aiunt philosophiæ principes fuisse: Gymnosophistas ac Druidas obscurè ac per sententias philosophari, colendos deos, nihil mali faciendum: & exercendam fortitudinem. Priores illos mortis quoque esse contemptores Clitarchus asserit in duodecimo libro: Chaldæos circa Astronomiæ rationes prædictionésque occupari. Magos deorum insistere cultui: & preces illis ac vota & sacrificia, quasi soli ab iis exaudiantur, offerre. De deorum substantia & generatione disserere: quos item ignem, terram & aquam esse: signa statuásque reprehendere: & eorum inprimis qui mares esse deos ac fœminas dicunt, errores improbare; de iustitia verba facere: iniquúmque arbitrari atque impium igni sepelire. Iustũ, matri ac filiæ

misceri;

miſceri: vt in vigeſimo tertio libro ait Sotion. Diuinationem præterea prędictionémque exercere: ſibi deos apparere aſſerentes. Plenum eſſe dæmonibus aëra, qui tenuiter ac veluti ex euaporatione acutius cernentium luminibus influant. exteriorem cultum & auri vſum interdicere. His autem veſtis, candida: lectus, humus: eſca, olus, caſeus, paniſque cibarius eſt. Arundine pro baculo vtuntur: cuius item in ſummitate præfixum caſeum ori applicantes mandunt. Magicæ illos diuinationis ignaros Ariſtoteles ait in libro quem inſcripſit Magicum, & Dinon in quinto hiſtoriarum libro: qui Zoroaſtrem quoque ex interpretatione nominis ſui aſtrorum aſſerit fuiſſe cultorem. Hoc ipſum & Hermodorus tradit. Ægyptiis verò antiquiores eſſe Magos Ariſtoteles auctor eſt in primo de philoſophia libro: duóque iuxta illos eſſe principia, bonum dæmonem & malum dæmonem. Alterum ex his, Iouem & Horoſmadem: alterum, Plutonem & Arimanium dici. quod Hermippus quoque in primo de magis ait EVdoxus quoque in periodo, & Theopompus octauo Philippicorum libro. Qui & reuicturos homines, iuxta magorum ſentẽtiam, dicit, immortaléſque futuros: & quæ ſunt omnia, illorum precationibus durare. Iſta EVdemus quoque Rhodius tradit. Porro Hecatæus deos quoque ſecundum illum eſſe genitos ait. Clearchus verò Solenſis in libro de diſciplina Gymnoſophiſtas à Magis fluxiſſe aſſeuerat. Plerique & Iudæos horum eſſe nepotes tradunt: Herodotum præterea in ius vocant, mẽdaciíque arguunt, qui Magorum hiſtoriam ſcripſere. Neque enim iacula in ſolem intorſiſſe Xerxem, vt ille ait nec compedes mari immiſiſſe: quòd hi à Magis dij ſunt traditi. Signa tamen & ſtatuas ex diſciplina auita hunc meritò deleſſe. Ægyptiorum autem huiuſmodi philoſophiã de diis ac pro iuſtitia dixere. Materiam principium fuiſſe rerum: ex ea deinceps quatuor elementa diſcreta, perfectáſque complures animantes. Solem ac Lunam, deos eſſe: alterúmque, Oſirim, alteram, Iſim, appellatos. Figuratè illos loqui per cantharum, & draconem, accipitrem, aliáque animalia, Manethus auctor eſt in Naturalium epitoma, & Hecatæus in primo de Ægyptiorum philoſophia libro, Statuas inſuper & phana fabricari, quòd ignorent effigiem

dei. Mundum genitum mortalémque, & ad sphæræ similitudinem rotundum. Stellas ignem esse, quarum temperata commixtione cuncta super terram nasci. Lunam deficere quum in terræ incidit vmbram. Animam & perdurare & immigrare. Pluuias ex aeris conuersionibus fieri. Ista & huiusmodi illos de rerum natura disserere, Hecatæus & Aristagoras tradunt. De iusticia quoque leges constituere: quas ad Mercurium referunt. Vtiles quasque & vsui hominum accommodatas animantes diuino honore prosecuti sunt. Asserunt & ipsi geometriam, astrologiam, & arithmeticam se primos inuenisse. De inuentione tantæ rei hactenus. Philosophiam verò Pythagoras primùm appellauit, séque philosophum, quum Sicyone alloqueretur Leontem, Sicyoniorum tyrannum, siue Phliasiorum, vt ait Heraclides Ponticus in libro quem inscripserat περὶ τῆς ἀπνου. Nullum enim hominum sed solũ deum esse sapientem. Antea ergo sophia id est sapientia, dicta, quæ nunc philosophia dicitur: & qui hanc profitebantur sophoi, id est sapientes, appellati. Quicunque ad summam animi virtutem excreuerant, hos nunc honestiore vocabulo, auctore Pythagora, philosophos, hoc est sapientiæ studiosos, appellamus. Ipsi tamen sapientes, sophistæ itidem sunt dicti. Neque hi solùm, verùm poetæ quoque sophistarum appellatione honorantur. Denique Cratinus in Archilocho, Homerum & Hesiodum admirans, ita illos vocat. Sapientes autem illi habiti sunt, Thales, Solon, Periander, Cleobulus, Chilon, Bias, Pittacus. His annumerant plerique Anacharsim Scytham, Mysonẽ Chineum, Pherecydem Syrum, Epimenidémque Cretẽsem. Addunt alij Pisistratum tyrannum: Et hi quidem sapientes dicti. Enimuero philosophiæ duo fuere principia: vnum quod ab Anaximandro: alterum, quod à Pythagora fluxit. Anaximandri Thales præceptor fuit: Pythagoræ verò Pherecydes. Appellatúmque est id philosophiæ genus Ionicũ, quòd Thales ex Ionia fuerit (Milesius quippe Anaximandrum instituit) Hoc autem, Italicum, quòd illius auctor Pythagoras in Italia vt plurimum philosophatus sit. Desinit autem Ionica quidem in Clitomachũ, Chrysippum & Theophrastum: Italica, in Epicurũ. Quippe Tha-

pe Thaleti successit Anaximander, Anaximandro Anaximenes, Anaximeni Anaxagoras, Anaxagoræ Archelaus: ei verò Socrates, qui prior ethicen inuenit. Huic verò tum Socratici reliqui, tum in primis Plato: qui veterem Academiam instituit. Platoni Speusippus & Xenocrates. ei Polemon: Polemoni Crantor & Crates: cui Arcesilaus, qui mediam induxit Academiam: ei Lacydes qui nouam Academiam inuenit: Lacydi Carneades: eique Clitomachus: atque in hunc modum in Clitomachũ desiit. Sic autem in Chrysippum: Socrati successit Antisthenes: Antistheni Diogenes Cynicus: ei verò Crates Thebanus: Crati Zeno Cittieus: Zenoni Cleanthes: cui Chrysippus. In Theophrastum verò sic desiit. Platoni succedit Aristoteles: Aristoteli verò Theophrastus. & hũc quidem in modum Ionica philosophia desinit. Porro Italicæ hæc series fuit. Pherecydi Pythagoras: Pythagoræ Telauges filius successit. ei Xenophanes; cui Parmenides huic Zeno Eleates: Leucippus Zenoni, Democritúsque Leucippo: Democrito complures. Sed inter reliquos Nausiphanes Naucydésque celebrantur. Eis verò suo ordine successit Epicurus. Philosophi autem generaliter in duo genera distribuuntur: alteri ex his dogmatici sunt dicti: quicunque de rebus veluti comprehensibilibus differunt. alteri ephectici, qui assensum continent & de rebus ita disputant, quasi comprehendi non possint. Ex his plerique ingenij sui monumenta reliquerunt, alij nihil penitus scripsere. His (vt quidam volunt) Socrates annumeratur, Stilpon item: Philippus Menedemus, Pyrrho, Theodorus, Carneades, Bryso, Pythagoras: etiam secundùm quosdam Aristo Chius, præter epistolas paucas. Alij sunt qui singula tantùm opuscula scripserunt, Melissus, Parmenides & Anaxagoras. Multa scripsit Zeno, plura Xenophanes, plura Democritus, Aristoteles plura, Epicurus plura, Chrysippus plura. Philosophorum alij à ciuitatibus sunt appellati: vt Elienses, Megarenses, Eretrici, & Cyrenaici. Quidam à locis: vt Academici, Stoici. Ab euentibus alij: vt Peripatetici. Nonnulli à probris: vt Cynici. Alij

ab affectibus, vt EVdæmonici. Quidam ab elationis fastu vt qui se Philalethes, id est veritatis studiosos: siue Elencticos & Analogeticos, vocant. Sunt item qui à præceptoribus sunt dicti, vt Socratici & Epicurei. Atque alij quidem quòd de natura rerum scripsere, Physici: alij; quia circa mores potius se occuparunt, Ethici. Cæteri à disserendo, dialectici vocati sunt: hi scilicet qui verborũ ac rationum acumine impugnant. Diuiditur autem philosophia in partes tres, Physicam, Ethicam & Dialecticam: Physicæ proprium est de mũdo, & de his quæ sunt in eo, disserere: Ethicæ verò, de vita moribúsque tractare: Porro Dialecticæ, ambarum partium afferre rationes. Sola vsque ad Archilaum Physica viguit: à Socrate, vt dictum est, Ethica initium sumpsit: & à Zenone Eleate Dialectica. Ethicæ verò pars in sectas decem scinditur: Academicam, Cyrenaicam, Eliacam, Megaricam, Cynicam, Eretricam, Dialecticam, Peripateticam, Stoicam, & Epicuream. Veteris Academiæ princeps fuit Plato: mediæ, Arcesilaus: nouæ, Lacydes: Cyrenaicæ, Aristippus Cyrenęus: Eliacæ, Phædon Eliensis: Megaricæ, EVclides Megarensis: Cynicæ, Antisthenes Atheniẽsis: Eretricæ, Menedemus Eretriẽsis: Dialecticæ, Clitomachus Chalcedonẽsis: Peripateticæ, Aristoteles Stagirites: Stoicę, Zeno Citieus. Porro Epicurea ab auctore ipso appellata est. Cæterùm Hippobotus in libro de sectis, nouem ait fuisse sectas atque instituta: ex his Megaricam primo loco constituit: secundo, Eretricam: tertio, Cyrenaicã, quarto, Epicureã: quinto, Anniceriam: sexto, Theodoriam: septimo, Zenoniam eandémque Stoicam, octauo, Academicã veterem: nono, Peripateticam: Cynicæ autem & Eliacæ atque Dialécticæ nullam mentionem facit. Ea verò quæ Pyrrhonia dicitur propter obscuritatem à plurimis repudiatur. Hanc ipsam tamen plerique secundum aliquid sectam esse dicũt: secũdum aliquid, negant. Eam denique sectam dici aiunt, quæ rationem aliquam iuxta id quod apparet & in promptu est sequitur aut sequi videtur. Secundũ quod, & Scepticen non incõgruè sectam appellabimus. Verùm si sectam intelligimus appellationem ex his dogmatibus constantem quæ sibiipsis consentiant, non iam appellabitur secta. neque enim dogmata siue decreta habet. Ista de philosophię

incunabulis.

incunabulis, prouectibus, partibus sectísque, breuiter diximus. Quanquam & an è paululum Eclectica quædam secta à Potamone Alexandrino inuenta est, Qui de singulis sectis, quæque sibi placuere, selegit. Visum autem illi est, vt in institutione sua fatetur, multiplex esse veritatis examen: alterum scilicet, à quo iudicium fiat, hoc est principale: alterum, per quod id est, solertissimam intimámque imaginem. Initiáque rerum omnium materiámque & qualitatem effectionémque ac locum, ex quo scilicet, & à quo, & vbi, & in quo. Finem verò ad quem cuncta referãtur, vitam esse ait omni virtute perfectam: non absque corporis naturalibus externísque bonis. Sed iã de viris ipsis, cuiusmodi fuerint, dicẽdum; ac primùm de Thalete.

Habes iam totius præfationis interpretationem à Benedicto Brognolo recognitam: atque ita tibi amplum illius recognitionis specimen à me exhibetur: cui tamen & alia adiungentur. Tuum nũc erit, interpretationem Ambrosij puram putam (si versus excipiantur) à me & ante me à multis editam, cum illa conferre. Continere tamen me haud possum quin eum verba illa *per imprudentiam* (quæ habes circa finem pag. xi, valde imprudenter in alia mutauisse dicam. Illud quidem certè loquendi genus, *Iudæos horum esse nepotes*, (pro hoc Ambrosij, *Iudæos ab his duxisse originem*) poeticum potius quàm oratorium est. Paulo pòst pro εἰκότως quod sonare scimus Iure, vel Meritò, Ambrosius dixerat, Ex disciplinæ instituto. (perinde ac si diceret, Iure, vtpote ex disciplinæ instituto) at ille, Ex disciplina auita: subiuncto deinde & aduerbio Meritò. Quàm rectè autem & propriè loquutus erat Ambr. dicens, E medio sustulisse, tam malè ille verbo Delesse vsus est. Aliquanto pòst, pro his Ambrosij, Exprimere illos per scarabeum & drac. dicere maluit ille; Figuratè illos loqui per cantharum & drac. Vbi non placuisse illi verbum Exprimere pro αἰνίττεσθαι haud miror: sed maluissem, voce quæ ex illa Græca facta est, vtens, dicere Ænigmaticè loqui per scar. nisi potius dicendum, Ænigmaticè quędam significare per scar. Ac debuit hoc aduerbio & in pręcedentibus vti, vbi Diog. dicit αἰνιγματωδῶς φιλοσοφῆσαι: aut certè dicere Per ænigmata. Verum vt ad illud

Ambroſianum Exprimere reuertar, miror Brognolum magis potuiſſe illam interpretationis inſolentiam ferre in his quæ paruo interuallo præcedunt, *Herodotum præterea in ius vocant.*

Venio ad finē pag. x. & principium xi, vbi Ambroſius habet, Qui nihil definiũt, & de rebus ita diſputant vt cōprehēdi non poſſint. Hìc certè non poſſum Brognoli interpretationē huic non præferre. Eſt autem illa huiuſmodi, Qui aſſenſum continent, & de rebus ita diſputant quaſi comprehendi non poſſint. Primùm enim, verbum ἐπέχειν à quo ἐφεκτικοὶ philoſophi illi fuerunt appellati) ita debuit Ambr. reddere (niſi quis dicere malit Aſſenſum retinere) deinde, conſiderare illum oportuit, ex his verbis, De rebus ita diſputant vt cōprehendi non poſſint, alium quàm Diogenis eſſe ſenſum. Ac ſatius certè fuiſſet, Brognolum quoque, eadem illa verbis Diogenis non addere, ſed his contentum eſſe, Qui aſſenſum retinent de rebus, quaſi comprehendi non poſſint.

Vbi de Cynicis agitur, ita Ambroſius, Nonnulli ab ignominia, vt Cynici. Alter, Nonnulli à probris. Cur non potius Græcum vocabulum, quod ille retinere debuerat, hic retinuit, & Nonnulli à ſcommatibus, dixit? Pauciſſimis autem verbis interiectis, Ambroſius, Quidam à faſtu: Brognolus, Quidam ab elationis faſtu. Atqui vel Ab elatione & faſtu, dicere potius debebat: vel hac faſtus appellatione contentus eſſe.

In iis quæ paruo ſequuntur interuallo, vbi legimus, Alij ab affectibus, pro his, Alij ab effectu, eam inuenio emendationem, quę parum abfuit quin à me iam in priore editione proficiſceretur, vocem διαθέσεων conſiderāte. Sed *effectu* in *affectu* mutari poterat, miniméque Græcæ linguæ numerum retinere neceſſe erat. Neç abſimile vero eſt ipſummet Ambroſiũ iſtud, non illud, ſcriptum reliquiſſe.

Paulo pòſt vocem Elencticos libenter apud hunc Brognolum legi: quippe qui eam legens, mihi de meæ coniecturæ confirmatione gratulor. Semper enim ſuſpicatus ſum non ἐκλεκτικοὶ, ſed ἐλεγκτικοὶ ſcribi debere. Illud enim quid ad faſtum? Miror autem, in reſtituta à Sambuco editione interpretationis, pro voce ἐκλεκτικοὶ aliquid ſignificante, ſed quod hic locum minime habet: haberi aliam

cuius

cuius nulla significatio est. Ibi enim scriptum est ἐλλεκτικούς. Sed, quum binæ de binis vocibus cõiecturæ fuerint, de vna tantum gratulari mihi possum: donec & in aliquem alium librum incidam, qui pro ἀναλογητικοὺς mecũ scribat ἀναλογιστικούς.

Pro his, Ista de philosophiæ initiis, auctibus, &c. habet editio illa, Ista de philosophiæ incunabulis, prouectib⁹, &c. Sed quid necesse erat vocem illam *initiis* in aliam synonymam, sed metaphoricam, commutare? Ad vocem autẽ *prouectibus* quod attinet, nescio cur illa *auctibus* in hanc, vel in *progressibus*, aut *incrementis* (quæ synonymæ sunt) mutanda fuerit: potiũsque, ad exprimendam Diogenis vocem, *successionibus* dicendum fuisse aio. Continuo pòst habemus apud illum quoque *eclectica quadam secta*. Quo vt magis mirer, in illa à Sambuco emendata interpretationis editione, quæ Antuerpiæ prodiit, legi hic quoque vocem illam ἐλεκτικὴν, qua nihil significari potest: præsertim quum ea quæ subiunguntur à Diogene, vt rationẽ huius appellationis reddat, ne dubitationẽ quidã vllam relinquant quin ἐκλεκτικὴ sit vera lectio. Admirationẽ verò auget diuersa lectio margini apposita ἐκλεκτική. Támne difficile erat, ex duabus malis lectionibus bonã hanc, ἐκλεκτικὴν, facere? præsertim Diogene eam illis quas dixi verbis, tanquam digito, ostendente?

NVNC ad versuũ interpretationem venio, quæ versus Græcos Latinis redditos habet. Eã minimè Ambrosio deberi indicat Brognolus, dicẽs in sua epistola illũ epigrãmata & quosdã versus prætermisisse: sed se eos cõponẽdos curauisse, eiq. addidisse. Nec verò ipse Ambros. illud dissimulauit. scribit enim in illa sua ad Cosmũ Medicẽ epistola, quũ versus plurimos & diuersos tũ alienos tũ suos autor interseruisset (quod abhorrere à grauitate historię videbatur, cõsultò omisisse illos traducere: ita tamẽ vt nihil deesse ex sẽsu necessario passus esset. Intelligit igitur se illos quidẽ reddidisse, verùm oratione soluta. Sed quũ altera illa interpretatio, quæ versũ versu exprimit, allata esset, ei cessit Ambrosiana, quæ soluta oratione (vt dictũ modò fuit) eos reddiderat: vel potius vtrũq. reddiderat, præsertim ad plurima quod attinet. Brognol⁹ tamẽ vtrãque dare maluit: vnde fit vt apud eum præfixa versibus

nonnulla habeamus, quæ in editionibus aliis non exstant. Exẽpli gratia, in prooemio, ante epigramma de Musæo, nostra editio, sicut & aliæ passim editæ, habet, Hunc Phaleris obiisse diem, ibique sepultũ esse, inscriptúmque ipsius tumulo hoc epigramma, *EVmolpi exan*. At verò ista illa legitur, Inscriptúmque ipsius tumulo epigramma, & genus illius & locũ in quo fuerit sepultus, testari. Quibus subiungitur, epigramma Latinum, EVmolpi exan. Non dubium est autem quin malè Brognolus hoc in epigrammate Phalera in Phaleram mutauerit: si quidem scriptum Phalera inuenerit. At illorum verborum, Claudit in hoc tumulo, muta[illegible] hæc Continet hoc tumulo, parui est momenti.

Proximè sequens versus magis insigne eius quã modò dixi interpretationis exemplum habet apud Brognolum. Nam de Lino hæc ibi scribuntur, Denique in primo statim versu operis sui initia rerum altius repetens, cuncta simul nata memorauit. His enim exprimitur ille Græcus versus, cuius initium est, Ἦν ποτὲ τοι χρ. Interpretatio autem alia, quæ versum det Latinum Græco respondentem ibi non adiungitur.

Vtranque alioqui interpretationem ibi habet illud etiam epigramma quod hunc versum excipit. Nam ibi epigrammati Latino præfixa sunt hæc verba, Linum autẽ in EVbœa occubuisse, sagitta ab Apolline transfixum, ipsum itidem eius tumulo incisum elogiũ, nisi fortè *elegium* pro elogium scribendum est, indicio est: quum cæteræ editiones hæc tantùm verba illi præponant, Linum autem in EVbœa occubuisse, sagitta ab Apolline percussum: in quem hoc extat epitaphium. At ante epigramma in Orpheum, nostra editio, sicut & cæteræ, habet ea ipsa quæ apud Brognolum exstant: In Thalete in fine pag. 18. post hæc verba, Responsúmque à deo est, oraculum soluta oratione ita interpretatur, Illius esse debere qui omnes sapientia excelleret. At pag. 20. oraculi posterior versus, qui ibi prior est, ita legitur, *Te magis esse cano cunctis illustribus apium*. In fine eiusdem paginæ versus Græcus ita redditur, non seruatis numeris, Pecuniæ vir: pauper verò nemo bonus est.

Pag. 22. post illa verba, Cois itaque responsum, addi-

tum

ſum, Non antè quieturam contentionem quàm aureum tripoda, Vulcani opus, in mare iactatum ex vrbe educerent, & ad eius viri domum ferrent, qui præſentia & præterita & futura noſſet. Quibus verbis comprehenditur ipſum oraculum. Ex ipſis autem verſibus ſecundus, tertius, quartus, ita ibi leguntur,

Quàm tripos auratus, pelagus quem iecit in altum
Mulciber, ex vrbe emiſſus concedat ad ędes
Mox hominis cui ſit præſentia noſcere promptum.

Sed ſatius eſt ſcripturam alteram ſequi, præſertim quarto in verſu, quum vox *pręſentia* in quinto repetatur. In illa autem Ambroſii intetpretatione quòd dicitur tripus hic eſſe Vulcani opus, ex ea quam habes ſcriptura elicĩ nullo modo poteſt. Suſpicor igitur illum vel legiſſe, vel legendum putauiſſe, ὃν Ἡφαιστος κάμεν ἐν πόντῳ ſequentibus iungeretur, & pro διαπόντιον acciperetur.

Pag. 26. in illa Brognoli editione pro his Græcis, καὶ αὐτὸς ἐπιγέγραπται τῷ μνήματι, ſcriptum eſt, In cuius laudes extãt epigrammata. Atque ita ibi quoque epigrammatum fit mentio quum vnius tantùm fieri debeat. nam alterum illud, cuius initium Γυμνικὸν αὖ ποτ' ἀγ. quod malè hic præponitur alteri, eſt ipſius Diogenis. Debéntque interponi illa verba, ἔστι καὶ παρ' ἡμῶν. &c. quorũ interpretatio & apud Brognolum prætermiſſa eſt. Sonant autem, *Eſt autẽ & à nobis in ipſum, in primo epigrammatum, ſiue in Pammetro,* niſi pro παμμέτρῳ ſcribendum eſt παμμέτρου. vt intelligamus primum epigrammatum ſiue Pammetri librum, *hoc epigramma.*

Pag. 30. In principio vitæ Solonis, melius apud Brognolũ, Primùm quidẽ, quàm Primus. nam, præterquam quòd non πρῶτος ſed πρῶτον noſtra exempl. habent, videmus ſequi ἔπειτα quod illi reſpondet, multis tamẽ interiectis. At verò paulo pòſt, pro his, Ea primò remiſit, ſcribendum eſt, Ea primus remiſit: non prior, vt apud illũ: qui & induſſit, maluit, quàm remiſit, dicere.

Pag. 31. Apud Brognolum longè alia eſt interpretatio Græcorum verſuum: ſed quam minimè probo. Ita enim apud eum legitur,

Mutata patria Pholegandrius, aut Sicini es

Tunc ego dicebar: Atticus ante fui.
Certè hominum rumor subitò volitaret ad aures,
Atticus hic, hominum queis fugitur Salamis.
Ad Salamina graue expulsuri dedecus imus,
Et conserturi sumimus arma manus.

In Græco autem versu quarto (vt de hoc obiter moneã) pro ἀφέντων legitur quidem & ἀφέτων. sed quod nõ video quomodo ferri possit. In quadam editione earum quæ Græcos versus interpretationi insertos habent, scriptũ est ἀφίτων. quod vt locum habere posset, dicendum foret esse per syncopem factum ex ἀφιμένων. Sed nimiùm insolẽs videri possit hæc syncope. Olim suspicatus sum scribendum esse, τὴν Σαλαμῖνα φυγών. nec video quid obstet quominus quis huic lectioni assentiatur. Inueni certè eã vltimæ illi editioni Antuerpianæ adscriptam. Sed de hoc quoque monere volo, apud Brognolum, verba ista, Insolitis sibi versibus per præconem suadere populo cæpit, ita separari, vt hæc quidẽ, Insolitis sibi versibus, præponantur versibus quos attulimus: his autẽ subiungantur illa, per præconem suadere populo cœpit.

Pag. 34. Versuum Græcorũ interpretatio Latina, sed oratione soluta [quam Ambrosii esse verisimile est, illi suo promisso stantis] ita se habet [post illa verba, Atheniensibus scripsit] Si quidem per vestram væcordiam dira toleratis, nihil in hac parte diis acceptũ referatis. Ipsi enim vobis horum causa estis, qui pignora, vt durã seruitutem pateremini, dedistis. Vestrum verò vnusquisque vulpis vestigiis incedit: omnibus autem vna leuis & stolida mens est. Quippe viri linguam sermonémque varium & plenum astutia & fallacia attenditis, rerum exitũ cõsiderare nescitis. Eadem tamen versibus comprehensa subiungũtur, sed qui à nostris sunt diuersi. Sunt enim hi,

Tristia commissæ luistis si præmia noxæ
Non vos in superos conciet ira deos.
Nanque viros auxit vestri custodia quondam,
Subdita qui nobis sub iuga colla premunt.
Nam quiuis vestrum sequitur vestigia vulpis,
Mens stulta est vobis omnibus atque leuis.
Linguam etenim aspicitis hominum diuersáque verba,
Quod faciunt sed non cernere vultis opus.

Non

Non dubium est autem quin *versutáque verba* potius dicendum fuerit quàm *diuersáque verba.*

Pag. 35. Hæc omnia, quæ verba Græca sibi respondentia non habent, ab hoc loco. Inter alias hæ clar. &c. vsque ad illa verba. Hæc ille. Pisistr. &c. in editione illa Brognoli non leguntur.

Pag. 40. Mimnermi versus ita redditi sunt apud eundē,

Sexdenos possint annos deprendere fata,

Et morbi, curæ sint procul atque graues.

Sed ibi malè *possunt* scriptum est pro *possint.* Pro illo autem verbo *deprendere* potius dicendum fuisset *attingere.* His autem malè adnectuntur ibi quæ sunt Solonis, quasi cum illis cohærentia: sed ita mendosa vt nullus elici sensus possit.

Pag. 41. Versus quos legis initio huius paginæ, ita ibi scripti sunt,

Ne fortè qui tegant quod intus habebunt,

Dum voce te loquuntur ac tenent blanda,

Odium, memento singulos probè serues,

Ne lingua duplex ex atra sonet mente.

Vbi hūc versum Dum voce te loq. per parenthesin poni oportebit, vt verba illa, *quod intus habebunt,* tendāt ad vocem *odium.* Sed & *loquuntur* mutandum fuerit in *alloquuntur.* Ibidem verò & hæc interpretatio, numeris non inclusa, subiungitur, Cautè singulos obserua: ne fortè odium in corde tegant, dum blanda & arridenti voce te alloquuntur: dupléxque illis lingua ex atra mente sonet.

Pag. 61. Latina quæ hîc vides esse in fine vitæ Biantis, vltra Græca, ne in illa quidem Brognoli editione leguntur. Quod meritò suspicionem non meam tantùm, sed aliorum etiam, auget, illa esse assuta.

P. 134. At hîc vice versa habes in Græco Diogenis sermone quorū nullā afferri vides interpretationem: sed ea nec apud Brognolū exstat hoc loco, verū p. 138, vt ibi docebo. In fine autē huius paginę, vbi legis, Quoniā [inquit] maledicendi tu potestatem habes, audiendi ego non itē: apud Brognolum legitur, Quoniā [inquit] mal. tu p. habes, ego audiendi. Ex quibus duabus lectionibus vnam

faciendam puto, vt ita respondeatur, Ego non audiendi. Nam hîc quidem suo loco posita, non est negans particula: apud Brognolum verò suum locum omnino amisit.

Pag. 138. Lacuna quam hîc vides in Latina Interpretatione, quod in ea omittatur Platonis ad Aristippũ obiectio, & Aristippi ad eum responsio, sumenda est è pagina 134. circa principium: vbi legis, Quum illi vitio vertisset Plato quòd tam lautè viueret, &c. Verùm apud Brognolum paulo diuersa est interpretatio [& ipsa hunc in locum reseruata] hæc enim sunt eius verba. Platone magnifici illum apparatus & pretiosæ supellectilis insimulante, Num [ait] bonus tibi Dionysius videtur? Fatente illo, Atqui viuit [inquit] ille quàm ego magnificentius. Nullo [vel potius nulli] igitur impedimento est ad bene viuendum lautior victus. Sed nostram interpretationem huic præfero, quod πολυτελῶς ζῆν videatur potius esse Lautè viuere, quàm Magnifico apparatu & pretiosa supellectile vti [etiãsi hæc illud plerunque comitentur] & quicunque ista sic interpretatus est, sibi haud constans, lautiorem victum, in fine dicat.

Pag. 140. Ipse Ambrosius non *effæminatam vestem* dixit sed *fæmineam*. Nam in altera illa editione legitur, Id Plato renuit, dicens non posse induere femineam vesté. Pro his autem *neque in sacris Liberi patris pud.* ibi habemus, Et inter Bacchanalia pudicus non corrumpitur. Verùm pudica potius quàm pudicus dicendũ erat, quũ de muliere agatur: etiamsi is cuius est altera interpretatio dixerit *pudica mens*.

Pag. 166. Pro his, *Túne senex turb.* &c. in editione illa legitur, Ne turbam à me auertas execrabilis senex. Sed hîc quoque peccatum est, illa enim Græca loquendi forma, eius est non qui nolit sed qui velit turbam à se repelli. Ac velle Bionem remota turba & absque arbitris responsum ea de re dare de qua interrogatus fuerat, cõuenit cum eo quod à Diogene dictum fuit. Potius igitur ita reddi debuerat ille versus,

Quin vetu'e à nobis turbam propellere curas?

Posset & aliter verti, vtendo particula Nonne vel Annon, pro Græca οὐκ.

Pag. 167.

Pag.167. Pro ista interpretatione *Atqui ego Stilp.* &c. habes in altera illa editione istam, oratione partim soluta, partim numeris adstricta: Atqui ego Stilponem Megaris vidi grauiter angi, vbi Typhœi veteres dixere cubile.

Ille hic se iuuenum magna glomerante corona,
Litibus intentus, virtutis tradidit vmbram.

Pag.178. Itidem pro his, *Depreh.* &c. in eadem illa editione sunt ista, Capitur ergo & ab infirmis celer: aquilámque breui testudo vincit.

Pag.191. Hæc verba Timonis vel potius horum Timonis versuum summam expressit vtcunque Ambrosius (eius enim esse interpretationem credibile est) hisce verbis, in Brognoli editione, Sed & Timon in Platonem loquens, principem illum fuisse asserit & suauitate orationis & copia, omnium qui Academiæ incolerent florea rura.

Pag.193. Hæc ipsa, quæ ex Epicharmo sumpsit Plato, in recognita à Brognolo interpretatione sunt prætermissa.

Pag.202. Ambrosius ita hunc locum Theopompi vertit apud Brognolum, Vnum enim est nullum: duo autem vix vnum est, vt ait Plato. Sed in proximè sequenti Anaxandridis loco mirum si Ambrosii itidem est hæc interpretatio, Quando stultitias, vorabat sicut Plato. Quasi, μωρίας scriptum esset, non κορίας. Sequitur, Sed Timon ita illum agit, Quoad effinxit Plato fucata miracula callens.

Pag.203. In hac interpretatione loci Alexidis, qui occurrit initio huius paginæ, omittuntur hæc verba quæ præcipua sunt, τοσοῦτ' ἐδίνησα, quæ possunt referri ad ista præcedentia, ὥσπερ Πλάτων: etiamsi hæc videantur potius spectare ad illa, ἄνω κάτω τι σκεπτόμενος. At verò apud Brognolum locus hic ita interpretatus exstat, vt omissa illa non sint. Nam hæc ibi leguntur, Tempestiua venis vt ego ambigens, suprà infráque deambulans, velut Plato, sapiens nihil inueni: cruráque defatigor.

Sequitur proximè, Et in Ancylione (omisso aduerbio Rursum, quod nec in Græcis habetur) Dicis de quibus

nescis, æquè ac Plato currens, noscésque litium atque cepe.

Proxima sunt hæc,

Amphis Amphicrate, Atqui bonum quodcunque tandem est quo tu fruiturus es, huius causa minus noui equidem, mi domine, quàm illud Platonis bonum. attende ergo.

Locum illum excipiunt ista,

Endeximide (ita enim scriptum est pro In Deximide) Quàm sanè Plato nihil nosti nisi mœrere tantum velut cochlea, elato seuerè supercilio. Sed pro nosti ibi scriptum est Nostri.

Cratinus in Pseudypobolimęo,

Homo es, constat: & habes animam, iuxta Platonem. Ignoro equidem, habere tamen arbitror.

Alexis Olympiodoro,

Corpus quidem meum mortale, siccum est: immortale verò, ad aerem extulit. Hæc non Platonis schola?

Idem id Parasito,

Et cum Platone seorsum delirat.

Epigrammatis proximè sequentis primus versus ibi est idem, (nisi quòd habet particulam Dum huic loco paulo aptiorem quàm Quum) at secundus est hic

Stella mea, vt multo lumine te aspicerem.

Vt autem scriptum habemus, vis stare potest: vel potius, nullo modo potest, si ita scribatur,

Mi Stella, vt multis in te oculis tuerer.

Multo alioqui conuenientior est huic loco, dicere *multis oculis*, vel *multis luminibus* quàm *multo lumine*. Sed quid obstabat quominus interpres illius editionis *multis oculis* diceret, & tamen versus staret? Ita enim scribere poterat,

Mi Stella, vt multis aspicerem te oculis. Vel, *Conspicerem te oculis*. Poterat autem & *fiam* pro *fierem* dicere: & tunc sequi debuisset *aspiciam* seu *conspiciam*.

Cæterùm malè hîc, sicut & in aliis editionibus, continuantur duo posteriores versus cum prioribus: quum aliud epigramma efficiant: ideóque post illa vltima verba, *aspiciam te oculis* scribendum sit,

Item aliud

Item aliud,

Iamdudum viuis lucebas lucifer.&c.

Admonemur autem huius rei & ab his Græcis, quæ inſeruntur, verbis ἢ ἄλλο. In Brognoli editione verba hæc, *Iamdudum ſydus lucebas viuentibus matutinum*, tanquam tertium verſum efficientia, ineptiſſimè adnectūtur duobus illis prioribus verſibus: ac ea ſequuntur hæc,

Item aliud,

Nunc heſperus fulges vita functus mortuis.

quum deberent hæc verba, Item aliud, præfigi illis, *Iamdudum ſydus luc.*&c. deinde iſta, *Nunc heſp.*&c. continuari cum illis. Cæterùm hanc numeris minimè adſtrictam interpretationem, pro Ambroſiana fortaſſe habere debemus. In eadem editione additur alioqui & ea quæ verſus habet: (ſed ineptiſſimè ibi quoque præfixis his verbis, Item aliud) & pro *lucebas* ibi legitur *fulgebas:* at ſecundus verſus ita ſcriptus eſt,

Defunctus luces heſperus exanimis.

Vbi quamuis *exanimis* reiiciendum videri prima fronte poſſit, tamen optimè Græco φθιμένοις reſpondet: quum ſit ab exanimus.

Sequitur interpretatio proſaica epigrammatis in Dionem, Lacrymas quidem Hecubæ atque Iliadibus mulieribus fata iamdudum genitis debere: at tibi Dion poſt geſtas præclaras res dæmones effuſas ſuſtulere ſpes. Iaces ecce in patria ſpecioſa chariſſimus ciuibus: ô meum in te animum qui excitaſti Dion. Quæ interpretatio ſi Ambroſii eſt, parum illo digna eſſe videtur. Interim monebo, non dubitare me quin pro verbo Debere, ſcribendum ſit Neuêre, ante illa verba, At tibi Dion.

Epigramma quo illud excipitur, ita omnino ſcriptum eſt in altera illa editione ad prius diſtichon quod attinet: at poſterius ita,

Spiritus, os canibus quid monſtras flereque cogis?

Poſterius Phædrum non ita perdidimus.

Sed interrogationis nota quæ eſt poſt *cogis*, potius ſignanda eſt poſt *Poſterius*. Sed & poſt *perdidimus* ponenda eſt interrogationis nota: quum ſit *non* pro *nonne*. Ac magis certè hoc redditur, quàm vt legitur in noſtra editio-

ne, & cæteris, *Phædrum siccine perdidimus?* At in cæteris præfero nostræ editionis lectionem. Vt tamen ingenuè fatear quod sentio, alia interpretatione opus habet totũ epigramma. Prius enim hoc distichum,

Nunc quoniam nihil est quoquo se verterit omnis,
Solum quòd pulcher visus Alexis ait,

tale est vt multos in eruendo ex eo sensu idoneo frustra laboraturos existimem. Quod dum apud me cogitarem, in mentem venit eius interpretationem itidem tentare. Et quidem ita tentaui, vt statim hæc prodiret,

Nunc quoniam tantùm hoc, Est visus pulcher Alexis,
Dixi, conuertit lumina quisque sua.
Quid mi anime os canibus monstras? res ista dolorem
Afferet. ah Phædrum nónne ita predidimus?

Hæc mea interpretatio si non aliud, saltem tantum perspicuitatis (nisi fallor) quantum altera obscuritatis, habet. Vt taceam, nec verum sensum sub illa obscuritate videri latere: quem me assequutum esse arbitror. Lego autem ἀνίῃ ex coniectura. Quod autem attinet ad illam diuersam scripturam ὦπται, pro ἦπται, nullum ei posse locum dari existimo. Est autem prouerbialiter dictum illud, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; vt me alibi ostendisse puto. Cæterùm μηνύειν propriè esse *indicas*, minimè sum oblitus, sed puto licuisse & *monstras*, siue *ostendis*, interpretari.

Ab hoc autem loco circa diuersam illam interpretationem versuum qui hac in vita Platonis leguntur, desinam versari: ne opera mea lectori in alia re magis necessaria, & quidem hac in ipsa vita, desit. Nam quum in hac potissimùm occurrant paginæ in quibus interpretationem, vel contra ipsa verba Græca (& quidem multo frequentius) suos dimidiæ pagellæ (quæ hoc modo duas in partes secta, typographico vocabulo columna appellatur) fines egredi videmus: non immeritò quis, vbi quidem Græca verba terminum suum prætergrediuntur, deesse aliquid interpretationi, at vbi Latina, ei aliquid superesse, (si tamen superesse vocandum hoc est) suspicabitur. Incipiam igitur à pagina 216. vbi Latina suos excedere fines cernimus: & tam in hac quàm in cæteris, ex collatio-

ex collatione cum illa Brognoli editione, aliquid adiumenti (quod vereor tamen ne parum sit) afferre conabor.

In illa igitur pag. 216. obseruandum est, id quod dixi, inde contingere, quòd vocabula illa, quibus nominantur characteres orationis Platonis, (nô malè aûtem pro characteribus quis formas dixerit) haud nuda ponuntur, sed expositio quædam illis adiungitur. Nam (vt à pagina 215. initium sumam) ὑφηγητικὸς character exponitur, *Qui instituit atque imbuit*. (in illa autem Brognoli editione, post ὑφηγητικὸς additur etiam *Id est introductus*] at ζητητικὸς. *Qui in inquirendo versatur*. Quinetiam huic voci aliqua alia expositio in illa editione adiicitur, videlicet *Indagatiuus*. (neque enim ausus sum quod ibi scriptum est proferre, nisi prius paciscerer, te ad eius auditû minimè esse indignaturum. Qua de re quoniam tibi mecum puto conuenire, en tibi illud, *indignatiuus*) sed non minus aptè *inquisitiuus* quàm *indagatiuus* dixisset, vt præcessit, *Qui in inquirendo versatur*.

In illa autem proximè sequente pagina habes itidem expositiones characterum qui ex subdiuisionibus nascûtur. Sed pro characteribus ibi species appellari vides: ideóque dici Gymnasticam & Agonisticam. ac Gymnasticam subdiuidi & in Mæeuticam ac Pirasticam. Vbi obseruari à te velim Ambrosio (id est felici quibusdam saltem in locis interprete) dignã cùm aliorum vocabulorû tum verò Mæeuticæ interpretationem. Sed vicissim valde hæc displicent in iis quæ statim sequûtur, Alia exhortatur, & Anatreptica dicitur. Quomodo enim Anatreptica vocari possit quæ exhortatur? In editione Brognoli legitur, Alia vertit orationem, & Anatreptica dicitur. Sed suspicor scriptum ibi esse Vertit pro Euertit. At verò sequendo illam interpretationem, Quæ exhortatur, neminem inficiaturum puto, fuisse scribendum, Ambrosio, & verisimile esse ab eo scriptum fuisse, Protreptica.

Diutius autem immorandum huic paginæ non est, ne aliis iniuriam faciam, quæ, vt antea docui, meam & ipsæ operam requirunt. Incipiam igitur ab ea quæ est 237. In ea alterum illud, quod est contrarium, contigisse vides,

nimirum vt Grҫca verba suos limites egrederentur. Hoc autem ex eo factum est, quòd quædam Ambrosius interpretatus non sit. Ea autem claudunt paginam, & ab his incipiunt, τῆς ἄρα ἰατρικῆς ἡ μὲν ἐστὶ φαρμακευτικὴ, ἡ δ' ἔχει. &c. Hæc autem vocare possumus resumtionem: cuiusmodi sunt in sequentibus, & quæ eodem ab eo intreprete omittuntur modo. Sonant autem verba illa, Itaque ex medicæ artis speciebus, alia est pharmaceutice: alia, chirurgice: alia, diҫtetice: alia, boëthetice, alia, nesognomonice. Horum autem vocabulorum expositionem in prҫcedentibus habemus. Sed in Brognoli editione quædam paulo aliter scripta sunt. Nam initio huius sermonis legimus ibi, Aliam quippe dici medicabilem: quæ morbis medicamenti potione subueniat. Vbi quum pro pharmaceuticè *medicabilem* dicat, non dubium est quin *medicatricem* dicere potius debuerit. Obserua autem *medicamenti potione*. In eadem editione post hҫc verba: *Quartam, quæ ex celeri discretione* (magis mihi *dignotione* placuisset) *morborum, succurat ægris:* vocarique νοσογνωμονικὴν: adduntur hæ voces, *morborum rationem mentem*. Quarum duæ posteriores (vt vides) OEdipum requirunt. Nihil autem mihi in mentem venit, quod ad hæc *rationem mentem*, propius accedat, quàm *ratiocinamentum*. Sed tale est tamen hoc vocabulum vt cum illo vsum vix suspicari audeam. Idémque de voce *ratiocinationem*, alioqui non ita insolente, dixerim.

Venio ad pag. 238. Habes in ea hæc verba, quæ itidem resumptio sunt paulo antè dictorum, τοῦ ἄρα νόμου ἐστὶ τὸ μὲν γεγραμμένον, τὸ δ' ἄγραφον. Possumus autem eiusmodi locis numerum singularem in pluralem mutare: hoc modo, Legum igitur duo sunt genera: vnum earum quæ scriptæ: alterum, earum quæ non scriptæ sunt. Alioqui dici possit, Lex igitur in scriptam & in non scriptam diuiditur. Sed obiter monebo & de hoc: apud Brognolum paulo antè non legi verba illa *non debere*: (sicut & illis nihil opus esse videmus) quinetiam; *pergere non ambulare* apud eum scriptum esse.

Paginæ

Pagina autem 239, tres huiusmodi resumptiones, seu epanalepses, omissæ sunt. Prima est hæc, τοῦ λόγου ἄρα τὸ μέν ἐστι πολιτικόν &c. Secunda, τῆς ἄρα μουσικῆς ἐστὶ τὸ μὲν, ἀπὸ τοῦ στόματος μόνον, &c. Tertia, τῆς ἄρα εὐγενείας τὸ μὲν, ἀπὸ προγ. &c. Potes autem, accommodans principio vniuscuiusque harum resumptionum illam interpretationis formam quam paulò antè vni accommodaui, & in verbis quæ è præcedentibus repetuntur interpretandis, Ambrosium sequens, ipsemet tibi interpretis officio fungi. Quòd si alicubi est aliquid in aliqua resumtione discriminis, ad vocabula quod attinet, est id eiusmodi vt nihil sensus immutetur. Atque hoc dici potest de ea quæ inter propositas à me secunda est. Nam in ea habes ἀπὸ τοῦ στόματος & ἀπὸ τῶν χειρῶν, pro eo quod διὰ τοῦ στόματος, & διὰ τῶν χειρῶν dixerat.

Pag. item 240. sunt duæ resumptiones: prior, τοῦ ἄρα κάλλους &c. posterior, τῆς ἄρα ψυχ. &c. Pag. 241. duæ itidem: prior, τῆς ἀρετῆς ἄρα τὸ μέν ἐστι φρ. &c. posterior, τῆς ἀρχῆς ἄρα ἐστὶ τὸ μὲν κατὰ ν. &c. Pagin. 242. vna, τῆς ἄρα ῥητ. Sciendum est autem eodem prætermissas esse modo in illa Brognoli editione illas resumptiones, siue epanalepses, quum alioqui quædam apud eum hac etiam in parte partim diuersam partim pleniorem interpretationem habeant. Exempli gratia, pag. 239. vbi dicitur à Platone, δεύτερον δὲ διὰ τοῦ στόματος καὶ τῶν χειρῶν, pro his Ambrosii verbis, *Aliam voce simul & manu*, habemus illic, *Aliam voce simul & manu: vt quum neruorum pulsibus, oris modulatione, concinimus.* At verò inter illa quæ de nobilitate dicuntur, quum postremo legamus loco apud Ambrosium, *quum quis per se animi magnitudine excellit:* in altera illa editione scriptum est, *quisquis per se animi ingenuitate & magnitudine excellit.* Vbi itidem non tam diuersam quàm pleniorem esse interpretationem aliquis non immeritò dixerit. Sed an vocem hanc adiicere necesse fuerit, de eo certè controuersia existere possit. Obiiciet enim aliquis fortasse nō posse magnitudinem animi (de hac enim intelligendus est locus) esse, vbi non sit ingenuitas. Cæterùm illis suis verbis, *Quartum esse nobilitatis genus, idque præstantissimum, quum quis per se animi ingenuitate & magnitu-*

[illegible] excellit, subnectit hæc, *Hunc enim profectò veraciter appellari nobilem, cui non aliena sed sua virtus ad nobilitatem opituletur*. De qua adiectione (hęc enim Platonis verbis adiiciuntur) alius fuerit disputandi locus. Illa porrò magnitudinis animi mentio reuocat mihi in memoriam aliquam itidem interpretationis diuersitatem in iis quæ de fortitudine in fine paginæ sequentis dicuntur. Nam quum apud Ambrosium legamus, *Fortitudinem autem ne inter pericula & terrores à fortiter cœptis deficiamus*: apud alterum illum habemus, *Fortit. autem ne inter peric. & terrores à iustitia tenore deuiemus efficere*. Pagina item proximè sequente quum ἀρχὴν interpretetur Ambrosius *magistratum*, apud illum legimus *principatũ*. Sed neutrius interpretatio mihi placet, quòd non possit omnibus exemplis sequentibus accommodari. Nam primò quidem fit mentio eorum qui sunt ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντες, qui rectè ac propriè magistratum obtinere vel magistratus esse dicuntur) sed de sequentibus id minimè dici queat. At si quis *imperium* dicat, ea cũ omnibus conueniet. Brognoli verba sunt, *Principatus item quinariam esse distributionem. Alium quippe esse legitimum, naturalem alium, alium secundum consuetudinem*. Minimè autem dubium est quin his in verbis, *alium, secundum consuetudinem*, sequi eum debeamus: non Ambrosium, dicentem *æquum ac rectum*. Audimus enim Platonem dicentem, εἰς τὸ ἔθος νόμον. Multa autem secundum consuetudinem fieri scimus, quæ nequaquam æqua & recta dici possint. In proximè sequentibus legimus, *Quartum, secundum genus: quintum, violentum.* quum Ambrosius dixerit, *per veneris successionem*. Quam interpretationem non minus probo; quum simul interpretetur & exponat Platonis verba. Dixissem tamen potius, Per successionem generi conuenientem, vel, quam genus postulat. Ad vltimum autem illud quod *violentum & tyrannicum* Ambr. reddit, ille *violentum* tãtummodo vocat. Qua etiam de re illi assentior: quum *violentum* magis sit generale quàm *tyrannicum*. Cæterùm ad illud vt redeam, quod de interpretatione nominis ἀρχὴ dixi, nimirum debere reddi *imperium* hoc in loco non *magistratum*, pro me facit quod apud nostrum interpretem

terpretem sequitur, *Nam magistratus ciuitatem si eligantur à ciuibus, secundum legem imperant.* vbi à Platone dicitur ἄρχουσιν.] Sed apud Brognolum, (pro more suo vtendi vocabulis etiam quæ noua videri possunt, & quæ à puritate Latini sermonis desciscunt] habemus; *secundum legem principantur.* Sed paulo pòst vtitur verbo *præsunt* & ipse: dicitque, sicut & noster Ambrosius, *magistri discipulis imperant.* Ite sequitur apud eum, *Per genus autem Lacedamoniorum reges dominantur. fluit enim à gente aliqua apud eos regnum.* Neque enim dubium est quin pro *fluxit* substituendum ibi sit *fluit.* Sequitur autem, *Porro qui summam coactis ac per vim impulsis ciuibus inuitis regnant, huiusmodi per vim dominantur.* Vbi aliis etiam diuinandum relinquo quid vox illa *summam* sibi velit, vel potius in cuius locum irrepserit. Immo meam iam nunc diuinationem proponam: postquam alia fortasse minimè opus erit. Pro *summam* igitur [nam ita ibi scriptum est cum ā] scribendum esse, & quidem scriptum fuisse, *summam* arbitror: & à summano deo sumptam esse hanc appellationem, maiore certè multo audacia quàm sit illa qua paulo antè dicetem audiuimus *qui principantur,* de iis qui principatum obtinent seu imperium in aliquos. Sed Brognolo, potius quàm mentem in quærendo tam magnifico simul & insolente vocabulo occuparet, videndum erat vt vocem quæreret qua Græcam ab Ambrosio prætermissam redderet. Loquor autem de voce ἀβουλογισάμενοι, quā sequi vides hoc in loco, post βιασάμενοι. Sed non diu quærenda erat, poterat enim ita dici, *At si qui vi aut fraude vsi ciuibus inuitis imperant, eorum imperium violentum esse dicitur.* Neque enim *violentum ac tyrannicum* dicere necesse est, vt Ambrosius hoc ipso in loco *violenti ac tyranni* copulat: quum sufficere possit *violenti,* sicut & illic *violentum*: quod magis generale est, sicut antea dixi.

Venio ad paginam 242. circa finem cuius habemus resumptionem illis similem quarum exempla in superioribus attuli, τῆς δημοκρατίας &c. Idem porro hìc faciendum quod antea in aliis facto esse opus ostendi. Cæterùm in principio pag. sequentis, quæ est 243. pro his, *Quæ dicere conueniant,* apud Brognolum legitur, *Modum etiam seruare in dicendo conuenit: vt neque nim.* &c. Apud nostrum

autem Ambros. *conueniant*, mutandum in *conueniat*, aut *conuenit*.

Proximè sequens periodus apud Brognolum est hæc, *Adhibenda & personarum ratio: vt siquidem ad pecc.* quum Ambrosius verbis quæ habentur hìc, se astringens, dicat tantùm, *Quibus autem dici oportebat, vt siquidem ad pecc.* Sed Brognolus dicere potius debuit, *Habenda & pers. ratio*. Cæterum eandem orationis formam & in tertia parte seruans, dicit idem (si tamen eius præcedentia verba sunt) *Tempus item dicendi obseruandum: vt neque prius neque post*: aliquanto pòst, quum habemus tantùm *qui disciplinis erudiunt*, apud eũdem illud recognitorem legimus, *disciplinis liberalibus*: item *imbuunt* pro *erudiunt*.

Paginę autem 246. principio, εὐαισθησία apud Brognolum est *Integritate membrorum quæ sensuum instrumenta sunt, vigere*. Sed contentus esse debuit verbo *valere*. Valere enim sensibus posse dici plurimos scimus, quos vigere nequaquam dicere queamus. Resumptiones autem omissæ hìc sunt, prior quidem, τὸ ἄρα εὐδαιμ. posterior autem, τέχνας ἄρα τρία ἐστὶ γένη.

Pag. 247. circa principium, post vocabulum *histrionicã* omissum puto *& poeticã* à nostro interprete, per imprudentiam. Paulo pòst pro voce ἀκρασίαν legimus apud illum recognitorem, *iudicij rationisque priuationem*. quam interpretationem miror quibus defendere argumentis potuerit. Sunt autem resumptiones & hac in pagina tres: prima, ἀγαθοῦ ἄρα τέσσαρα εἴδη ἐστί, &c. secunda, τῶν ἄρα ὄντων τῶν ἀνθρ. ἀγ. &c. tertia, τὸ δὲ νομίζειν ἄρα ἐν μέρ. ἐστι. &c. Est porro obseruandum contigisse quod non in præcedentibus contigerit, vt videlicet Ambros. eam sit interpretatus. Huiusmodi autem repetitiones, appello resumptiones, seu analepses: etiamsi epanalepsin alia de re dici non ignorem, & aliquid cum anacephalæosibus commune habere dici possint.

Pag. 248. non procul à principio, quum legatur ἐὰν ὅλως μηδεὶς ᾖ νόμος, nullo veteri exemplari (ex iis quidem quæ videre mihi contigit) reclamante, miror Ambrosium vertisse, *si bona omnino nulla sit lex*: perinde ac si scriptum esset, εἰ ὅλως μηδεὶς ἀγαθὸς ᾖ νόμος. Apud Brognolum certè

consenta-

cõſentanea noſtrę lectioni eſt interpretatio, *ſi nulla omnino ſit lex*. Confirmatur autem illa Græci contextus lectio & ab his quæ in reſumptione dicuntur. Paulo pòſt legimus apud Brognolum, *Contraria trifariã ita diuiduntur: Pura bona malis cõtraria dicimus, vt ius iniuſtitia, ſap.* &c. Sed vocem illam *pura*, cui nullam Græcam quæ reſpondeat, hîc habemus, ſibi ponenda erat, ponere & cum contrario oportebat: & dicere, Pura bona puris malis. Apud eundem *prodigalitas auaritia*: ſed meliùs Ambroſ. *prodig. illiberalitati*. Apud vtrumque autem ſunt iſta, *& iniuſta pœna iniuſta impunitati*: quum tamen ſtare hęc lectio nullo modo poſſit: ſed & Græca & rationem ipſam ſequendo, dicendum ſit, *& iniuſta pœna iuſta punitioni*. Græca autem ſonant, ſi verbum verbo reddatur, *& iniuſtè tormentis affici, ac iuſtè affici eiſdem, contraria ſunt*. Sed apud Brognolum periodum hanc iſta excipit, *Porro leuia grauibus, tardis velocia, & nigra candidis, vt alteris neutra*. Huic contigua eſt iſta, *Contrariorum igitur partem vt bona malis contr.* &c. Atque ita videmus omitti periodum illam cuius principium, τὰ δ᾽ ὡς οὐδετέροις οὐδέτερα, οἷον τὸ πετ. quæ certè & in Baſilienſi editione omiſſa fuit: verùm à me non ſolùm in hac editione; ſed in priori etiam, (ſicut & aliæ vix numerabiles, quæ illi Baſilienſi deerant) repoſita. Vt tamen conſultò præteriiſſe Brognolum hanc periodum minimè veriſimile eſt: ita viciſſim editionem Ambroſianam, quæ illi eam ſuppeditaret, defuiſſe, non magis credibile eſt. Suſpicor igitur eam inter exſcribendum excidiſſe. Cæterùm non *leuia grauioribus* ſed *leuia grauibus*, apud Ambroſium, ſicut apud illum, ſcribendum eſſe, nemo negauerit. In fine porro huius paginæ, iterum præter morem ſuum reſumptionem in ſuam interpretationem admiſit idem Ambroſius: vbi dicit, *Contrariorum igitur par.* &c.

Pag. 249 non procul à principio, pro ὑπαρκτὸ apud Brognolum eſt *ſubſtantialia*, non *ſubſiſtentia*, vt apud Ambroſium. Rectius tamen hic, quem & ille in proximè præcedentibus ſequutus erat. Sed quis non miretur, illud *ſufficere*, quod continuo pòſt apud Ambroſium habemus, quod nemo non contendat in *ſubſiſtere*, mutari debere,

apud Brognolum quoq; legi? Nam & apud eum hæc verba exstant, *Sed sufficere vt probum esse, & iustum esse.* Mihi quidem certè venit in mentem suspicari scriptum initio fuisse, *sed sufficere vt subsistnat probum esse, & iustum.* Interim tamen inuita vtriusque editione illud *sufficere* in *subsistere* mutandum esse aio: simul verò particulam *vt* esse expungendam: sicut & inter Græca verba non comparet: & minimè est illa opus. Ac non immeritò certè dixerit quis hāc particulam suspicionē illam meam debere multum augere illam inquam suspicionem de hac lectione, *sed sufficere vt subsistant.* Enimuero & de alio errore monebo, quem non itidem apud vtrumque, sed tātùm apud Ambrosium habemus. Nam quum apud hunc scriptum sit, *vt probum esse, & iustum esse & bonum,* scribendum esse dico , *vt probum esse & iustum esse, est bonum.*

In iis quæ proximè sequuntur habemus apud Brognolum resumptionem (vt vocare solitus sum) sed breuiorem quàm apud Platonem. ita enim ille, *Et hac bonorum est distributio.* Immo verò vix hoc vocari eo nomine potest. Ambrosius autem Platonis resumptionem more suo prætermittit.

Quoniam verò ad finem vitæ Platonis perueni , (vt pro fine habeatur quod parum à fine abest) etiam huic, lectori alioqui fructuosæ meæ πραγματείᾳ, & aliis fructibus, [sed in aliud tempus reseruandis] fœtæ, finem imponere decreui. Quod tamen facere mihi fas esse non putaui, nisi prius meam de cuiusdam loci interpretatione sententiam proposuero , qui hanc ipsam paginam claudit. Spero certè me attentos habiturū esse auditores, quòd eo in loco consultatio quædam de quouis bello proponatur: bellica autem consilia his bellicis temporibus valde sint accommodata. Sed ad rem venio. Ibi dicitur , *consilium* tripartitum esse [ego tamen , non *consilium* sed *consultationem* interpretatus fuissem] & in eo præteriti temporis, præsentis, futuri rationem haberi: atque hæc de præsenti sunt verba , τὰ δ' ἐκ τῶν παρόντων, εἴτε ἀποσιγᾶν εἴτε [illegible], δεῖν [illegible] τοῦτον ὀλίγον. Vbi non dubium est quin cum his verbis, τὰ δ' ἐκ τῶν παρόντων, re-

petere ἀπὸ κοινοῦ oporteat παραδείγματα, quod neque Ambrosius neque Brognolus animaduertisse videntur. Ac nẽ de hoc quidem dubitandum est: quin res sit non solùm paradoxa, sed verę cognitioni Gręcæ linguæ prorsus antidoxa, verbum ἀποφαίνειν accipi aliquando pro *considerare*. quum sit contrà valde receptus ille eius vsus quo pro *efficere* (quod & verbo *reddere* significamus) ponitur. Hinc fit vt persuasum habeam locum illum esse ita interpretandum, *At quæ è præsentibus* (vel, *è præsenti tempore*) *sumuntur exempla, talia esse, quale istud, Muros inualidos, annonæ caritatem, homines timidos efficere*. In qua interpretatione non aliud mihi permitto quàm ordinem illorum verborum, δειλοὺς ἀνθρώπους, σῖτον ὀλίγον, inuertere. Fateor alioqui apertiorem futurum fuisse sensum si verba ita collocauisset, τείχη ἀσθενῆ, σῖτον ὀλίγον, ἀποφαίνειν δειλοὺς ἀνθρώπους.. Apud vtrumque tamen, Ambrosium inquam & Brognolum, alteram interpretationem habemus: sed fore spero vt mihi potius vni quàm duobus illis, in Græca lingua vel mediocriter versati lectores, assentiantur; præsertim quum Brognolum ab Ambrosio, quem superare debebat [vt interpretationis eius recognitor esse posset] superari Græcæ linguæ peritia [vt alia taceam] videamus. Qua de re alius erit dicendi locus.

QVVM ea qua proximè pracedunt, scripsissem, animaduerti me nimiùm citò tibi simúlque huic mea πραγματεία valedixisse. Recordatus enim sum aliorum quorundam locorum qui eandem sibi operam à me prastari requirerent. Religioni autem mihi fuit aliquem ex iis qui in mentem mihi venirent, pratermittere, quòd non dubitarem quin multos: quos non itidem memoria mihi suggessisset, pratermissurus essem.

Pag. 253. V. scip.) Malè *vatem* appellauit Ambrosius hanc Lastheniam, siue μάντιν siue potius μαντικὴν scribendum esse existimans: (neque enim putasse vocem μαντινικὴν id significare posse credibile est) Eodem enim modo quendam alium interpretem, Diotimam illam valde celebrem, vatem appellauisse comperi, quum μαντινικὴν vocari audiret. In altera illa editione error idem, quod ad Lastheniam attinet, seruatus non fuit: malè tamen Mantiniacam ibi scriptum habemus pro mantinicam. Ne autem de hac lectione Μαντινικὴν dubitemus, facit & quod paulo pòst audimus illam dici Arcadem. Nam Mantinea vrbs est Arcadiæ.

V. scere poss.) Ne apud Brognolnm quidem interrogationis hic nota ponitur: (placuit enim editionem illius mendis alioqui supra quàm credi potest scatētē, etiā hic consulere) hęc tamen interrogatiuè, vel potius per interrogationem indignationi mixtam, dici, persuasum mihi est: quum præcesserit, hæc τωθαστικῶς ab eo fuisse scripta. Perinde igitur fuerit acsi diceretur, Itane ex illa etiam tua discipula Arcadica philosophiā percipere possumus?

Pag. 256. V. ris filius) Quod Xenocrati, idem & Erillo, contigit. vt Καρχηδόνιος pro Χαλκηδόνιος vocaretur: sed apud Grillum interpres quoque illam lectionem sequutus est: quod hìc videmus non contigisse.

Pag. 257. V. natum] Apud Brogn. Pręmio scilicet immodicę potationis. Dicta autem hæc erunt per appositionē.

Pag. 258. V. illum metro] Scripserat Ambrosius, Hisce ad illū verbis vsus est, quum versus oratione soluta more suo interpretaretur: postea autē quū versus versibus redderentur, scriptum fuit. Hoc ad illū metro. Per incuriam

autē factū est vt vtraq; lectio remanserit. Cęterum illa ad verbū interpretatio versibus subiūgitur, Quibus(sub.ver bis)docet, non se prius cōuiuio exurrecturū q quod per. Ita enim apud Brognolū legitur: apud quē & hi sunt vers.

Quis prius, ô Circe, premerent si corda pudores,
Inter vina piger posset recubare dapésque
Quàm socios ex omni ereptos clade videret?

Pag.264.v.à cane rab.] Apud Brogn. Denique à cane lacessitus. Miror autē non addere & illum *rabioso*: ac vocē *lacessitus* haud probo: sicut nec *impeditus* in nostra editione: nec dubito quin Ambros. *impetitus* scripserit.

P.266.v.mè] Non dubito quin scribendū sit Iuxta comicum, vt apud Brogn itidémque [Greek illegible].

Pag.267.v.Hoc Pol.] Interpretatio soluta oratione ibi hęc legitur, Hoc tumulo Cratem ac Polemonem cōditos fatere qui transis ô hospes, viros consensu animorū præcipuos. Quorum diuino ex ore doctrina manauit sacra, vitæque mundities, sapientiæ adiuncta, veris certísque persuadens dogmatibus, ornauit sæculum.

V.pulsib.] Apud illum quoque scriptum est neque in trieris. Scripserat autem fortasse Ambrosius *trieri*, tanquam dici posset pro *triremi*.

P.270.v. Gratus] Pro his *Gratus erat sup*. &c. legimus in editione illa recognita,

Tarda senecta tulit haud vltra viuere Crantor.
Complacuit musis, complacuitque viris.
Exanimem sed terra virum tu suscipe sacrum.
Sic placidúsque illic vt quoque viuus erat.

Obseruandum autem & Ambrosio, sed prosa, redditos esse hos versus, in nostra etiam editione: vbi legimus, Theætetus quoque poeta illum laudans, & viris & musis fuisse in pr. &c. Et paruo interuallo præcedit (sed in altera editione] Arcesilai responsūm ad eos qui interrogauerāt vbi vellet sepeliri, vno versu iambico comprehensum, sed soluta oratione redditum, Terræ in charis visceribus abscondi placet. Vbi mirum cur pro [Greek illegible] dixerit Placet.

P.274.v.aud.] In illa editione ita, In quē, quū esset alias hebes & obtusus & hiscēs, artis tamē intelligētia valeret, iocatus est, dicēs, hianti sibi germ. P.276.v.Obsc. Ibi le-

gitur, Improbè & impudicè loqui seruorũ filii cõsueuerũt.

Pagina 534.

V. Hoc enim sp.) Suspicor Ambrosium scripsisse, Per hoc enim spirare nos. Apud Brognolum tamen eadem quæ hîc est lectio.

V. rare) in Brognoli editione pro his, Donec calore destituantur, leguntur ista, Quas hic spiritus candor attigerit. Sed suspicor *candor* pro *calor* scriptum esse. In eadem sequitur, Chrysippus verò solas sapientium perpetuat animas. Quibus subiungitur, Partes autem an. &c. In nostra tamen editione quæ habet tantùm, Chrysippus verò solas sapientium , nihil deest: sed ex præcedentibus subaudiendum, perdurare ait.

V. nales) In editione illa pro his Vocem præterea & sermonem, scriptum est, Vocalémque & rationalẽ partem. Quę interpretatio non ita discedit à voce Græca λογιστικόν. Pro qua tamen fortasse Ambrosius legit λογικόν. verùm & admittendo hanc lectionem, haud scio an admitti possit illa eius interpretatio.

Pagina 535.

V. cernitur) Vt cohæreant hæc cum præcedentibus, adiicienda est aliqua particula post *quemadmodum*: siue ea sit *igitur*, siue *ergo*, siue itaque. Apud Brognolum legitur, Quasi igitur per virgam. Verùm & quædam hac in periodo sunt aliter ibi interpretata. Ita enim ea ibi scripta est, Quasi igitur per virgam, intento aere quod videatur renuntiari. In qua interpretatione magis insisti verbis Græcis videmus.

V. quum) Lege, vt ibidem scriptũ est, Quũ is qui medius.

V. mnum) Non facilè quiuis coniectura fuisset assequutus quomodo Ambrosius locum hunc scriptum reliquerit. Ego ex collatione cum altera illa editione nõ dubito quin si *is* in *vis* mutemus, eius scripturam simus habituri. Sed in eadem illa editione *vis sensibilis* habetur non *vis sensus*, & additur *nostrum* in fine periodi: hoc modo, Somnum verò fieri quum vis sensibilis circa principale soluitur nostrum.

V. quæ quum) Ex eadem illa editione *antiqua* mutandum censeo in *antiquata*. Hoc enim respondet Græco

παλαια-

παλαιωθέντα, vt illud nomini παλαιά. Maluissem tamen *inueterata* hoc quidem loco quàm *antiquata* dicere.

Pagina 537.

V. tutes) Apud Brognolum *plurimas* non *multas*: perinde ac si πλείςας, non πολλὰς, scriptum esset.

V. ge diff.) Ibidem, non obtinuit, sed *fermè obtinuit*, tanquam aliam sequendo lectionem.

V. *Quidam*) Hæc est ibi huius versus interpretatio, oratione soluta (quã propterea esse Ambrosii verisimile est) Et si quis Aristonis de stirpe populum attrahens.

Pagina 538.

V. inquit) Miratus sum aliquando vnde irrepsisset vocabulum *diuitem*, quum nihil in exempl. Græcis ad significationem huius vocis accedens compareat. Ac tandem ab editione illa id vocabulum abesse comperi: sed contrà in ea esse voculam *non*, quę huic deśit. Ita enim ibi, Ergóne (inquit) hunc iuxta te sedentem non vides? Magis tamen expressè ita hæc redderentur, Ergóne (inquit) ne hunc quidem qui tibi assidet vides?

V. quid cæc.) Ibidem est hæc versus istius interpretatio. Quis ergo te excæcauit? quis ipsa lumina abstulit?

Pagina 539.

V. Erillus) Non *Carthaginiensis*, sed *Chalcedoniensis*, eadem illa editio habet: quæ scriptura consentit cum voce vet. exempl. χαλκηδόνιος. Cæterùm post *viuere* non puto esse interpungendum: quòd *semper* videatur tendere non ad illud Viuere sed ad illa, Cuncta referendo ad viuendum cum scientia.

V. & eam) Quamuis vtrobique de fine agatur, quoniam tamen vno quidem in loco genus fœmineum, in altero autem masculinum habemus, possit hoc quempiã in errorem inducere. Ideóque satius fuerit ipsam vocem Græcam ὑποτελίδα inserere, vt in illa editione factum fuit: hoc modo, Differre autem finem, & eam quam dicit ὑποτελίδα, id est fini subiectam. Sed ego dicere maluissem, Et eam quam dicit ὑποτελίδα. id est, finem fini subiectum. Deinde, Hunc enim & eos qui sap. &c.

Pagina 542.

V. mercen.) In editione illa non Mercenariam faceret,

ſed, Se mercenarium faceret.

V. diturus) Rectius ibidem, Redditurus rationem vnde.

V. ſtibus) In eadem, Teſtibus victus ſui vſum, abſolutum eſſe.

V. beres) In eadem, Venti flatu penè denu datum eſſe. Quaſi παραγυμνωθῆναι, minus eſſet quàm γυμνωθῆναι. ſed quæ ſequuntur, repugnant. Niſi reſpondeamus, non planè denudatum dici poſſe cui tunica ſuperſit.

V. then.) Ibidem, Ab Athenienſibus fuiſſe honoratum. Vbi vocabulum honoratum reſpondet quidem Græco τιμηθῆναι ſed non debuit omitti ablatiuus *veſte* aut certè *crocota*, quodam veſtis genere.

Pagina 543.

V. Quúmque) Scribe *condiſcipulis*, vt in eadem illa edit. legitur, atque vt Græca vox ſonat. Eſt autem ibidem *obiurgaretur*: ſed præferenda eſt ea quam habemus interpretatio.

Pagina 555.

V. non hab.) In editione illa amplius membrum eſt vnum quàm hic. Nam ante hanc concluſionē, Non habes igitur caput, præcedit, Eſt autem caput aliquod. Et in primo membro ſcribitur, Eſt quoddam caput. In Græcis quoque quatuor ſunt membra, quorum vnum hic omiſſum fuit. Nam ita legitur in veteribus libris, [illegible]

Sed non dubium eſt quin hęc quoque ſcriptura deprauata ſit. ſub tertio autem membro latere quicquid eſt mēdi, exiſtimo.

Pagina 578.

V. Erant) Manifeſtum eſt mendoſam eſſe hanc ſcripturam, nec ita ſcriptum locum hunc reliquiſſe Ambroſium: ſed an mutandum *hic* in *hæ*, vt conueniat cum *ſententiæ*: an contrà ex *hic* faciendum *hi* vt ſequatur *ſenſus*, meritò dubitetur. In editione illa Brognoli ſcriptū eſt, *Erat autē hic ſenſus eius* ſed malim *Erant autem hi ſenſus eius*, vt referatur non ad vnius ſymboli ſenſum, ſed ad ſingulorum. ſicut illud ἤθικοι repetendū in ſingulis. Eſtque aptius *ſententiæ* quàm *ſenſus*, quòd ipſa ſymbola vocari etiam ſententiæ

tentiæ possint.

V.vlt.)In illa Brognoli editione non minus quàm hic omissa est interpretatio nominis τῦ μετώπ.. De qua tamẽ omissione tacere nolui. Scribes igitur Ex æquo præsentis habendam curam & futuri. Ineptè apud Brognolum, Æquè & futuri faciendam curam: prætermissa etiam(vti dixi)illius nominis interpretatione.

Pagina 595.

V.nuo.)In illa etiam Brognoli editione legitur vt in ista, *ipsis*, quum tamen nullo ferri modo hæc lectio possit: sed vel *ipsis* mutandum sit in *ipsa*, vt referatur ad vestem: vel *veste* mutandum in *vestimentis*. Error enim contigit ex eo quòd non animaduersum esset, quæ interpretatio voci ἐνδύμα. data esset. Quinetiam hypostigme quæ est post denuo, ponenda fuerit post exurgénsque.

Paginæ 642.

V.mnium op.)In editione illa post hæc verba, Quum fere omnium opiniones exponeret, hæc leguntur, Philosophiam quoque esse duplicem, aliam secundum veritatem, aliam iuxta opinionem. Quibus subiungitur, Philosophiam & ipse carmine expressit. &c. Sunt autem illa quæ de duplici philosophia dicuntur, interpretatio versuum Parmenidis, sed breuior & liberior.

V.cles]Sperabam me in illa editione altera inuenturũ hãc lectionem, Iudicium rationem esse dixit, sed me spes mea frustrata est. Quid igitur? an putabimus aliam cum in Græcis scripturam esse sequutum? videlicet, κριτήριον δὲ τῦ λόγον εἶπε. Immo quo hîc modo dicitur, κριτήριον τὸν λόγον, alibi κριτήριον τὸ ὀρθὸν λόγον legimus, Potius igitur crediderim illum ita in sua interpretatione mutauisse accusatiuum in genitiuum, quòd significare vellet, iudicium esse ex iis quæ ad rationem, & velut ad rationis officium, spectant.

Pag. 644.

V. primo]post classis rectè additur in illa editione particip. electus: quod respondet Græco αἱρεθείς.

Pagina 646.

V.primò]Non *ignauiam* sed *vecordiam* ibidem legimus. Sed quum reddere voluerit Ambrosius vocabulum Græcum ἐιλία,non displicet eius interpretatio.

Pagina 652.

V.nomine]In altera illa editione scriptum est, Qui de OEnopidis & Anaxagoræ esset familia: quũ alter in collocutione Socratem de philosophia alloqueretur: cui & dixit philosophum quinque certaminum victori esse similem.

Pagina 730.

V.contempl.)Editionem illam consulens hoc in loco, vt viderem numquid esset quod meam de mutando participio προβεβληκότας in προβεβηκότας conicctură adiuuaret,nihil aliud aliter scriptum inueni quàm hoc, Qui iam in contemplatione. Quam particulam ab Ambrosio minimè verisimile est fuisse prætermissam.

V.nimo)Eodem hæc ibi quoque modo leguntur:scribo tamen *versabuntur* & *tenebuntur*:vt per futurum antea loquutus est.

Pagina 732.

V.est.Corp.)Non dubito quin ante vel post verbum *est* desit nomen *corpus*. Vidimus enim legi, τὸ καὶ ἔστι σῶμα. In illa tamen altera editione fateor vocem illam non exstare. Nec ignoro Græcam σῶμα, quæ illi respondet, in Basiliensi editione non exstare, sed à me ex veterum exemplariũ autoritate adiectam fuisse. Absorptum autem fuerat hoc σῶμα à contiguo σώματα: vt sæpe talia vsuvenire videmus.

Pagina 762.

V,seruandum)In altera illa edit.scriptum est, Atque in ea quæ illi adiunguntur diuidendum. Quippe non contenditur plurimis modis perfici vt ea quæ sunt apud nos.In altera certè lectione nulla iniri ratio structuræ orationis potest.

Pagina 763.

V.mundus]:Pro *intermundo* & hìc & paulo pòst legitur *intermundio*. De qua lectione non dubitabit quisquis Ciceronis de finibus & De natura deor.libros legerit.

Pag.780.

V.plurib.)In eadem illa editione post *sensim* scriptum est, Abiectionésque & compositiones atque migrationes facientibus in locum alium. Vbi nón dubium est quin errore typographico (cuiusmodi sunt ea in editione infiniti) scriptum sit Abiectiones pro Adiectiones: quod respondet Græco προσθέσεις: sicut vox Migrationes (quę additur ad eas quas in nostra editione habemus) exprimit μεταστάσεις. Sed vox Compositiones pro διαρθρώσεις suspectà est: etiamsi & in altera illa editione legatur. Eadem certè & Irrogationes habet pro nostro Irrorationes. verùm minimè dubium est quin & hęc lectio typographico errori imputanda sit: quum ἐπαρδεύσεις Epicurus dixerit.

V.quoad cons.] Ita quidem in eadem illa edit. sed puto pro Consummantur accipiúntque constantiam. quum Consummari, non Consumi, dici possit pro τελειοῦσθαι. Scio tamen alibi etiam Consumari scriptum esse.

V.piántque) In illa Brognoli editione, post Accipiántque constantiam, legitur, in quo etiam subiecta fundamenta susceptiones huiusmodi efficere possint. Quo in loco susceptionum appellatione τὴν προσδοχὴν non malè exprimi videmus. Neque enim dubiũ est quin vox περιοχὴν, quæ est in editione Basiliensi, mutanda in hanc fuerit: sicut & feci. At *subiectionis* appellatio si quem hîc locũ haberet (quod fieri non potest) *subjectiones* pro illo *subiectionis* substitui deberet.

V. sint) Non *concernationem* sed *conuentum* legimus ibidem. Illam tamen lectionem longè præfero.

Pagina 764.

V.& quæ præt.) Ibidem pro his, Et quæ prętęrea seruantur, scriptum est, Et quæ præterea seruãt constantiã. Legimus tamen ἤδη γε δεῖ σώζει, sine adiectione vllius nominis (ne in veteribus quidẽ libris) quod illi constantiæ appellationi respondeat. Scio autem διαμονὴν paulo antè Ambrosium ita esse interpretatum.

V. vertig.) Quæ post genitivum *partium* est interpũctio, locum hunc corrumpit: nec certè est in illa editione. Sunt autem hi genitiui perinde intelligendi ac si dictum esset, Quarundam naturarum quæ tenuitate partium constant, siue spirituales sunt.

V.magnit.]In illa Brognoli editione,pro his, Quantum ipsi iudicamus,scriptum est, Quantum ipsi sapimus. Et verò Græca quæ quidem habemus verba interpretationem vtranque admittunt: quæ tamen omnino adiectione aliqua adiuuari necesse est :vt nimirū scribamus, κχ᾽ μφ᾽ τοι τὸ πρός ἡμᾶς. Est autem hic locus ille ob quem multi(inter quos Cleomedes)Epicurum acerrimè exagitarunt.

V.vlt.]Vocabulo *simul* præfixa est ibidem negans particula *non*:atque hanc lectionē Græca verba confirmant.

Pagina 765.

V.nem]Ibidem pro his, Iuxta eam quæ ab initio in generatione mundi genita est in ortu necessitatem: scriptum est,Iuxta eam quæ ab initio in generatione mundi genita sunt in eorum necessitatem.Sed stare hæc lectio non potest, nisi aliqua emendatione quis ei opituletur. Nec video,etiamsi adiuuetur, quomodo alteram potius sequi non oporteat.

V. semper ad)In illa edit. scriptum est *ad anteriora*: idémque verbum eodem habes interpretatum modo & pag.772.non in illa solùm sed in hac etiam editione.

Pag.766.v.itidem)In illa Br.ed.Per figurationes:idque rectè.

Pag.767.v.caus.)Lege,Causas simul aspiciat,vt ibidē legitur. V. disque omn.) inter vocem *omnibus* & vocem *meteoris* inserta sunt ibidem hæc, quæ periodo addunt quæ deerant, Quotquot cernuntur,cum iis qui apparent concordiam habere.Namque in omnibus m. &c.

Pag.768.v.nisterio,In eadem ed.legitur, In omni sua plenissima beatitate.Vox tamen hæc nullam Græcam in nostris exempl sibi respondentem habet.

Pag.770.v.corusc.)Muto & ipse *statum* in *flatum*.

Pag.774.v.nem)Pro tribus quæ habemus hic,quatuor in illa editione ponuntur.Ita enim locus iste ibi legitur, Vndique autem vētosorum circunstantiam quorundam ac partitionem & concretionem & moderationem quorundam pariter atque præf.&c.Sed vnica vox πῆξ. duabus hic vocibus Latinis redditur, quarum vnam admittere nequaquam potest.

Pag.

Pag.780.v.veluti)Scribendum,vt illic, Venti in condensationibus.Alioqui & in cæteris edit.quæ hanc recognitionem non habent, legitur vt in hac: etiam in Antuerpiana,cui Sambucus diuersas lectiones apposuit. V. animal.In eadem illa editione recognita,post hæc,Quæ in plerisque animalibus fiunt,scriptum est,Per autoritatem temporis fiunt:quum alioqui deesset interpretatio horum verborum,κατὰ συγκυρίαν τινα γίνονται, τοῦ χρόνου. Sed non dubium est quin vox illa *autoritatem* pro alia irrepserit.

Pag.788.v.turales)Eadem hîc quoque est lectio in cæteris editionibus,etiam in illa quam Sambuco debemus; non dubium tamen quin scribendum sit vt apud Brognolum.Partim esse naturales,partim inanes.Naturalium alias quidem necess.

Pag.7·0.v.posse)Malo,vt apud eundem, Sapores item simplices æquam magnifico l.

Pag.791.v.tia ant.]Ibidem legitur. Æstimatione antecellit.

Pag.792.v.uire]Non dubito quin Ambr.*spem* scripserit,habemus tamen *speciem* in illa quoque editione.

Pag.796.v.καίως)Post δικαίως scribendum,οὐδὲ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως,ἄνευ τοῦ ἡδέως.

Pag.7·9.v.tos,inf.]Scribendum,Ipsam efficit tempus.

V.vitæ)Malo,vt in illa editione, Quasi aliquid beatæ vitæ deficiat. Alioqui scribendum esset, Quasi aliquid beata vita desideret.

Pag.801.v.parit) Ibidem, Quod dirum nihil sit æternum. Ver.molest.)In eadem edit.Et ea quæ in ipsis definitis est amicitiæ securitas.Vbi videmus vocem *securitas* respondere Græcæ ἀσφάλεια.

Pag.803.v.qui inan.)Scribendum, Qui non inanibus voc.

Pag.804.v.stit.)In eadem illa editione,Hic ea quidem quæ sunt possibilia,propinqua & familiaria efficit: quæ verò huiusmodi non sunt, non aliena sanè. Quæ autem non poterat,eis se studuit non immiscere.

V.confid.)Scribe, Ad confidendum par.

IN DIOGENIS LAERTII LIBROS INDEX.

eius

O

P

Q

sectam

INDEX

2